


BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXIX
G
60

HYACINTHI AMBROSINI

IN PATRIO BONONIENSI ARCHIGYMNASIO Simplicium Professoris Ordinarij, Horti Publici Præfecti

PHYTOLOGIÆ

HOC EST

DE PLANTIS

Partis Primæ Tomus Primus.

In quo Herbarum nostro Seculo descriptarum, Nomina, Æquiuoca, Synonyma, ac Etymologiæ inuestigantur.

Additis aliquot Plantarum viuis Iconibus.

Opus in omni scientiarum genere studiosis vtilissimum, Lexiconque Botanicum absolutissimum; cum Indice trilingui copiosissimo.








BONONIÆ, Sumptibus Hæredum Euangelistæ de Duccijs. M.DC.LXVI.

SVPERIORVM PERMISSV.





ILLVSTRISSIMIS,

GENEROSISSIMIS, SPLENDIDISSIMIS,

Inclytæ Studiorum Matris Bononiæ Senatoribus.

Nobilitate, Sapientia, Integritate, Spectatissimis.

DOMINIS.

Bartholomæo Lambertino.
Andreæ Ghisilardò.
Hieron.Capacello Albergato.March.
Achilli Voltæ.
Camillo Palæotto. March.
Augustino Marsilio. Com.
Io. Nicolao Tanario. March.
Carolo Ludouico Scappio.
Marco Antonio Ranutio. Com.
Francisco Carolo Capraræ. Com.
Berlingerio Gypsio.
Antonio Lignano. March.
Hugoni Boncompagno. Principi.
Gregorio Spadæ. March.
Maffæo Fibbiæ. Com.
Thomæ Campeggio. March.
Saulo Guidotto.
Io. Antonio Petramellariæ.
Ioanni Zambeccario. Com.
Astorgio Bargellino.
Lælio Bonfiolo. Com.
Ferdinando Cospio. March. Bai.
Marco Antonio Gozadino.
Cæsari Blanchino. Com.
Angelo Michaeli Guastauillano.
Odoardo Pepulo. Com.
Nicolao Calderino. Com.
Io. Francisco Isolano. Com.
Mario Casalio.
Guidoni Ascanio Vrsio. Com.
Ferdinando Barbatiæ. March.
Francisco Ioanni Sampetro.
Sigismundo Maluetio. March.
Henrico Antonio Herculano. Com.
Herculi Marescotto.
Francisco Azzolino.
Alexandro Fachenetto. March.
Marco Antonio Mariæ Luparo.
Francisco Mariæ Riario. March.
Philiberto Vizzano. Com.
Angelo Mariæ Angelello.
Io. Gaspari Grassio. Com.
Iosepho Michaeli Maluasiæ. Com.
Antonio Bouio.
Francisco Ghislerio.
Rodulpho Elephantuccio.
Æneæ Magnano. March.
Hieronymo Bentiuolo. Com.
Antonio Mariæ Grato.

Hyacinthus Ambrosinus noui, quem ingredimur anni, & perpetuam in sequentes, Felicitatem precatur.



CONSVLTISSIMI P P.





HYTOLOGIAM hanc meam, hoc est omnigenam de Plantis dissertationem, meis laboribus consitam, nutritam studijs, sudoribus irrigatam, cur ergo vestris Nominibus, Illustrissimi PP., inscribendam censuerim, muniendam præsidijs, Insignibus exornandam, obuium erit cuilibet, si animum aduerterit, interpretari. Nimirum si quotquot in alieno fundo Cultoris manu positæ fructificant plantæ, Domino fundi fructificant; Sanè viua hæc ingenij mei plantaria hoc digesta volumine, hæ plantarum imagines hisce paginis frondescentes, si quos honoris, famæ, gloriæ, promitterent, & ederent fructus, non mihi Cultori suo, sed vobis Dominis meis tributum penderent meritissimum. Librum hunc, qui attento lustrauerit oculo, Hortum profectò se lustrasse crediderit, non meris ad voluptatem floribus pictum, sed salubribus ad medicinam herbis, fœcundis ad vtilitatem fruticibus exuberantem, nec sua fortasse Alcinoi Viretis, nec sua Hortis Hesperidum poma aurea inuidentem. Sed Dracone custode opus erat, cuius intuitu vigilanti arcerentur, si qui sunt, alienæ prædones laudis, alieni nominis inuasores; & ne Inuidiæ pateret insultibus, vel pestilenti liuoris halitu sterilesceret, Sepem ambiebat firmissimam, propitiam sibi temperiem Syderum exoptabat. Hinc Vestram PP. pro custodia Sapientiam inuocat, quieti publicæ inconniuentibus oculis excubantem: Vestram pro Sepe postulat Fortitudinem, Ciuitatis nostræ munimentum, & vallum, nullis hostium machinis

sub-

subruendum; Iudiciorum Vestrorum sola consulit, & interrogat Sydera, illa nimirum Sydera benigna, propitia, quibus in Zodiacum conspirantibus Libertas Felsinæ coronatur. At enim verò Hortus hic meus litteratus, alium nobiliorem adumbrat Hortum, ciuilem, scilicet, ac politicum, cuius imaginem in ipsa Operis fronte Vestris oculis PP. qui Horti huius Custodes estis, & Vindices, spectandam dedi. An non communem hanc Patriam, Sapientiæ sedem, Studiorum matrem, hortum quis dixerit amœnissimum, viridarium longè pulcherrimum, vbi ciuiles plantæ Iustitiæ manu suis quæque ordinibus collocatæ, bonarumque artium excultæ magisterio moralium Virtutum ferendis fructibus allaborant. Hortum hunc desuper, vt videtis, è patrio Stemmate, ceù cognato è Cœlo Sol Libertatis illuminat: illum Insignibus vestris, in eius decus, & præsidium coeuntibus, Consiliorum vestrorum iurata Sydera circunstant, & fouent: illum optimarum Legum cancellis vndique præmunitum, quatuor de Virtutum choro, de sedibus Charitum delapsæ Virgines custodiunt, & ornant. Agnoscitis, opinor, virtutes vestrorum animorum alumnas, Charites vestris iam diu pectoribus insidentes; Prudentiam scilicet suo in speculo cuncta, quæ ciuili Horto imminere possunt prçuidentem, & præcauentem pericula: Iustitiam vindice gladio mala germina demetentem: Fortitudinem Leone comite pro foribus agentem excubias: Temperantiam duplici vasculo teneris arbusculis irriguos latices præparantem. Hæc nimirum quaterna sunt Felsinei Horti ornamenta, simul, & munimenta: quatuor hisce de ipso Senatus fonte fluminibus irrigata Patria Paradisus erit: Florebit Pax, & Securitas, virebit Fides, vernabit vbique Felicitas, quandiu aurea hæc Virtutum germina vestris in cordibus perennabunt; siquidem, Philone teste, terrestres plantæ sæpè nullum fructum suo Cultori afferunt; at quæ inferuntur in animo toræ quantæ sunt, abeunt in fructus Prudentiæ, Iustitiæ, Fortitudinis, Temperantiæ. Hæ sunt vestræ laudes, Illustriss. PP. hæc vestrorum pectorum viua, nec vnquam moritura plantaria, quibus ego Phytologiam hanc meam appendo, trophæum quoddam obsequij, animique mei erga vos deuinctissimi, nec vile, vt auguror, nec vnquam labile monumentum. Bononiæ ex Museo nostro pridie Kal. Ianuarij 1666.

Illustriss. ac Generosiss. Nominum Vestrorum

Cultor deuotissimus

Hyacinthus Ambrosinus.

AD LECTORES PRAEFATIO,

Ordinis ratio, & Rerum tradendarum ordo.



Lantarum, & aliorum simplicium cognitionem apud Priscos, & Neotericos celebrem fuisse, ac summo honore habitam, quia periucundam, & delectabilem atq; ad vitam tuendam summopere necessariam, non à Philosophis tantùm, & Medicis, sed etiam à Regibus, veteres testantur historiæ: siquidem Plantæ in medendo primum obtinent locum, cum sint illæ bases, & fundamenta Medicinæ, quibus sanitas præsens incolumis seruatur, vitaque multos in annos producitur; ijs quippe omne morborum genus depellitur, ac deplorati etiam interdum quorum in extremo spes est salutis posita, luci, auræque vitali redduntur. Hinc Authores multi Stirpium facultates summo studio sunt prosecuti, & earundem formas, & imagines affabrè sculptas exhibuerunt, & anxia cura medendi explorarunt vires, scriptisque posteritati easdem consecrarunt: & cum quilibet pro ingenij sui excellentia sententiam suam, publicæ vtilitatis causa, scriptis diuulget, nec mihi id censeo vitio datum iri: cum nullius lucubrationibus quicquàm derogem, aut aliorum sententias conuellam, aut improbem, sed potiùs quicquid à me profertur, illud omne Virorum honestorum, & eruditorum iudicijs subiectum, atque adeò commendatum velim. Itaque tantùm abest, vt qui hoc stadium ante nos sunt ingressi nos deterruerint, vt nobis potiùs facem tradidisse, & ad eundem cursum inuitasse videantur: sicuti nec noster hic labor ad alios auertendos institutus fuit; sed ad acuendam potius aliorum diligentiam. Atque tunc maiore gaudio afficiar, cum aliquem mei æmulatione studijs vehementiùs incumbentem, communi vtilitati maiora in lucem proferre cognouero.

Sed cum plerique etiam doctissimi in plerisque plantis hæsitent, earumque sæpe numero cognitionem, & nomina ignorent, rarus quippe inter mortales, qui omnia norit, nec nisi soli Deo conuenit Plantarum omnium simul, ac virtutum perfecta scientia, & cum memoriam impediat, atque obruat varietas omnis, tum verò illa perturbat facilè, quæ est numero copiosa; sunt autem ex hoc genere Plantæ: hinc multi à studio Plantarum absterrentur, quippe studium hoc arduum, & difficile est, partim ob magnum herbarum numerum, partim verò ob nominum apud Authores diuersitatem, hinc plantæ faciliùs memoria excidunt, cum in vna, & eadem planta varia nomina ab Authoribus proponantur, & propter nominum diuersitatem, Plantarum non tantùm appellationes genuinæ, sed & notitia, & cognitio tota confunditur,

quæ

quæ Professores rei Botanicæ ab hoc studio adeò Medicis necessario seducunt. Quare Studiosi sæpius etiam studiosè, & summis precibus efflagitarunt, vt hunc ipsis laborem communicaremus, & faciliorem redderemus. Tandem ipsorum precibus victi manum dedimus, licèt non esset is mihi animus, vt euulgaretur; sed vt cognoscant an ratione aliqua studiosos iuuare possimus: cum disciplinæ ipsæ eò saltem faciliores reddantur, quando in æquiuocis, & synonymis laborandum non est.

Et sic in Medica facultate versantibus, ac omnibus alijs studiosis, & Pharmacopolis præcipuè in promptu erit Interpres, nempe Phytologia hæc nostra, quæ Plantarum nomenclaturas indicabit, explicationem quarundam vocum ad plantas attinentium manifestabit, vt sine errore, & sine molestia plantam, & rem quæsitam ipsis ignotam suggerat, & declaret. Authores, qui plantas describunt, & synonymorum diuersitatem ponunt, cum sint penè innumeri, omnes non conscribemus, vt immenso historiarum agmini cedam, similiter etiam Indica Plantarum nomina, barbara, & exotica à Nardo Antonio Recho, Ioanne Ionstonio, Guil. Pisone, & alijs Authoribus descripta non adponam, ne Lectoribus polylogus videar; herbæ etenim illæ adhuc nobis sunt ignotæ.

Cum itaque particularem omnium plantarum, tam ab Antiquis, & Recentioribus descriptarum, quàm nostris diuturnis obseruationibus conquisitarum, historiam contexendam susceperim, primùm herbis, tanquam antiquitate reliquis longè præferendis, inter omnes dare locum statui. Et quòd prioritate naturæ præcellant facilè ex Sacris Paginis. Gen. cap. 1. *possumus conijcere, vbi habentur hæc verba.* Germinet terra herbam virentem, & facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum, cuius semen in semetipso sit super terram, & factum est ita: Et protulit terra herbam virentem, & facientem semen iuxta genus suum, lignumque faciens fructum, & habens vnumquodque sementem secundum speciem suam, & vidit Deus quod esset bonum, & factum est vespere, & mane dies tertius. *Ex quibus verbis habemus, quòd terra tunc temporis habuit vires productiuas naturaliter vegetabilium, & induit se amictu viriditatis, & natæ sunt plantæ, sed herbæ primum teneriores scilicet, & ad nascẽdum faciliores, postea Arbores è terra pullulasse, nemoribusque terram vestitam esse, cum prius dixerit producat terra herbam virentem, postea subiunxerit lignum pomiferum, idest Arbores, & sic Natura ab imperfecto auspicata est, vt ad absolutum incederet.*

Atque ita in duas partes, plantarum omnium quotquot doctissimorum Authorum scriptis hactenus obseruare mihi licuit, Phytologia hæc nostra diuidetur, cuius prima pars ad Herbas spectabit, & Tomos tres continebit, in quorum primo Herbarum nomina, æquiuoca, synonyma, etymologiasq; inuestigabimus. In secundo differentias, species, descriptiones, loca, tempora, & figuras ostendemus. In tertio, temperamentum, vires, facultates, & vsus communes, & medicos, Deo clementer vitam, & vires largiente, manifestabimus. In altera nempe Secunda Phytologiæ parte de Arboribus, & Fruticibus verba fient, eodem ordine, qua supra. Et sic cas, Phytologia

hac

hac nostra, iuxta seriem alphabeticam, exemplo tamen doctissimorum virorum, qui alphabeticum in scientijs ordinem secuti sunt, vt Galenus in simplicium facultatibus describendis, Paulus Aegineta, atque Auicenna, & multi etiam Authores nuperi, complecti conabimur.

Equidem tantis viris nolim me, vel ingenio, vel doctrina comparare, sed tantùm elucubrationes meas, qualescumque sint, in lucem edere, quæ non solum Philosophis in primis, ac Medicis vtilissimæ sunt, ac necessariæ, sed etiam cuiuscumque alterius facultatis studiosis, & præsertim Pharmacopolis ad inquirendum simplicium nomina ipsis ignota. Etyma verò plantarum, & aliorum, in hac nostra Phytologia describendorum, ex optimis quibusque Scriptoribus desumpta adscripsi, non quidem quæcumque inueniri potuerunt, sed quæ rationi magis consentanea visa sunt: cuiusmodi etiam quamplurima adieci, de quibus penès alios erit iudicium: nam cum meritò primam veritatis rationem ex etymo inquirẽdam esse, visum fuit Platoni, & Stoicis, qui vocum origines diligenter inuestigarunt; quoniam rei nomen impositum ita vocitatur, quasi nouimen, vt ex nominis notatione faciliùs in rerum cognitionem venire valerent.

Hæc sunt, de quibus vos Candidi Lectores, admonendos esse existimaui. Verùm ab amicis monitus, hoc primo Tomo Partis primæ Phytologiæ, qui tanquam Lexicon Botanicum potest inseruire, me omnibus non satisfacturum, nisi alios Indices subnectam, nunc ideo alium indicem variarum linguarum copiosissimum construxi, simul, & supplementum adieci.

Has igitur excipite hilari animo meas lucubrationes, vt commendatiores sint labores nostri, ac dẽtibus eorum minus obnoxij, qui eorum vsum non intelligunt, & quorum palato nullæ cupediæ blandiuntur. Valete, & nostris laboribus, qui in vestrum commodum semper desudabunt, candidi fruimini, vel meliora adferte; sat feci si vestra prouocaui ingenia ad altiora perscrutanda. Interim Botanicos Professores rogamus, vt, si fortè animaduerterint me bis eandem plantam repetiuisse, huius studij immensitatem cogitent, admissa condonent: & quamprimùm Deo fauente reliqua, quæ pollicitus sum, expectent.

Authorum in Opere citatorum explicationes nominum.

A Costa. Christophorus Acosta.
Actuar. Actuarius.
Ad. Aduersaria Penæ.
Aegin. Aegineta.
Aet. Aetius.
Agric. Georgius Agricola.
Alp. Alpi. Alpin. Alpinus de Plantis Ægypti.
Anguif. Antonius Anguisola Compendium simplicium, & medicamentorum compositorum.
Ama. Amatus.
Ang. Anguillara.
Ant. Don. Antonius Donatus de Simplicibus.
Antid. Bonon. Antidotarium Bononiense.
Apul. Apuleius.
Arist. Aristoteles.
Athenæ. Athenæus.
Auic. Auicen. Auicenna.
Bauh. Caspar Bauhinus. Phyt. Phytopinax. Prodr. Prodromus. Pin. Pinax. Theat. Bot. Theatri Botanici lib. prim.
Belli. Honorius Belli.
Bellon. Bellonius.
Bell. obs. Bellonij obseruationes.
Bell. cult. de cultura neglecta.
Bot. Franc. Botanologicum Francofordianum.
Bras. Brassau. Brassauolus.
Bry. dii Bry. Florilegium de Bry.
Brunf. Brunfelsius in folio.
Brunf. quarta editione in 4.
Brunf. ico. quoad iconem.
Brunf. des. quoad descriptionem.
Busbeq. Augerius Busbequius.
C. Bauh. Caspar Bauhinus. Theatr. Theatri liber primus.
C. Hoffman. Caspar Hoffman. de medicamentis Officinalibus.
Cæs. Cæsalpinus.
Cam. Camer. Camerarius in horto.
Cam. ep. & hor. Camerarius in Epitome Matthioli, & suo horto.
Cam. ad Matth. Camerarius in Matthiolo à se emaculato.
Cam. fig. hort. Camerarius in figuris horto suo additis.
Camp. Balthassar, & Michael de Campis.
Carda. Cardanus de Varietate rerum.
Car. Carolus Stephanus.
Cast. Castor Durantes.
Cast. ap. in Appendice.
Cast. ico. secundùm iconem, non descriptionem.
Cast. des. secundùm descriptionem, non iconem.
Cat. Altorff. Catalogus Altorffensis.
Cat. Cantabr. Catalogus Cantabrigēsis.
Cat. Stirp. Siles. Catalogus Stirpium Silesiæ.
Cels. Cornelius Celsus.
Cieca. Petrus de Cieca.
Clauen. Clauena pharmacopæus.
Clus. hist. des. ico. historia rariorum, descriptione, vel icone.
Clus. pan. historia Pannonica.
Clus. hisp. historia Hispanica.
Clus ex. exot. historia exoticarum.
Clus. ap. appendice ad historiam rariorum: ap. alt. auct. appendicis alterius auctario.
Clus. cur. post. in curis posterioribus.
Clus. in corol. in corollario ad Dodonæi editionem gallicam.
Clus. in Garz. in Mon. Clusius in notis suis in Garziam in Monardem.
Cod. Cæs. Codex Cæsarius à Dodonæo sæpè citatus.
Col. & Colum. in Frugibus Columellam intelligas.
Col. Colum. Fabius Columna, minus cognitarum stirpium, & in Phytobasano.
Cord. in Diosc. Cordus notis in Dioscoridem.
Cord. hist. in sua Plantarum historia.
Cord. obs. in Sylua obseruationum.
Cord. Schol. Cordi Scholiastes, qui Æmilius censetur.
Cord. in disp. in dispensatorio.
Cornut. Iacobus Cornutus de plantis Canadanis.

Cornu-

Cortusus, Iacobus Antonius Cortusus.
Cost. in Mes. Costæus in Mesuem.
Cresen. Pietro Crescentio dell'Agricoltura.
Dal. Dalecampius.
Dal. in Plinium, notis ad Plinium.
Dalech. in Diosc. Figuris additis ad Dioscoridem Ruellianum.
Dalech. Lugd. in historia vniuersali Lugduni edita.
Diosc. Dioscorides.
Dod. Dodonæus editione latina in folio.
Dod. gal. Dodonæus in editione gallica Clusij.
Dod. vt. Dodonæus in vtraque tàm gallica, quàm latina editione.
Dod. ed. belg. editione Belgica, & postrema.
Dod. flor. in historia florum in octauo cusa.
Durantes. Castor Durantes.
Encelius. Christophorus Encelius.
Eyst. Eystet. Hortus Eystettensis.
Eric. & Val. Cord. Ericius, & Valerius Cordus pater, & filius.
Frag. Fragosus.
Fracast. Fracastorius.
Franc. Francus in horto Lusatiæ.
Fuch. Fuchsius in historia latina in folio.
Fuch. ico. in iconibus seorsim editis.
Fuch. comp. de compositione medicamentorum.
Gal. Galenus.
Gaza in versione Theophrasti.
Gar. Garzias ab orto.
Ger. Ioannes Gerardus Anglus.
Ges. hort. Gesnerus in libro de hortis Germaniæ: hor. ap. in appendice huius libri de hortis.
Ges. lun. Libello de herbis noctu lucentibus.
Ges. fra. In descriptione Montis fracti.
Ges. col. In libello de collectione stirpium.
Ges. fos. de fossilibus.
Ges. cat. In plantarum catalogo quadrilingui.
Ges. ad Cord. In corollario historię Cordi addito.
Guil. the. Guilandinus in Theone.
Guil. pap. In commentario in Plinij capita de Papyro.
Hariot. In descriptione Insulæ Virgineę.
Hermol. Hermolaus Barbarus in corol. ad Dioscoridem.
Hipp. Hippocrates.
Hon. Belli. Honorius Belli in Epistolis ad Clusium.
Hort. Reg. Bles. Hortus Regius Blesensis.
Hort. Farnes. Hortus Farnesianus Tobiæ Aldini.
Imper. Ferrandes Imperatus in sua historia naturali.
Ind. occ. Indiæ Occidentalis historia.
Ind. or. Indiæ Orientalis historia.
Io. Bod. Ioannes Bodeus à Stapel in Theophrastum.
Io. Bauh. Ioannes Bauhinus in vniuersali plantarum historia.
Ioncquet Hortus.
Ionstonus de Arboribus.
Io. Ferrar. Ioannes Baptista Ferrarius.
Isid. Orig. Isidorus in libro Originũm.
Iosephus Acosta in historia Indiæ.
Lac. Lacun. Andreas Lacuna.
Lang. Ioannes Langius.
Lauremberg. Antiq. Iani Laurembergij Antiquarium.
Lem. Leuinus Lemnius.
Leon. Nicolaus Leonicenus.
Lerius in descriptione Brasiliæ.
Lexic. Botan. Lexicon botanicum Dauidis Kyberi.
Linsc. Linscot. Linscotus in historia Indiæ Orientalis.
Lob. ob. Lobelius in obseruationibus.
Lob. ad. par. alt. In Aduersariorum parte altera.
Lob. Belg. editione lingua Belgica.
Lob. ico. In Iconibus separatim editis.
Lob. pharm. Rond. pharmacia Rondeletij restituta.
Lon. Adamus Lonicerus.
Lud. Rom. Ludouicus Romanus.
Lug. Lugd. Historia generalis Lugduni cusa.
Manard. Ioannes Manardus.
Maranta. Bartholomæus Maranta.
Marcel. Marcellus Virgilius.
Matth. Matt. Matthiolus.

Matt.

Matt. epist. Medic. Matthiolus in epistolis medicinalibus.
Matth. comp. Matthioli compendium in quarto.
Matth. Ital. Matthioli editio lingua Italica cum magnis figuris, folio.
Matth. ico. si iconem perpendas.
Mycon. hic à Lugdun. citatur.
Myrepf. Nicolaus Myrepsus.
Monach. mes. Monachi in Mesuem.
Monard. Nicolaus Monardes.
Mund. Mundel. Aloysius Mundella.
Mus. Calc. Museum Francisci Calceolarij.
Nicander in Theriacis, & Alexipharmacis.
Ouied. Ferdinandus Ouiedus.
Oribas. Oribasius Græcus.
Pallad. Palladius.
Palud. Bernardus Paludanus notis in Linscotum.
Pandect. Pandectarius.
Pena. Petrus Pena in Aduersarijs.
Petrus de Valle Epist. itin.
Phytopin. Phytopinax C. Bauhini.
Pin. Pinax C. Bauhini.
Pigafet. Pigafetta in descriptione Regni Congiani.
Plin. Plinius.
Pon. Ioannes Pona edit. Latina.
Pon. Ital. editione Italica Montis Baldi.
Portæ Ioannes Baptista Portus in sua villa.
Prod. Prodromus C. Bauhini.
Quadramius, Euangelista Quadramius.
Rauuol. Leonardus Rauuolfius.
Renod. pharmac. Ioannes Renodæus Institutionum pharmaceuticarum.
Richer. Richerius de Belleual Botanicus Monspeliensis.
Ros. Eucharius Roslin.
Rob. Ioannes Robinus.
Rondel. Rondeletius in sua Praxi.
Ruel. Ioannes Ruellius.
Scalig. Scaliger in Subtilitatibus.
Scalig. in Arist. in Aristotelem de plantis.
Scuuenck. Casparus Schuuenckfeldius.
Scroder pharmac. Ioannes Schroderus in Pharmacopœia medicochymica.
Serap. Serapio Arabs.
Sethi. Simeon Sethi Græcus.
Solinand. Solinander in consilijs.
Stad. Stadius in Brasiliæ descriptione.
Stirp. Siles. Stirpium Silesiæ Catalogus.
Suue. Suuert. Suuertius.
Tab. Taber. Tabernæmontanus edit. fol.
Tab. ico. In Iconibus separatim cusis.
Thal. Ioannes Thalius.
Theatrum Botanicum C. Bauhini.
Theuet. Andreas Theuetus.
Touar. Simon Touar Hispalensis medicus.
Trag. Hieronymus Tragus.
Tur. Guilielmus Turnerus.
Valerand. Valerandus Donreus Pharmacopæus.
Vercell. Franciscus Vercellensis.
Vesling. Obser. Io. Veslingij Obseruationes in librum Prosperi Alpini.

Librum hunc inscriptum *Phytologiæ, hoc est de Plantis, Partis primæ Tomus primus*, Celeberrimi Viri Hyacinthi Ambrosini, in Patrio Bononiensi Archigymnasio Simplicium Professoris ordinarij, Horti publici. Præfecti, diligenter euolui, inueniquè illum non modò sacris sanctionibus, ac bonis moribus consentaneum; verùm etiam in summa etymologiarum exponendarum difficultate, ac nouitate insignem; eruditione refertum, Synonymaquè omnia Doctissimorum Authorum testimonijs comprobantem, tanto deniquè suo Authore dignum, vt propterea censuerim, vt non solum prælo mandetur, sed vt continuè in Seplasiariorum oculis, manibusquè versetur, propter illius vtilitatem, ac necessitatem.

D. Iuuentius Tortus Cler. Reg. S. Pauli in Metrop. Bonon. Pœnit. pro Eminentiss. ac Reuerendiss. D. Hieron. Card. Boncompagno Archiep. & Principe.



O*Pus, cuius titulus est*, Phytologiæ, hoc est de Plantis, Partis primæ, Tomus primus, *Præclarissimi Viri Hyacinthi Ambrosini, vidi, nihilquè in eo Christianæ Fidei dogmatibus, neque bonis moribus aduersans reperi: quinimò illicò omnia consona, varia eruditione, ac eleganti stylo conscripta. Ac proindè maximè dignum censui, quod ad commune commodum prodeat. Quandòquidem qui se totos ad ea conferre studia solent, quæ non priuatæ modo iucunditatis; verùm etiam publicæ vtilitatis fructum in se continent, ij sanè perfectam, veraquè laude dignam quærere sapientiam, mihi semper visi sunt.*

D. Theodosius Sanutus Pellicanus Bonon. Canon. Reg. Later. Sac. Theolog. Doct. Colleg. pro Reuerendiss. P. Inquisit. Bonon.



Fr. Paulus Hieronymus Giacconus de Garrexio Sac. Theologiæ Magist. Ord. Prædic. Vicarius Generalis S. Officij Bononiæ.

HYACINTHI AMBROSINI

PROFESSORIS PVBLICI BONONIENSIS

PHYTOLOGIAE.

Partis Primæ Tomus Primus.



ABALZEMER, Renod. Pharmac. eſt Senna, ſiue Sena ſimplici n, vt in ſecunda parte Phytologiæ apertiùs, & clarius effabor.

Abariga, fructus arboris in India naſcentis, Palmæ ſpecies, vt in ſecunda parte Phytologiæ, apertè, & dilucidè afferam.

Abauo, arbor radice tuberoſa in India; hanc hiſtoriam pingui Minerua tractabo in ſecunda parte Phytologiæ.

Abelicea, arbor folijs Alaterni, fructu piperis, vt in ſecunda parte Phytologiæ ſimpliciter, & apertè dicam.

Abella arbor Indis, hanc hiſtoriam in ſecunda parte Phytologiæ paucis accipies.

De Abelmoluch Mauritanorum, Synonyma, & Etymum.

Abelmoluch Mauritanorum, Imperato eſt Ricinus Americanus falsò creditus, C. Bauhin. Dende, Serapionis: nam Serapioni ſpecies tres ſunt Seni, Sahati, & Indi, at Imperatus legit Chinenſe, Indianum, & Sahatenſe.

Abelmoluch vox eſt vernacula apud Populos, qui Mauritaniam Africæ regionem occidentalem incolunt. Etymum Ricini lege ſuo loco. Dende, Serapionis, vox eſt Arabica.

De Abelmoſch Aegyptiorum, ſeu Moſch Arabum Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Moſch, & Moſchus vox eſt exotica pretioſum quoddam odoramentum ſignificans. Item Moſchus, & μόσχος græca vox, eſt Vitulus. Item metaphoricè tenellus ramus, ſiuè nouellum, & tenellum germen in arbore. Item Moſchus eſt Animalculum ſimilitudine Muris, vel (vt alij volunt) animal Capreę ſimile, in cuius corpore iuxta vmbilicum apoſtema ſanguinolentum naſcitur, quod vnà cum pelle exciſum ſiccatumquè præſtantiſsimum ſpirat odorem, & inter primas hominum delicias habetur, cibiſquè medicinis, & vnguentis paſsim adhibetur. Hunc etiam odorem ab animalis

 nomi-

nomine Moschum vocant Arabes. Item Moschi Populi sunt Asiæ, Albanis, & Iberibus finitimi, à quibus pars Tauri montis in Septentrionem declinans, Moschis nomen accepit Plin. lib. 5. Item Moschos, Grammaticus, & Poeta Syracusanus fuit, Aristarchi familiaris, qui secundus à Theocrito scripsit carmen Bucolicum. Suidas. Item Mosch est herba de qua in præsenti sit sermo.

Abelmosch Ægyptiorum, siue Abutilon Auicennæ, Ponæ Ital. Alcea Ægyptiaca villosa C. Bauhini. Belmuscus Ægyptiorum, Nonnullis. Mosch, & Bammia Moschata Alpini, Alijs.

Abelmosch Ægyptij hanc plantam appellarunt, quasi dixerint stirpem, cuius semen Moschum orientalem redolet, ab odore quoque Moschi nomen inibi inuenit quod nimirum, ipsius semina Moschum præstantissimum colore, sapore, atque omnium maximè odore æmulentur. Herba autem simpliciter Mosch, semen verò aspiratione adaucta Hab-el-mosch, granum Moschi ab Arabibus nuncupatur. Belmuscus similiter dicitur propter eandem rationem. Abutilon verò est vox Arabica. Alceæ etymum lege suo loco. Bammia verò dicitur apud illam gentem, & Moschatam propter odorem Moschi indigitant.

De Abdelaui Aegyptiorum. Synonyma, & Etymum.

Abdelaui Ægyptiorum, Melones à nostratibus diuersi, Alpin. Melo Ægyptius C. Bauh.

Abdelaui vox est apud Ægyptios vsitata, & Melones intelligunt, nam ad Melonum formam nonnihil accedunt. Melonis verò etymum lege suo loco.

Abellina nux lege in 2. parte Phytolog. in qua summatim hanc historiam exprimam.

De Aberas Synonyma.

Aberas fructus exoticus Brasilianus, Cardui forsan species: nam tres secundum Ouiedum obseruantur: Prior Iaiama, altera Boniama, tertia Iaiagua dicitur. Ananas Acostæ, Lugd. ap. Ananas, Ananasa: Brasilianis, Nana: in Hispaniola, Iaiama: Hispanis, Piñas, cuius duo genera mas, & fœmina par. 6. Ind. or. Nanas Theuet Lugd. Clus. Carduus Brasilianus folijs Aloes C. Bauh. Strobylus, siue Nux pinea Monardi. Aizoi maioris ortu persimilis exotica planta, Lob. ico. Ananas optimus Americæ fructus, qui Panacous Brasilianis, Lerio, cap. 12. Pineæ in arbusculis, Benzoni lib. 1. Ind. occid. Etymologiæ nominum, nempe Cardui, Aizoi, lege suo loco: cætera nomina sunt vernacula, quæ regioni illorum sunt peculiaria.

Abhel arbor in Syria similis Cupresso, de qua in secunda parte Phytologiæ pinguiore Minerua agam.

De Abiga, siue Chamæpity. Synonyma, & Etymum.

Abiga, Ibiga, Aiuga, & Orbiga à Nonnullis appellatur. Chamæpitys dicitur ab omnibus ferè Authoribus, Thus terræ, Alijs. Iua arthetica, Officinis vulgò. Perysterona Crateuæ Ang. Græcis χαμαιπίτυς. Italis Iua Artetica.

Abiga ab abigendo fœtu, idest fœtum iam conceptum expellendo, & fortè procurando abortu nuncupata est. Vel Abiga ab Abiete arbore dicta, propter odorem, quem folia spirant abietinis frondibus similem. Aiuga verò, & Orbiga vulgò dicta, est nomen corruptum ab Abiga, quod idem significat. Thus terræ dicitur propter odo-

odorem foliorum Thuris odorem æmulantium. Iua appellatur fortè quasi Iuua à maximo iuuamine quod varijs morbis affert. Arthetiea postea nuncupatur, quoniam articulorum morbis confert: nimirum Arthritidi. Perysterona verò dicta, ideſt propter priuationem, vel gratia priuationis, περὶ apud Græcos significat propter, ob, vel gratia, στερέω verò eſt priuo, orbo: hinc herba ita nuncupata, ideſt propter abortum, vel gratia abortus. χαμαιπίτυς Græcis, quaſi humilis Picea, nam χαμαὶ Græcis eſt humilis πίτυς verò Picea: hinc herba ità appellata, quia folia Piceam olent.

Abies arbor, Abies rubra, Abies fœmina in ſecundà parte Phytologiæ paucis hanc hiſtoriam exponam.

Abies marina eſt Phucus marinus folijs Abrotani maris Lob. ſiuè Muſcus marinus folijs Abrotoni Lugd. lege ſuo loco.

Abiotos ſecundum nonnullos Cicuta appellatur: nomen inde ductum videtur, quòd capite damnatis cum vino miſceri ſoleret: nam ἀβίωτος Græcis non viuens, non vitalis, & miſer exponitur: lege Cicuta.

Abrong, & Abrugi Serap. apud Dod. granum paruum punctatum nigredine, & albedine, rotundum, ſicut granum Meſ. nullius odoris ad Halicacabum peregrinum videtur accedere: lege Piſum cordatum.

De Abrotono. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Abrotonum oppidi nomen eſt in Africa inter duas Syrtes, non procul à Lepti, cuius meminit Plinius lib. 5. & Strabo lib. 17. Abrotonum nomen eſt Meretricis proprium, & matris Themiſtoclis ἀπὸ τοῦ ἁβροῦ, quod latinè ſonat glabrum, & delicatum. Abrotonum deinde eſt herba de qua in preſenti agitur, & etiam hodie in Officinis nomen retinet.

Abrotonum, & Abrotanum vtroque modo dicitur, & Abrotonus etiam apud Authores legitur: aliud eſt mas, aliud verò fœmina. Mas nuncupatur etiam Incenſaria Camer. Abrotonum mas incanum; Abutonon etiam dicitur in antiquis Dioſc. nomenclaturis, quaſi Abrotonon. Græcis ἀβρότονον ἀβύτονον. Italis Abrotono.

Abrotonum Latinis, ſimiliter Græcis dicitur ἀβρότονον, nam ἀβρότης apud Græcos eſt mollities ἁβρὸς οὐ ὁ mollis, effeminatus & delicatus exponitur: hinc Abrotonon herba dicta eò quòd folia conſpectu mollia, tenera, delicata, & ſubtilia appareant, aut quòd grauem, acremuè, & difficilem halitum ſpiret: vel ab ἁβρὸ quod ſignificat mollities, & τόνος robur, ideſt molle, & delicatum robur, cum habeat caules firmos, & ſolidos ad ligneam naturam ferè accedentes, & in illis inſint folia, mollia, & delicata. Dicitur autem Abrotonum mas, & Abrotonum fœmina, non ratione alicuius ſigni maſculini, vel fœminini, quod inſit in illis, ſed ratione maioris, & minoris virtutis quam poſſidenr. Dicitur Incenſaria forſan ab odore thuris, quem folia huius plantæ ſpirant. Dicitur incanum, ideſt ſubalbidum, nam folia, & caules albido colore perfuſi apparent.

De Abrotono fœmina. Synonyma, & Etymum.

Abrotonum fœmina Matth. Lob. Caſt. Cluſ. & aliorum. Chamæcypariſſus Plinij, Trag. Fuch. &c. Cupreſſus herba Cord. in Dioſc. Santolina Ang. altera Dod. Santonicum minus, Cord. hiſt. Centonia, Geſ. hor. Sanctolina vulgo, alijs Creſpolina, Cæſ. Vnguentaria Lutetianorum.

Chamæcypariſſus dicitur quaſi humidis Cupreſſus, nam folia aſſimilantur paruo Cu-

 preſ-

presso, & ramus huius herbæ paruum cupressum imitatur. Cupressus herba dicitur propter eamdem rationem Santolina, Sanctolina, & Sanctonicum nuncupatur ob eximias vires,& quasi Sanctas idest sanctione quadã,& experientia comprobatas in vermibus necandis. Centonia nescio vnde misi fortè sic dicta,quoniam multi sit valoris in medicina, & quasi valeat aduersus cẽtum morbos, quos vermes afferre possunt humanis corporibus. Crespolina nuncupatur, nam folia quodammodo crispa apparent. Vnguentaria tandem dicitur,eò quia folia odorem vnguento simillimum reddant.

Abrotonoides planta saxea Clusij est Planta Abrotono similis saxea C.Bauh. nascitur in mari super lapides, & Abrotono assimilatur vnde dicitur Abrotonoides.

Abrus. Synonyma, & Etymum.

Abrus Alpini, fabarum genus apud Ægyptios est Pisum Indicum coccineum C. Bauh. Pisa rubra ex nouo orbe Ges. hor. Pisum coccineum Americanum, Lob. Pisum Americanum Lugd. Phaseolus ruber, Phaseolus ex Ieme. Phaseolus Indicus Aliorum. Vicia Africana,Clus.

Ex Arabia felici in Ægyptum delata fuere hæc Pisa vnde nomen Abrus illis inditum, & ab Ægyptijs ita nuncupata hæc herba. Pisi verò, Phaseoli, & Viciæ etyma lege suo loco.

Absus. Aequiuoca, & Synonyma.

Absus dicitur fluuius in Danubium influens, authore Althamero. Absus est etiam herba.

Absus Alpini est Loto affinis Ægyptiaca herba C.Bauh. Ægyptij hoc nomine hanc plantam decorarunt.

De Absinthio. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Absinthus, vel Absynthus vtroque enim mo lo scribitur,teste Stephano, Vrbs Thraciæ cuius Incolæ dicuntur Absinthij. Absinthium etiam Latini vsurparunt pro re, quæ parum allatura sit voluptatis, non tamen propter commoditatem respuenda. Absinthium verò est herba de qua in presenti fit sermo.

Absinthium Latinis dicitur, Græcis ἀβσύνθιον, ἀψίνθιον, & ἀπίνθιον, alij Aloinam nuncupant. Italis Absintio, Assenzo, & Lucenso, & Medico Arab. Assinthium.

Absinthium nomen hoc, Latini a Græcis desumpserunt nempè à verbo græco ἀψαύσιω non tango,eò quia nullum animal ob insignem amaritudinem hanc herbam attingat. Veteres verò Græci dixerunt ἀπίνθιον quasi ἀψίνθιον siue vt plerique legunt ἄπινον à verbo græço πίνω idest poto,& ab alpha ante,quæ priuandi vim obtinet, hinc ἀπίνθιον, vel ἀψίνθιον idest non potabile eo quia huius herbæ succum propter eximium amarorem bibere nemo possit: ideò nonnulli Aloinam Absinthium appellant ab Aloes amarore. Absinthij variæ obseruantur species vt dicemus in secundo Tomo partis primæ Phytologiæ; nam aliud est

Absinthium Ponticum, & tenuifolium vocatur, quod à Ponto Prouincia Asiæ minoris in qua nascitur, & copiosissimè crescit Ponticum cognominatur: estquè cæteris multò præstantius, quod nonnulli Romanum appellant, eò quòd Romæ in monte testaceo copiosè nascatur. Græcis ἀψίνθιον ποντικόν.

Aliud est Absinthium Seriphium, siue marinum, apud Græcos σέριφος exponitur senex, & quia huiusmodi Absinthium semper est canum, nimirum albedine quadam perfusum, ideò dicitur Seriphium. Vel dicitur Seriphium à loco natali: nam Seriphos est Insula vna ex sporadibus in Ægeo mari, in qua insula ranæ prorsus mutæ

esse

esse traduntur, & in ea Absinthium copiosissimè crescit. Dicitur etiam marinum quia in littore maris nascatur.

Absinthium Santonicum à Santonibus Galliæ populis apud quos plurimum gignitur, ità nuncupatum. Santonia enim est Galliæ alpinæ pars. Semen sanctum etiam dicitur quasi Sanctonicum ob eximias vires in vermibus necandis. Dicitur etiam Scheha Arabum Lugd. ap. & Zinæ semen Cord. in Diosc.

A nonnullis semen Absinthij Sementina dicitur quoniam huiusmodi Absinthium minutis seminibus est refertum. Ab alijs verò semen lumbricorum appellatur. Ab alijs Mors vermium dicitur.

Absinthium rusticum est illud quod Absinthium vulgare dicitur, rusticis frequentissimum cum passim apud eos in omnibus ferè hortis nascatur.

Absinthium Nabatheum Auicennæ est Absinthium Orientale: nam Nabathea est regio Arabiæ, & quia Nabathea regiò Orientem spectat, hinc factum est, vt Nabatheum accipiatur Absinthium pro Absinthio ad Orientem vergente.

Absinthium vmbelliferum dicitur eò quia vmbellam in cacumine profert.

Abuhanifa arabica lingua dicitur Tabacum.

Abuiga fructus in India, Arboris descriptionem habebis in secunda parte Phytologiæ.

De Abutilo Auicennæ. Synonyma, & Etymum.

Abutilon Auicennæ, siuè Althæa palustris, Matth. Althæa luteis floribus Ad. Lob. Ger. Althæa Theophrasti flore luteo C. Bauh. Ibiscus Theophrasti Dod. Gal. Malua Theophrasti Taber. Sida vulgò Cam.

Abutilon, siue Arbrutilon est vox arabica. Altheæ verò, Ibisci, & Maluæ etymum lege suo loco. Sida verò dicitur fortè à verbo græco σίδη quod significat punica Malus: Item herba sic dicta à similitudine mali punici quoniam fructus huius herbæ Malum punicum pusillum repræsentare videtur.

Aburnium arbor est vt in secunda parte Phytologiæ verba locupletiora proferam.

Abutonon herba est, quæ alio nomine Abrotonum vocatur sed inter nomina spuria collocatur. lege Abrotonum.

Acaba arbor est in India de quà in secunda parte Phytologiæ.

Acacia arbor, in secunda parte Phytologiæ de illa quid sentiam paucis explicabo.

Acalta apud nonnullos est Violæ marinæ species, proxima violis concolori amplitudine; vincit numero foliorum marinam quinque foliorum non excedentem, eodem odore superatur.

Acacalis est species Ericæ de qua in secunda parte Phytologiæ dicam crassa (vt aiunt) Minerua. Acacalis est etiam semen siue fructus arbusculæ in Ægypto nascentis semini Myricæ quadantenus simile cuius aqua in qua maduerit ad collyria, additur ad excitandam oculorum aciem, sed huiusmodi semen ad nos hac ætate nòn portatur, vt dicemus in secunda parte Phyt.

Acaiou Acaiaiba est Anacardi species cuius historiam paucis tantùm verbis notabo in secunda parte Phytologiæ.

Acalephe ἀκαλήφη est herba quam Græci Vrticam vocant dicta Acalephe à verbo græco καλὸς quòd significat pulcher, & ἁφὴ quòd denotat tactus, sensus qui manuum ministerio fit, contrectatio, & alpha ante compositionem est priuatiuum vndè ἀκαλήφη idest quòd tactui non sit pulchra; lege Vrtica.

Acanochia lege Acanus.

Acanos lege Acanus.

Acanthaleuce, siuè spina alba ἄκανθα enim apud Græcos est spina λευκὸς verò est albus

bus hinc ἀκανθαλευκὴ ideſt ſpina alba; lege ſuo loco.

De Acantha ſiue Branca vrſina. Aequiuoca, & Synonyma.

Acantha, & Acanthus eſt Acacia folijs ſcorpioidis leguminoſæ C. Bauh. Acanthon mons eſt Ætoliæ, cuius meminit Plinius. Acanthus etiam dicitur Carduelis auis, quòd ſpinis, & Carduis paſcitur vnde etiàm apud Græcos ἀκάνθις dicta eſt ab ἀκάνθοις ideſt ſpinis quibus alitur. Acantha verò, & Acanthus eſt herba de qua in preſenti fit ſermo.

Acanthus Matth. Lac. Lon. Caſt. & aliorum. Acanthus verus, Trag. cui & Branca vrſina Italorum vera. Acanthus Satiuus, vel mollis Vergilij C. Bauh. Acanthus Satiuus Dod. Acanthus Italica alijs. Pæderota nonnullorum. Alij Melamphyllum vocant. Topiaria aliquibus. Marmoraria apud nonnullos. Et ab alijs Mamolaria, quaſi Marmoraria. Græcis ἄκανθος Italis Acanto, & Capitella.

De Acantho aculeato. Synonyma, & Etymum.

Acanthus aculeatus C. Bauh. Acanthus Sylueſtris, Dod. Acanthus ſpinoſus, Eyſt. Acanthus ſyl. Scolymo ſimilis aculeatus Dioſc. Lob. Branca vrſina aculeata, Lugd. Chamæleonta Monſpelienſium, Lob. Ico, Italis Branca Orſina ſpinoſa.

Acanthus dicitur nam ἄκανθα apud Græcos eſt ſpina, aculeus, vndè herba ſic appellata eò quia ſit ſpinoſa, & quoniam alia ſpinis caret: hinc factum eſt, vt dicatur Acanthus mollis, & Acanthus, ſpinoſus. Græcis ἀκανθὸς, quaſi ſpinis horrens, & quamuis Acanthus generaliter omnem ſpinam ſignificet per antonomaſiam tamen iſte Acanthi nomen accepit. Branca vrſina quaſi brachium vrſinum nuncupatur à ſimilitudine, quàm eius folia habent cum anterioribus Vrſorum pedibus. Pederota dicitur forſan à forma pedis, vt dictum eſt, nam folium, quodammodo pedem imitatur. Vel Pæderota dicitur, ideſt Amor pueri, nam Græcis παῖς δὸς puer ſignificat, & ἔρος amor; nam Acanthus puer fuit in florem, ſeu herbam ſui nominis verſus, & ſic à puerili amore Græci hanc herbam Pæderotam vocant. Marmoraria dicta, quòd eius folia columnarum maximè corinthiarum capitulis inſculpebantur, quarum identidem, tam ſcapi quàm vertices marmore ſplendebant; nam folijs Acanthi columnas corinthias veteres Architecti coronabant; quarum effigies adhuc hodie noſtris oculis ſeſe offert. Melamphyllon alij appellant, quòd folium ſaturato virore nigreſcat alijs folijs comparatum, quæ dilutiori colore placent: nam Græcis μέλας μέλανος eſt niger φύλλον verò eſt folium.

Acanthus Sylueſtris Dalech. lege Carduus pratenſis Aſphodeli radice.

Acanthis, & Acanthida nonnullorum eſt Senecio ita nuncupata, eò quia decidente flore caput eius numeroſè diuiditur, lanugine, qualis eſt ſpinæ inter diuiſuras exeunte.

De Acanthio. Synonyma, & Etymum.

Acanthium, Matth. Dod. Lob. Caſt. Cam. & aliorum Acanthium vulgare Taber. ſpina alba tomentoſa latifolia Sylueſtris C. Bauh. Onogyros Nicandri. Carduus ſyl. Cæſalp. Onopyxus Dalec. Lugd. Carduus viarum Ger. Græcis ἀκάνθιον. Carduus tomentoſus latifolius, Alijs.

Acanthium Latinis, & Græcis ἀκάνθιον dicitur ſpinula: hinc herba eiuſdem nominis, quia paruas habeat ſpinas. Carduus tomentoſus dicitur eò quia habeat folia araneoſa lanugine obducta, qua collecta, vt aiunt, veſtes bombycinis ſimiles fiunt

in

in Oriente. Etymum Cardui lege suo loco. Onogyrus dicitur ideſt Scrobs aſini, nam ὄνος apud Græcos ſignificat Aſinus γυρὸς verò pro Scrobe exponitur hinc Onogyrus, ideſt ſcrobs aſini cum hæc herba in Scrobibus, & macerijs naſcatur, vbi aſini mortui ſepeliuntur. Onopyxos, verò dicitur, quaſi dicas Buxus aſininus nam ὄνος Græcis eſt aſinus, vt dictum fuit, πύξος verò eſt Buxus; nam ſicuti Buxus in ſepibus hortorum colitur, ſic hæc herba in paſcuis aſinorum repetitur. Carduus viarum nuncupatur, quia frequentiſſime ſecus vias in locis incultis naſcitur.

Acanthioides parua Apula Col. eſt Acarna flore purpurorubente patulo C. Bauh.

De Acano. Synonyma, & Etymum.

Acanus, à qua reliqua ſpinarum genera Acanacea nuncupata ſunt, eſt Carduus latifolius echinos obſoletæ purpuræ ferens, C. Bauh. Agauanus Cretenſium fortè Ponæ. Aconachia, & Acanochia nonnullis.

Acanus, & ἄκανος, idem quòd ἄκανθα ſpina, dicta eſt hæc planta à verbo græco ἀκαζώ acuo ἀκη, item ἀκις dicitur acies, mucro, eo quia ſpinoſum, & echinatum caput producat: ſic dicitur id quòd veluti malum extuberat in carduis. Agauanus verò eſt nomen corruptum ab Acano; Agauanus ideſt Acanus Aconachia etiam dicitur quaſi habens aciem ab ἀκις cuſpis, & acies, & ἴχω habeo, vel ἄγω habeo.

Acapatli Mexicanorum arbor de qua in ſecunda parte Phythologiæ.

De Acarna, ſiue Acorna. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Acarne oppidum eſt Magneſiæ regionis Theſſaliæ, vt tradit Plinius. Eſt etiam Acarne piſcis marini genus, Plinius. Acarne quoque eſt herba, de qua in preſenti habetur ſermo.

Acarna, Acorna, & Acarne, Cæſalp. Carlina ſyl. Tab. Carlina Sylueſtris minor, Dod. Ger. Eryngium Archigenis Ang. Acarna flore luteo patulo C. Bauh.

Acarna, & Acorna dicitur ἀπὸ τῦ ἀκη vel ἀκωκη cuſpis vel acumen, quia ſit planta ſpinis acuminata. Carlinæ etymum lege ſuo loco.

De Acarna humilis. Synonyma.

Acarna humilis caule folioſo C. Bauh. Picnomos Cretæ Salonenſis Galloprouinciæ, Ad. Lob. Lugd. Chamæleon niger, Tab. Ger. Acarna Valerandi altera, Lob. Lugd. Tab. Ger.

De Acarna minori. Synonyma, & Etymum.

Acarna minor caule non foliolo C. Bauh. Leo, Carduus ferox, Dod. Phœnix, Leo Carduus ferox Lob. Carduus ferox Lugd. Tab, Ger.

Dicitur autem Leo, ſeu Carduus ferox, ab infeſtiſſimis ſiquidem, ac duriſſimis ſpinis quibus totus redundat: flos etiam longis, duris ſpinis, ac aculeis circumambientibus horret. Picnomos etymum lege ſuo loco.

Acarpos, Græcis ἄκαρπος dicitur planta quæ nullum ſemen profert, nam καρπός eſt ſemen, ſiue fructus: hinc ἄκαρπος, ideſt ſine ſemine.

De Accipitrina. Synonyma, & Etymum.

Accipitrina Cæſalpini eſt Naſturtium Sylueſtre tenuiſſimè diuiſum C. Bauh. Sophia Chirur-

Chirurgorum, Lob. Ad. Dod. Thalictrum Thal. cui, & Nasturtium myriophyllon μυριόφυλλον, Tab. Thalictrum angustifolium, Alijs. Italis Sofia.

Accipitrinæ etymum lege Hieracium, nam Hieracium à Latinis Accipitrina nuncupatur. Nasturtij, & Thalictri etymum, lege suo loco. Myriophyllon verò dicitur idest mille seu infinita folia habens μυρίος enim apud Græcos est infinitus, innumerus φύλλον verò est folium. Sophia Chirurgorum nuncupatur ideft Sapientia nam Chirurgi in vulneribus curandis ad hanc plantam tanquam ad salutarem anchoram confugiunt.

Acer est arbor, cuius historiam cursim, breuiterque attingam in secunda Phytologiæ parte.

De Acetabulo, siue Vmbilico Veneris. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Acetabulum est mensuræ genus, Cotylæ quartam partem continens, hoc est drachmas quindecim. Acetabula quoque dicuntur Pixides in corporibus quibus coxendices infiguntur, & circa quæ vertuntur ossa coxarum. Item ora vasorum in matricis brutorum interiori parte Acetabula vocantur. Similiter Acetabula sunt veluti quidam caliculi in ijs piscibus, qui molles appellantur, vt in Polypo. Acetabula sunt etiam Præstigiatorum vascula siue caliculi quibus Astantium oculos perstringunt Item Acetabulum est herba, de qua in presenti fit sermo.

Acetabulum dicitur Latinis. Græcis κοτυληδών Cotyledon maior C. Bauh. Cotyledon, siue Vmbilicus Veneris, Clus. Vmbilicus Veneris, Matth. & aliorum, à nonnullis herba coxendicum, Dod. Scatum Cæli, & Scatellum alijs. γῆς ὀμφαλὸς Terræ vmbilicus etiam appellatur. Italis Bellico di Venere.

Acetabulum denominatum videtur ab aceto, quamuis alij ab accipiendo dictum putent: hinc est quod scribant acceptabulum, vasculaquè fuerunt orbiculata, concaua, sine marginis latitudine, quæ aceto plena ad intinctus ponebantur. Hinc herba ita nuncupata, quoniam folia Acetabulo similia in orbem circumacta, & in concauam lacunam descendentia habeat. Κοτυληδών verò apud Græcos dicitur quia κοτύλη apud ipsos est cauitas, & etiam vasculum ad instar scutellæ: hinc κοτυλώδης qui repræsentat formam cotylæ; vnde herba ita dicta, quia folium habet concauum, & in figuram vasculi lati, vel scutellæ efformatum, vel potius ad instar operculi, quod superponitur ollæ fictili. Vmbilicus Veneris dicitur à figura folij, nam folium in medio habet concauum itaut formam vmbilici præ se ferè videatur Veneris vox adiecta est, cum hæc mulier pulcherrima pingatur: vnde κῆπος ἀφροδίτης, idest hortus à nonnullis nuncupatur. Scatum Cæli, & Scatellum appellatur à verbo scateo, erumpo, ebullio, cum in locis humidis, & musco obsitis, ac etiam in aquis, vti Cotyledon palustre nascatur. Et quia in aquis supernatat, & quasi ex aquis scatere, & ebulire videtur calore celesti ideo Scatum, & Scatellum dicitur.

Acetabulum alterum, lege Telephium vulgare.

De Acetosa, Synonyma, & Etymum.

Acetosa omnibus fere Botanicis dicitur. Oxalis Matth. Trag. Fuch. Dod. & alijs. Lapathum, Oxalida nonnullis. Acidus rumex alijs. Rumicis genus Cord. in Diosc. Græcis ὀξαλὶς. Acidula etiam dicitur nonnullis, nam sicuti Acetosa dicitur quasi acida, Acidula igitur erit parua acetosa. Italis Acetosa, & herba brusca.

Acetosa dicitur quasi acida ab acido gustu, seu ab aciditate, nam in ea iucundi acoris sapor inest. Oxalis verò nuncupatur propter eamdem rationem nempe ab acuto

gustu,

gustu, nam ὀξὺς apud Græcos est acetum, ὀξὺς verò acetosus, hinc Oxalis idest Acetosa. Lapathum oxalida id est Lapathum acetosum, Lapathi verò, & Rumicis etymum lege suis locis.

De Acetosa Lanceolata. Synonyma, & Etymum.

Acetosa Lanceolata ὀξαλὶς μικρὰ Græcis. Oxalis tenuifolia sinuata veruecina Lob. Oxalis ouina Taber. Oxalis minima, Trag. Oxalis aruensis lanceolata C. Bauh. Oxalis parua Dod. Oxalis minor eidem. Acetosella Lonicero. Lapatiolum alijs. Oxalis sponte nascens Cæs.

Acetosa triphylla lege Alleluia.

Acetosa lanceolata dicitur eo quia folium figuram mueronis lanceæ repræsentat. Oxalis veruecina, & ouina nuncupatur, nam sponte nascitur in locis vbi Oues, & Veruecees pabulum quærunt, & libenter ab illis depascitur ὀξαλὶς μικρὰ dicitur, idest parua, nam apud Græcos μικρὸς paruus exponitur: hoc nomine etiam potest insigniri illa Acetosæ species, quæ in Horto meo studiosorum fuit descripta sub nomine Acetosæ alpinæ minimæ Asari folijs; cuius iconem in gratiam Lectorum hic denuò damus.

ACETOSA ALPINA ASARI FOLIIS.



Achanaea Theueto est Brassica peregrina, quia in Regno Mely, vt nos Guaiaco, vtuntur C. Bauh. nomen est peregrinum.

Achaouan Alpini, lege Matricaria inodora.

Achaouan abiat Alpini, lege Cineraria.

Acharnica irrigua Atheniensium, Dod. est Hedera fructum ferens candidum.

Achi, vel Adi Canellæ species de qua in secunda parte Phytologiæ.
Achar condimentum, lege in secunda parte Caryophyllus aromaticus.

De Achillea. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Achillea Insula est exigua, Borysthenis ostio obiecta, ab Achille in ea sepulto nomen habens, vt refert Pomp. lib. 2. Item Achillea est herba de qua agitur.
Achillea Matth. & aliorum. Tanacetum minus album odore Camphoræ, C. Bauh. Millefolium nobile, Trag. & Tab. Tanacetum minus Dod. candidis floribus Lob. Lugd. Scopa Regia Dalech. in Plinium. Camphorata Recentiorum. Achillea sideritis Lugd.
Achillea dicitur ab inuentore Achille Chironis discipulo, qua Telephum sanasse fertur. Tanaceti, & millefolij etyma lege suo loco. Scopa regia forte dicebatur, nam ex hac herba manuales fasciculos conficiebant, pauimentaque Regum verrebantur, propter odorem iucundum, quem herba contrectata spirat. Camphorata appellatur ab odore acuto, & medicato, & ob similem Caphuræ odorem, quem folia trita vibrant.

Achilleis, siue Achilleas Hippocrati: ἀχίλλης Theophrasto apud nonnullos, est hordei genus, cui spica folio proxima est, amplitudinis, & crassitudinis maioris ideoq; ærugini magis obnoxium.
Achilleos Cæsalpini, lege Centaurium luteum perfoliatum.
Achna, lege Athanasia leucanthemos.
Achimenis Plinij, siue vt apud Diosc. legitur Achamenis, est herba, quæ alio nomine Polium montanum appellatur.
Achimilla, lege Alchimilla.
Achlades, & Achrades sunt Pyra exigua à Cretensibus sic appellata vt in secunda parte Phytologiæ agam haud obscurè.
Acicula nonnullorum est herba exerta habens cornicula in verticè, quæ acus effigiem repræsentant, à quo habitu à Romanis vocata est Acicula, & Acula. Græcis dicitur σκάνδιξ quo nomine etiam Latini vtuntur, lege Scandix, alij verò Aciculam, & Aculam Geranium esse volunt, idest Acus Pastoris.
Acidoton, herba est quæ notiore nomine Poterium appellatur, & Neuras dicitur. Plinius eamdem Phrynion vocat Diosc. lib. 3. cap. 15.
Acidula lege Acetosa.
Acinaria marina Imp. est Phucus racemosus, vel Racemus marinus C.Bauh, dicitur autem Acinaria ab acinis, & racemis, quibus abundat; herba enim est in mari nascens. Phuci verò etymum lege suo loco.
Acinaria palustris, lege Vaccinia palustria.

De Acino, siue Clinopodio maiori. Aequiuoca, Synonyma. & Etymum.

Acinus, non tantùm est granum internum vuæ, quemadmodum aliqui existimant, Italis Vinacciuolo nuncupatum; sed totum fructum, qui ex succo, & parte, quæ veluti caro est, & ex vinaceis, siuè feminibus, & ambiente forinsecus cute, seù membranoso integumento, vel folliculo, constat, quem nos Italici nuncupamus Grano d'vua, Græcis ῥάξ Marcus Cato Acinum genere neutro vsurpat pro vuæ grano, quem alij masculino genere protulerunt. Inter
Acinos, & baccas hoc interesse putant, quòd Acini inter fætus minutiores herbarum, fruti-

fruticum, arborumue densius enascantur. Bacca verò dispersiùs, & rariùs. Inter acinos enumerantur grana vuæ, hederæ, sambuci, ebuli, mali punici: addunt etiam morum, & quicquid his est simile. Inter baccas verò, partus lauri, oliuas, corna, fructum loti, quam fabam græcam appellant, myrti, lentisci, similiumque: nonnunquam tamen acini, & baccæ indifferenter poni audio. Acinos est etiam herba de qua in præsenti.

Acinos, siuè Clinopodium vulgare, Matth. maius, Cam. herba Origano vulgari similis Cæs. Acynus, siuè sterilis, Ad. Origanum Syluestre verticillatum, Thal. Pulegium montanum, Lon. Betonica Pauli, Guil. Calamentum inodorum quibusdam, sed perperam, teste Clusio. Vrtichella Olitoribus, Col. Clinopodium Ocimi facie, Alijs Græcis ἄκινος, & κλινοπόδιον.

Acinos dicitur latinis, nam ἄκινος apud Græcos exponitur res vilis, & nullius precij, ideò planta sic vocatur, quia passim nascatur, & tanquam vilis conculcetur, cum sit nullius vsus in medicina: vel dicta fuit ἄκινος ab à littera, quæ nota est priuatiua, & verbum κινέω, quod significat mollio, moueo, incito, cieo: & quoniam cum hæc herba contrariam habeat facultatem, quòd menses, & aluum pota sistat, Dioscordis sententia, ideò ἄκινος nuncupata fuit. [Clinopodium verò dicitur, nam κλίνη apud Græcos exponitur lectus, cubile, πόδιον verò pes: hinc herba ita dicta, quòd orbiculato florum ambitu speciem pedum lecti præbeat, ex interuallis per ordinem dispositis. Vrtichella verò dicitur, quoniam folia ad instar Vrticæ producat, sed posteà nullam afferunt noxam.

Acinos, siuè Clinopodij minoris. Synonyma.

Clinopodium aut Lectipes, Ad. Clinopodium aruense alterum, nonnullis, Pseudoclinopodium, & Clinopodium alterum, Matth. Pulegium petræum, Ges. hor.

Aconachia, lege Acanus.

De Aconito. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Aconiti, latinè idem sonat quod sine puluere, hoc est, citra negotium, & laborem. Aconiti Nemæa, prouerbij loco dicitur de eo, qui sine sudore victor euadit: ab Athletis sumptum, qui puluerem inspergebant corporibus, vt se faciliùs compræhendere possent. Acone pariter Latinè cotem sonat, vel cautem, lapis enim est quo cultri acuuntur. Acone nomen est oppiduli, vel portus Mariandynorum, non procul ab Heraclea Pontica, vt apud Plinium legitur: siuè apud Stephanum. Aconitum est etiam herba de qua in præsenti.

Aconitum ità nuncupatur ab omnibus ferè Authoribus latinis. Græcis verò ἀκόνιτον. Italis Aconito. Aconitum latinis nuncupatur ab Acone Pago quodam Mariandynorum, non procul ab Heraclea Pontica, quoniam ibi præcipuè crescat, & in magna copia proueniat: vndè ab hoc loco nomen accepit. Græcis dicitur ἀκόνιτον ἀπὸ τῆ ἀκόνης hoc est à cote, seù caute ἀκόνη enim est Cos ad acuendum ferrum apta, sic etiam Aconiti succo, vel radice, quibus quasi Cote spicula à Venatoribus affricta celerius perniciem adferrent: quoniam vis eadem in morte esset, quæ Cotibus ad ferri aciem deterendam, statimque admota velocitas sentiretur, & sic alij à verbo græco ἐγκονέω quòd est accelero, quia mortem acceleret denominatum putant. Alij Aconitum dictum volunt, quia sine puluere, aut terra proueniat: nascitur enim in duris cautibus, quas Aconas vocant, & ideò Aconitum quidam dixere, quòd nullo puluere nutriente proueniat.

Aconitum alio nomine dicitur Lycoctonum eò quia enecat Lupos, vulgò enim Luparia appellatur, & Lupicida. Græcis enim λυκοκτόνον dicitur quia λύκος est Lupus κτείνω verò est neco. Aconitum etiam Pardalianches dicitur, quia Pardi & Pantheræ hac herba necentur πάρδος enim est Pardus, ἄγχω verò est strangulo, vndè παρδαλιαγχὶς quòd Pardos strangulet, Alij Aconitum Myoctonum dicunt, quia mures enecat μῦς enim est mus, κτείνω est neco, vndè μυοκτόνον Græcis dicitur quia procul, & longinquo, odore mures necat. Alij Thelyctonon dicunt, quoniam tactis fœminini sexus animalium genitalibus eo die inferat mortem θηλὺς apud Græcos fœmineus dicitur, vel qui est sexus fœminei, & κτείνω est neco, occido.

De Aconito radice Scorpij. Synonyma, & Etymum.

Aconitum Scorpium, alij nuncupant, quia radicem scorpioni caudæ similem habeat, & scorpionum modò incuruetur, vel etiam quia illi aduersetur. Vulgus herbariorum Vuam versam dicit, Gesnero monente, quoniam radices racematim coeuntes instar vuæ producat. Et alij vuam vulpinam nuncupant: fortè quia hæc radix vulpes imitatur, nam forma, & effigie vuam repræsentat, sed effectum posteà vuæ non præbet: vndè homines hac herba decipiuntur. Alij Cammaron nuncupant propter radicem Cammaro marino similem; sed rectius κάμμαρον, quasi κακόμορον, idest perniciosum, κακὸς enim apud Græcos dicitur improbus, malus, μόρος verò sumitur pro morte: idest mors improba.

De Aconito racemoso. Synonyma, & Etymum.

Aconitum racemosum ità nuncupatum, quia producit racemos ad instar Sambuci, vndè à Græcis Actea Plinij dicitur, ἀκτὴ enim est Sambucus apud ipsos. Alij Aconitum bacciferum nuncupant, eò quia baccas producit. Alij hanc herbam Christophorianam appellant, idest Diui Christophori herbam nescio vndè: nisi fortè Christophorianam dicant à verbo græco χρηστὸς quòd aliquando apud Græcos pro strenuo ponitur, nam strenuus, dicitur fortis, celer. φορεῖον verò apud ipsos vehiculum, vndè Christophoriana, quasi Christophorion, nempè strenuum vehiculum, & celer ad mortem. Barba Capri quibusdam Cæs. forsan quia racemus huius herbæ barbam Capri imitatur. Ab alijs Strumum dictum, quia folia ad instar Scrophulariæ imposita scrophulas mirè sanare aiunt. Strychnon etiam nuncupatum ob similitudinem, quam habent fructus cum baccis Solani, nam Solanum Græcis στρύχνον nuncupatur.

De Aconito cæruleo. Synonyma, & Etymum.

Aconitum cæruleum. Napellus Matth. & aliorum Herbariorum. Napellus reticulatus Cæsalpini. Dicitur cæruleum à colore floris cęruleo. Napellus modò nuncupatur, quia radices Napo similes producat. Reticulatus verò appellatur, quoniam à radicibus numerosæ oriuntur fibræ in retis modum complicatæ.

De Aconito Salutifero. Synonyma, & Etymum.

Aconitum salutiferum nominatur, eò quia sumptum salutem affert ijs, qui Aconita biberunt. Anthora, & Antithora omnibus Botanicis dicta, quasi ἀντίφθορα quòd Thoræ alexipharmacum sit ἀντὶ enim est contra vndè Antiphthora, idest contra Thoram. Napellus Moysis, idest herba Napello similis eiusque veneno repugnans,

Antora

Antora Matth. & aliorum. Algeduar, & Zedoaria vera Arabum Taber. Antinapellus, Alijs.

De Aconito Pardalianche, siuè Thora. Synonyma, & Etymum.

Aconitum Pardalianches, seu Thora dictum, & Phthora à verbo græco φθείρω corrumpo, eneco, labefacto, & perdo, eò quia sumpta corruptionem, & mortem inducat. Thora venenata, Gef. Thora Valdensis, Toxicum Valdensium, Cam. epith. Limeum Pardalianches genus vno folio, Lugd. Limeum, verò est vox gallica, & à Gallis ità nuncupatur hæc herba.

De Aconito vnifolio. Synonyma, & Etymum.

Aconitum luteum vnifolium bulbosum, Aconitum hyemale, siuè hibernum Belgarum, Lob. Dicitur hyemale, quia tantùm hyeme erumpat è terra, & floreat. Bulbus paruus vnifolius, aut bifolius batrachoides, Lugd. Bulbus dicitur quia radices bulbosas habeat, vnifolius verò, quoniam vnicum producit folium, & batrachoides quia florem luteum emittit Ranunculo batrachoidi similem. Aconitum hyemale, & Ranunculus monophyllos, Cam. monophyllos, idest vnicum folium habens μόνος enim est vnus, & φύλλον folium. Aconitum batrachoides helleboraceum, Alijs, quia folia ad similitudinem Hellebori nigri producat. Anemone Bononiensis Nonnullorum.

Aconitum monococcon, Cord. lege Solanum quadrifolium bacciferum, siuè Herba Paris; dicitur monococcon idest vnicum habens granum, nam Græcis μόνος est vnus κόκκος verò est granum, nam vnicum semen producit.

Aconitum Americanum, Aconitum helianthemum Canadense Iacobi Cornuti est Doronicum Americanum laciniato folio C. Bauh. Pin. app.

Acopon arbor est, de qua in secunda parte Phytologiæ verba fient.
Acorna lege Acarna.

De Acoro. Synonyma, & Etymum.

Acorus, & Acorum, Calamus aromaticus vulgò. Acorus perperam Calamus aromaticus officinarum, Trag. Matth. Cord. Gef. Ad. Lod. Calamus noster Iridis species, Ang. Gladiolus aquaticus Alijs. Piper apum nonnullis. Radix nautica aliquibus dicitur, eò quia semper in aquis oritur, & crescit, idest Nautarum radix. Italis Acoro, & Calamo aromatico. Græcis ἄκορον.

Acorus nominatur quoniam κόρη apud Græcos est pupilla oculi, hinc herba ità dicta, quoniam pupillis, siuè aciei oculorum caliginosæ medeatur vel quia sit accerrimi odoris, sed iucundi, propter quòd aromatica est herba. [Calamus verò dicitur, quia nascitur in locis humidis, & palustribus vbi Calami idest Arundines crescunt. [Dicitur etiam Gladiolus aquaticus, ob figuram folij, eò quia gladium prætenue, & longum repræsentat. [Acoron, Aphrodisiam quasi Veneream Græci vocant, teste Apuleio, nam ἀφροδίτη apud Græcos dicitur Venus, ἀφροδίσιος verò venereus. [Piper apum nominatur, quandoquidem apes suspensa earum in aluearijs herba nunquam diffugere, proditum reliquit Apuleius. Et Condimentum apum nominatur.

De

De Acoro adulterino. Synonyma.

Acorus adulterinus C.Bauh. Acorus falsa Cord. in Diosc. Acorum adulterinum Trag. falsum Matth. Gladiolus luteis lilijs. Gladiolus aut Acorus falsus: Tur. Gladiolus aquaticus Amato Iris palustris lutea Tab. Butomon Clus. hist.

Acorus Veterum Leoniceno, & Brasauolæ lege Galanga maior.

Acorus adulterinus Aquitanicus, lege China spuria.

Acrocorium Bulbi species est Plin. lege Leucoium bulbosum. Acrocorion Alij legunt Acroscorodon, vt inquit Dodoneus eò quia sit herba Allij folijs similibus insignita.
Acrum, seù Acorum syluaticum est Achillea, siuè Millefolium, apud nonnullos.
Actæa Plinij, lege Aconitum racemosum.
Acua est Potus, quem in Peru Acuam vocant ex Oryza paratus, part 7. Ind. Orient.
Acuan verum, est planta in Peru nascens, cuius folia contactu siccantur, Francisco Lopetz. Herba pudica Lugd.
Acula, lege Acicula.
Aculei dicuntur in herbis, quæcunque corpora duriuscula in cuspidem turbinata, quæ punctionem infligunt spiculorum modo. Italicè spini, Græcis κέντρον.

De Aculeosa, siue Carduo spinosissimo. Synonyma, & Etymum.

Aculeosa, Gazæ. Carduus spinosissimus vulgaris, Lob. Onopyxus, Dod. Polyacanthos Theophrasti, Lugd. Tab. Agriacantha Ruellio. Buxus asininus, Alijs.
Aculeosa dicitur, quia aculeum, seu acutum quoddam aculei instar habet. Cardui etymum lege suo loco. [Onopyxus dicitur idest Buxus asininus; nam est Carduus asinis in cibo gratissimus ὀνός enim apud Græcos est Asinus πύξος verò est Buxus. [Polyacanthos verò, idest multas habens spinas, nominatur; nam πολὺ est multum ἄκανθα verò est spina.
Agriacantha dicitur idest syluestris spina ἄγριος enim exponitur syluestris, & ἄκανθα spina.

De Acu moschata, siue Geranio moschato. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Acus purgamentum est frumenti leuissimum, quòd ventilabris extra aream iaculatur, vel vento leui spirante secernitur. Acus ita nuncupatur, quia multæ paleæ, & aristæ insunt, ad similitudinem acus, qua suimus. Acus genus piscis est, qui, & Acicula dicitur ob subtilitatem, & similitudinem acus. Acus instrumentum est quo vestes farciuntur, & est etiam instrumentum quo vtuntur fœminæ ad ornandos, discernendosquè capillos. Acus similiter dicitur pars prior exercitus, quòd ea militum pars vehementissima sit ad hostem vulnerandum acumine telorum. Acus prætereà est herba, de qua in præsentia agitur.
Acus moschata dicitur Eric. Cord. Cæs. Col. Herba moschata Ang. Geranium moschatum Cam. Myrrhida Plinij. Rostrum Ciconiæ Ad. Lob. Geranium myrrhinum. Geranium Cicutæ folio moschatum C. Bauh. Geranium σχανδικοφυλλον Thal. Acus Pastoris, Alijs. Italis Geranio moscato, & Herba muschia.
Acus moschata nuncupatur quoniam siliqua in qua semen includitur acum sutoriam quodammodo repræsentare videtur: dicitur posteà moschata, quoniam folia contrectata

trectata, moschum redoleant. Herba moschata nominatur propter eamdem rationem. [Myrrhida dicitur, quia folia habet, Myrrhidis herbæ similia. [Rostrum Ciconiæ nuncupatur, eò quia siliquæ rostrum Ciconiæ perbellè præ se ferunt. Geranij etymum lege suo loco. Geranium σκανδικόφυλλον eò quòd folia habeat Scandicis herbæ similia σκάνδιξ enim est herba φύλλον verò folium. Scandicis etymum lege suo loco. [Acus Pastoris nominatur, quoniam in locis syluosis, & campestribus nascitur vbi Pastores ad Pascua greges ducunt, sed de Geranio alterò potiùs hoc est dicendum.

Acuta spina ὀξυάκανθα Diosc. Hæc an sit quæ Officinis vulgò Berberis appellatur in secunda parte Phytologiæ verba locupletiora proferam.

De Acutella, siuè Anonide. Synonyma, & Etymum.

Acutella Cordi. Anonis spinosa flore purpureo C. Bauh. Anonis, siue Ononis Matth. Lac. Tab. Ægipyron Crateuæ Ang. Restabouis Ger. Arestabouis, & Remora aratri Alijs. Ononida nonnullorum. Græcis ἀνωνὶς Italis Bonaga.

Acutella dicitur à duris, & acutis spinis, quibus est munita, cum suis aculeis noceat, & ingredientium pedes pungat, vel obtrectantium manus sauciet. [Anonis nuncupatur à non iuuando, quòd nullam vtilitatem præbeat illam tangentibus, ob spinas acutissimas ὄνησις enim apud Græcos exponitur vtilis ἀνόνητος inutilis. [Ononis verò dicitur à verbo græco ὀνήω, vel ὀνίω iuuo, prosum, vtilitatem affero: hinc herba ità dicta, quoniam in medicina maximi sit iuuamenti. Vel Ononis quidam deducunt ἀπὸ τοῦ ὄνου, & ὄνημι quasi dicas Asini oblectationem: nam ex Græcis quidam affirmant, Asinos in ea se volutare, & dorsum sub aculeis eius herbæ libenter exterere. [Ægipyron dicta, idest Capræ triticum, quia Capræ eius esu gaudeant πυρός enim apud Græcos est triticum αἴξ αἰγος dicitur Capra Ægipyros αἰγίπυρος exponitur etiam rufus, quoniam Ægipyrus herba florem habeat rubeum. [Restabouis nominatur, vel Arestabouis quòd in opere arantes boues sistat, cum radices eius impedimento sint. [Remora aratri, propter eamdem rationem, à remorando dicta quòd aratrum cui annixa fuerit remoretur ob altas, & duras radices. Ononida nominatur idest Ononis propter rationes superius adductas. [Italis Bonaga, quasi bona acus, nam habet spinas subtilissimas, & acutissimas, quæ quodammodo formam acus imitari videntur.

Acylaca Cretensium arbor est, de qua in secunda parte Phytologiæ erit sermo.

Acyros est Alisma à Diosc. descripta secundùm Dodoneum. Dicitur autem ἄκυρος authoritate priuatus, idest nullius potestatis apud Græcos à voce κῦρος authoritas: hinc herba Acyros dicta, cum sit nullius potestatis, & nullius valoris in medicina.

Adami pomorum historiam, lege in secunda parte Phytologiæ.

Adarca, Adarce, & Adarces Diosc. ἀδάρκης Salsugo quædam gelata, palustribus in locis, ijsdemque humidis proueniens, quibus exiccatis condensari solet, atque arundinibus adhærere. Plinius Adarcam vocem latinam agnoscit: traditque nasci in cortice calamorum sub ipsa coma, ex spuma aquæ marinæ cum dulci commista, & à nonullis καλαμοχνοῦν hoc est arundinaceam lanuginem vocari Hermol. in Plin. & Marcell. Virg. in Diosc. Gesnerus inquit Adarce planta non est, sed plantis adhærens crusta. Alio nomine Calamochnus καλαμόχνους, ἀδάρκης, ita nuncupatus à verbo græco χνόος, & contractè χνοῦς, quòd significat lanugo, & molle tomentum, quo culcitræ inferciuntur, ex tenera lana constans, vt genarum lanugo mollissima est, & κάλαμος Arundo; vndè καλαμόχνους, idest lanugo Arundinum.

Adhil

Adhil nonnullorum, est Euphragia.

De Adrianto, siuè Capillo Veneris. Synonyma, & Etymum.

Adiantum Matth. Fuch. Dod. Lac. Ad. Lob. Cast. Lugd. & ab ipsis etiam Capillus Veneris dicitur Adiantum nigrum Cord. in Diosc. Onopteris nigra Dod. & maior Tab. Polytrichon Dioscoridi, Callitrichon Apuleio. Latinis Cincinnalis, Terræ Capillus, supercilium terræ, & Crinita. Coriandrum putei Mes. Renod. Pharmac. Græcis ἀδίαντον Italis Capel Venere.

Adiantum dictum à verbo græco διαίνω humecto, irrigo, madefacio; hinc ἀδίαντον herba, quia aqua non madefcat, sed sicco semper simile sit: nam si folia in aqua mergantur tanquam non madida conspiciuntur propter siccitatem, & expolitionem in superficie foliorum existentem, quæ aquæ contraria est: quemadmodum in pennis, & alijs siccis, & politis contingit, in quibus non consistit aqua, sed aut elabitur, aut in guttulas rotundatur: nam Alpha ante compositionem habet vim auferendi διαίνω est madefacio, vndè ἀδίαντον non madefactum. [Vel ità nuncupatur quia descendente è Cælo imbre stilicidium folijs eius non insidet; vel quia ab interioribus puteorum parietibus & fontium marginibus, quas coronat, dictum Adiantum putant, nimirum quia sitiat eorum aquas, quas tamen odit, & respuit. [Capillus Veneris dicitur quia pulchros reddat capillos, quibus Venus scatebat: hinc Venus dicta est pulchricoma, quoniam hæc planta prædita sit virgulis nigris lenibus, & splendentibus quasi capillis, nec alio nomine Veneris vox adiecta est quàm quòd hæc pulcherrima pingatur. [Onopteris dicitur eò quia folia expansa habeat, velut ala nam πτερὸν apud Græcos est ala ὄνος verò exponitur vnio: hinc Onopteris quoniam folia vnita habeat ad similitudinem alæ. [Polytrichon autem quasi multicomam quòd capillos multos ac densos faciat, eorumque defluuia expleat πολὺ enim est multùm, τρίχος capillus. [Callitrichon verò, quasi pulchricomum, quia capillos tingat pulchrioresque reddat τρίξ, & τρίχος est capillus, pilus: καλλος verò pulcher hinc καλλίτριχον habens pulchros capillos item faciens pulchrum capillum. [Terræ capillus; Supercilium terræ, & Crinita propter rationes superius adductas; nam videntur esse terræ capilli, & supercilia, cum in ipsa terra oriantur, & formam capillorum induant. [Coriandrum putei nuncupatur fortè quia folia paruula, & tenella Coriandri folijs æmula producat.

Adiantum album Plinij Ad. Lob. est Filicula fontana maior, siuè Adiantum album filicis folio C. Bauh. Dryopteris candida Dod. vt Lugd.

Adiantum candidum Theph. est Ruta muraria secundum Dod. siuè Saluia vitæ Lob.

Adiantum rubrum est Trichomanes, siuè Polytrichon Officinarum. Saxifragia rubra Alijs, Stirp. Silesiæ, lege Thricomanes.

Adiantum Americanum ramosum, Iacobi Cornuti dicitur ramosum eò quia in vnico folio diuaricationes, & ramos producat.

Adipsa, & Adipsatheon arbor est de qua in secunda parte Phytologiæ erit sermo.
Adipsos lege Glycyrrhiza.

De Admirabili Peruuiana. Synonyma, & Etymum.

Admirabilis Peruuiana Clus. Hist. Marabilles del Perù, & Hachal Indi Clus. pan. Magnæ admirationis herba Peruuiana Lob. Cast. Solanum Mexiocanum, & odorum flore maguo C. Bauh. Gelseminum rubrum, & Mandragora Theoph. Cæs. Gelseminum, siuè Iasmiuum Indicum Cam. Iasminum rubrum Dalechamphi, Lugd.

Viola

Viola Peruuiana Tab. Mirabilia Peruuiana Ger. Iasminum Indicum, seù Flos mirabilis Peruuianus, Eyst. Iasminum Indicum flore rubro,& variegato Eidem. Solifuga Alijs. Flos Mexicanus Camer.

Admirabilis nuncupatur propter admirabilem colorum in flore eiusdemet plantæ diuersitatem. Peruuiana dicitur, quoniam primùm ex Peruuiana regione semina allata fuerunt. [Marabilles del Perù, & Hachal Indi appellant: nam pro Regionum diuersitate varia obtinuit nomina. [Solanum odoriferum nuncuparunt à foliorum cum Solani folijs similitudine, & odoriferum ob odoris florum gratiam. [Gelsemini, & Iasmini nomine hanc herbam donarunt ob suauem videlicet in floribus odorem. [Solifuga nuncupatur, quoniam de nocte flores aperti, & odorati cernuntur, de die verò clausi conspiciuntur.

Adnata,& Adnascentia,siuè Appendices dicuntur, in herbis, eò quia adnascuntur, & super accedant in caulibus, & ramis plantarū superterrā, & in radicibus aliquot sub terra à principio suo, veluti matre quadam, noua germinatione prodeuntia, qui naturæ, & nascendi ordo in bulbosis radicibus plerumquè est, & in Lilio maximè vna radice, vt ait Plinius, quinquagenos sæpè remittentes bulbos, sunt autem ea olerum, & herbarum propria, quemadmodum in arboribus priuatim rami appellantur, Græcis παραφυάδες Italicè Getti della pianta.

De Adonidis flore. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Adonis, nomen proprium filij Cynyræ Cypriorum Regis, & Myrrhæ, quem ob formæ excellentiam Venus in delicijs habuit. Hic apri dente sub inguine percussus, interfectusque à Venere in florem anemones herbæ, qui sanguinis colorem imitatur dicitur conuersus, referente Theocrito, & Nicandro. Adonium sumitur etiam pro Adonidis simulacro, & pro luctu, quo mulieres ad Adonium fluuium, & Byblum oppidum Adonidem plangere solebant. Adonia etiam dixerunt festa Adonidi sacra. Adonis verò est herba, de qua in præsenti fit sermo.

Adonis recentiorum. Flos Adonis vulgò Clus. hist. Adonium Tab. Eranthemum Dod. Anemone agrestis Trag. Chamæmelum eranthemum, vel purpureum Dod. Gal. rubrum Ges. φλὸξ Theoph.

Adonis dicitur ab Adone puero in florem sui nominis conuerso, vt dictum fuit superius, cui & flos Adonis, & Adonium nuncupatus fuit. [Eranthemum dictum, quia apud Græcos ἦρ ἦρος exponitur ver ἄνθεμον verò flos: hinc herba ità dicta, quia ineunte vere floreat. [Anemone agrestis dicitur quoniam nonnulli Authores hanc herbam inter Anemones collocant. [Anemones, & Chamæmeli Etymum lege suo loco. φλὸξ dicitur à floris flammeo igneoquè colore. De huiusmodi flore diffusius agemus in secundo Tomo partis primæ Phytologiæ, quando de differentijs verba fient.

De Adoreo. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Adoreum farreum est genus libi, idest dulciarij cibi ex farre, caseo, melle,& oleo compositi Farreum quoq; Veteres vocabant horreum à farre, sicut granarium à grano, & horreum ab hordeo.

Adoreum veterum Lugd. est Far, siuè Triticum ruffum grano maximo C. Bauh. Ador, & Adoreum semen Dod. est Zea, vulgò Spelta Far antiquissimum. Propriè autem Farris nomine certum quoddam frumenti genus intelligitur, quòd primùm ab edendo Edor, deinde litteræ primæ immutatione Ador appellatum fuit: ideò Far

Adoreum nuncupatum. Alij ab adurendo dictum putant, eò quia torreri soleret, vt scribit Festus, antequam ex eo mola salsa conficeretur in vsum sacrorum.

Adoreum dicitur fortè à verbo græco δέρας quòd significat pellis, corium δορα verò excoriatio, hinc ἄδορος non excoriatus, vndè Far adoreum, idest non excoriatum. [Vel ab adorando dictum, nam Antiqui Idolis seruiebant Far illis sacrificando. [Far verò dicitur à faciendo quòd in pistrino fieret idest præpararetur, & contunderetur pro vsu cibariorum: hinc Triticum Far pro Tritico veteres dixerunt, & hordeaceum Far pro hordeo, & Far adoreum pro certo frumenti genere, quòd alio nomine Ador appellabatur; Vel Far dicitur à farciendo quasi farre impleo, nam optimum præbet alimentum.

Adrada, Adrachla, Adrachne est arbor Arbuto similis, de qua in secunda parte Phytologiæ, quid sentiam paucis explicabo.

Adraphaxis, vel Adraphaxos, lege Atriplex.

Adrobolon, Renod. Pharmac. est Bdelij species, vt in secunda parte Phytologiæ dicetur.

Ady, & Adyl palmæ species, vt in secunda parte Phytologiæ verba locupletiora proferam.

De Aegilope, Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Aegylops est abscessus inter nares, & magnum oculi angulum, qui si incuriosè tractetur, vt inquit Aegineta, in fistulam vertitur dictus Aegilops quasi oculus caprinus, quòd Capræ huic vitio peculiariter obnoxiæ sint. Item Aegilops est Bulbi species secundum Plinium, sed cuius Bulbi sit, nondum certè reperirè licuit. Similiter Aegilops est Arbor Cerris maiore glande, de qua in secunda parte Phytologiæ erit sermo. Est præterea Aegilpos herba, Auenæ sterilis species, de qua in præsenti.

Aegilops, & Festuca à Dod. nuncupata. Bromos sterilis altera Lob. Siphonium Bromos herba Tab. Festuca graminea glumis hirsutis C. Bauh. Gramen Festucæ, & murorum Dalech. Lugd. Græcis αἰγυλωψ.

Aegilops fortè dicitur hæc herba, quia curet Aegilopas, nimirum vlcuscula, aut abscessus in oculis nascentia, ità dicta ab αἴξ Capra, & ὤψ oculus, quia vitium illud Capris ferè proprium, & continuum est. [Vel ità dicuntur huiusmodi vlcuscula ab ἀγχὶ propè, & ὤψ oculus, quia propè oculum oriantur. [Festuca verò appellata; nam cum semen decidit spica est vacua tanquam Festuca. Est enim Festuca minima quæque res, & leuissima, & surculus herbæ parui momenti leuissimus. [Bromos Etymum lege Auena. [Siphonium dictum quoniam Græcis σίφων est tubus, canalis, siuè fistula, & quoniam hæc herba nimirum eius surculus tubum siuè fistulam intus vacuam repræsentare videtur, ideò Siphonium nuncupatur.

Aegilos herba quædam Capris grata, Theocritus; forsan Aegicon à nonnullis dicta. Graminis species αἴξ enim apud Græcos Capram significat, vt diximus; scimusq; Gramine Capras, quamlibentissimè vesci.

Aeginos est Cicuta apud Dioscoridem.

Aegitis, lege Anagallis.

Aegis Abietis, lege in secunda parte Phytologiæ Abies.

De Aegocero, Synonyma, & Etymum.

Aegoceros αἰγόκερος Diosc. Aegoceros Plin. herba, quæ notiore nomine Fœnum græcum

græcum appellatur ità dictum quòd semen habeat in siliquis caprino cornu similibus: Nam Græcis αἶξ dicitur Capra, & κέρας cornu, lege Fœnum græcum.

De Aegolethro. Synonyma, & Etymum.

Aegolethron Plinij quibusdam est Ranunculus longifolius palustris minor C. Bauh. Flammula ranunculus Dod. Ranunculus aquaticus ἀρνογλωσσόφυλλος maior Thal.
Aegolethron dicitur quasi exitium Caprarum, nam apud Græcos αἶξ αἰγὸς est Capra ὄλεθρος verò pernicies, exitium; hinc herba ità appellata, eò quia sit exitium, & pernicies Caprarum, si illam comederint. [Ranunculi, & Ranunculi Flammula appellati Etymum lege suo loco. [ἀρνογλω; σόφυλλος Ranunculus dicitur idest habens folium linguæ agninæ simillimum, nam Græcis ἀρς ἀρνὸς est agnus, vel agna, γλῶσσα verò est lingua, & φύλλον folium.

De Aegonycho. Synonyma, & Etymum.

Aegonychon αἰγόνυχον Diosc. herbam illam esse docet Ruellius, quæ in Officinis Milium Solis appellatur, alio nomine. Lithospermon vocatur αἰγονυχον nomen compositum ex αἶξ, & ὄνυξ, , αἶξ dicitur Capra ὄνυξ verò vnguis, vel vngula: hinc herba ità dicta, quoniam semen vnguis caprinæ colorem imitatur, vel quia durum sit vt sunt caprini vngues.

De Aegopodio. Synonyma, & Etymum.

Aegopodium Tab. est Angelica syluestris minor, siuè erratica C. Bauh. Pycnocomos Brunf. Angelicæ vitium, & Osteritium syluestre Trag. Lon. Herba Gerardi Dod. Ger. Elaphobosco similis, Cord. in Diosc. Corchorus quibusdam Gef. hor. Podagraria Ad. Lob. Cast.
Aegopodium dicitur quasi Capræ pes, nam apud Græcos, vt dixi αἶξ dicitur Capra πόδιον verò pes, hinc Aegopodium, ideſt pes Capræ, eò quia folium, seù pars folij, huius herbæ pedem caprinum imitetur. [Pycnocomi, Angelicæ, Ostericij, & aliorum nominum Etyma lege suo loco.

De Aegopogo. Synonyma, & Etymum.

Aegopogon pratense, Gasp. Scuuentfelt, est Regina prati Dod. Barba Capri. Muscarium, nonnullorum, lege Barba Capræ.
Aegopogon dicitur nam apud Græcos vt dixi αἶξ αἰγὸς dicitur Capra πώγων verò est barba hinc Aegopogon, ideſt Capri barba. Muscarium nominatur eò quia in floribus multæ Muscæ reperiuntur, & super illos volitant, & stabulantur. Etymologiæ aliorum nominum erunt suo loco.

Aegopogon syluarum, lege Argentilla.
Aegypiron Crateuæ, lege Acutella.
Aegyrus, Populus nigra, de qua in secunda parte Phytologiæ.

De Aeluropode. Synonyma, & Etymum.

Aeluropus, Pes Cati Schroder. Pilosella montana hispida paruo flore C. Bauh. Pilosella maior vmbellifera μακρόκαυλος montana, & pratensis Col.

Aeluropus dicitur quasi Pes Cati, αἴλουρος enim est Catus, Felis, ποῦς verò est pes hinc herba ità dicta, quoniam ob pilorum copiam pedem Cati imitatur. Pilosella μακρόκαυλος nominatur, ideſt longum habens caulem, nam μακρός est longus καυλός verò caulis.

Aequum Gazæ est Ribes, ſiuè Groſſularia, de qua in ſecunda parte Phytologiæ.

De Aera, ſiuè Lolio. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Aera numeri nota erat in moneta, qua eius pretium deſignabatur. Aſtrologi quoque temporis initium, à quo ſupputationes incipiunt, Aeram vocant. Aera quoque eſt herba, quæ apud nos Lolium dicitur.

Aera Dioſc. Ariſt. Theoph. Gal. Orib. Aegin. Aet. Lolium Matth. Ruell. Geſ. & Aera Plinio. Gramen. loliaceum C. Bauh. Zizanion Conſtan. Zinzania Arabum. Lolium, & triticum temulentum Ad. Lob. frumentum fatuum Lon. Phænix Matth. & aliorum. Herba Phænicea Græcis. Lolium murinum, Alijs; αἶρα apud Græcos. Italis Loglio, e Gioglio.

Aera dicitur Græcis à verbo græco αἰρέω perturbo, deturbo, euerto: quia huiuſmodi ſemen comeſtum tàm in pane, quàm in potu perturbat, & euertat mentem, tenebricoſamquè vertiginem, & temulentiam efficit: [Vel ab αἴρα malleus, quia inſtar mallei caput percutiat, & dementiam excitet; Lolij, Zizaniæ, & aliorum etymum lege ſuo loco.

Aeraria lege Bellan.

Aerina farina, vel Aerinea dicitur, quæ fit ex Lolij ſemine: hinc Aerineus idem eſt, quòd loliaceus.

Aëreomeli eſt Manna, ſiuè Mel aereum, vapor terræ ſuccoſus, & optimus æſtatis calore eleuatus, & in aere in dulcem liquorem excoctus, noctis frigore coactus, & roris modò ſupra arborum, & herbarum folia decidens.

De Aeſchinomene. Synonyma, & Etymum.

Aeſchinomene Apollodori, Scalig. Lugd. Anonymos in Malauar Garziæ Caſt. Herba Sentiola, ideſt Senſifica Luſitanis, Linſc. par. 4. Ind. Orien. Herba viua Guilan. Clus, Lugd. cui, & herba Amoris.

Aeſchinomene dicitur fortè à verbo græco ἴσχω inhibeo, reprimo, ſiſto, contraho, quaſi Iſchinomene herba ſic appellata, quoniam appropinquante manu folia contrahat. [Anonymos dicta ideſt ſine nomine, nam ὄνομα apud Græcos ſignificat nomen ἀνώνυμος nomine carens, nam alpha ante eſt priuatiua. [Herba Sentiola, & Senſifica nominatur, eò quia ſenſus habere videtur, nam ad tactum ſe contrahit. [Herba viua etiam dicitur quoniam ſi eam quis apprehendere cupiat, folia illicò contrahat, & ſub tenues ramulos recondat: ſi verò quis apprehendat, adeò marcida conſpicitur, vt exſiccata exiſtimetur attamen ſi quis manum retrahat, illicò nitorem recuperat, & toties marceſcit, aut reuireſcit, quoties comprehenditur aut manus ab ea retrahitur.

Aeſchinomene Plinij, an ſit Noli me tangere, & Impatiens herba dicta, propter ſiliquas, quæ vbi maturæ leuiſſimo contactu diſſiliunt: Aliqui ſuſpicantur.

Aeſculus eſt arbor, cuius hiſtoriam in ſecunda parte Phytologiæ paucis tantùm verbis notabo.

De

De Aethiopide herba. Synonyma, & Etymum.

Aethiopis Matth. Ang. Lac. Dod. Gef. Lon. Cæf. Lugd. Caft. Tab. & Aliorum. Aethiopis, fiuè Phlomitis Ad. Lob. Verbafcum lychnites Æthiopicum. Meroidum, & Merois apud nonnullos. Cotonaria Camer. in agro Montis peffuli.

Æthiopis dicitur à loco natali, quia ex Æthiopia eximia venit. [Phlomitis dicta à verbo græco φλέγω vro, incendo, inflammo: quoniam huiufmodi herba, vel eius lanugine, pro ellychnijs in lucernis vtebantur. Verbafci Etymum lege fuo loco. [Meroidum, & Merois appellatur propterea quòd in Æthiopia vel in Meroe Nili infula nafcitur, ob id Meroidum nuncuparunt. [Cotonaria nominatur propter albam lanuginem in folijs infidentem, nam Cotonium, & Coton dicitur Bombax.

Affodilus, vel Afrodilus, lege Afphodelus.

Aga Cretenfium eft Carduus lacteus Syriacus Cam. Carduus albis maculis notatus exoticus C. Bauh.

Aga eft nomen apud Cretenfes vfitatum. Cardui verò Etymum lege fuo loco.

Agallochum, eft lignum Aloes, arbor eft Oleæ inftar, de qua in fecunda parte Phytologiæ erit fermo.

Agalugem Arabibus arbor eft vt in fecunda parte Phytologiæ verba locupletiora proferam.

Agaricum, fiuè Agaricus eft fungus nafcens in arboribus, vt in fecunda parte Phytologiæ differemus.

Agafuga funt Pyra Cretica fylueftria, de quibus in fecunda parte Phytologiæ verba fient.

Agafyllis, lege Amoniacum.

Agauanus Cretenfium; lege Acanus.

Ageleus panis ἀγελαῖος ἄρτος dicitur à Græcis, qui à noftris cibarius dicitur ex farina parùm benè cribrata conftans. Cæl. & Ruell.

Agen lilac Perfarum, fiuè Lilac incifo folio Iacobi Cornuti, eft Syringa cærulea laciniatis folijs, vel Iafmini folijs, de qua in fecunda parte Phytologiæ.

De Agerato. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Ageratus, lapis eft, quo Coriarij olim vtebantur in poliendis corijs, cuius loco hodie vtuntur maffa vitri. Item Ageraton herba eft, de qua agitur in præfenti.

Ageratum Matth. Lac. Caft. Lugd. Cam. Tab. Lob. & aliorum. Eupatorium Mefuæ Trag. Lon. Mentha corymbifera minor Cord. hift. Coftus minor hortenfis Gef. Herba Iulia Ang. Gef. Col. Balfamita minor Dod. Camphorata Cæf. Ageratum purpureum, & Mofchatella purpurea Germanis. Ageratum folijs ferratis C. Bauh. Græcis ἀγήρατον Italis Herba Giulia.

Ageratum dicitur quoniam γῆρας ατος apud Græcos eft fenectus ἀγήρατος verò eft fenectutis expers, qui non fenefcit: hinc Ageraton herba, quia nunquam marcefcat, fed talis, qualis colligitur, remaneat; quoniam flos in fua coloris fpecie diutiffimè conferuetur. [Eupatorij, Menthæ, & Cofti Etymum lege fuo loco. [Herba Iulia nuncupatur, quoniam Iulio menfe florere incipit. Corymbifera dicitur, quia fummis ramis corymbi aurei cernuntur. [Balfamita dicta fortè, quia Balfami vires, aut odorem æmulatur. [Camphorata etiam appellatur quoniam Camphuræ odorem quodammodò fpirat. Mofchatella verò dicitur ab odore.

Age-

Ageratum latifolium est Costus hortensis, siuè Mentha Corymbifera maior, lege Costus hortensis.

Ages, seù Agis Lugd. radix est Napi figura, aut Rapi nigro cortice, infernè sparsa, quasi in brachia: ei castaneæ sapor, sed suauior, ac tenerior; sub cineribus assa, atquè elixa vescuntur Indi in Brasilia, & in Hispaniola insula. Batat dicitur, & pro ferculis, aut fructibus vtuntur vti nostri, rapis, raphanis, tuberibus, napis, pastinacis, & huiuscemodi rebus,

Agiahalid Alpini est arbor Lycio affinis Aegyptiaca; lege in secunda parte Phytologiæ.

De Agitatorio, siuè Cucumere Asinino. Synonyma, & Etymum.

Agitatorium Gazæ. Cucumis syluestris Asininus dictus, C. Bauh. Cucumis agrestis, Brunf. Cord. in Diosc. Lugd. Cucumis erraticus, vel asininus, Ges. Cucumis anguinus Tur. Cord. hist. Cucumer elaterij syl. Ad. Lob. Ex huius succo exiccato, & in pastillos conformato fit ἐλατήριον dictum. Græcis dicitur σίκυς ἄγριος.

Agitatorium dicitur fortè, quia motu turbatorio corpus exagitat. Cucumeris Etymum lege suo loco. [Asininus nominatur quia ab Asinis depascatur, vel quia nascatur in locis vbi Asini pabulum querunt ἐλατήριον dicitur à verbo græco ἐλαύνω agito, hinc herba ità dicta, & succus ità nuncupatus, quia purgando ventrem vehementer agitet. Quamuis ἐλατήριον apud ipsos Græcos etiam dicatur quicquid deorsum ventrem purgat. [Dicitur etiam anguinus, quia in locis ab anguibus frequentatis nascatur: oritur enim in sabuletis, & ruderibus incultis, & vliginosis locis.

De Aglaophotide, siuè Pæonia. Synonyma, & Etymum.

Aglaophotis Æliani. Pœonia ab omnibus authoribus. Glycysida, Alijs. Pentorobon nonnullorum γλυκυσίδη Theophrasto. Casta, & Dulcissida Gaza reddit. Cynospastus terrestris, Nonnullorum. Græcis παιωνία. Italis Peonia.

Aglaophotis herba est etiam secundum Plinium iucundissimi coloris, qua Magi vtuntur ad euocandos Dæmones: nascitur in marmoribus Arabiæ, & Marmoritidem quidam appellant sed Aglaophotis Æliani censetur ab omnibus.

Aglaophotis dicitur nimirùm ἀγλαία φωτος, idest splendor lucis; hoc est splendidè lucens: vel ἀγλαὸς φῶς, nimirum splendida lux ἀγλαὸς enim Græcis est splendidus, clarus, fulgens, & φάω luceo, splendeo, & φῶς φωτὸς lumen, lux, quia eius semina noctu splendorem illustrem edant. [Pœonia appellatur ab Inuentore, nimirum Pœone medico, qui ea Plutonem ab Hercule vulneratum, Homero fingente, curasse perhibetur. [Glycysida nominatur, eò quia apud Græcos γλυκὺς exponitur iucundus, & σιδιόεις puniceus, quoniam eius semina colorem iucundum mali punici repræsentant. [Pentorobon appellatur, nam πέντε est quinquè ὀρόβιον verò paruum eruum, seu erui granulum hinc Pentorobon, idest habens in siliquis quinque semina Eruò similia. [Casta nuncupatur forsan, quia eius semina, nimirùm grana auxiliantur nocturnis suppressionibus. [Cynospastus dicitur idest Canis iusculum, nam Græcis κυνὸς est Canis, πασὴ verò est iusculum farina mixtum, seu consperfum: idcircò, inquiunt hanc herbam non absquè periculo euelli posse; canem verò adalligandum famelicum, qui nidore iusculorum, & aliorum eduliorum motus impetu facto, radicitus eam eruat: & hac de causa hanc herbam Cynospastum dixerunt.

Aglco-

Agleophotis Cortusi, est Hemionitis multifida C. Bauh.

Agnir Fragoso, est Glasto affinis herba.

Agnus Castus arbor est, hanc enim historiam in secunda parte Phytologiæ cursim breuiterquè attingam.

Agresta, Græcis, ὀμφάκιον succus est, ex acerbis vuis, paratus nam ὄμφαξ est vua acerba, necdum matura, ὄμφακας enim omnium plantarum acerbos fructus Græci vocant.

Agria arbor est, quam Plinius Aquifoliam vocitat lege in secunda parte Phytologiæ Aquifolium.

Agriacantha, lege Aculeosa Gazæ.

Agrifolium, & Aquifolium lege in secunda parte Phytologiæ, Aquifolium.

De Agrimonio. Synonyma, & Etymum.

Agrimonia Brunf. Dod. Lon. Cæs. Eupatorium veterum Græcorum, Matth. Fuchs. Dod. gal. Cord. in Diosc. Eupatoria Plinij. Argemonia eiusdem in aruis nascens, quibusdam Lappa inuersa, Orib. Ab alijs Concordia, aut Marmorella dicitur à Nonnullis Ferraria minor, nuncupatur, vt legitur apud Dod. Græcis εὐπατώριον Inter nothas appellationes ἡπατώριον ac ἠπατῖτις etiam appellata reperitur. Italis Agrimonia, & Agrimonio.

Agrimonium dicitur fortè à loco natali, eò quia in agris vbiquè passim reperiatur, & crescat. [Eupatorium nuncupatur ab inuentore Mithridate cognomento Eupatore. [Vel Eupatorium dicitur quasi Hepatorium, quòd Hepati potissimùm medeatur. [Argemonia nominatur, quasi Agrimonia. [Lappa inuersa dicitur quòd semina lapparum instar aspera deorsum dependeant.

Agrimonia odorata est Eupatorium odoratum, & aromaticum Colum.

Agrimonioides Col. est Agrimoniæ similis herba. Alijs Pimpinella folio Agrimoniæ.

Agriocardamon est Nasturtium syluestre, quòd alio nomine Iberis dicitur Græcis ἀγριοκάρδαμον, lege Nasturtium syluestre.

Agriocastanides lege Nucula terrestris.

De Agriocynara. Synonyma, & Etymum.

Agriocynara Cretica Ponæ est Cinara syluestris Cretica C. Bauh. Agrioancinari Belli ep. 2. ad Clusium, an Cynara syluestris Betica Clus. cur. post.

Agriocynara dicitur, quasi syluestris Cynara. Cynaræ verò etymum lege suo loco.

Agriomelea est Cotonaster folio oblongo serrato, vt in secunda parte Phytologiæ eius historiam crassiore musa eximam.

Agrionardum est Valeriana, quam Dioscorides ex Græcis ἀγρία νάρδος Nonnulli etiam Nardum Creticum appellarunt lege Valeriana.

De Agriopastinaca. Synonyma, & Etymum.

Agriopastinaca vulgò in Creta Belli ep. 5. est Petroselinum Creticum C. Bauh. Buselinon fortè Plinij.

Agriopastinaca dicitur, quasi dicas Pastinaca syluestris. Petroselini, & Buselini etymum lege suo loco.

Agripalma, Renod. Pharmac. est Cardiaca, sic enim sæpè nominatur, vt inquit

forſan quia folia ad inſtarpalmæ producat, velut Ricinus.

Agriophyllon eſt fæniculum porcinum nonnullorum, alio nomine Peucedanum dictum ἀγριόφυλλον Dioſc.

Agriopyxos, lege Buxus ſylueſtris in ſecunda parte Phytologiæ.

Agrioſelinum ἀγριοσέλινον Græcis, herba eadem cum Hippoſelino Dioſc.

Agrioriganum, lege Origanum.

De Agrioſtari. Synonyma.

Agrioſtari Bell. epiſt. 5. ad Cluſium, ideſt Triticum ſylueſtre, grano minore tritico ſatiuo. Triticum ſylueſtre Creticum C. Bauh. Agrioſtari, ſiuè frumentum ſylueſtre creticum Ponæ. In Creta frequentiſſimum.

Agroſtis Latini Gramen appellant. Græcis ἄγρωστις lege Gramen.

Ahate de Panuco, ſeu Ate Panucenſis Mexicanorum arbor nobilis, vt in ſecunda parte Phytologiæ demonſtrabimus.

Ahouay Theueti, Arbor America folijs pomi, fructu triangulo, de qua in ſecunda parte Phytologiæ erit ſermo.

Aypi Braſilianorum radix eſt ſeſquipedalis femoris craſſitudine, ex qua farinam conficiunt. Folijs Pœoniæ ſimilitudine Lerio deſc. Braſil. ſiuè par. 3. Amer.

Ayr eſt Hyacinthus exoticus flore Phalangij C. Bauh. Hyacinthus circa Alepum Agr dictus Rauuolff. Hyacinthus Tripolitanus Cam. ad Matth.

Ayri, Palma eſt Americana ſpinoſa, vt in ſecunda parte Phytologiæ differemus.

Aiauiue ſuccus ex America Muſæ folijs inuolutus, Cluſ. exot. lib. 4. Sracduch etiam dictus. Succus Aloes facie C. Bauh.

Aies Cluſio eſt Haias Indiæ occidentalis radix, ſimilis Batate niſi quòd minor, & ſuauior ſit. Benzon. par. 4. Amer.

Aira Græcorum, lege Aera Dioſc.

Aithales, lege Aizoum minus.

Aiuga, lege Abiga.

De Aizoo. Synonyma, & Etymum.

Aizoum. Græcis ἀείζωον maius Lugd. Cam. Sedum maius omnium Botanicorum Semperuiuum maius, Matth. Geſ. & aliorum. Vmbilici Veneris ſpecies altera Ang. Cotyledon altera prima, Cluſ. hiſt. Illecebra maior. Buphthalmon alijs, & Zoophthalmum. Erogeneton nonnullis. Itergethron, nonnullis. Alij Hypogeſon nuncupant. Digitellus, & Amerimnon, Aliquibus. Italis Semperuiuo, & Orechiella.

Aizoum dicitur, quia apud Græcos ζωῶ eſt viuo, ζωος eſt viuus ἀει eſt aduerbium quòd ſignificat ſemper, perpetuò: hinc ἀείζωος dicitur, qui eſt vitæ ſempiternæ, vnde herba ita appellata, quia ſemper, & perpetuò vireat. [Sedum etiam appellatur, eò quia dolores ambuſtionum ſedet. [Semperuiuum nominatur, quòd perpetuò tam æſtate, quam hyeme vireat, nec vllis frigoribus, aut Cœli iniuria quantumuis frigida emoriatur, ſed ſemper humidum viridequè durare valeat. Vmbilici Veneris, & Cotyledonis etymum lege ſuo loco. [Illecebra dicitur eò quia illiciat, & attrahat, quoniàm hac herba mulieres ad philtra vtantur. [Buphthalmon verò ideſt bouis oculum à ſimilitudine, quam folia ſimul in gyrum complicata efformant. [Zoophthalmon dicitur, ideſt animalis oculum, ambitu enim effigiem oculi imitatur. [Erogenneton dictum quòd amatorijs conueniat. γίνομαι apud Græcos eſt gignor, naſcor, ἔρως verò amor: hinc herba, quia ea mediante

diante amor nascatur. [Stergethron etiam nominatur, nam στέργω apud Græcos est amo, diligo στέργηθρον amoris illecebra, vnde herba ita vocata eò quòd illa ad philtra vtantur. Philtrum enim est pharmacum amorem concilians; hoc est quicquid eo animo edendum, bibendum vè datur alicui, vt inducatur ad alterius amorem. Alij Hypogeson nuncupât quoniam in suggrundijs ferè nascitur γεῖσον enim est suggrunda, seu suggrundium, idest pars tecti prominens, qua stillicidia à parietibus arcentur ὑπό est sub, vnde ὑπόγεισον herba, quoniam in suggrundijs, ferè nascitur, & feritur. [Sedum inquit Festus, Alij Sadum appellant herbam, quam Opilius Aurelius Sesuuium vocari ait (nescio vnde) eamque in tegulis feri, hoc fortè factum, quòd nonnullis locis Plebis animos inuaserit opinio, non feriri fulmine domum, in cuius tegulis Sedum vireat. [Digitellus etiam nuncupatur nescio vnde, an quià digitus rotundus circumferentiam huius folij ostendat. [Amerimnon verò nomen habet ab eo, quòd curam, & solicitudinem Ienare putetur. ἀμέριμνος enim apud Græcos idem est quòd solicitudinis expers.

De Aizoo minore. Synonyma, & Etymum.

Aizoum minus. Sedum minus, à Græcis Trithales. Ab alijs Aithales, Erithales. Alijs Chrysothales; Aliqui Isoetes. Vulgò Vermicularis. Crassula Aliquibus. Italis Sempreuiuo minore.

Aizoum minus τριθαλὶς appellatur, quòd ter quot annis floreat: idest ter florens, seu ter virens. [Erithales dicitur à verbo græco θάλλω vireo. θάλλος, ν. item θαλος ramus virens ἐρι particula in compositione augens significatum, quæ significat semper: hinc ἐριθαλὶς semper virens; vel Aithales quòd idem significat, nam ἀεὶ est semper. [Chrysothales, idest aurum virens: nam χρυσός est aurum apud Græcos; & cum hæc herba florem aurei coloris producat, ideò dicitur Chrysothales. [Vermicularis appellatur à similitudine foliorum, quæ figura oblonga, & propemodum ouali, vermiculorum speciem referunt. [Crassula etiam nominatur à folijs crassis, & pinguibus, quibus prædita est hæc herba. [Isoetes dicitur, quia per totum annum semper sit sui simile, hoc est, virens nam ἔτος Græcis est annus ἴσος verò æqualis.

Aizoon arbor, lege Barba Iouis in secunda parte Phytologiæ.

Akarpos herba est, quæ nullum semen profert, lege Acarpos.

Akaulos dicitur caule destitutus; idest caulem non habens: nam Græcis καυλὸς est caulis, scapus, & thyrsus, ἄκαυλος verò caulem non habens; nam alpha ante compositionem (vt diximus) est priuatiuum.

De Alabastrite, siuè Dentaria. Aequinoca, Synonyma, & Etymum.

Alabastrites lapidis genus est colore candido, ex quo Alabastra idest vascula torno excauata fieri consueuerunt, ad conseruanda vnguenta maximè idonea. Alabastrites sic dicta à Græcis quòd ob læuorem suum capi tenerique manibus non facilè possunt lubricaquè dilaberentur. Alabastri sunt etiam calycis partes laciniosæ conum floris rosæ priusquam pandatur complectentes, quæ quinque sunt duæ barbatulæ, duæ imberbes, & quinta partim barbata, partim minimè; cortices rosarum à plerisque appellantur de quibus in tractatione rosæ suo loco agemus: nempe in secunda parte Phytologiæ. Est etiam Alabastrites herba de qua in præsenti.

Alabastrites, Lob. Dentaria maior, Cæs. altera Tab. Viola dentaria altera Dod. Coralloi-

ralloides, Cord. & Rizocorallium. Dentaria corallina, Alijs. Ceratia Plinij. Col. Alia dicitur Dentaria heptaphyllos, alia pentaphyllos, alia triphyllos; Amblatum nonnullis. Italis Dentaria, & Viola dentaria.

Alabastrites dicitur à radicibus candidissimis alabastrinum colorem æmulantibus. [Dentaria verò à radicis forma, & colore nominatur, quæ ex pluribus squamis, quasi dentibus cōponitur, & candidissima est. [Viola dentaria vocatur, eò quia florem violæ similem producit, & radices dentium formam mentiuntur. [Corralloides, quoniam radices habet Coralli albi æmulas. Rhizocorallium dicitur, nimirum radix corallij speciem præ se ferens ῥίζα enim apud Græcos est radix. [Ceratia verò appellatur fortè quia radices, cornu ceruinum repræsentant, nam ramosæ existunt ad instar cornu. [Dentaria ἑπτάφυλλος dicitur idest habens septem folia, πεντάφυλλος quinque folia, & τρίφυλλος habens tria folia. [Amblatum vocatur: nam Græcis ἀμβλὺς est obtusus; hinc herba Amblatum nominata, quia cruciatum dentium obtundat.

Alapathus Græcis ἀλάπαθος. Herba est Theocrito, quam Lapathon Dioscorides & Latini Rumicem appellant: deiciendæ alui vim habens; vnde & nomen inuenit Græci enim ἀλάπαθα purgationes vocant.

Alas Arabibus, est arbor, de qua in secunda parte Phytologiæ erit sermo.

Alaseleti Auicennæ, est Medicæ species. Vox est arabica.

Alaternus arbor est, vt in secunda parte Phytologiæ, eius historiam breuiter exponam.

Albahaca est herba, quæ odoris gratia in noua Hispania excolitur, Ioseph Acosta lib. 4. est ocimo affinis herba C. Bauh.

Alba spina, lege Acanthaleuce.

Alberas, lege Staphisagria.

Albinum est Gnaphalium marinum Dod. ità nuncupatum ab albedine foliorum, & totius herbæ, lege Gnaphalium.

Albotim, Botim Arabum arbor est, de qua in secunda parte Phytologiæ.

Albucus, & Albucum, nonnullis Latinis dicitur Asphodellus, siuè Hastula regia. [Albucum autem nominatur quasi Albulum à radicibus, quæ ex multis aceruatis bulbis constant: lege Asphodelus.

D Albo olere, siuè Valeriana campestri. Synonyma, & Etymum.

Album olus Dod. Valeriana Campestris maior, C. Bauh. Locusta quibusdam Gef. Phu minimum alterum, Lob. Lugd. Polypræmon Cassiani. Chalceum Plinij à foliorum colore Lugd. Lactuca agnina Tab. Bubleuron Hipp. apud Plinium videtur Cæs. Græcis λευκολάχανον. Italis Valeriana campestre. Bononiæ verò Grassa gallina.

Album olus dicitur nam folia, & tota planta subalbida apparet, id circò dicitur Album olus. Olus verò nuncupatur, nam sub nomine Oleris dicitur omnis herba satiua, quæ est in vsu cibario, ab alendo dicta; eò quia oleribus alerentur homines antequam fruges, vel carnes ederent; & quoniam hæc herba, & cruda, & cocta in acetarijs estur, ideò Album olus nuncupatur. Valerianæ, & Phu Etymum, lege suo loco. [Locusta verò dic tur, quia à Locustis libenter depascitur. [Polypremon verò nominatur, nam πολὺ apud Græcos significat multum πρέμνον verò exponitur stipes stirps: hinc herba πολύπρεμνος dicta quia multos habet stipites, seù truncos. [Chalceum Plinij à foliorum colore, nam χάλκεος apud Græcos signi-

significat æneus, aut ex ære factus, vel coloris ærei: hinc herba ità appellata quoniam folia, & tota planta fit ærei coloris. [Lactuca agnina dicta, quoniam ab agnis libenter depascitur, & auidissimè illam quærunt.

Alburnum adeps est arboris, vt dicemus in secunda Phytologiæ parte.

De Alcali. Synonyma, & Etymum.

Alcali Ges. Kali Matth. Soda Lob. Salsolæ genus in hortis. Isgarum vulgò Cæs. Anthillis altera falsa Cam. Salicornia Dod. Cast. Lugd. Borda quibusdam Dod. gal. Lugd. Kalli primum, Kellù Ægyptijs Alpini. Bureglia Valentinis. Italis Kalli, & Soda.

Alcali, & Kali nomen Arabicum est. Mauritani hanc herbam tali nomine donarunt. Salicornia, siuè Kali geniculatum dicitur quasi Kalicornia, idest Kali habens folia ad similitudinem cornuum Ceruorum: vel Salicornia dicitur à sale, nempè mare, quasi maris cornua cò quia nascatur circa oras maritimas, & propter hanc rationem dicitur etiam Salsola, quasi in Solo maritimo nata. Borda nuncupatur, quasi Bora (littera d sublata) nimirum pabulum, cibus, nam Græcis βόρα est pabulum, esca, cibus: quoniam hæc herba cocta in acetarijs auidissimè expetitur.

Alcanphor vulgò est Camphora Officinarum, vt dicemus in secunda parte Phyt.

Alcanna, siuè Alkanna arbor, vel frutex est, vt in secunda parte Phytologiæ disseremus.

Alcannæ radices in Officinis sunt Anchusæ radices apud nonnullos.

De Alcea. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Alcea Leo, & Lea dicitur ἀπὸ τῆς ἀλκῆς hoc est à fortitudine quòd caudæ incitamento ad fortitudinem excitetur, Cælius libr. 7. Alcea est etiam Leonis cauda, quoniam eam quatiendo sibi animos, & robur excitat, vt Homerus quoquè docet. Alcea verò est herba, de qua agitur in præsenti.

Alcea vulgaris maior C. Bauh. Herba Simeonis Brunf. Malua Verbenaca Ger. Cannabis Syluestris, & herba Vngarica Ang. Græcis ἀλκεα Italis Alcea.

Alcea, sic dictam volunt ab ἀλκη auxilio, vel remedio, cum eius radices dysentericis, & ruptis auxilio sint: vel vt nonnullis placet dicitur Alcea παρὰ τὴν ἀλκὴν idest à robore, quòd fortiter dysentericis, & ruptis medeatur. [Herba Simeonis, nescio vndè. [Maluæ, & Cannabis Etymum, lege suo loco. [Herba Vngarica forsan dicitur à loco natali, quoniam in Hungaria copiosissimè cresceret.

Alcea Ægyptiaca villosa, lege Abelmosch.

Alcea cannabina, est Alcea fruticosior pentaphylla folio cannabis.

Alcea vesicaria, & Alcea Veneta, lege Hypecoum.

Alcea Indica, siuè Sabdariffa, lege Bamia.

Alcea Americana Clus. est Alcea Indica.

Alcebran, Ascobran est Lathyris maior.

Alchachengi, lege Alkakengi.

Alchaiar Arabum est Melonis species, apud Nonnullos.

Alcheta Arabum est Cucumeris species.

Alchilel, siuè Melich Serap. est Meliloti species, ità enim Arabes Melilotum nominant.

Alchimelech Alpini est Melilotus corniculis reflexis minor, vel Melilotus Ægyptia,

Melilotus quædam Cretica Alpini Serap. in lib. de simp. Cap. 18. Alchimelech appellata.

De Alchimilla. Synonyma, & Etymum.

Alchimilla vulgaris omnibus Botanicis, & Alchimilla Neotericorum. Pes Leonis Fuch. Lon. Leontopodium Brunf. Stellaria Matth. Cast. Lugd. Planta Leonis Alijs Herba Leonis, & Brancha Leonis. Drosera, & Drosium δρόσιον, siue ψιάδιον à rore folijs insidente Cord. in hist. Stella herba Italis, Ges. hor.

Alchimilla dicitur quòd Alchimistarum præconijs sit celebrata. Pes leonis nuncupatur à foliorum forma, nam folia lata, & rotunda leoninum pedem imitantur, & hac de causa Leontopodium etiam appellatur. [Stellaria vocatur, eò quia folia, rotunda, & radiata figuram stellæ præ se ferunt. [Stella herba Italis idem quòd Stellaria. Drosera, & Drosium dicitur à rore folijs insidente, nam apud Græcos, δρόσος significat Ros.

De Alchimilla montana. Synonyma.

Alchimilla montana minima Col. Scandix minor Tab. Perchepier; idest saxifraga Anglorum, Ad. Lob. Lugd. Cherophyllo nonnihil similis C. Bauh.

Alcibiacum, lege Echium.

Alcibion, & Alcibiadion, & eius Etymum, lege Anchusa minor.

Alcodon Lusitanorum, est Gossypium arboreum, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Alcyonium vt Plinius est Author fit in mari, & Halcyonium appellatum, nam Alij scribunt Halcyonium prima vocali aspirata, ex nidis vt aliqui existimant Halcyonum. Alij ex sordibus spumarum crassescentibus. Alij è limo, vel quadam maris lanugine generatum. Sunt præterea, qui Alcyonium ità appellari tradant, non quòd ex Alcyonum nidis fiat, vt Plinius scribit, sed quòd Alcyones super illud marinis vndis simul congestum nidificent. Alcyonium Officinæ quædam Spumam maris vocant.

Alcbo Hispanorum est Phillyreæ species, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Alectorolophos Plinij quibusdam Dalech. in Plinium est Alliaria. Alijs verò est Pedicularis, seu Fistularia. Synonyma, & Etymum inuenies in herbæ Pedicularis, seu Fistulariæ explicatione.

Aleuron Græcis ἄλευρον farina propriè tritici Alphiton verò hordei: hinc panis aleurites Ruell.

Alexander Tur. est Petroselinum Alexandrinum Trag. Etymum reperies in Hipposelino.

Alexardahune Auicennæ Nonnullorum, est Chelidonium maius.

Alfasafat, siuè Alfasfala Auicennæ, est Trifolium siliqua cornuta, siuè Medica Veterum Alfasafat est nomen Arabicum, idem cum Alafeleti.

De Alga. Synonyma, & Etymum.

Alga marina Lob. Alga angustifolia Vitrariorum C. Bauh. Phucus marinus alter Dod. & Aliorum, Palea marina vulgò Monspel. Paglia da bicchieri vulgò Bononiensibus. Ligula astrictoria quorumdam. Zostera, siuè Rason nonnulli vocant. Algæ species

cies est, quæ Vlua, dicitur hoc tantùm inter se differentes, quòd hæc palustris, lacustris, fluuiatilisq; sit, illa verò tantùm in mari proueniat, quòd indicatur hoc versiculo.

Alga venit pelago, sed nascitur Vlua palude.

Alga dicitur ab algore aquæ, quo lętatur, quia nascitur in locis algidis, & in aquis marinis; vel quia pedes prætereuntium alliget, quia crassa est, & densa, folijs aquam ex parte superantibus, & supernatantibus numerosissimis. Hinc ligula astrictoria dicta. Vlua verò nuncupatur eò quia nascitur in locis vliginosis, & paludosis.

Alga prima Tragi. Alga palustris, & fluuiatilis Cęs. col. Millefolium aquaticum folijs Abrotoni Ranunculi flore, & capitulo C. Bauh. Millefolium maratriphyllon tertium flore, & semine Ranunculi aquatici Heparicæ facie, Lob. ico. Ger. Fęniculum aquaticum tertium Tab. Ranunculus tricophyllon aquaticus medioluteus, vel Ranunculus aquaticus fęniculaceus τριχόφυλλον Col. id est Ranunculus aquaticus habens folium capillare, nam τρίξ, τριχὸς apud Græcos capillum significat φύλλον verò folium.

Alga secunda Tragi. Potamogeton folijs crispis, siuè Lactuca ranarum C. Bauh. Fontilapathum pusillum Ad. Lob. Ico. Tribulus aquaticus minor Clus. pan. & hist. Potamogeton οὐλόφυλλον seu crispum, vel fimbriatum Thal. οὖλος enim Græcis est crispus, & contortas comas habens. Alga Hydrolapathi folio fortè Ges. col.

Alga bombycina C. Bauh. in Prodromo, ità nuncupata, quia instar Gossipij siuè bombacis mollis, & compacta latè expansa aquis dulcibus innatat.

Alga intybacea est, eò quia folia Intybo similia producat. Phucus, siuè Alga intybacea Lugd.

Alga tinctoria Io. Bauh. Alga Phucus, delata ex Candia, qua Tinctores vtuntur nomine Rocellæ Imperat. & Rubella dicitur.

Alga latifolia chartæ similis costa carens. Folium grande ex Algæ genere, quòd ex Madera aduehitur cum Saccharo, Cæs. cap de Alga, & de Musa.

Alga viridis capillaceo folio C. Bauh. an Conferua Plinij Ang. Conferua Plinij Lob. Lugd. Imper. Linum marinum Imper.

Alga nigro capillaceo folio C. Bauh. Filum maritimum germanicum in Prodr. C. Bauh. ità nuncupatum, quia in plurima bicubitalia angustissima, nigricantia, læuia, crassiuscula, & firma, aliquando interse complicata fila absumitur.

Alga fontalis trichodes C. Bauh. Conferua trichodes, vel trichomanes aquaticum Lugd. τριχώδης dicitur nam apud Græcos significat capillaceus, vel pilis similis, & capilli speciem referens.

Algieduar, lege Aconitum salutiferum.

Algodon arbor est lanigera, de qua in secunda parte Phytologiæ.

Alhaut Theueti herba est in Insula Suachem Æthiopico litori adiacente, folijs ferè Capparis: folia, radices, & fructus gustu suauissimi sunt, & cordi salubres nomen est Æthiopicum.

Alhagi Maurorum est Genista Spartium spinosum in cuius fronde præcipuè, apud Persas,

ſas, Manna colligitur, vt in ſecunda parte Phytologiæ diffuſius agemus.

Alhaſſer eſt arbor, de qua in ſecunda parte Phytologiæ verba fient.

Alica, vel Halica eſt genus tritici, aut certè Farris genus, tritico ſimile: nomen autem Alicæ ab alendo Feſtus deducit, quòd vehementer nutriat. [Alica etiam eſt confectio quædam ex frugum quarumdam farina: alijs in locis aliter præparata, vt habemus ex Ægineta.

Alicaſtrum genus Farris eſt, ea forma ab Alica deriuatum, qua ſiliquaſtrum à ſiliqua. Colum.

Alipum, lege Alypum.

Aliſſum, lege Alyſſum.

Alimonia, lege Alleluia.

Alimus, lege Halimus.

Alindaracaron Auic. Arabicæ familiæ ſcriptores hedychroum magmas eſſe autumant; de quibus ſuo loco in Libro de compoſitione medicamentorum.

De Aliſma. Synonyma, & Etymum.

Aliſma pratorum Col. eſt Verbaſculum pratenſe odoratum C. Bauh. Primula veris Matth. Lugd. Tab. Herba paralyſis Brunf. Caſt. Verbaſculum odoratum Fuc. Dod. gal. Dodecantheon Ang. Arthritica Geſ. hor. ſimplex luteo flore, Cam. Lactuca agreſtis nonnullorum. Paralytica Alijs. Brache cuculi aliquibus, Græcis ἄλισμα Italis Fior di Primauera, & lattuga agreſte.

Aliſma dicitur fortè nam ἄλυσμα apud Græcos eſt animi anxietas, & tunc deberet ſcribi cum aſpiratione, eò quià hæc herba anxietatē tollat, nam ſtillatitia florentis plantæ aqua, commendatur ad animi deliquium. [Verbaſculum nuncupatur, quaſi Herbaſculum, quia vt plurimum naſcatur in locis herbidis, ideo dicitur. Verbaſculum pratenſe. [Primula veris etiam nominatur quòd primo vere erumpat, & inter primas herbas flores proferat. [Herba paralyſis dicitur & Paralytica eò quia valet aduerſus Paralyſim, nam præſtat ad frigidos neruorū, & cerebri morbos, quare reſolutis, ac tremore affectis confert. [Dodecantheon appellatur à duodecim floribus in vno caule exiſtentibus nam apud Græcos δέκα eſt decem δωδέκα eſt duodecim. [Arthritica dicta quoniam tota planta articularibus morbis auxiliatur. [Lactuca agreſtis dicitur eò quia folia lactucis ſimillima producat, & in ſyluis, & locis agreſtibus ſponte proueniat. Brache Cuculi indigitatur, nam eo tempore è terra erumpit, & floret cum Cuculus incipit canere.

Aliſma Matth. & Aliorum eſt Doronicum Plantaginis folio alterum C. Bauh. Caltha alpina Geſ. Calendula alpina Ger. Nardus celtica altera Ad. Chryſanthemum latifolium Dod. Damaſonium, ſiuè Aliſma Lugd. Damaſonium primum Dioſc. Tab. Doronicum quintum Germanicum, & ſextum Pannonicum Cluſ. hiſt. Arnica, & Lagena Lupi Alijs Schroder. Doronici, Calthæ, Calendulæ, & aliorum nominum Etyma, lege ſuo loco.

Aliſma botryoides, ſeù racemoſum Thal. eſt Elleborine altera atrorubonte flore, C. Bauh.

Aliſma Cord. Geſ. hort. eſt Bifolium, ſiuè Ophris.

Aliſier Gallorum eſt arbor Alni effigie, vt dicemus in ſecunda parte Phytologiæ.

De

De Alkakengi Synonyma, & Etymum.

Alkakengi, & Alkekengi, Lon. Solanum veſicarium C. Bauh. Geſ. hor. Dod. Solanum Halicacabum Trag. Matth. Lac. Ad. Lob. Lugd. Halicacabum veſicarium Cam. Halicacabum, ſiuè Veſicaria Cord. hiſt. Geſ. hor. Veſicaria Cord. in Dioſc. Cæſ. Saxifraga rubra, & quarta Brunſ. Italis Halicacabo, & Herba del Corallo. Herba Cocca vulgò Bononienſibus. Plinius Halicacabum, & Callion vocari ait. Græcis. ἁλικάκαβον.

AlKaKengi Officinis dicitur fortè, quià apud Arabes, & Mauritanos Alcaquengi appellatur, vel forſan corrupto nimirum græco vocabulo ἁλικάκαβος. [Solanum vocatur forſitan quia ſolo anno, quo naſcitur duret. Veſicarium verò dicitur, quòd folliculi veſicæ inflatæ ſint ſimiles, vel vt Plinius ait, quoniam veſicæ, & calculis proſit. [Halicacabum dictum, nam apud Græcos κακάβη eſt olla teſtacea ἅλς ἅλος eſt Sal hinc ἁλικάκαβη ideſt vas Salis fortè quia veſica Solani repræſentat vas Salis.

Alkali, lege Alcali.
AlKanna, lege Alcanna.

Allagucy. Synonyma, & Etymum.

Allagucy Indis, Fil y agulla, ideſt filum, & acus Hiſpanis, cuius ſpinæ venenatæ Frag. eſt Aloe folio in oblongum aculeum abeunte C. Bauh. Aloe Americana Dod. Cluſ. Caſt. Cam. Lugd. Eyſt. America planta Aloes facie Colum. Manguey Mexicanum alio nomine Metl. Linſc. par. 4. Ind. Or.

De Alleluia. Synonyma, & Etymum.

Alleluia Lac. Lon. Trifolium acetoſum vulgare Matth. Dod. Lugd. Brunſ. Thal. & Aliorum. Panis Cuculi Brunſ. Oxytriphyllon Trag. Lac. Oxys Fuch. Dod. gal. Tur. Cord. Cam. Tab. Luiula Fracaſt Iuliola Calabris ridiculè Barbari corrupere in Alleluia. Scalig. in Theop. de cauſis. Alimoniam Alexander Benedictus vulgò vocari tradit referente Dod. Acetoſa triphylla Gaſp. Schuuenthfelt Oxys Pliniana Lob. Italis Trifolio acetoſo.

Alleluia dicitur fortè quoniam hac herba erumpente è terra vt plurimum in Eccleſijs alleluia decantatur. Panis Cuculi nominatur quòd vel Cuculus auis eo veſcatur, aut quia hac herba, è terra erumpente, ac fiorente vocem potiſſimùm edat Cuculus. Oxytriphyllon dicitur ab acido ſapore, & forma trifolij, nam ὀξὺς apud Græcos exponitur acutus ſeù acidus ſuccus, qui linguam tanquam acutum ferrum penetrat. Luiula, & Iuliola Calabris vox vernacula. Trifolij Etymum, lege ſuo loco. Alimonia verò nuncupatur fortè, quoniam hæc herba alimentis mixta illis gratum conciliat ſaporem ob eius aciditatem; vel cum ex eſu huius herbæ vehemens fames à refrigeratione vehementi oris ventriculi excitetur, idcircò alimonia opus eſt ad famem arcendam, propterea alimoniæ nomen adepta eſt.

De Alliaria. Synonyma, & Etymum.

Alliaria apud omnes ferè Authores hoc nomine inſignitur Alliaſtrum Geſ. hor. Rima marina Eri. Cordo. Alectorolophos Plinij quibuſdam Dalech. in Plinium Thlaſpidium

spidium cornutum Trag. Pes asininus Pandect. & Rana marina. Vngula caballina Alijs. Alium non bulbosum apud nonnullos. Italis Alliaria. Recentioribus Alliaris dicitur.

Alliaria dicta ab odore Allij, eò quòd folia digitis cōminuta ingratum, ac planè Allium, seù Porrum sectiuum cum Nasturtio redoleant. Et propter eamdem rationem dicitur, & Alliastrum. Rima marina quasi Rana marina, quoniam folium piscem idest Ranam marinam repræsentare videtur. Alectorolophos Etymum, lege Pedicularis. Thlaspidium cornutum vocatur, quoniam commanducata acrem saporem manifestat veluti, & alia Thlaspidiorum genera: cornutū verò quoniam siliquas duras producit ad differentiam aliorum Thlaspidiorum, quæ semina plana procreant. Pes asininus, & vngula caballina dicitur à figura folij, nam folium expansum vngulam Asini, vel Caballi imitari videtur.

De Allioporro. Synonyma, & Etymum.

Allioportum, siuè Scorodoprasum C. Bauh. Scorodopraſon Matth. Trag. Cord. in Diosc. Allium porrinum Car. Stephano. Scorodoprasum, & Porrum Turcicum Amat.

Allioporrum dicitur, & Scorodoprasum quòd Allij, & porrri sit particeps in qualitatibus, & etiam odore, nam Græcis Allium dicitur σκόροδον & Porrum πράσον cætera, lege suo loco.

De Allio. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Allia ἀλλίας nomen fluuij, qui à Crustuminijs montibus præalto defluens alueo Tyberino amni miscetur: sunt præterea Allia herbæ satis omnibus notæ.

Allium satiuum, & Allium hortense ab omnibus Authoribus hoc nomine donatur Arabibus Chaum. Allium autē sic appellatur fortè ab ἄλλεσθαι exilire quòd exiliendo crescat, vel Allium dictum, quod malè oleat; vel ab halante graui odore, & tunc scribitur cum aspiratione, & simplici L. Græcis appellatur σκόροδον quasi σκαιὸν ῥόδον idest rudis rosa, propter odorem grauem; vel quòd comestum vapores excrementitios ad cutim pellat, & vescentibus pandiculationes, idest oscitationes, vel potius corporis inter oscitandum extensiones moueat.

Allium amphicarpon, quòd, & radicum nucleis seritur, & seminibus quæ nucleos similitudine referunt Cord. hist. nam apud Græcos ἀμφίκαρπος exponitur vtrinque, seù ab vtraque parte fructum habens: nam ἀμφὶ significat ab vtraque parte, κάρπος verò fructus.

De Allio satiuo radice simplici. Synonyma, & Etymum.

Allium satiuum radice simplici C. Bauh. Molyza Hippocrati. Allium mas Matth. Allium simplex Cord. hist. Allium satiuum singulari capite, & Allium masculum Vercell. Allium Ægyptiacum Portæ.

Allium autem μώλυζα dictum eò quia simplex caput habet, & non diuisum in spicas, nam apud Græcos μωλὺς exponitur hebes, remissus, languidus, imbecillis; hinc Molyza planta dicta, quasi imbecilla, quoniam vnicum producit nucleum.

De

De Alijs Allij Speciebus. Synonyma, & Etymam.

Allioprasum, siuè Scorodoprasum est vnum, & idem: nam Allium dicitur Latinis, Scorodon verò Græcis.

Allium Cyprium Teoph. C. Bauh. Allium Vlpicum, siuè Punicum Columell: Aphroscorodon, siuè Allium Vlpicum Ruel. Gef. Aphroscorodon nominant, à spuma, quæ ab eo effertur, vt Plinio videtur, Tritum inquit in oleo, & aceto mirum quantum increscat spuma: nam apud Græcos ἀφρὸς dicitur spuma hinc ἀφροσκόροδον, idest spumosum Allium.

Allium sphœriceo capite, folio latiore C. Bauh. Ampeloprasum primum Dod. Scorodoprasum alterum nonnullorum. Porrum Indum Cam. Ampeloprasum dicitur, quia nascatur in vineis: nam apud Græcos ἄμπελος est vitis, & vinea πράσον verò Porrum; hinc ἀμπελόπρασον idest Porrum vineale.

Allium syluestre larifolium C. Bauh: Allium vrsinum Matth. & Aliorum Allium syluestre latifolium, & Arctoscorodum Gef. hor. Ophioscorodon Lon. Allium Colubrinum, & Anguinum nonnullorum.

Allium vrsinum nominatur, eò quia nascatur in locis syluestribus vbi degunt, & stabulantur Vrsi. Arctoscorodon dicitur idest Allium vrsinum, nam apud Græcos ἄρκτος dicitur Vrsus, vel Vrsa, hinc ἀρκτοσκοροδον nempè vrsinum Allium. [Colubrinum, & anguinum nuncupatur, idest serpentinum, quia similiter in locis proueniat vbi serpentes morantur, & angues, vel, vt alijs placet, quia contusum serpentes fugare creditur. [Ophioscorodon similiter dicitur, idest Allium serpentiuum, nam Græcis ὄφις dicitur serpens, & anguis, hinc ὀφιοσκόροδον idest serpentinum Allium. [Dicitur etiam Græcis ἐλαφοσκόροδον, idest ceruinum Allium, à loco natali vbi inhabitant Cerui. ἔλαφος enim Græcis est Ceruus, vel Cerua.

Allium montanum latifolium maculatum C. Bauh. Allium anguinum Matth. Victorialis longa Gef. hor. Cluf. pan. & hist. Victorialis mas Alijs. Allium alpinum nonnullorum. [Victorialis dicitur, fortè quoniam folia longa, & lata in similitudinem Palmæ habeat, & quoniam Palma victoribus traditur præmio, quòd non cessærint, sed pertinaces in bello perstiterint: hinc herba Victorialis appellata quia folia in similitudinem victricis Palmæ producat. [Dicitur autem longa ad differentiam Victorialis rotundæ, quæ Gladiolus appellatur.

Allium syluestre, campestre purpurascens iuncifolium C. Bauh. Allium caninum primum Tragi. Allium serpentinum folijs oblongis apud nonnullos. Allium tenuifolium Cam. & aliorum. Dicitur caninum eò quia nullius sit valoris, & nullius vsus, ideò caninum appellatur idest Canibus relinquendum.

Allium syluestre bicorne flore obsoleto C. Bauh. Allium caninum alterum Tragi Allium rubentibus nucleis Lob. ico: Dicitur Allium bicorne, eò quia ipsi vmbellæ foliola duo angustissima quorum alterum communiter longiùs in latus expansa subijciuntur, & veluti cornicula apparent.

Allium Pyrenæum C. Bauh. Moly Pyrenæum purpureo flore Clusij hist. sic appellatur forsan, quia in monte Pyrenæo copiosissimè crescat.

Allium, siuè Moly Virginianum C. Bauh. Phalangium Virginianum Ioannis Robini.

Allium non bulbosum; lege Alliaria.

Almendras del Perù fructus est exoticus, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.
Alnus arbor, lege in secunda parte Phytologiæ.

De Aloe. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Aloe à Græcis, Latinis, & Officinis pariter appellatur. Aloem enim tum herbam ipsam, tum, & eius succum densatum appellant ἀλόη. Succus in Officinis triplex ostenditur, vnus scilicet quem hepaticum appellant, quòd hepatis modò coactus sit; & etiam in colore hepati assimilatur. Aliùs succotrinus nominatur quasi succo citrinus, quòd eius puluis citrinus sit, vel potiùs socotrinus dicitur à Socotora insula, in qua copiosissimè crescit. Alius dicitur Caballinus quòd equis, & veterinarijs medicandis dicatus sit: & est fæx, & crassamentum purissimi succi, necnon arenosus existit.

Aloe vulgaris, Aloe communis Matthioli, & aliorum Authorum. Aloe siuè Semperuiuum Arabum Sebar, Area, Catecomor, Linsc. par. 4. Ind. Or. AZauar siuè Semperuiuum quo campi pleni par. 4. Ind. Or. Semperuiuum marinum Recentioribus Sedum amarum Columellæ. Dicitur & stirps ἀμφίβιον, quòd non modo in terra, sed extra eam viuat: nam à terra exempta, deque trabibus suspensa in aere vitam tamen tueatur diutissimè. Dicitur etiam τραγόκερος à similitudine, quam habent folia cum Hircorum cornibus.

Aloe autem dicta videtur à mari cuius afflatu gaudet, quia maritima est planta. ἀλόη similiter dicitur Græcis à mari, nam ἅλς apud ipsos significat mare. Semperuiuum marinum dictum à crassis folijs, & similitudine, quam cum Semperuiuo habet; nam Semperuiui modo diu durat. Sedum amarum nuncupatur, quia eius succus amarus est. Sedi Etymum lege suo loco.

Aloe gallica Apuleij est Gentiana, quia amarissima est veluti Aloe.

Aloe Americana, lege Allagucy.

De Aloe palustri. Synonyma, & Etymum.

Aloe palustris Bauh. Stratiotes potamios Dod. Planta folijs Aloes, quæ Stratiotes non est Anguil. Sedum aquatile Dod. Stratiotes siuè militaris aizoides Ad. Lob. Stratiotes aquatica Lugd. Aizoon palustre nonnullorum.

Aloe, Stratiotes dicitur idest militaris: nam apud Græcos στρατὸς exponitur exercitus copiæ militares: hinc herba στρατιώτης dicta, quia in militia, & castris eius vsus sit ad vulnera sananda. [Potamios verò etiam nuncupatur idest fluuiatilis, nam apud Græcos πόταμος est fluuius, flumen: hinc ποτάμιος fluuialis, nam hæc herba aquis innascitur, ijsdemque supernatat. [Sedum aquatile dicitur ab Aloes videlicet similitudine, quòd latinè quoque Sedum appellatur. [A' quibusdam Cancri chela, siue Cancri forficula vocatur, forsan quia vbi nascitur hæc herba inibi Cancrorum copia reperiatur. Vel quia ita dicta à folijs denticulatis, veluti sunt Chelæ Cancrorum.

Aloina lege Absinthium.
Aloite, Græcis ἀλωίτη Herba est, quę alio nomine Mandragora dicitur apud nonnullos.

De

De Alopecuroide graminea. Synonyma, & Etymum.

Alopecuros graminea Dalech. Lugd. est Trifolium mõtanum angustissimum spicatum C. Bauh. Lagopus altera angustifolia Ad. Lob. ico. Græcis ἀλωπέκουρον Α᾽λώπηξ est Vulpis οὐρὰ est cauda, nam spicã habet mollem, & lanugine densam non dissimilem vulpium caudis, vnde, & nomen habet.

Alopecuros Theoph. Ang. est Gramen Alopecuroides.

Alopecuros montana Lugd. est Betonicæ folia capitulo Alopecuri C. Bauh.
Alphesera Arabum, lege Bryonia alba.
Alpina Gazæ, est arbor, siuè Populus Lybica, de qua in secunda parte Phytologiæ.
Alscebran, Alsebra, aut Alscobran Arabum; lege Esula.

De Alsineanthemos. Synonyma, & Etymum.

Alsineanthẽmos, vel Alsinanthemon, Thal. est Pyrola Alsines flore Europea C. Bauh. Herba trientalis Cord. ob. Franc. Alsine alpina Schuuench.

Alsineanthemos dicitur, ideſt habens florem Alsines; nam ἄνθος apud Græcos exponitur flos. Herba trientalis nominatur, quæ altitudine æquat tertiam pedis partem, hoc est pollices quatuor: nam apud Græcos τρεῖς exponitur tres. Alsines etymum, lege suo loco.

De Alsine. Synonyma, & Etymum.

Alsine Matth. Ang. Lac. Lon. Lob. Lũgd. Cast. Alsine media C. Bauh. Dod. gal. Tab. Morsus gallinæ primum genus Trag. Alsine maior Fuchs. Hippia Cord. hist. Alsine Morsus gallinæ fœmina Ges. Myosotis nonnullorum, & Pauerina. Italis Centone, Pauarina, Pizza gallina, Gallinella, Centocchi. Græcis ἀλσίνη.

Alsine dicitur Latinis à verbo algeo, frigeo, quòd nascatur in locis algidis, ideſt frigidis ἀλσίνη verò apud Græcos appellatur eò quia lucos, quos Græci ἄλση nominant amet, nam apud ipsos est sylua, & lucus sic dicta, quoniam vmbrosa loca amet. [Myosotis nuncupatur quòd musculorum auribus folia similia habeat, nam μῦς μυὸς est mus, οὖας ὤατος auris, hinc herba Myosotis appellata. Vel quòd hortorum, & aliorum ædificiorum muris præcipuè delectetur. [Morsus gallinæ dicitur quia Gallinæ libenter illam depascant. [Pauarina nuncupatur eò quia paueris ideſt iunioribus anseribus gratum pabulum subministret. [Hippia verò nuncupatur ob eumdem effectum, quia ἱππιὸς apud Græcos est equestris, vel equinus: hinc Hippia herba ita dicta, quòd in equis eumdem effectum habeat, vt in gallinis.

Alsine hirsuta Cam. Alsine hederacea Tab. Alsine hederulæ folio C. Bauh. Elatine Dod. gal. Lac. Thal. prior Lugd. Morsus gallinæ folio hederulæ Ad. Lob. Centunculus hirsutior Cæs. Centuncularis herba Alijs. Centunculus dicitur & Centuncularis à molli foliorum lanugine, quæ ad infarciendos centones, & stragula tomenti inopia supplere solebat: vel ità dicitur à florum copia, qui tanquam oculi in singulis internodijs eminent, & pullulant. Elatine etymum lege suo loco.

Alsine folio Veronicæ Tab. Ger. Alsine Veronicæ folijs flosculis cauliculis adherentibus

bus C. Bauh. Elatine polyschides, Lugd. [Polyschides dicitur idest in multas partes fissa, & diuisa, nam apud Græcos σχίζω exponitur findo, diuido; hinc herba ità dicta, quia folia in multas partes scissa, idest crenata habeat.

Alsine folijs Trissaginis, Lob. Ico. Tab. Ger. Alsine altera folijs serratis Gesn. col. Elatine altera, Dod. gal. Lugd. Alsine media, Fuchs. Lugd. Cam. Morsus gallinæ 3. Trag. Alsine spuria altera Dod.

Alsine recta, Tab. Ger. Alsine parua recta Lob. ico. Cam. Alsine triphyllos cærulea C. Bauh. Elatine triphyllos Lugd. Dactiliobotanon cæruleo flore Tab. Alsine triphyllos dicitur idest terna folia habens, Græcis τρίφυλλος Dactiliobotanon fortè dicta nam δακτύλιος apud Græcos exponitur anus, seu podex βοτάνη verò herba. βοτάνιον herbula, hinc Dactiliobotanon herbula ad tergendum anum idonea.

Alsine repens Clusij hisp. & hist. Lob. Dod. Cast. Cam. Alsine maxima Thal. Cyclaminus altera Diosc. nonnullorum Alsine scandens baccifera C. Bauh. Recentiorum planta Alsines maioris facie baccis Solani an Cacubalum Plinij Ad. Cucubalus Plinij Lugd. [Cacubalum, & Cucubalus dicitur forte quasi κακόβυλος, idest cuius malum est consilium: hinc herba ità vocata, quia malefica sit κακὸς enim exponitur malus, & βόλος iaciens, quoniam malum producat: nam in Solo vbi nascitur omnes alias herbas suffocat, & enecat.

Alsine maxima Lob. Alsine maior, & Alsine genuina Diosc. Lugd. Alsine maior Dod. Cam. Tab. Ger. Alsine altissima nemorum C. Bauh. Morsus gallinæ maius Brunf. Centunculus viticulis cubitalibus Cæs.

Alsine affinis Androsace dicta maior C. Bauh. Androsace altera Matth. Lugd. Clus. Cam. Tab. Androsace annua spuria Ger. morsus gallinæ, vel Alsines species Ad. Androsaces etymum lege suo loco.

Alsine spergula C. Bauh. Spergula Dod. Lugd. Sagine spergula Ad. Lob. Alsine tenuifolia altera, vel terrrestris altera τριχόφυλλος Col. [Spergula nominatur à multitudine ramorum, & frondium quas spargit. Sagine verò dicitur à Saginandis, & pinguefaciendis iumentis, nam pabuli gratia seritur, & nonnulli Polygalum nominant quòd lactis abundantiam Bobus promoueat τριχόφυλλος dicitur idest habens folium capillare, nam apud Græcos τρίξ τριχὸς est capillus φύλλον verò folium.

Alsine spergulæ facie minor, siue spergula minor flosculo subcæruleo C. Bauh. an Asterias, & Asterium, siue Stellaria Lugd. nam folia è singulis geniculis stellatim radiata exeunt.

Alsine palustris, & Alsine aquatica maior, media, & minor apud Authores reperitur Alsine serpillifolia: Alsine folijs portulacæ. Alsine maritima. Alsine nodosa germanica. Alsine muscosa.

Alsine alpina glabra. Alsine alpina iunceo folio. Alsine montana capillaceo folio. Alsine alpina cauliculis nudis prolifera. Alsine montana. Alsine hederacea. Alsina montana latifolia flore laciniato.

Alsine hirsuta aruensis. Alsine spuria Dod. Auricula muris quibusdam Dod. gal. Alsine myosotis Ad. Alsine hispida prima Thal. Al-

Alsine hirsuta altera viscosa C. Bauh. Alsine viscaria Cam. Alsine species glutinosa Ges. Alsine spuria quarta Dod. Auricula muris tertia Dod, gal.

Alsines facie, planta noua Colum. est Cynocrambe Diosc. C. Bauh.
Alsines speciebus libuit hic, in gratiam Lectoris Iconem Alsines spinosæ olim in Agro Bononiensi repertæ apponere, cuius historia in Horto meo studiosorum descripta, & delineata fuit herba.

ALSINE SPINOSA Minima Montana.



Al-

Alsiosa non dicuntur ea, quæ frigidis locis gaudent, sed contrà potiùs, quæ algores ferre non possunt.

Altaraxacon, lege Taraxacon.

Alterculum, Altercum, Altercangenum, lege Apollinaris.

De Althaa. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Althæa est proprium nomen Meleagri matris, quæ vt fratrum suorum cædem vlcisceretur à Meleagro filio suo perpetratam, fatalē illius stipitem igni imposuit, filiumq; vnà cum illo exussit. Althæa est etiam herbæ nomen, de qua infra.

Althæa dicitur omnibus Authoribus. Althæa, siuè Maluauiscus Anguil. Bismalua, vel vt alijs placet, Vismalua. Ibiscus vulgaris, Aristalthæa Alijs. Græcis ἀλθαία, & ἐβίσκος, aut ἰβίσκος. Malua palustris nonnullorum. Italis Maluauischio, & Altea.

Althæa sic dicta ab ἀλθω, & ἀλθέω sano, medeor: hinc herba sic appellata, quia quamplurimos affectus morbidos curet. [Vel dicitur Althæa, quia in altum surgat, & tunc scribitur sine aspiratione. [Bismalua nuncupatur, quia duplo maiores virtutes habeat, quàm Malua. Vismalua dicitur quasi Malua viscida. [Ibiscus, & Iuiscus etiam nominatur, quia glutinosa est planta, & quodammodo instar visci tenax. Aristalthęa dicta, quoniam apud Gręcos ἄριστος est optimus ἄλθος verò medela: hinc herba sic appellata, eò quia sit optimum remedium, nam in multa medicamenta ingreditur; Maluauisci autem vox corrupta est ex Malua nimirum & Ibisco composita, quasi dicas Malua Ibiscus: hoc enim nomine illam ab alijs Maluis, quę sanè multę, sunt segregant. Vel Maluauiscus, quasi Malua viscum pariens; nam ex eius radicibus maceratis Viscum conficitur.

Altiht Auicennę. Asa quibusdam, lege Laserpitium.

Altit Auicennę succus, lege Assa fętida.

Altyna arbor Indica, de qua in secunda parte Phytologię.

Aluardachule Auic. Dodoneo referente, lege Chelidonium maius.

Alubias de India Clus. est Phaseolus peregrinus, minore fructu albo, nigra macula insignito C. Bauh. Phaseoli pumiliones albi, & nigri Cam.

De Alo siue Consolida maiori. Synonyma, & Etymum.

Alum, siuè Alus est Symphytum, siuè Consolida maior Authorum. Alum dicitur forte à verbo græco λύω quòd significat soluo idest dissoluo, & alpha ante, quod est priuatiuum quoniam hæc herba solutionem continui consolidat, ideò Consolida Latinis dicitur. Alij verò Alum, & Alus vocem Gallicam esse arbitrantur lege Consolida maior.

Alumen catinum, quasi calinum est cinis herbarum scilicet Sodæ, Kali, & Alkali Dod. pro expurgandis in fornacibus vitris. Ab Italis dicitur Soda.

Alypias Ætij Ang. Chamelęa Cneoron Galeni. Chamelæa alpina, folio infernè incano C. Bauh. Chamelæa incana Bononiensium Lob.

De Alypo. Synonyma, & Etymum.

Alypum montis Ceti, siuè herba terribilis Narbonensium Ad. Lob. Thymelęa folijs acutis, capitulo Succisæ, siuè Alypum Monspeliensium C. Bauh. Empetron Phacoides

des Lugd. Hippoglossum valentinum Clusij hisp. & hist. Tab. an Alypum Matth. Lacun. Cam. Lugd. & Alipya Lonic. Empetrum Phacoides Lugd.

Alypum fortè dictum à verbo græco ἀλύω mærore afficior, hinc herba purgans melancholiam, & tollens animi mærorem; vel ἄλυπον, quasi ἅλικον, ideſt ſalſum, vel marinum, quòd ſecus mare naſcatur. Herba terribilis nuncupatur ob violentam in corpore purgando facultatem. Empetron, & ἔμπετρος verò dicitur quia in locis ſaxoſis prouenit, nam πέτρος apud Græcos eſt lapis, & ſaxum φακοειδὴς verò ideſt lenti ſimilis, vel Halimo, nam φακῆ, & φακὸς apud Græcos eſt lens.

De Alyſſo. Aequiuoca Synonyma, & Etymum.

Alyſſos Arcadiæ fons eſt, cuius aqua canis rabidi morſui medetur Alyſſon prætereà eſt herba de qua in præſenti.

Alyſſon Matth. Ang. Lugd. Cam. Thlaſpi Alyſſon dictū campeſtre maius C. Bauh. Thlaſpi græcum Lob. ico. Ger. Thlaſpi græcum polygonati folio Tab.

Alyſſon dicitur nam λύσσα apud Græcos eſt rabies, propriè autem eſt affectus, & paſſio canum, quando ſub Canicula in furorem aguntur; hinc Alyſſon ideſt contra rabiem, alpha enim eſt particula priuatiua; nam hæc herba iuuat demorſos à cane rabido, immò ipſum canem rabidum ſanare pro certo affirmant ſuccum huius herbæ: ſed nunquam periculum feci, nec facere volo. experietur qui volet. [Vel vt alij volunt hanc herbam valere contra ſingultum, non tamen contra rabidi canis maleficium in manus tantùm accipientes: alij autem conſpicientes à ſingultu liberantur Quare ἄλυζον dici oporteret, nam λύζειν ſingultire ſignificat.

De Alyſſo Dod. Synonyma, & Etymum.

Alyſſon Dod. Dioſc. Cam. Lugd. Leucoium Alyſſoides clypeatum maius C. Bauh. Leucoium luteum folio hirſuto. Lunaria lutea aſpera Geſ. & Bauh. Alyſſos Geſ. hor. & Lunariæ græcæ ſimilis. Leucoium montanum lunatum Col. Leucoi, & Lunariæ etymum lege ſuo loco.

Alyſſon Galeni Cluſ. hiſp. & hiſt. Dod. Lob. Caſt. Ger. Alyſſon verticillatum folijs profundè inciſis C. Bauh. Planta hiſpanica marrubio ſimilis Col.

Alyſſon verticillatum folijs crenatis C. Bauh. Sideritis Alyſſon, Sideritis heraclea Dioſc. Alyſſon Antonij Coi ex Galeno Col.

Alyſſos Geſ. bor. Lac. eſt Aſperula, ſiuè Rubeola montana odora C. Bauh.

Alyſſum trigonum Lugd. eſt Ciſtus Ledifolio C. Bauh. Ciſtus annuus folio Ledi Lob. Tab.

Alyſſon Plinij Cæſalp. eſt Cruciata hirſuta C. Bauh.

Alyſſon Plinij nonnullorum eſt Aſperugo ſpuria Dod.

Alyſſum germanicum echioides Lob. lege Aſperugo ſpuria Dod.

Alzelin, & Alzelis fructus eſt arboris, non autem radix, ſiue Cyperus eſculentus, vt dicetur in ſecunda parte Phytologiæ.

Amamelis arbor eſt, de qua in ſecunda parte Phytologiæ erit ſermo.

Aman quibuſdam eſt Horminum Syriacum C. Bauh. Biſermas Cam.

Amanitæ dicuntur fungi eſculenti, authore Tragò.

Amantilla Valentiana nonnullorum Dod. lege Valeriana, ſiue Thu.

De

De Amaraco. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Amaracus Cynaræ regis Cypri puer fuit, qui casu lapsus dum ferret vnguenta, fregit alabastrum; Deinde cum nimio dolore contabuisset, versus est in Sampsuchum, quæ ex eius nomine Amaracus cœpta est appellari. Item Amaracus est herba de qua in præsenti.

Amaracus vulgaris Matth. Fuchs. Lugd. Ad. Lob. Cast. Maiorana vulgaris C. Bauh. Maiorana, Dod. Brunf. Maiorana vulgò, Maron Diosc. Cæs. Maiorana, siuè Amaracus maior, Ges. Tab. Sampsuchus siuè Amaracus, Latinis Maiorana Cord. in Diosc. & hist. Sampsuchus Lac. Lob. Italis Maiorana, & Persa.

Amaracus appellatur hæc herba vnguentis apta ab Amaraco puero vnguentario, qui casu lapsus dum ferret vnguenta nouum, & gratissimum ex cõfusione odorem creauit, & mortuus in hanc herbam fuit conuersus. [Maiorana Latinis dicitur, quia maiores vires, & facultates habeat, quàm credant homines; vel quia mense Maio magis vigeat eius virtus; vel dicitur Maiorana, quia maioribus natu, & adultis magis conueniat quàm infantibus. [Sampsuchus nominatur Græcis σάμψυχον nam apud Græcos ψυχὴ est animus, odor enim huius plantæ lipopsychiam tollit, idest defectum animi, & deliquium.

De Amara dulci. Synonyma, & Etymum.

Amara dulcis Ges. Ang. Lob. Lon. Tab. Ger. Amarum dulce Cord. in Diosc. Dulcis amara Trag. Dulcamara, Dod. Lugd. Solanum scandens, seù Dulcamara C. Bauh. Vitis syluestris Matth. Lac. Cast. Cam. Solanum γλυκύπικρον. Thal. Salicastrum, & Siliquastrum Plinij Guil. Circæa Monspeliensium, Ad. ἀμπέλος ἀγρία quibusdam Diosc. Melotron Theophrasti, Chironia vitis nonnullorum Italis Vite saluatica.

Amara dulcis, Dulcis amara, Amarum dulce, & Dulcamara dicitur eò quia gustu, & sapore primum dulcis apparet, postmodum amara persentitur: nam huius herbæ cortex primùm quidem gustatu amarus est, & insuauis, deinde, quò diutius manditur, eò dulcior, & iucundior redditur. [Solanum scandens nuncupatur, quia inter Solana recensetur, quoniam baccas producit more Solani; & cum arbores scandat, & sepes, ideo scandens nominatur. Vitis syluestris etiam dicitur, quoniam more vitis vicinas plantas amplectitur, & in locis syluestribus reperitur. [Solanum γλυκύπικρον dicitur idest Solanum dulce amarum, nam apud Græcos γλυκὺς exponitur dulcis, πικρὸς verò amarus. [Salicastrum fortè dicitur quoniam more Salicis texendis canistris, cistellis, ac calathis est aptissima. Circeæ etymum lege suo loco. [Ampelos agria dicitur, idest vitis syluestris nam apud Græcos ἄμπελος est vitis ἄγριος agrestis. Melotron verò nominatur, quasi melethron à vinciendo, & ligando alias herbas, nam μίλαθρον apud Græcos exponitur pedica, funis, quo ligantur artus.

Amarago Theophrasti est Cichorium syluestre, nonnullorum.

De Amarantho. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Amaranthi sunt Populi inter Colchos, apud quos Phasis fluuius oritur, vnde, & idem fluuius à quibusdam Amaranthius appellatur. Item Amaranthus est herba de qua in præsenti.

Ama-

Amaranthus maior floribus paniculosis spicatis purpureis Ad. Lob. Amaranthus magnus, Cam. Amaranthus panicula sparsa, Ger.

Amaranthus maior paniculis rubris, Eyst. Amaranthus maximus C. Bauh. Blitum rubrum maius, Cast. Lugd. Blitum Indicum Tab. Quinua, siuè Blitum maius Peruanum Clus. Disciplina nonnullorum. Græcis ἀμάρανθος Italis Amaranto, & fior Velluto.

Amaranthus dicitur, quasi immarcescibilis à verbo græco μαραίνω marcescere facio, hinc ἀμάρανθος immarcescibilis, quoniam alpha habet vim auferendi ante compositionem sumptum, eò quòd huius flos non marcescat, sed decerptus asseruetur, & cum cuncti flores defecere, aqua madefactus reuiuiscat, & hybernas coronas faciat. [Vel hoc nomen componitur ex amore, & ἄνθος, idest flos amoris, quia semper durat, sic vt amor durare debet. Bliti etymum lege suo loco. [Disciplina vocatur, eò quòd paniculæ spicatæ purpureæ à natura insimul vnitæ, & ab inuicem segregatæ imitantur formam flagelli seù instrumenti verberandi, quo vtuntur Christicolæ in pœnitentiam versi, misericordiam à Deo humiliter implorando.

Amaranthi cristati. Synonyma, & Etymum.

Amaranthus cristatus Cam. Amaranthus holosericeus Lugd. Amaranthus panicula incurua C. Bauh. Amaranthus holosericeis sanguineis reticulatis floribus, Ad. Lob. Amaranthus purpureus secundus Dod. gal.

Amaranthus cristatus dicitur, eò quia flores cristas gallinaceas repræsentant. Holosericeus nuncupatur, idest totus sericeus, nam ὅλος apud Græcos significat totus σηρικὸς sericeus: hinc ὁλοσηρικὸς totus sericeus, nam florem totum ex serico confectum esse videtur.

Amaranthus purpureus saturo-coccineus, Ad. Lob. Amaranthus saturo cocci colore Dod. Amaranthus panicula conglomerata C. Bauh. Flamma Ang. φλὸξ Theophrasti. [Flamma nuncupatur à colore flammeo; φλὸξ verò apud Græcos significat flamma.

Amaranthus angustifolius simplici spicata panicula, Lob. Amaranthus simplici panicula, C. Bauh. Circæa Tragi. Amaranthus Matth. paruus, Cam. Amaranthus purpureus Fuch. Tur. Dod. gal. Amaranthus spicatus Eyst.

De Amarantho picto. Synonyma, & Etymum.

Amaranthus tricolor, Ad. Lob. Tab. Ger. Eyst. Amaranthus pictus Cam. Amaranthus altera, Cast. Amaranthus folio variegato C. Bauh. Celosia, Trag. Gelosia, Alijs. Blitum maculatum peregrinum; Theombrotum Plinij, quibusdam. Corchoro cognatum, Ges. hor. Blitum maculosum, & Herba Papagalli, Dod. Symphonia Plinij, & Gomphrena Lugd. Bliti peregrini alterum genus, Cæs. Blitum variabile nonnullorum. Italis Gelosia.

Amaranthus tricolor dicitur eò, quia folium habet tribus coloribus insignitum, nempe viridi, rubro, luteoque pulchrè distinctis. Pictus nuncupatur, propter eandem rationem, similiter, & variegatus. [Celosia, & Gelosia à celando est dicta, quoniam hæc herba in fictilibus superfenestras asseruatur, & cancellorum vicem præbet alios celando, & occultando. Theombrotum nominatur eò quia folium viride habeat sanguineo, & luteo, nempe sulphureo colore tinctum, nam θεῖον apud Græcos significat sulphur βρότω verò inficio, & cruore, cruento sanguine imbuo.

F Her-

[Herba Papagalli dicitur, aut rectius Psittaci herba à folijs variè coloratis, similitudine Psittaci plumas referentibus. [Symphonia verò appellatur: idest conuenientia, nam συμφωνία apud Græcos est vocum, & sonuum dissimilium inter se conuenientia à σὺν quòd significat simul, & φωνὴ vox hinc herba Symphonia dicta propter dissimilium colorum lutei, viridis, & rubri in eadem planta concordantiam, & conuenientiam. Gomphrena etiam dicitur quasi γομφώμα, nam Græcis coagmentum, & coagmentatio exponitur, & quoniam hæc herba tres colores coagmentatos, & insimul coniunctos exhibet in folijs, idcirco Gomphrena fuit appellata.

Amarella, lege Parthenium.

Amarena est Cerasi fructus, lege Cerasus in secunda parte Phytologiæ.

Amba, & Ambo Turcis, & Persis arbor est, vt in secunda parte Phyt ostendemus.

Ambare, & Ambares est arbor Indica folijs iuglandis fructu nucis magnitudine, de qua in secunda parte Phytologiæ.

Ambari, & Ambarum est odoramenti genus quòd nos vulgo vocamus Ambracane, vt dicemus in libro de compositione medicamentorum.

Ambaxeum, & Ambuxum Diosc. est Clematis altera Dod. sed nomen spurium est.

Ambarualis flos, lege Polygala.

Ambela est fructus arboris in India nascentis, Mespili amplitudine, vt in secunda parte Phytologiæ demonstrabimus.

Amberboi turcicum ex Cyanorum ordine; lege Cyanus.

Amblatum, lege Alabastrites.

Ambra dulcis Clusij, est semen Tragorigani hispanici nonnullorum.

De Ambrosia. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Ambrosia, Latinè immortalitas dicitur ab α particula priuatiua, βροτὸς mortalis: vel quia mortales eam non comedunt, vel si comederint efficiuntur immortales, sed μ interponitur euphoniæ gratia: nam fabulæ ferunt Ambrosiam esse Deorum cibum, nectarque potionem. Ambrosium, apud Romanos vocari Caprum syluaticum, scriptum reliquit Diosc. Ambrosius proprium nomen, diurnus, seu immortalis dicitur.

Ambrosia Dod. Ad Cæs. Cam. prima Tab. Ambrosia Artemisiæ forsan species, Ger. hor. Ambrosia maritima C. Bauh. Artemisia monoclonos, Lugd. Conyza Hippocratis, Ang Græcis Αμβροσία. Italis Ambrosia.

Ambrosia veteribus τὸ τῶν θέων βρῶμα, idest Deorum cibus dicitur, quòd mortales eam non edant, vel quòd, qui eam ederint, immortales euadant, ita eximiæ fragrantiæ gratia etiam Dijs expetita, nam βροτὸς apud Græcos est mortalis ἀμβρότος immortalis: adijcitur μ euphoniæ gratia. Artemisiæ, Conyzæq; etymum lege suo loco.

Ambrosia spontanea strigosior, Lob. siuè Ambrosia campestris repens C. Bauh. lege Coronopus repens.

Ambubeia, lege Cichorium syluestre, Ges.

Ambugia est Intubum erraticum apud Nonnullos.

Ambulon fructus ficui Ægyptiæ similis. est etiam arbor, de qua in secunda parte Phytologiæ.

Amedanus est arbor; in secunda parte Phytologiæ erit sermo.

Amelanchier, Lob. est Vitis Idæa tertia Clusij de qua suo loco.

De

De Amello.

Amellus nonnullorum, est Asteratticus cæruleus vulgaris.
Amellus montanus Col. est Conyza cærulea acris C. Bauh.
Amellus Virgilij putatus Thal. est Caltha palustris flore simplici C. Bauh.
Amelli species palustris Col. est Tripolium maius cæruleum C. Bauh. Amellus marinus nonnullorum; lege Tripolium.

Amelli Etymum.

Amellus dicitur, & Amella herba, eò quia nascatur frequentissima iuxta Mellam Galliæ fluuium, à quo nomen accepit: vel quia eius flos sit sine melle, ideò dicitur Amellus.

Amentum est pilula quædam, quæ in quibusdam arboribus nascitur, de qua in secunda parte Phytologiæ.
Amerimnon herba, quæ alio nomine Aizoon maius appellatur Plinius. nomen habet ab eò, quòd curam, & solicitudinem leuare putetur, ἀμέριμνος enim id est, quod solicitudinis expers.
Amerina arbor, lege in secunda parte Phytologiæ.
Amica hominis, lege Aparine.
Amidum, lege Amylum.
Aminea est Myrrhæ species, & Vuæ pariter, de quibus in secunda parte Phytologiæ.
Amirbaris, & Amirberus est Berberis frutex, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

De Ammi. Synonyma, & Etymum.

Ammi commune, siuè vulgare, Dod. Cam. Ger. Ammi maius C. Bauh. Ammi vulgatius Lob. Ammioselinum, Tab. Ammi omnium ferè Authorum. Cuminum Æthiopicum nonnullorum, Alij Regium nominant. Græcis ἄμμι, & ἄμιον. Officinis corruptè Ammeos, & Ammium dicitur. Italis Ammi.
Ammi, & Ammeos dicitur, & Amios eò quia perpusillum, quasiquè arenaceum exilitate, & colore semen proferat; ἄμμος enim apud Græcos est arena, sabulum, hinc ἄμμι, quasi ἀμμίον arenula, quoniam semen huius plantæ sit ad instar arenæ paruulæ efformatum. [Ammioselinum nuncupatur, quia in semine Ammi, & in folijs Selinum repræsentat. Cumini etymum lege suo loco.

Ammi creticum aromaticum, Ad. Lob. Ammi alterum semine apij C. Bauh. Ammi maioribus, & ferratis folij semine Apij Gesf. hor. Ammi tertium creticum Tab.
Ammi Matth. Ang. Lac. Cast. Cæs. Lugd. Cam. Ammi verum, Gesf. hor. Ammi paruum folijs fœniculi C. Bauh. Ammi perpusillum Lob. Ammium primum Alexandriacum Tab.
Ammi pusillum Cæs. Ammioides C. Bauh.

De Ammoniaco. Synonyma, & Etymum.

Ammoniacum ἀμμωνιακὸν est ferulæ liquor, & totus cum radice frutex Agasyllis appellatur, Diosc. ferulę lacryma Galen. Hammoniacum lacryma, ab Hammo-

nis oraculo nomen habet, iuxta quòd gignitur arbor, quam Metopion vocant resinæ modo, aut gummi. Ammoniaci lacryma Matth. Hammoniacum, seu gutta Hammoniaca Cord. hist. Ammoniacum Officinis, & gummi Ammoniacum. Thrauston Plinio, quasi dicas fragmentum, est Ammoniacum syncerum nulla sorde imbutum. Græcis θραῦσμα. Phryma Plinio, ideſt mixtura, est Ammoniacum quòd terræ, calculorum vè particeps est.

Ammoniacum gummi, aut liquor ex specie Ferulæ, quam iuxta Cyrenem Africa gignit, ita dictum, vt nonnulli putant ab arenis, nam arena Græcis dicitur ἄμμος, cum ex Ferula in arenas distillet, & in concretis grumis inueniatur. Vltra mare reperitur, quòd cum frangitur non est vnius coloris intus. Aut ab Ammone Ioue, qui in desertis Libyæ in locis arenosis templum habebat, circa quòd hoc Ferulæ genus præcipuè nascebatur, dictum nonnulli volunt.

Amorgine herba est, quæ notiore nomine Helxine dicitur Diosc.

Amoris tuba, lege Helenium. siue flos Solis Peruuianus.

Amomum paruus fructus est in vuæ modum conuolutus de quo in secunda parte Phytologiæ.

Amnica lege Arundo satiua.

Amotes est radix in India nascens, qua Indi vescuntur, & vtuntur, lege Batatas.

Ampeloprasum, lege Porrum vineale.

Amperlo arbor, Italis. lege in secunda parte Phytologiæ.

De Ampelodesmo. Synonyma, & Etymum.

Ampelodesmos Plin. Herba est qua vites religari solent apud Siculos, qui quamuis salicibus abundent, quia tamen earum vincula duriùscula sunt, malunt eam ad rem, Ampelodesmo vti. Græcis ἀμπελόδεσμος Nonnulli Pseudocyperum Lob. esse existimant.

Ampelodesmos dicitur, ideſt vitis vinculum, nam Græcis ἄμπελος est vitis, δεσμὸς verò est vinculum.

Ampelos agria, ideſt vitis syluestris, lege Amara dulcis.

Ampelosleuce Herba, quæ a Latinis Vitis alba, siuè Bryonia dicitur. Vitis quidem, non quod re vera sit, sed quòd ad eius similitudinem accedat, nam & sarmenta habet, & folia satiuæ viti similia, omnia tamen hirsutiora. Alba verò à radicis colore dicta putatur ἀμπελλεύκη.

Amphicaustis ἀμφικαυστὶς Hordeum montanum, quòd, & ἄγριον Græci vocant.

Amuleta remedia sunt præsentanea ex herbis facta aduersùs venena, & fascinationes qualia, quidam in annulis, & è collo suspensa gestare solent, Græcis ἄλεξ.

Amusa arbor est, cuius historiam, in secunda parte Phytologiæ crassiore musa eximam.

Amygdaloperſicus, ideſt Persica Amigdaloides, de qua in secunda parte Phytologiæ erit sermo.

Amygdalus arbor, eius historiam habebis in secunda parte Phytologiæ.

Amylum est farina sine mola facta: fit enim ex tritico lacte expresso, cum triticum per aliquot dies in aqua purgatum est, ita nuncupatum ab à dictione priuatiua, & μύλη mola Officinæ corrupta voce Amydum appellant, & etiam vulgus vocat Col. Italis dicitur Salda, & Amido.

Amylum nuncupatur, ideſt sine mola, nam est farina sinè mola facta.

Amyleum frumentum dicitur, quia ex illo Amylum paratur.

Amyrberis vox est corrupta à Berberis, vt suo loco dicetur, nempè in secunda parte Phytologiæ.

De Anabasi, siuè Ephedra. Synonyma, & Etymum.

Anabasis, siue Ephedra Bellonio, & Dod. Polygonum bacciferum scandens C.Bauh. Caucon, & Ephedra Plinio. Polygonum bacciferum, siuè Vua maritima, Alijs.

Anabasis dicitur quòd scilicet in altum conscendat à verbo græco ἀναβαίνω ascendo, conscendo. Ephedra nuncupatur sic dicta quòd arboribus insideat à verbo græco ἐφιδρίζω insideo. Poligoni etymum lege suo loco.

Anacampseros. Etymum.

Anacampseros Gesn. lege Telephium vulgare.

Anacampseros, Plinius eam magicis herbis annumerat, & eius tactu redire amores, vel cum odio depositos testatur: nam apud Græcos ἐράω est amo, amore prosequor, ἔρως verò est amor, quo prosequimur aliquem, κάμψις est inflexio, flexus, ἀνὰ verò est propositio: hinc ἀνακάμψερως, idest flectens ad amorem, vel ab ἀνακάμπτω reflecto, & ἔρως amor,

Anacok Clusij est Phaseolus Peruuianus elegantissimus orbicularis: color est illi diuisus, media ex parte, corallij instar rubet, altera ater leuis & splendens est.

Anacardium fructum, Græci ἀνακάρδιον à cordis tum similitudine, tum colore nominarunt, de quo in secunda parte Phytologiæ sermo habebitur.

Anactorion est herba, quæ notioribus nominibus Gladiolus Latinis, ξίφιος Græcis appellatur.

Anadendromalache Galeni, est Malua rosea folio subrotundo, seu Malua hortensis, Authorum, & arborea. Anadendromalache dicitur idest arborescens malua, nam Græcis μαλάχη exponitur Malua, δένδρον verò arbor, ἀνὰ est præpositio hinc ἀναδενδρομαλάχη idest Malua naturam arboris participans.

De Anagallide. Synonyma, & Etymum.

Anagallis terrestris mas, Thal. Anagallis phænicea mas Ad. Lob. Anagallis phæniceo flore Cam. C. Bauh. Anagallis rubro flore, vel purpureo Gesn. col. Anagallis omnibus ferè Authoribus, præterquàm Æginetæ cui Corallium, & Corallina dicitur. Morgelina nonnullis vulgò. Sauritis ab aliquibus nominatur, authore Maranta. Corcorus Crateuæ, Theoph. & Nicandri Ang. Ægitis Diosc. Aliquibus Græcis ἀναγάλλις Italis Anagallide.

Anagallis dicitur à verbo græco ἀναγιλάω rideo hilaris sum, quoniam hæc planta, quasi superbula venustis floribus vias passim exornet, & exhilaret. Corallium, & Corallina dicitur à colore floris nam in eo Corallij colorem repræsentare videtur Morgelina vulgi nescio vndè. Sauritis verò, hoc nomen cum facultate conuenit: vim enim habet extrahendi infixa spicula, nam σαυρωτὴρ cuspidem hastæ denotat, referente Maranta.

Anagallis fœmina Matth. & Aliorum, est Anagallis cæruleo flore C. Bauh. Anagallis terrestris fœmina Thal.

Anagallis tenuifolia Monnelli Clus. hist. ap. alt. est Anagallis cærulea folijs binis ternisuè ex aduerso nascentibus C. Bauh. Ana-

Anagallis lutea Ad.Lob. Lugd. & aliorum. Anagallis luteo, flauouè flore Cam.Clus. Anagallis lutea nemorum C. Bauh. Alsine lutea Lugd. Nummularia syluatica, vel mas Gesf. hor. Alsines, & Nummulariæ Etymum, lege suo loco.

De Anagallide aquatica. Synonyma, & Etymum.

Anagallis aquatica folio maximo Thal. Anagallis aquatica maior folio subrotundo C. Bauh. Berula, siuè Anagallis aquatica Tab. Anagallis, siuè Beccabunga Ger. Sion vulgare, & maius Trag.

Anagallis Berula dicta eò quia à Gallis dicitur *Berle*, hinc Latini Berulam dixerunt. *Bachbunghen* nominatur à Germanica appellatione voce mutuata, nam Germani Bachbunghen illam vocitant.

Anagallis aquatica minor prima Tab. Anagallis aquatica minor flore pallido Ger. Anagallis aquatica minor folio subrotundo C.Bauh. Sion Brunf. non odoratum primum Trag. & Aliorum. Sij alterum genus, Fuch. ico. Cepæa Tur. Dod. gal. Sij, & Cepææ etymum lege suo loco.

Anagallis aquatica folio rotundo non crenato C. Bauh. Alisma, & Cochlearia Guiland. Alij Samolum Plinij faciunt. Samolum dixerunt fortè quasi Samiolum à loco natali nempè à Samo insula, vbi copiosissimè crescit, & frequentissimè oritur, Alismæ, & Cochleariæ, etymum, lege suo loco.

Anagyris arbor de qua in secunda parte Phytologiæ erit sermo.

Ananas syluestris Acostæ Lugd. est Carduus Brasilianus syluestris C. Bauh. Herba indica spinosa à Persis ità appellata.

Ananas, Ananasa Brasil. lege Aberas.

Ananthes herba dicitur, quæ nullum profert florem.

Anapallus Bellonij Card. est Ficus indica folio spinoso, fructu maiore nonnullis locis Cardi nominatur, vt in secunda parte Phytologiæ diffusius agemus.

Anaphallis herba, quæ notiore nomine Gnaphalium marinum, & à quibusdam Centunculus appellatur ἀναφαλὶς ab Alijs, vulgi Bombax humilis.

Anarrhinon, lege Antirrhinum.

Anasphoros, à quibusdam vocatur herba, quam Græci πτερίδα. Latini Linum appellant. Legitur hoc nomen in quibusdam Dioscoridis exemplaribus Quidam verò hoc, vt plerasq; alias herbarum nomenclaturas apud eundem inter notha referre malunt.

Anaxetum ἀνάξητον Diosc. legitur inter nomenclaturas Gnaphalij herbæ; quamquàm non desunt, qui, & hoc malint inter notha referre nominæ.

Anaxiris ἀναξυρὶς, quam, & Oxalidem Græci, & Latini Rumicem appellant, ità dicta quòd folia eius calceorum soleas imitentur, quæ, & Anaxyrides quandoquè à Græcis appellantur. ἀναξυρὶς pro ἀνασυρὶς bracca, & femorale. Item indumentum pedum, fortè quoniam folium huius indumentum pedum præ se ferat. Si deducatur ab ἀναξύω rado, & abstergo, non erit citra rationem, quia lapathum abstergendo lubricat aluum.

De Anblato, siuè Orobanche. Synonyma, & Etymum.

Anblatum Cord. hist. Dod. Dentaria maior, siuè ἄφυλλος prima Clus. pan. & hist. Orobanche radice dentata maior C. Bauh. Dentaria maior Matth. Lob. & Alio-

rum

rum. Squamatia, Lon. & radix squamata. Dentaria crocodilia, Tab. Arachida è genere Orobanches, Cæs. Ægoletros Plinij. Malus henricus Vinitoribus Ges. in hist.

Amblatum dicitur, quasi Amblatum à verbo græco ἀμβλυς quòd significat obtusus, vel ab ἀμβλυνω obtundo, retundo, hebeto; hinc fortè Amblatum, quia cruciatum dentium obtundat, & retundat. [Dentaria dicitur eò quia ex pluribus squamis, veluti dentibus componitur, Aphyllon verò appellatur quòd folijs careat. [Orobanche nuncupatur, quia Orobum, & cætera legumina suffocat, nam apud Græcos ὄροβος est Orobus ἄγχω strangulo, suffoco: hinc herba ita dicta, quia Orobum, & cætera legumina suffocat. [Squamatia dicitur à squamis quibus tota planta vestitur. Dentaria crocodilia nuncupatur à squamis quibus planta est vestita ad instar Crocodili animalis. [Arachida dicitur eò quia albugine quadam est obducta, veluti aranearum telis vitiata à verbo græco ἀραχνιόω araneis squaleo, araneis vitior. Ægoletros etymum lege supra Ægoletros. [Malus henricus nuncupatur à perniciosa facultate quam possidet, veluti Bonus henricus dicitur à singulari quadam, & vtili facultate vox est germanica.

Anchomanes, Apul. nomen est peregrinum Dracontio conueniens, seu Aro, quòd nomen, an maiori, vel minori Dracontio conueniat non explicatur.

De Anchusa. Synonyma, & Etymum.

Anchusa Matth. Ang. Lac. Cam. Buglossa rubra, vel Anchusa Lon. Anchusa lutea maior C. Bauh. Anchusa lutea, Ad. Lob. ico. Græcis Ἄγχουσα Italis Anchusa.

Anchusa dicta videtur, quòd vim suffocatoriam habeat, nam ἄγχω apud Græcos est suffoco, strangulo, constringit enim fauces, & suffocat, vel dicitur à florido, vel rubro radicis colore: siquidem ἀγχούζειν Græcis erat fuco illinire. Buglossæ etymum lege suo loco.

Anchusa lutea minor C. Bauh. Anchusa echioides lutea Col. Echioides dicitur, quoniam folia Echio similia producat.

Anchusa minor, seu Alcibiadion, vel Onochiles Ad. Anchusæ alterum genus Onochiles dictum Clus. hist. Anchusa puniceis floribus C. Bauh. Anchusa parua Lob. ico. Echium lanuginosum primum Fuch.

Anchusa Alcibiadion, Græcis ἀλκιβιάδιος dicta ab Alcibio, seu Alcibiade quodam, qui cum à Serpente ictus esset ea commanducata, & plagæ imposita sanatus est, vt tradit Schol. Nicandri. [Vel Alcibiadion dicta quòd vti ea ad formam conciliandam solitus esset Alcibiades Atheniensis Imperator. [Onochiles verò nuncupatur & Onochlea, quasi labrum asini à foliorum scabritie Græcis enim ὄνος est Asinus χεῖλος verò est labrum. Architellion alij legunt, sed nomen est spurium.

Anchusa lignosior angustifolia, Ad. Lob. ico. Lugd. Clus. hist. Anchusa angustifolia C. Bauh. Tragoriganum nothum Dalechampij Lugd. Lithospermum minus repens, & Lithospermum fruticosum angustifolium nonnullorum. Lithospermi, & Tragorigani Etymum lege suo loco.

Andacoca arbor est Ægyptia, de qua in secunda parte Phytologiæ sermo habebitur.

Andirian Rhasis est Capparis leguminosa, siuè Fabago.

Andrachne ἀνδράχνη arbor est folio Arbuto similis, quæ à Latinis Portulaca, & Portulaca dicitur ab alijs verò Andrachnes, & Adrachne, vt in secunda parte Phytolog. in Tomo de arboribus differemus.

An-

Andronium medicamentum est vuæ, quæ in fine faucium nasci solet curandæ vtile, eius confectionem apud Cellum, Legere licet.

De Androsace. Synonyma, & Etymum.

Androsaces Matth. Lon. Cast. Lugd. Musci marini genus Guil. Androsaces petræ innascens, vel maior C. Bauh. Androsaces Cotyledon foliosum marinum Ad. Lob. ico. Fungus marinus minimus Cæs. Hydrosaces Alijs. Græcis ἀνδρόσακες.

Androsaces dicitur fortè à verbo græco ἀνδρεῖος quòd significat virilis humanus, & σάκος scutum, clypeus, hinc Androsaces herba idest virile scutum ob figuram folij, nam folium scutum quodammodò imitatur. [Vel Hydrosaces dicitur nam apud Græcos ὕδωρ est aqua, hinc ὑδρόσακης idest scutum aquatile. Vel Hydrosaces appellata ab effectu, quòd Hydropicorum aquas ducat; aut Hydrosaces nuncupata, quia nonnisi in aquis crescat. Cotyledonis, & fungi marini Etymum lege suo loco.

Androsace altera Matth., & Aliorum, lege Alsine affinis Androsace dicta.

Androsace Diosc. Ang. lege Cassutha.

De Androsæmo. Synonyma, & Etymum.

Androsæmum Dod. Ges. hor. Lugd. maius Cam. Androsæmon maximum frutescens C. Bauh. Herba Siciliana Tab. & Siciliana Col. Eyst. Centeria Theoph. Cæsalpino. Clymenon Plinij Anguillaræ, & Aliorum, sed falsò. Græcis ἀνδρόσαιμον. Italis Androsemo.

Androsæmum est compositum ex ἀνδρῖος quod significat virilis, humanus, & αἷμα sanguis, quia eius comæ, & flores, si digitis terantur sanguineo colore tingunt, & humanum imitantur, nam eius succus sanguini atro similis existit. Siciliana ità appellata creditur, quia in Sicilia copiosissimè, & frequentissimè crescat. Centeria nuncupatur quasi Centetia forsan à verbo græco κεντητὸς punctus. Item punctis distinctus; sed hoc nomen propriè conuenit Hypeticoni, seù Perforatæ, nam folia habet innumeris foraminibus peruia, & tot punctis distincta.

Androsæmum fœtidum, seù Tragodes Eyst. Androsæmum fœtidum capitulis longissimis filamentis donatis C. Bauh. Androsæmum minus Cam. Tragium creticum Bellon. Tragium Belli ep. ad Clus. legitimum Ponæ. Acyrum legitimum vulgò in Creta ἀγυδερο Belli ep. 1. ad Clus. Tragodes dicitur, & Tragium ab odore fœtido, forsitàn hirci, nam apud Græcos τράγος est Hircus Ascyri Etymum lege suo loco.

De Andryala maiore. Synonyma, & Etymum.

Andryala maior Dalech. Lugd. est Sonchus asper laciniatus, & non laciniatus C. Bauh. Cicerbita asperior Er. Cord. Sonchus spinosus Ang. Sonchus aspera Matth. & Aliorum. Sonchus asper minor Cord. hist.

Andryala dicitur fortè à verbo græco ἀνδρεῖος quòd significat virilis ἄλη verò erratio, quasi virilis erratio, quia hæc herba, tanquam vir, vbiquè vagetur, & erret. Sonchi Etymum, lege suo loco. Cicerbita nuncupatur forsan à verbo græco κικύω valeo, viribus polleo, quoniam hæc herba multi sit valoris in medicina.

De Andryala minore. Synonyma, & Etymum.

Andryala minor Dalech. Lugd. Sonchus leuis laciniatus latifolius C. Bauh. Sonchus leuis Matth. & Aliorum. Intybus syluestris, seù erratica tertia Trag. Sonchus tenerior non aspera Dod. Lactuca leporina Apuleij. Endiuia syluestris Lon. Sonchus leuis vulgaris, folijs laciniatis dentis Leonis, Lob. Sonchus in collibus vmbrosis Gesf. Italis Soncho, & Cicerbita. Intybi Etymum, lege suo loco. Lactuca leporina forsan appellatur; quoniam Lepores libenter eam depascant.

De Anemone. Aequinoca, Synonyma, & Etymum.

Anemo fluuius est in octaua Italię regione, apud Plinium lib. 3.

Anemone vocatur ab omnibus Authoribus à quibusdam appellatur Herba venti Græcis ἀνεμώνη, ἀνεμωλία Theoph. Italis Anemone.

Anemone sic dicta ἀπὸ τοῦ ἀνέμου, idest à vento, nam apud Græcos ἄνεμος est ventus, quòd flos nunquam se aperiat, nisi vento flante, vel quòd eius flos caducus facilè vento decutiatur, & ob hanc rationem Herba venti etiam appellatur. [Vel fortè dicta ἀναίμων, ἀναίμος sanguine carens, exanguis, quoniam flos est sanguinei coloris, & tamen est exanguis, αἷμα enim apud Græcos est sanguis ἀναίμως verò sanguine carens: nam alpha ante compositionem habet vim priuationis. [Et cum Natura in florum Anemones coloribus, nón minus, quàm in Tulipis ludat; idcircò iuxta florum, & foliorum varietatem in colore, & figura varias etiam differentias sortita est hæc herba, de quibus omnibus in tractatu differentiarum, in secundo Tomo Partis primæ Phytologiæ distinctè agemus.

Anemosphoros, herba est ex naporum generibus, quę rectiore nomine Bunion appellatur. Græcis ἀνεμόσφορος.

De Anetho. Synonyma, & Etymum.

Anethum ab omnibus Authoribus Botanicis hoc nomine donatur, Græcis ἄνηθον, & ἀνήκηθον ita nuncupatum à verbo græco ἀναθεῖν sursum impello, quòd citò crescat, & sursum impellatur. Italis Aneto, & Anedo.

Anethum tortuosum, & syluestre Ruell. lege Meum.

Anethum caninum lege Cotula fœtida.

Anetho similis planta, semine lato laciniato Hist. plant. Bauh. Rauuolfij, est Gingidij species.

De Angarathi. Synonyma, & Etymum.

Angarathi Aliquibus, est Verbascum syluestre folijs Saluiæ tenuifoliæ Lob. Verbascum angustis Saluiæ folijs C. Bauh. Phlomis Lychnitis, Clus. & Lugd. Saluia syluestris Monspeliensium Gesf. hor.

Angarathi est dictio Arabica, etymum nescio vnde. Verbasci, Saluiæ, & Phlomidis etymum lege suo loco.

De Angelica. Synonyma, & Etymum.

Angelica satiua Matth. Trag. Fuch. Dod. Lon. Lugd. Cæs. Bauh. Angelica maior

Dod. Angelica odorata Gef. col. Cam. Smyrnium Cord. in Diofc. & hift. Laferpitium, Lac. Radix Sancti Spiritus Nonnullis. Coftus niger Nuperorum Lob.

Angelica nuncupatur à fuauiffimo radicis odore, aut ob angelicas vires aduerfus venena, & grauiffimos morbos; & Sancti Spiritus radix dicitur, eò quia odore fpiritus recreat; ideò Angelica dicitur ab Angelis, nam, & ipfi in fpirituum numero funt.

De Angelica, Syluestri, fiuè erratica. Synonyma, & Etymum.

Angelica fyluestris fiuè erratica C. Bauh. Thal. Angelica fyluestris communis. Cam. Angelicæ vitium, & Ofteritium fyl. Trag. Lon. Herba Gerardi Dod. Ger. Elaphobofco fimilis Cord. in Diofc. Corchorus quibufdam Gef. hor. Podagraria Ad. Lob. Caft. Ægopodium, Tab. Italis Angelica filueftre.

Angelicæ vitium nuncupatur, nam primo afpectu Angelica creditur optima, fed praua, & maligna experitur, copiofiffimè enim crefcit, & ferpit, aliafquè plantas enecat, & fuffocat, nec vnquam affatim diuelli poteft, & extirpari, quin femper renafcatur. [Ofteritium filueftre dicitur à Germanis eft enim vox Germanica quafi Auftriaca à voce Auftrich fiue Oftrich, quod eft Auftria. Herba Gerardi appellatur in Brabantia, nam Brabanti hanc herbam tali nomine decorant. Elaphobofci, & Corchori etymum, lege fuo loco. [Podagraria forfan appellatur à facultate, qua pollet in mitigando dolorem podagræ. Ægopodij etymum, lege fupra Ægopodium.

De Angelica aquatica, Synonyma, & Etymum.

Angelica aquatica, Gef. C. Bauh. Archangelica Lob. Dod. Cluf. pan. Caft. Lugd. Cam. Archangelica dicitur, nam Græcis ἀρχὴ eft principium, principatus, ideò hæc herba fic appellatur, quia inter Angelicas principatum obtineat.

Angelina arbor apud Indos, de qua in fecunda parte Phytologiæ.

Angiers, Indiæ flos holofericum tactu referens, inodorus, afpectu amabilis, Iofeph Acofta. Tanaceto Africano congener.

Angina Lini eft Caffutha, fiuè Cufcuta, ità dicta, quia linum angat, & fuffocet, nam quafi compedibus id, cui infiderit, illiget, nec vinctum eò facilè poffit extricari, lege Caffutha.

Anguina aquatica, Anguina Dracontia, lege Dracunculus, fiuè Dracuntium.

Anguriæ, Synonyma, & Etymum.

Anguria Citrullus dicta C. Bauh. Citrullus Officinarum, Ad. Lob. Anguria Matth. Dod. Lugd. Caft. Cam. & Aliorum; nonnullis Languria. Cucumer vulgò Cæfalp. Nonnulli Arabum Batthecca effe volunt. Melo Paleftinus, Hermol. coroll. Alij Terræ filium vocant. Italis Cocomero, & Anguria. Sicya quorumdam. Græcis σίκυος ἥμερος ideft Cucumer fatiuus.

Anguria dicitur fortè ab angendo, quia propter frigiditatem, qua pollet angorem ftomacho afferat. Cucumeris, & Citrulli etymum lege fuo loco. Græcis σίκυος ἥμερος: ideft Cucumis fatiuus: dicitur autem Sicyos, quafi σιγύος à verbo græco σιγάω taceo, fileo, eò quia Venerem ipfam tacere, & filere faciat, nam Anguria commanducata impetus venereos fua frigiditate cohibet, & reprimit, & appetentiam concumbendi minimè ftimulat, necnon febrium ardores mitigat. Vel dicitur Sicyos

quafi

quasi κύρος à verbo κυΐω in vtero gesto, grauida sum; quoniam Anguria tota est ventricosa, & plena, quasi pregnans, & grauida. Vel quòd ad gignendos spargendos, diffundendosque ramos, & caules valdè sit procliuis, ἥμερος verò Græcis dicitur satiuus.

Anguria Ægyptiaca C. Bauh. Dulaha Arabum Cæsalp.
Anguria Brasiliana C. Bauh. Citrullæ rotundæ Mautomgaus nomine Lerio.
Anguria, siue Melo Indicus; lege Batre.

Anil Herba. Synonyma, & Etymum.

Anil herba folijs Mungiriqua similibus, Garziæ. Ocymo similibus Clusius vertit. Glasto affinis herba C. Bauh. cum Isatide multùm conuenire addit Clusius. Nil apud Auicennam, Interpres Glastum vertit. Nil siue Anil Cam. Annil, siue Indico. Herba Roris marini facie Linsc. Herba Anil, siuè Enget 4. par. Ind. orien Planta ex qua Anil siue Indico conficitur: par. 9. Ind. occiden. Agnir fragoso. Pastellus herba ad colorandas lanas expetita, ex cuius venditione in Insulis Azores victum comparant Linscot. Indigo in Sian crescit maxima copia Ind. or. Color Indicus, quem in Cambaia Anil vocant.

Anime vulgò, quasi Aminea Myrrha Cæs. Anijmum Amato, vt in secunda parte Phytologiæ verba locupletiora proferam.

De Aniso. Synonyma, & Etymum.

Anisum dicitur ab omnibus ferè Authoribus. Cyminum dulce, Absinthium dulce, Ros. Anisum dicitur, vt quidam aiunt auctore Plinio quasi ἀνίκητον, quia appetentiam cibi præstaret. Vnde Anicetum à quibusdam appellatur semen. [Vel ita nuncupatum, quia ἀνίαν, nempe dolorem, & molestiam in corpore ob tensiones flatulentas internas, & externas tollat. [Vel ἄνεσις relaxatio, remissio, intermissio, per quam datur quies in doloribus internis. [Vel dicitur Anisum, nam ἴσος est æqualis ἄνισος inæqualis, impar; hinc Anisum propter eius excellentiam inter alia medicamenta simplicia, cum non habeat æquale. [Fœniculum Romanum à quibusdam nominatur, propter suauitatem, & dulcedinem seminis in cibis condiendis.

Anisomarathrum Colum: & Clus. est Scandix Cretica C. Bauh. ità nuncupatum quòd Anisi, & fœniculi naturam participet: lege Anthriscus.
Anonis synonyma & etymum, lege Acutella

De Anonide viscosa. Synonyma, & Etymum.

Anonis viscosa spinis carens lutea C. Bauh. Anonis mitis flore luteo Clus. est Ononis lutea montana, Cam. ep. Anonis lutea non spinosa, Cast. Tab Ger. Natrix Plinij, Herbariorum, Ad. Lob.
Anonis dicitur Natrix fortè à tetro odore quòd non solum radix euulsa, sed & herba tota virus hirci redolet, & vt aliqui exponunt bituminosum, & grauem fætorem spirat, veluti Natrix serpens redolere solet.

Anon Ouiedo arbor est, de qua in secunda parte Phytologię erit sermo.

Anochon ἄνοχον, Hist. Lugd. non est planta, vt nonnulli opinantur, sed cibi abstinentia, nam ἀνέχω est desino, abstineo: hinc ἀνοχὴ desinentia, cessatio, abstinentia &c.

Annona fructus est Pyro similis, vt in secunda parte Phytologiæ dicam,

Anonyma radice dentata Col. est Euphrasia lutea Alsinæ folijs.

Anonymos Garziæ, lege Æschinomene.

De Anonymo tenuifolia. Synonyma, & Etymum.

Anonymos tenuifolia, Clusij pan. & hist. Linaria montana, siuè syluatica Thal. Linaria adulterina Tab. Linaria montana flosculis albicantibus C. Bauh. Anthyllis montana, Lugd. Lynosyris Nuperorum Ger.

Anonymos dicitur idest sine nomine, vel minimè celebris, obscurus, ignobilis, nam Græcis ὄνομα est nomen,& alpha ante est priuatiuum,hinc herba ità dicta,eò quia, cum nascatur in montibus, & locis syluosis, est planta minimè celebris, ignobilis, & ignota, Linariæ, Anthyllidis, & Linosyris etyma lege suo loco.

Anonymos altera Clusij pan. Chamæcistus 7 Clus. hist. Chamæcistus Serpillifolia floribus carneis C. Bauh. an Rosa alpina altera folijs minimis Gesf. hor.

Anreon est Halimus, Hist. Lugd. sed inter notha nomina recensetur.

De Anserina Matth. Synonyma, & Etymum.

Anserina dicitur ab omnibus Authoribus.

Anserina nominatur à loco natali nam cum nascatur humecto solo, vt & plurimum in aquis frequentissimè crescat, vbi Anseres degunt, & pabulum querunt, ideò ab Anseribus dicta est Anserina, vel quia hac herba Anseres in cibo delectentur.

De Anserina Tragi. Synonyma, & Etymum.

Anserina Tragi Tab. Argentaria, & Argentina Dod. Ad. Lob. Ger. Potentilla,Brunf. Matth. Fuch. Lon. Cæs. Lugd. Stephanomelis Plinij, Nonnullorum. Argemone altera Fuchs. ico. Gesf. hor. Agrimonia syluestris Aliquibus Dod.Agrimonium candidum, Alijs.

Anserinæ etymum lege supra. Argentina, & Argentaria dicitur à foliorum argenteo splendore, Potentilla nominatur ab eximijs viribus, quibus pollet vulneraria enim est planta. [Stephanomelis forsitan appellatur, idest corona cineritia, nam apud Græcos στέφανος dicitur sertum, & corona μηλίς verò, & μηλία terra est coloris cineritij: hinc herba ità dicta, quia suis cauliculis humi repentibus serpendo terram coronat, & cum sit coloris cineritij, idest suba bidi, ideo Stephanomelis nuncupata fuit. [Argemone etymum lege suo loco. Agrimonia nuncupatur propter foliorum cum Agrimonij folijs similitudinem, & candidum dicitur propter albedinem in folijs existentem.

Anthalium Plinij. Nonnulli,ex Cyperi generibus esse arbitrantur Io: Vesling. obs. in lib. P. Alpin. Græcè ἀνθάλιον dicitur ex ἀνά, & θαλλεω, vel θάλλω compositum, quòd est regermino, cò quia radice vnica sata se propagat, innumerasque radices regerminat.

Anthedon, & Anthenois, Teoph. & Plin. Hist.Lugd. est Mespilus Apij folio laciniato, vt in secunda parte Phytologiæ dicetur.

An-

Anthelos muscus est ex Fago, de quo in secunda parte Phytologiæ in capite de Fago, verba fient.

De Anthemide. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Anthemis Insula est Thraciæ adiacens, quæ & Imbrasus aliquando vocata fuit, & Parthenia, à Parthenio fluuio, notiore nomine Samothrace appellatur.

Anthemis vulgatior, & Anthemisium, siue Chamæmilla, Ad. Lob. Anthemis Tur. Cord. in Diosc. Chamæmelum, vel Anthemis vera, Gef. hor. Chamæmelum leucanthemum Fuchs. Chamomilla tertia, & vulgaris, Trag. Lon. Chamæmelum, (Parthenij tertia species) Brunf. Lac. Gef. Cast. Thal. Tab. Ger. Græcis ἀνθεμίς, & χαμαίμηλον. Italis Camomilla.

Anthemis dicitur à copia florum nimirum ab ἀνθέω floreo, quia copiosos, & diuturnos flores promat. [Chamæmelum nuncupatur, quoniam odorem Mali habeat μῆλον, Græcis est Malum, pomum, χαμαὶ significat humi in terra: quasi dicas malum in terra, quoniam hæc herba spirat odorem mali, & est humi prostrata. Leucanthemum dictum, ideſt habens florem album, nam λευκὸς est albus, ἀνθὸς verò est flos.

Anthemis, siue Leucanthemum odoratius Romanum, Ad. Anthemis, seu Leucanthemis odorata, Lob. Chamæmelum odoratum, vel nobile. Gef. Chamæmelum nobile, seu odoratius C. Bauh. Leucanthemum odoratum Dod. Parthenium nobile, & nobilis Chamomilla Trag. Chamomilla, nobilis Lon.

De Anthemide Crysanthemo. Synonyma, & Etymum.

Anthemis chrysanthemos Herbariorum Ad. Lob. Lugd. Chamæmelum luteum capitulo aphyllo C. Bauh. Chamæmelum chrysanthemum odoratum Dod. Chamæmelum luteum odoratum Gef.

Anthemis chrysanthemos dicitur ideſt habens florem aureum, nam Græcis χρυσὸς est aurum, ἀνθὸς verò est flos: capitulo aphyllo, ideſt capitulo sine folijs, ἄφυλλος enim dicitur folijs carens.

Anthemis eranthemon, ἠράνθεμον dicitur, quia ineunte Vere floreat; ἦρ ἦρὸς est Ver, ἀνθέω floreo.

Anthemisium Alex. Trall. est Chamæmelum vulgare.

Anthemon Dod. gal. est Lychnis segetum C. Bauh. lege Nigella. Anthemum foliosum, Theoph. Theodorus foliosam Nigellam vocat.

Anthera Nonnullorum est Trifolium hepaticum, siuè Trinitas. Est etiam Anthera medium floris rosarum, lutea videlicet Stamina, & apices.

Antherichus, lege Asphodelus.

Anthycelion, lege Anthyllis prior Dod.

De Anthyllide. Synonyma, & Etymum.

Anthyllis prior Dod. gal. Lac. Lugd. Anthyllis lenti similis, Dod. Anthyllis leguminosa, Lob. Clus. Cam. Vulneraria rustica, Gef. hor. Loto affinis vulneraria pratensis C. Bauh. Lagopodion, Tab. Arthetica Saxonum Thal. Zahara Auicennæ Dod. An. Anthycelion apud Barbaros scribitur forsan quasi Anthyllion.

Anthyllis dicitur fortè ab ἀνθύλλη, apud Græcos enim est flos lanosus in quibusdam plan-

plantis, hinc plantæ Anthyllides dicuntur, quia huiusmodi florem lanosum producunt: veluti est Anthyllis Dod. [Vel ἀπὸ τῦ ἄνθεῖν dicta nempe à florescendo, & à lanugine cana, qua pubet, vel à flosculorum Elegantium copia. [Vulneraria nuncupatur, quia in vulneribus curandis sit vtilis. [Lagopodium dictum, idest Pes leporis: nam Græcis λαγωὸς est lepus, ποδίον verò pes, quia flos huius herbæ pedem leporis imitatur. Arthetica dicta, quoniam Arthritidi forsan medetur.

Anthyllis marina Narbonensium altera, Chamæsyces facie, Ad. Lob. ico. Lugd. Anthyllis Valentina, Clus. hisp. & hist. Peplion, siue Peplis Dod. Chamæsyce Dalechampij, Lugd. Anthyllis maritima Chamesycæ similis C. Bauh. Peplion, siue Peplis dicitur, quia sua effigie Peplum præfert de quo suo loco.

Anthyllis prior lentifolia maritima Peplios effigie, Ad. Lob. ico. Anthyllis maritima lentifolia C. Bauh. Anthyllis Portlandiæ lentifolia Penæ, Lugd.

De Anthyllide marina, siue Paronychia altera Matth. Synonyma, & Etymum.

Anthyllis marina incana Alsinæ folia Narbonensium, Ad. Lob. ico. Lugd. Paronychia altera Matth. Lugd. Anthyllis maritima Alsinæ folia C. Bauh. Gramen secundum Plinij Ang. Centum grana Cæs. παρωνυχία Dioscoridis.

Anthyllis Paronychia dicta, quia Paronychijs medeatur. παρωνυχία est abscessus ad vnguis radicem natus. Alij inflammationem vocant. Latini reduuiam, vel rediuiam malum hoc nuncuparunt. [Dicitur autem Paronychia; nam apud Græcos ὄνυξ est vnguis, vel vngula παρ verò contra, idest contra morbos vnguium. Centum grana appellatur à copia seminis.

Anthyllis altera Chamæpity similis, Cord. in Diosc. Anthyllis Chamæpitydes frutescens C. Bauh. Chamæpitys vermiculata fortè, Ad. Lob. ico. Anthylloides fortè minor Thal. Chamæpitys Dioscoridis fortè Penæ, Lugd.

Anthyllis prima Diosc. Cæs. & Anthyllis maior fortè Cord. ob. syl. est Crithmum tertium Matth. lege Crithmum tertium.

Anthyllis altera, Clus. hist. Cast. Lugd. & Anthyllis chamepityides minor Lob. est Iua moschata Monspeliensium, Ad. Tab. Ger.

Anthyllis clauiculata, Lugd. est Astragalus alpinus magno flore C. Bauh. Dicitur clauiculata, idest capreolos habens, nam clauiculus apud Latinos est Capreolus Clauiculus verò diminutiuum est à clauo, & sicuti clauus dictus est quòd claudat, figat, atque contineat, sic clauiculi in herbis continent ipsam herbam, vt se erigat, & clauiculis suis quasi manibus, quicquid est nacta complectatur.

Anthyllis altera Italorum, lege Camphorata altera.

Anthylloides Thal. & Anthyllis minor, tertia, quinta, & sexta apud Cord. in obser. est Kali paruum folijs oblongis, Cam. Kali minus alterum C. Bauh.

Anthoniana, lege Antoniana.

Anthophylli, & Antophylli sunt Caryophylli, crassiores, qui biennio super arborem mansere, de quibus in secunda parte Phytologiæ.

Anthos

Anthos dicitur flos Rosmarini;& quandoque Rosmarinum ipsum significat antonomasticè ob eximias virtutes,quas possidet.

Anthora lege Aconitum salutiferum.

De Anthrisco. Synonyma, & Etymum.

Anthriscus Plinij, Clus. hist. Anthriscus vulgò τζιλιμονίδια, quòd vuluæ purgamentum significat, cum Venerem excitet Hon. Belli ep. 1, ad Clus. Scandix Cretica minor C. Bauh. Scandix legitima fortè,quæ καυτζικα, & σκανδικὶ quæ comeditur Hon. Belli Anisomarathrum Apulum Colum. & Clus. hist. ap. alt. Apium syluestre fortè Dalech. Lugd.

Anthriscus dicitur nam ἀνθρησκατὰ apud Græcos flores, & agrestia olera dicuntur ab ἄνθος flos, ideò exponitur olus agreste. Scandicis Etymum, lege suo loco. Anisomarathrum dicitur, idest Anisi, & Fæniculi odorem participans.

Anthriscus Plinij Lugd. est Cerefolium syluestre Tab. Apium syluestre Ger. ico. Daucus sepiarius Ges. col. Chærophyllum syluestre C. Bauh. Dauci syluestris genus Ges. ap.

Anthropomorphon, lege Mandragora.

Anticantharus à quibusdam appellatur flos, quem Romani Lilium agreste vocant. Græcis ἀντικάνθαρος, scilicet scarabeis inimicus.

Anticyricon Sesamoidis herbæ species, quæ in Anticyra insula crescit; ideò Græcis ἀντικυρικὸν cognominatur. Sicuti etiam dicitur de Helleboro quòd, & Anticyricus Helleborus appellatur Anticyræ nascens.

Antimelon Diosc. herba est, quam alio nomine Mandragoram appellamus, sed inter nomina spuria collocatur apud Nonnullos.

Antiscorodon Plin. Herba est ex generibus Allij, quæ Vlpicum, & Allium Cyprium appellatur ἀντισκόροδον Græcis.

Antithora, & Antiphthora, lege Aconitum salutiferum.

Antinapellus, lege Aconitum salutiferum.

De Antiphate, siuè Antipathe. Synonyma, & Etymum.

Antiphates, siuè Antipathes est Corallum nigrum, C. Bauh. Corallium nigrum Ges. Cæs. Alijs Corallina nigra setacea.

Antipathis dicitur, nam πάθος apud Græcos est affectio, morbus, passio, ἀντὶ verò est contrà; hinc herba, quia passionibus animi, & corporis resistit: idest contra morbos, & passiones est efficax. Coralli, & Corallij Etymum, lege suo loco.

De Antirrhino. Synonyma, & Etymum.

Antirrhinum magnum Dod. Lugd. maius Cam. & Aliorum. Cynocephalus Plinij Lugd. Caput Canis, & caput Vituli vulgò. Os Leonis vulgò Cæs. Leonstotomos Alijs Cynocephalea herba. Antirrhinon, siuè Anarrhinon. Græcis ἀντίῤῥινον καὶ ἀνάῤῥινον Italis Bocca di Leone.

Antirrhinum, ἀντίῤῥινον, & ἀνάῤῥινον Græcis dicitur eò quia apud ipsos ῥὶν est nasus ἀντὶ & ἀνὰ sunt particulæ, quæ in compositione æqualitatem significant, ideò dicitur Antirrhinon, & Anarrhinon, quòd fructu sit vituli narium simili, in quo semen continetur. [Cynocephalus, & Cynocephalea herba dicitur nimirum Canis caput, quòd seminis conceptaculum Canis caluariam, cute, & carne exutam repre-

sentet

sentet κυὸς enim apud Græcos est Canis, κεφαλὴ verò dicitur caput. [Vituli caput appellatur, propter eamdem rationem, quoniam caput vituli carne exutum præ se fert. Os Leonis dicitur quoniam flores si manibus aperiantur ora Leonum hiantia imitantur vndè ab Alijs Leonstotomos, ideſt os Leonis nominatur, nam Græcis στόμα exponitur os, & totum illud spatium, quod diductis labris ad imas vsque fauces interiacet, λέων exponitur Leo.

De Antirrhino aruensi. Synonyma, & Etymum.

Antirrhinum aruense maius C. Bauh. Antirrhinum Eric. Cord. cui, & Rhinoceros Tur. Lac Lon. Orontium Dod. Gal. Cynocephalea, & Bucranion Cord. in Diosc. Antirrhinum paruum, siuè caput Simiæ, aut caput Mauro Hebrei Lugd. Os Leonis alterum Cæs. Hoc quibusdam Phyteuma Dioscoridis creditur, Alijs Orontium Archigenis, quasi Aurantium, quòd auriginem morbum leuet.

Antirrhinum Rhinoceros dictum quoniam fructus, caput Rhinocerotis cornu in summitate nasi habens repræsentat. [Orontium nominatur quia in montibus præcipuè nascatur: nam Græcis ὄρος est mons hinc Orontium quasi herba montana. [Bucranion ideſt Bouis cranium. Caput Simiæ dicitur propter eamdem rationem, quoniam conceptaculum seminis, Simiæ caput imitatur.

Antispodium est compositio, quæ fit ex radicibus arborum, & herbarum de qua suo loco.

De Antoniana, siuè Sancti Antonij herba. Synonyma, & Etymum.

Antoniana siuè Sancti Antonij herba maxima Ges. hor. ap. Chamænerion, & Epilobion Ges. Cord. Eyst. Thal. Filius ante patrem maximus Ges. Col. Onagra Lugd. Cæs. Lysimachia Chamænerion dicta latifolia C. Bauh. Lysimachia vulgò altera Cam. Onagra Diosc. Oenothera Plinij censetur; Lysimachia siliquosa Alijs.

Antoniana, & Sancti Antonij herba nescio vndè dicta, nisi fortè a loco natali, nempè propè templum S. Antonij, vbi primùm fuit inuenta. [Chamænerion nominatur ideſt humile Nerium, nam in folijs, & in flore Nerium quodammodo repræsentar, Græcis enim χαμαὶ dicitur humi in terra. [Epilobium nuncupatur, nam λοβὸς apud Græcos est summa pars cuiuscumque rei, & in planta siliqua, seù folliculus, quo semen includitur, vndè Epilobium ideſt supra siliquam ἐπὶ enim est supra. Vel Epilobium ideſt ἴον ἐπὶ λόβῳ viola super siliquam. [Filius ante patrem, quoniam flos supra siliquam eminet. Onagra dicitur ideſt vinum syluestre nam οἶνος apud Græcos est vinum ἄγριος agrestis: hinc herba ità nominata, quoniam vinum redolet. [Lysimachiæ Etymum, lege suo loco. Oenothera dicta forsan ab οἶνος vinum, ἄνθος flos, quoniam flos huius herbæ vinosum vaporem exhalet.

Antoniana Belgis est Scrophularia aquatica maior.

Antora Auicennæ est Zedoaria rotunda Lon.

Antriscus, lege Anthriscus.

Anubias à quibusdam dicitur herba, quæ notiore nomine Coniza appellatur, & vulgò Cimicaria, seù Pulicaria: legitur hæc vox in quibusdam Diosc. exemplaribus, quam tamen à peritioribus inter nomenclaturas nothas, falsòquè Diosc. attributas video numerari.

Apaliura Græcorum, & Paliurum Rhamni species, cuius historiam in secunda parte Phytologiæ breuiter attingam.
Aparaepo est herba venenata par. 8. Ind. Occid.

De Apargia siuè Hieracio dentis Leonis folio. Synonyma, & Etymum.

Apargia Dalech. Lugd. est Hieracium dentis Leonis folio obtuso maius C. Bauh. Hieracium macrorhizon Tab. Hieracium longius radicatum Ad. Lob. Ger.
Apargia fortè dicitur ἐπίγαια, nam ἐπίγαιος Græcis est humi repens ἐπὶ est super γαῖα est terra, quia hæc herba habeat folia humi sparsa. Theophrastus hanc plantam collocat ἐπιγειόφυλλα, idest inter habentia folia repentia super terram. [Hieracij Etymum, lege suo loco. Macrorhizon dictum, idest habens radicem longam, nam apud Græcos ῥίζα est radix μακρὸς verò est longus.

De Aparine vulgari, siuè Asperula. Synonyma, & Etymum.

Aparine vulgaris, siuè Asperugo, & Asperula omnibus Authoribus. Aparine aspera Thal. Aliqui Ampelocarpon, Omphalocarpon. Alij Philantropon vocant. Græcis ἀπαρίνη Italis Speronella, & Amor di Hortolano.
Aparina Latinis dicitur quasi Asperina ab aspero herbæ habitu ἀπαρίνη Græcis, nam ἀπαίρομαι est aufero, quia sua asperitate prætereuntium vestes auferat. [φιλάνθρωπος idest hominis amans, cum foliorum asperitate tenaci hominum vestes apprehendat, & adhærescat; sicuti solent amici, & hospitaliores à se discedentes compræhensa veste retinere ἄνθρωπος enim Græcis est homo φίλος amicus, qui amat. [ἀμπελόκαρπον dicitur idest semen vineale, nam Græcis ἄμπελος est vinea καρπος semen, quoniam in vineis frequentissimè crescat. [ὀμφαλόκαρπον dicitur ab vmbilici similitudine, quoniam semen habet rotundum, concauum, vmbilici figura, ὀμφαλος enim apud Græcos est vmbilicus καρπος est semen.

Aparine leuis, siuè lenis dicitur eò quia folia non habeat aspera, sed lenia, & mollia.
Aparine maior Plinij Tab. lege Alyssum Germanicum Echioides.

De Apate. Synonyma, & Etymum.

Apate Dalechampij, & Terra Crepola Italorum Lugd. Chondrilla cærulea altera Cichorij syluestris folijs C. Bauh. Chondrilla tenera, Cichorio similis Cord. in Diosc. Chondrilla cæruleo flore, Caccia lepre Italis Cam.
Apate fortè dicitur à verbo græco ἀπατω fallo, decipio ἀπάτη deceptio, fallacia, fraus, & dolus: hinc herba ità appellata, quia gustu monstret dulcedinem, posteà proferat amarorem. [Terra Crepola idest Crepido, siuè ora terræ: nam editioris cuiusque loci extremitatem Latini solent Crepidinem appellare, & quia, cum hæc herba vt plurimùm nascatur in crepidinibus viarium ideò ab Italis dicitur Terra Crepola. Chondrillę Etymum, lege suo loco. [Caccia lepre appellatur quoniam cum lepores libenter hanc herbam depascant, ideò ex lustris exeunt illam exquirendo.

Apeiba arbor vasta in India, de qua in secunda parte Phytologiæ erit sermo.
Apex dicitur in herbis, quòd medium in flore relucet. Quæ in medio calycis erumpunt stamina, Apices dicuntur; stamina verò ideò appellantur, quòd veluti fila-

menta ab intimo floris sinu prosiliant. Habent Apices sæpius in summo quippiam crassiusculum, à qua similitudine nomen inuenerunt.

De Aphaca. Synonyma, & Etymum.

Aphaca Ad. Lob. Cæs. Cam. Vicia lutea folijs conuoluuli minoris C. Bauh. Pitine Theophrasti Ang. Cam. Orobanche leguminum Lugd. Elatine tertia Taber. ἀφάκη Diosc. Alij Eruangan Gazæ esse suspicantur quamuis Alij Conuoluulum esse dicant. Alij Scandulam appellant. Italis Veccione, & Ceserone.

Aphaca nuncupatur fortè à verbo græco ἀφάω contrecto, nam hæc herba suis capreolis tanquam manibus vtitur ad apprehendendas alias plantas. Viciæ Etymum lege suo loco. [Pitine an quia apud Græcos πίτυς est Pinus πιτύϊνος, pineus hinc herba ità dicta, quoniam Pinum redoleat. [Orobanche dicitur nam Græcis ὄροβος est Orobus ἄγχω strangulo, suffoco, hinc herba dicta, quia Orobum, & cætera legumina suffocat. Elatinæ Etymum, lege suo loco. [Scandula à scandendo sic appellata, quòd vt Scandulæ alia aliam superascendat, & sic frumenta scandendo obstrangulet.

De Aphace. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Aphace est vrbs Lybiæ Steph. Item Aphace est herba, de qua in præsenti.

Aphace Dalechampij Lugd. Cichorium pratense luteum leuius C. Bauh. Cichorium luteum Ad. Hedypnois Dod. gal. Ad. Lob. cui, & Aphaca Theoph. Dentis Leonis tertia species Tab. Endiuia syluestris Cæs. Dens Leonis cichorizata Ger. Aphaceolus Dod.

Aphace fortè dicta quasi Apharce, à verbo græco φαρκὶς quod significat ruga, & alpha ante priuatiuum, idest sine rugis, nam folia habet leuia, & sine rugis: vel Aphace dicitur à loco natali, nempè ab ipsa ciuitate Lybiæ Aphace dicta, in qua forsan copiosissimè crescit. Cichorij Etymum, lege suo loco. [Hedypnois dicitur à verbo græco ἡδύπνοος iucundum odorem spirans, significante hinc herba ità dicta, quoniam flos iucundum odorem spirat. Dentis Leonis Etymum lege suo loco.

Aphace Plin. & Aphace Cæs. lege Dens Leonis.

Apharca est Philyra, siuè Alaternus, de qua in secunda parte Phytologiæ.

Aphron Plinio herba est ex generibus Papaueris à Diosc. μήκων ἀφρώδης hoc est, spumeum Papauer.

De Aphyllante, siuè Bellide cærulea. Synonyma, & Etymum.

Aphyllantes, idest Frondiflora, Ang. Cam. Bellis cærulea caule folioso C. Bauh. Globularia Monspeliensium Ad. Lob. Tab. Ger. Scabiosæ pumilum genus Clus. hist. Bellis minor flore cæruleo Eyst. Globularia cærulea Col. Italis Bottonaria. Alij verò Aphyllantes est Stœbe folijs laciniatis, & prima Dod. Alij verò alias plantas dixerunt.

Aphyllantes dicitur nam ἄφυλλος apud Græcos est folijs carens, ἄνθος flos, hinc ἀφυλλάνθης herba dicta, quia flos folijs caret, idest flos sine folio: Bellidis, & Scabiosę Etymum, lege suo loco. Globularia nuncupatur à floris glomerati figura, nam globuli formam imitatur similiter Bottonaria dicitur à forma floris.

Aphyl-

Aphyllantes Dod. lege Stœbe.
Aphrodisia, lege Acorus.
Aphronitrum dicitur spuma Nitri, de qua suo loco.
Aphyllon Indicum. Ind. or. par. 4. herba est Rosæ Hiericuntinæ exsiccatæ similis, Hollandi ad scorbuti curationem inuenerunt.
Aphyllos dicitur planta folijs carens.

De Aphroscorodo. Synonyma, & Etymum.

Aphroscorodon, siue Allium Vlpicum Ruel. Gesn. Allium Cyprium Theoph. C.Bauh. Allium Vlpicum, vel Punicum Columell. Allium Cyprium, siue Vlpicum Portæ.
Aphroscorodon nominant; nam Græcis ἀφρὸς est spuma σκόροδον verò Allium, hinc ἀφροσκόροδον dicunt à spuma, quę ab eo effertur, vt Plinio videtur, Tritum, inquit, in oleo, & aceto mirum quantum increscat spuma. [Columella verò ab Aphris nomen sumpsisse existimat, nam pręcipuè Aphricæ celebratum inter pulmentaria ruris. [Vlpicum etiam nominant Allium, idest Punicum, quòd in illa regione sit laudatissimum. Allij etymum, lege suo loco.

Apiana Brassica, lege Brassica ita dicta, quia folia Apij folijs gerat similia.
Apiaria quorumdam Recentiorum, lege Iasminum.

De Apiastro, siuè Ranunculo palustri. Synonyma, & Etymum.

Apiastrum Cord. in Diosc. est Ranunculus palustris Apij folio leuis C. Bauh. Ranunculus, & Sardonia Diosc. Herba Sardoa Guiland. Scelerata Apuleio, Ranunculus strumea, & Apiastrum Plin. Apium aquaticum Trag. Ranunculus primus Matth. Gesn. & aliorum. Ranunculus aquaticus Fuchs. palustris Cord. Ranunculus alter hirsuto semine folijs Apij, Cęs.
Apiastrum dicitur huiusmodi Ranũculus, eò quia folium habeat Apij folio simillimum; Sardonia, & Herba Sardoa appellatur à loco natali, eò quia in Sardinia frequentissimè nascitur. [Scelerata etiam nuncupatur, quoniam scelerati mendicantes hac herba sibimetipsis crura dilanient, vt stipem facilius extorquere queant, acrem enim possidet facultatem, nam calida, & sicca valde est, exulcerat illita, & crustas, non sine dolore excitat. [Ranunculus strumea dictus forsitan à strumis, seu bulbulis exiguis, veluti granis in radice existentibus.

De Apiastro Matth. siuè Melissa hortensi. Synonyma, & Etymum.

Apiastrum Matth. & Aliorum est Melissa hortensis, siuè domestica, Lon. Trag. Cam. Mellissophyllum vulgare, Fuch. Cast. Lugd. Tab. Citrago, Gesn. Cedronella, Aliquibus. Melittis Alijs, siue μελλιτταῖνα, Meliphyllum Nonnullis. Italis Meladella, Melissa, Cedronella, & Allegracore. Hispanis Torongil.
Apiastrum nuncupata est hæc herba, quoniam apibus, est gratissima, & mirum in modum ea delectantur. [Melissa verò dicta ab apibus, quæ μελίσσαι etiam dicuntur. [Melissophyllum dicitur, quia apes hac herba delectentur μελίσσαι sunt apes φύλλον folium: hinc herba ità appellata, idest folium apum. [Citrago nominatur ab odore, nam manibus trita odorem citri æmulatur. [Cedronella etiam nuncupatur propter eamdem rationem, quoniam Citri odorem spirat. [Melittis,

& Melittæna similiter dicitur ab apibus, nam μελίτται etiam dicuntur apes. [Meliphyllum præterea appellatur, idest mellis folium. quòd ex hac herba apes mellis materiam colligant: [Torongil. Hisp. à Tauro deductum, quasi dicas herba filiarum Tauri, idest apum, cum apes ex Tauro mortuo copiosissimè oriantur. Italis Meladella, ab odore mali citrij.

Apiastellum Apul. est Ranunculi species venenata in Sardinia.
Apices, lege Apex.
Apinthion, lege Absynthium.

De Apios Matth. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Apios, Græcis ἄπιος est Pyrus arbor satiua item ἄπιον Pyrum fructus, hoc autem nomen sortita est ab Apia regione, quòd ex ea primum allata fuerit hæc arbor. Item Apios est herba de qua in præsenti.
Apios Matth. & Aliorum. Apios vera Ad. Lob. Tithimalus tuberosus Diosc. Lugd. tuberosa radice Clus. Tithimalus tuberosa pyriformi radice C. Bauh. Ischas alter Clus.
Apios herba ita appellata, quia radix ad pyriformam accedit, & fructum pyri æmulatur: nam Græcis Pyrus dicitur ἄπιος. Tithimali etymum lege suo loco. Ἰσχὰς dicitur eò quia Ἰσχάδα, idest caricam, seu ficum aridam radix referat, Dodoneo monente.

De Apio hortensi. Synonyma, & Etymum.

Apium hortense seu Petroselinum vulgò C. Bauh. Apium domesticum, Cæs. satiuum Tab. Petroselinum vulgare, seu satiuum, Lon. Selinon, seu Apium Theoph. & Diosc. Apium mas Plinij. Græcis σέλινον Persilium vulgare, Renod. in sua Pharmac. Italis Prezzemolo, Pralemolo, & Petrosemolo.
Apium dictum putant, quòd ex eo apex, idest caput antiquorum triumphantium coronabatur. [Vel Apium dicitur ab apice, quoniam eius nimio esu caput dolore afficiatur: cum apex pro summa verticis, idest capitis parte accipiatur. [σέλινον dicitur Græcis, quia in humidis nascatur, nam ἕλειος apud Græcos exponitur palustris, in paludibus nascens. [Vel dicitur Selinum, quasi lunaticum ab illo formidando affectu comitiali, quem Apij vsus, & esus inducere ferunt; vel quia cum Apium petat caput, Epileptici ab illo cauere debent. Græcis enim σελήνη Luna dicitur. [Plura sunt genera, & à loco natali nomen sortiuntur: veluti Petroselinum, quia in maceriis, & locis petrosis nascatur, cum gaudeat solo sabuloso, ac saxoso.

Apium hortense Crispatum, Ad. Lug. Petroselinum crispum, Cam. Apium vel Petroselinum crispum C. Bauh. Apium crispum, vel multifolium Tab. Ger. Apium satiuum Sardum Col. crispum, & crispatum dicitur à folio spisso, crispo, densoq;

Apium hortense latifolium C. Bauh. Apium satiuum Anglicanum Col. an. Apium verum Ang. Apium Indicum Nonnullis, & Petroselinum Indicum.

Apium montanum folio tenuiore C. Bauh. Petroselinum Dalech. Lugd. an. Petroselini succedaneum, quòd in Apulia Anethum syluestre dicitur, Col.

De

De Apio montano, siuè Oreoselino. Synonyma, & Etymum.

Apium montanum folio ampliore C. Bauh. Oreoselinum siue Veelgutta, idest multibona Dod. Oreoselinum, Ad. Lob. siuè Petroselinum Clus. hist, Ger. Oreoselinum primum Tab. Apium montanum Cast. Lugd. Montapium, Gasp. Scuuenkfelt. Polychestum Cordi Polytmetum Ges.

Apium montanum, Montapium, & Oreoselinum dicitur, quia in montosis locis proueniat ὄρος enim Græcis dicitur mons. [Veelgutta, verò, idest multibona Latinis: hoc enim nomen accepit, vt inquit Dodoneus, quòd ad multa vtilis, & commoda habeatur. [Polytmetum nuncupatum, eò quia multas, & varias sectiones in folijs habeat, nam apud Græcos πολὺ multum exponitur, & τμητὸς sectus, incisus: hinc herba ita nuncupata propter varias incisiones in folijs. [Polychestum dicitur quia Græcis πολυχρηστος exponitur ad multa vtilis, seu commodus, vel multum vsitatus: hinc herba, quia in Officinis sit vsitatissima.

Apium syluestre Dod. Lugd. Apium syluestre lacteo succo turgens, C. Bauh. Daucus palustris, Ges. hor. Olsenichium Cord. hist. Thal. Thyssellnum Plinij, Lob. Dauci etymum lege suo loco. [Olsenichium dicitur nomine à Germanis detorto quibus Olsenich dicitur. Thyssellnum verò nuncupatur, idest Apium, syluestre, nam apud Græcos θὶν θῖνος est agger, σέλινον est Apium, hinc herba ita nuncupata, idest Apium aggerum, nimirum syluestre, quia in aggeribus nascatur. Agger enim est lapidum, vel terræ coaceruatio, quæ fixis vallis aggeritur.

Apium cicutarium, Thal. Petroselini vitium Trag. Apij vitium Ges. hor. Cicuta minor Petroselino similis C. Bauh. Cicutaria fatua, Ad. Petroselinum caninum Tab. Dauci inutilis genus Ges. col.

Apium Alexandrinum in Catalogo Stirpium Silesiæ, & Alexander, Tur. lege Hipposelinum.

Apium palustre, Matth. & Aliorum Apium palustre, & Apium Officinarum C. Bauh. Apium satiuum, & palustre sola cultura differens Cord. in Diosc. & hist. Eleoselinum Tur. Dod. spontaneum Col. Paludapium, Ad. Tab. Apium rusticum Alijs. [Eleoselinum dicitur, quasi dicas Apium palustre, nam ἕλειος apud Græcos exponitur palustris. Paludapium verò idest Apium in Paludibus nascens.

Apium Macedonicum C. Bauh. Petroselinum Macedonicum Matth. Ad. Lob. & Aliorum. Daucus secundus Diosc. Col.

Apium hemorrhoidum, lege Chelidonium minus.

Apium risus, est Ranunculi palustris species, ità appellata, eò quia, qui hanc herbam ederint, tanquam præ lætitia ridentium facie intereant, nam nerui contrahuntur, rictuque os diducitur. Apium nuncupatur, quia folia quodammodò Apio similia producat.

Apluda genus fuit minutissimæ paleæ Veteribus, siue fiumenti, siue Panici, vel Milij.

Apochyma est pix à nauibus maritimis derasa, de qua in secunda parte Phytologiæ erit sermo.

De

De Apocyno. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Apocynon, ἀπόκυνον officulum in rubetæ finiſtro latere; ſic dictum, quoniam canum impetus eo cohibentur. Plin. & ſi in aquam deiectum fuerit, ſtatim feruere ferunt: amorem eo, & iurgia, ſi in potione addatur, concitari; multaq; præterea alia de hoc tradit magica vanitas.

Apocynum, Matth. & Aliorum. Periploca græca folijs latioribus hederaceis, Lugd. Caſt. Apocynum folio ſubrotundo C. Bauh. Apocynum primum latifolium Cluſ. hiſt. Periploca repens, Cæſalp. Græcis ἀπόκυνον.

Apocynum dicitur, nam apud Græcos κύων κυνός ὁ vel ἡ. eſt canis ἀπό ſignificat à vel abs, vnde Apocynon à canibus nomen habet, ideſt contra canem, quia canes enecat in cibo data, Periploca nuncupatur à verbo græco πλέκω amplector, connecto, & περὶ circum, vnde περιπλέκω circumamplector, inuoluo: hinc herba dicta, ideſt circumplectens, eò quod proxima amplexetur.

Apocynum repens Matth. Lugd. Cam. Apocynum folijs Oleandri, Anguil. Periploca Cæſ. altera, Dod. Apocynum folio oblongo C. Bauh. Periploca ſerpens anguſtiore folio, Ad. Lob. Cynomorus Nonnullis, quia Canes celerrimè interimit.

Apocynum anguſto Salicis folio C. Bauh. Secamone Scammonij ſpecies Ægyptijs, Alpin. Apocyni ſecunda ſpecies altera, Cluſ. hiſp. & hiſt. Scammonij etymum lege ſuo loco.

De Apocyno Syriaco. Synonyma, & Etymum.

Apocynum Syriacum, ſeu Palæſtinum, ſiuè Ægyptiacum Cluſ. hiſt. Lapathum Ægyptiacum lacteſcens, ſiliqua Aſclepiadis C. Bauh. Beidelſar, Alpini. Oſſar vulgò in Ægypto. Fructus verò Beideloſſar, hoc eſt ouum eſt Oſſar Arabibus Saccharum, Alhuſſar. Eſula Indica Quibuſdam, & Syriaca.

Apocynum, Beidelſar vox arabica, nam à peritioribus Arabum medicis Oſſar ſimpliciter, & Eluſar dictum. Saccharum Alhuſar nuncupatur Arabibus, non ratione ſaporis, ſed candoris quadam ſimilitudine, non ſolum ratione foliorum, quæ cum virore albicant: ſed lactis, quòd vbertim tota planta effundit. Eſula dicitur ratione lactis, quòd à tota planta effluit, & emanat, ſi digitis frangatur.

Apolinum Euboenſium Lugd. eſt Thymælea, ita dicta ab ἀπὸ a, vel ab, & λῖνον Linum, quaſi a Lino nomen habens propter ſimilitudinem quam cum illo habet.

De Apollinari, ſiue Hyoſciamo. Synonyma, & Etymum.

Apollinaris Cord. in Dioſc. Hyoſciamus vulgaris. vel niger C. Bauh. & omnium ferè Authorum. Hyoſciamus flauus, Fuchſ. Iuſquiamus Officinis. Arabibus, Plinio teſte Altercum, Alterculum, ſiue Altercangenum. Italis Iuſquiamo, & Dente Cauallino.

Apollinaris dicitur ab Apolline medicinæ Inuentore, vt inquiunt, eò quia hæc herba intus ſumpta opplet cerebrum viroſo, ac fætido halitu, eoq; mentem percellit, quaſi Apollinis œſtro. [Hyoſciamum autem, ideſt, fabam porcinam Græci videntur appellaſſe; nam Græcis κύαμος eſt faba ὗς, ὑὸς eſt ſus. ideſt faba ſuilla, vel porcina, quod eius paſtu Æliano auctore, reſoluantur, & conuellantur ſues, &

apri,

apri, nisi aqua intus, & foris se proluerint, adeuntes aquas, non vt proluant se tantùm, verumetiam, vt cancros venentur, eos enim nacti protinus sanitati restituuntur. [Iusquiamus dicitur Officinis corrupta voce quasi Hyoscíamus. Altercum autem, ab altercando, Scribonio teste, quia cum verborum altercatione rixaq; se torquent Hyosciamo dementati. [Altercangenum dicitur fortè quia generet altercationem. Italis Dente Cauallino, quoniam fructus in quo continetur semen figuram dentis Caballi imitatur.

Apollinaris tertia Cord. in Diosc. Hyoscyamus albus Matth. & Aliorum. candidus Tragi. Hyoscyami alterum genus in maritimis Cæs.

Apollinaris minor Nonnullorum Dod. est Solanum somniferum.

Appendices, lege Adnata.

Apronia, herba est, quam Alij Vitem nigram, Alij Bryoniam, Alij Chironiam. Alij Gynecanthem vocant ἄμπελος μέλαινα Plinius.

Aproxis Plinij apud Nonnullos suffrutex est, vt dicemus in secunda parte Phytolog.

Apri radix lege Carlina.

Aqua viridis Pictoribus Bononiensibus lege Spina Infectoria.

Aquifolia, & Aquifolium arbor, vt in secunda parte Phytologiæ.

Aquila braua, siuè syluestris est arboris species de qua in secunda parte Phytologiæ.

De Aquilegia, siuè Aquilina.. Synonyma, & Etymum.

Aquilegia, Aquileia, & Aquilina omnibus ferè Authoribus hoc nomine insignitur. Isopyrum Diosc. Col. Iasione Theoph. Cæsalpino; Iouis flos Dalech. Leontostomum Ges. Columbina Quibusdam. Amor perfetto vulgò. Italis Aquilina.

Aquilegia, Aquileia dicta, quasi Aquilina ob florum mucrones aduncos vt sunt aquilini vngues. Vel Aquilegia dicitur (vt placet Iacobo Cornuto) quòd hæc planta initio dum crescit explicatis folijs,& nubilo die conuolutis in se se,per imbres aquas colligat, nec defluere patiatur pari vocabuli ratione, qua qui aquas conquirunt, sparsasque hinc indè venulas fontis in alucum deducunt Aquileges dicuntur, sic Aquilegia dicitur quia legat aquas. Isopyrum nuncupatur quasi similis tritico,nam Græcis πυρὸς est triticum ἴσος similis, quoniam semen habet simile Nigellæ, Nigella enim in tritico reperitùr. [Iasione appellatur, nam apud Græcos ἴα appellatur Viola σίος verò dicitur pro θεὸς idest Deus, nempè Viola Dei, nimirum Iouis, & sic à Dalechampio Iouis flos appellatur. [Leontostomum nominatur, nempè os Leonis, nam Græcis λέων est Leo στόμα est os, idest os Leonis, cum flos huius herbæ multa ora, quasi Leonis hiantia ostendat: sed propriè os Leonis de Antirrhino dicitur. [Columbina forsitan nuncupatur, quoniam eius semen à columbis auidè expetitur. Amor perfetto dicitur quoniam huiusmodi flos ex pluribus floribus insimul vnitis constituitur ità vt rem perfectam ostendat, quando igitur Amasius dona fert Amasiæ hunc florem illi exhibet ad perfectum amorem comprobandum, & confirmandum.

De Araba, siuè Draba. Synonyma, & Etymum.

Araba, seù Arabis, siuè Draba Matth. & Aliorum. Nasturtium Babylonicum Lugd. Draba vmbellata, vel Draba maior capitulis donata C. Bauh.

Arabis dicta eò quòd ex Arabia primùm aducta sit, ideò Nasturtium Babylonicum dictum. Draba nuncupatur à verbo græco δράβη quasi δριμύς, idest mordax acri gustu, acrem habens saporem, quoniam gustu mordacis sit saporis. Nasturtij etymum lege suo loco.

Ara-

Arabis seù Draba altera Lob. ob. Lugd. Draba alba siliquosa repens C. Bauh. Eruca muralis Lugd. Erucæ Etymum lege suo loco.
Aracas, & Araciferæ arbores, lege in secunda parte Phytologiæ.
Arachida è genere Orobanches Cæs. lege Anblatum.

De Arachydna Cretica. Synonyma, & Etymum.

Arachydna Cretica, an potius Arachoydes Teoph. Ponæ, est herba Viciæ similis suprà, infràque terram fructum edens. Araco ὅμοιον Teoph. Clus. Aracidna, Arachos, & potius Arachoides Nonnullis.
Arachydna dicitur quòd similis sit Aracho, vox hæc ἀραχύδνη composita videtur ἄραχος enim Cicerculæ species est, quam hæc folijs, & fructu refert ὕδνον verò tuber significat, cuiusmodi similitudinem quamdam radices habent.

Arachidna Teoph. Papas Peruuianorum Clus. hist. Solanum tuberosum esculentum C. Bauh.
Arachidna Teoph. Col. lege Astragalus aruensis.

De Aracho siuè Cracca. Synonyma, & Etymum.

Arachus, siuè Cracca. Aracus, Araca, & Cracca maior Ad. Lob. Craccæ primum genus Dod. Vicia semine rotundo nigro C. Bauh.
Arachus, Græcis ἄραχος dicitur ab ἀράχνης Araneus, vel Aranea, quoniam hæc herba se implicet segetibus more telæ aranearum, vel ab ἀρὰ noxa, & damnum, quia nascens in campis segetibus damnum, & noxam afferat. [Cracca nuncupatur quasi Araca litteris transpositis; Vel Cracca dicitur fortè eò quia Græcis ῥαχὰς vocantur in vite flagella, vel potius brachia, & quoniam hæc herba flagella, siuè Capreolos in summitate foliorum emittit, ideò Cracca fuit appellata. Viciæ etymum, lege suo loco.

Arachus altera Dod. gal. Thal. Aracus, siuè Cracca minima Ad. Lob. Cracca minor Taber. Vicia minima, vel quarta Trago. Vicia segetum cum siliquis plurimis hirsutis C. Bauh.
Arachus latifolius, lege Orobus syluaticus.
Aracle est potio in India ex Oryza parata, quam Iauenses Aracle nominant.
Aracus, & Aracus niger, lege Ochrus.
Aracus alter est Lathyrus minor Dod. & ἄρακον appellari scribit per κ scribendum ad differentiam alterius Arachi per χ qui Cerealium frugum vitium est.
Aralda Bononiensibus Ges. hor. lege Digitalis.
Arantia marina sunt ex genere Vrticarum marinarum, alterùm earum, quæ solutæ sunt, quas vagari Plinius: alterum earum saxis affixum semper hæret.
Arara fructus Americanus, lege in secunda parte Phytologiæ.
Arasa arbor; in secunda parte Phytologiæ eius historiam exprimam.
Aratucon est fructus Brasilianus, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.
Arbor Sanctæ Mariæ secundum nonnullos, est Rosmarinus hortensis angustiore folio C. Bauh.
Arbores admirandæ, & variæ, necnon Arborum varia nomina etymologiæ, & historiæ legantur in secunda parte Phytologiæ.
Arboris enim appellatione continentur plantæ maiores, & dissolutu contumaces, quæ simplici caudice, ramisq; brachiorum more porrectis assurgunt.

Arbu-

Arbrutilon, lege Abutilon.
Arbutus arbor lege in ſecunda parte Phytologiæ.

De Archangelica. Synonyma, & Etymum.

Archãgelica Cæſ. Ceruicària maxima Thal. Rapi ſylueſtris genus maius folijs ferè Vrticæ Geſ. hort. Trachelium folijs Vrticæ Cluſ. pan. ſiue vulgare Cluſ. hiſt. Trachelium, ſiuè Ceruicaria Ad. Lob. Ceruicaria maior Dod. Tab. Trachelium maius Lugd. Ger. Campanula Ang. maior Fuch. Campanula vulgatior folijs vrticæ, vel maior, & aſperior C. Bauh. Vuularia maior Trag.

Archangelicæ etymum, lege Angelica aquatica. Ceruicaria dicitur à Ceruice colliq; partibus vicinis, quibus tumefactis, & vlceratis opitulatur, & prodeſt. Rapi etymum lege ſuo loco. [Trachelium nuncupatur, quia medeatur tracheæ, ideſt aſperæ arteriæ. Campanulæ etymum lege ſuo loco. Vuularia dicitur ab vua cui prolapſæ medetur, eſt enim vuula, ſeu gargareon carnoſa quædam particula, quæ in ſummo ore apparet dependens, vt ſimilitudinem fructus vuæ repræſentet.

Archanita lege Arthanita.

Archeneus, & Arconas ſecundùm nonnnullos eſt Iuniperi vulgaris ſpecies de qua in ſecunda parte Phytologiæ.

Archezoſtis ἀρχίζοστις Dioſc. Herba quam Latini Vitem albam vocant, Græci ἀμπελόλευκην dicunt, ſatiuæ viti folijs, ſarmentis, & pampinis ſimillima Plin.

Architellion, lege Anchuſa, ſed ſpurium eſt nomen.

De Arcio, ſiuè Lappa maiori. Synonyma, & Etymum.

Arcium Ang. Dod. gal. Cord. in Dioſc. Arction, & Proſopion: Perſonata Thal. Bardana, ſiue Lappa maior Dod. deſc. Perſonatia Fuchſ. Fracaſt. Perſonata maior Matth. Caſt. Lappa maior Brunſ. Trag. Tur. Cæſ. Lappa maior, Arcium Dioſc. C. Bauh. Perſolata Alijs. Græcis ἄρκειον. Bacchion Apul. Italis Lappa maggiore, & Farfanaccio.

Arcium, & Arction dicitur à verbo greco ἀρκέω, propulſo, procul pello, nam cum eius capitula tenaciter veſtibus adhęreant, debemus ab illis cauęre. [Vel dicitur ab ἄρκτος Vrſus, quoniam ſuis capitulis tanquam vnguibus vrſinis veſtes apprehendat. [Bardana nuncupatur, quaſi Dardana, ſecundum, Apuleium fortè à Dardano Mago, qui hanc herbam, ad vſum deduxit. Lappa eſt nomen latinum deductum à gręco, quòd ſignificat vbi ſaxa, naſcitur enim in locis ſaxoſis, nam apud Gręcos λᾶς λαᾶς eſt ſaxum πῆ, & πῦ eſt vbi, ideſt vbi ſaxa. [Perſonata, & Perſonatia appellatur, quaſi Larua, nam pro larua poteſt inſeruire ob magnitudinem folij: hinc laruatum dicimus perſonatum. [Et ob hanc rationem Bacchion quaſi Bacchicon fortè fuit appellata, quoniam folio huius plantæ pro larua vtentes Priſci baccharentur. [Perſolata etiam vocatur, quoniam Solis æſtum arcere poteſt: nam folium pro vmbella inſeruit.

Arcophtalmon ἀρκόφθαλμον à quibuſdam appellatur herba, quæ Chryſogonon Dioſcoridi dicitur. Eſt autem hæc nomenclatura ex ijs, quæ inter notha Dioſcoridis à Doctioribus numerantur.

Arcopodium Taber. eſt Luteola, ſiuè Lutum herba.

De Arctio minore. Synonyma, & Etymum.

Arctium minus, Lappa minor Xanthium Matth. Ang. Dod. Fuch. Tur. Cord. Xanthium, siuè Strumaria, Ad. Lob. Bardana minor Ger. Græcis ξάνθιον. Italis Lappa minore.

Arctium, siuè Xanthium Latinis dicitur, nam ξανθὸς apud Græcos est flauus ξανθίζω est flauum reddo, hinc ξάνθιον herba eò quòd flauos reddat capillos, nam fructus scilicet, priusquam totus inarescar, id præstare potest.

Arction ex codice Cæsareo est Verbasco folijs simile Dod.

Arctoscorodum Ges. hor. est Allium syluestre bifolium, idest Allium vrsinum latifolium Ad. Lob. Lugd.

Arctoscorodum dicitur idest vrsinum Allium, nam ἄρκτος est Vrsus, eò quia nascatur in locis vbi degunt Vrsi, nempe in locis syluestribus, vt superiùs diximus.

Arcturus Creticus Ponæ. Verbascum humile Creticum laciniatum C. Bauh. Verbascum Brassicæ folio Col. Verbascum fruticosum auriculatum Ponæ Ital.

Arcturus dicitur, nimirum Cauda Vrsi: nam Græcis ἄρκτος est Vrsus οὐρὰ est cauda, quoniam istud Verbascum constat latioribus capitulis ad similitudinem caudæ vrsinæ. Verbasci etymum lege suo loco.

Ardactylis, & Ardactylida, lege Atractilis.

Ardifrigi Auicennæ Rauuolf. & Lugd. ap. est Capparis Portulacæ folio; lege Capparis, siuè Fabago.

Area Linsc. par. 4. Ind. or. vox Arabica, est enim Aloe vulgaris lege Aloe.

Areca siue Fausel, fructus arboris, de quo in secunda parte Phytologiæ.

Arenaria, & Harenaria Nonnullorum est Coronopus hortensis.

Arepas panis in India nominatus, ex frumento, vel milio indico confectus. Parte nona Ind. occid.

Aresta-bouis, lege Acutella.

De Argemone. Synonyma, & Etymum.

Argemone Cast. prima Tab. Argemone minor capitulis breuioribus Lugd. Argemone capitulo torulis cannulato, Lob. Ger. Argemone capitulo breuiore C. Bauh. Anemone minor Coriandri folio, flore Pulsatillæ, capitulis hirsutis Ad. Anemone minor Penæ, Lugd. Argemonia, Alijs.

Argemone, sic dicta, quòd ἄργεμα oculorum, & nubeculas expurget, nam ἄργεμα est oculi vlcusculum, quòd in Iridis oculi circulo nascitur, partem aliquam candidi, partem etiam nigri comprehendens. Anemones etymum lege suo loco.

Argemonia Plinij est Tanacetum Africanum, seu Flos Africanus minor C. Bauh.

De Argentaria petrea. Synonyma, & Etymum.

Argētaria petrea, Ges. hor. alpina eidem Col. Tormētilla alpina folio sericeo C. Bauh. Pentaphyllum argenteum, Ang. Pentaphyllum alpinum petrosum, & minimum, Ad. Lob. ico. Ger. Heptaphyllon Clus. hisp. & hist. Stellaria argentea, Cam. ep. Alchi-

chimillæ alterum genus Cæſ. Tormentilla candida Dalechampij, Lugd. Argentea heptaphyllos montana, Cam. Quinque folium alpinum Tab. Pentaphyllum petreum minus, eidem quod ſupinum Ger.

Argentaria, & Argentea nominatur à foliorum argenteo ſplendore, nam folia ſubtus incana, & quaſi argentea videntur. [Stellaria argentea nominatur, eò quia folia expanſa Stellæ figuram imitantur. Tormentillæ, Pentaphylli, Heptaphylli, Alchimillæ, & Quinquefolij etyma, lege ſuo loco.

Argentilla maior, Thal. eſt Barba Capræ floribus compactis C. Bauh. ſiuè Vlmaria Geſ. & Aliorum Ægopogon Syluarum. Regina Syluarum. Medeſuſium Cord. lege Vlmaria. Argentilla dicta a floribus candidis.

Argentina, lege Anſerina.

Argentina Mompelliaca Tab. eſt Chamedrys alpina Ciſti flore C. Bauh. lege Ceruaria.

Argillada eſt cortex Pſeudocaſſiæ, quam noſtri Pharmacopæi Caſſiam ligneam vocant, de qua in ſecunda parte Phytologiæ.

Aria arbor lege in ſecunda parte Phytologiæ.

Arionis, herba ignei coloris, cuius tactu Magi tradunt ligna oleo peruncta accendi. Naſcitur apud Arianos, quæ eſt Scythica gens, Gedroſijs finitima, à quibus & nomen accepit. Plinius. Sed quid?

Ariena pomum arboris in India naſcentis, vt dicemus in ſecunda parte Phytologiæ.

Arietinum Dioſc. Lob. lege Cicer arietinum.

Arinca nomen gallicum Frumenti ſpecies, quo, teſte Plinio, ſignificatur frumenti genus, quòd Græci olyram. Latini ſiliginem vocant.

Arilli offic. Vinacea, dicuntur quaſi ariduli, quòd ſicci ſint, & nullum ſuccum præbeant.

Aris lege Ariſarum.

De Ariſaro. Synonyma, & Etymum.

Ariſarum ab omnibus Authoribus nuncupatur. Aron paruum Cæſ. Calle alterum genus Plinij, Dalech. Pſeudoariſarum, Caſt. Aris Plinio. Græcis ἄρις Italis Ariſaro.

Ariſarum dicitur, ideſt ſimilis Aro in figura, & viribus, minor tantùm, minoribuſq; folijs. [Calle Plinij fortè nuncupatur, nimirum barba, vel potius palearia gallinacei; nam Græcis κάλλαιον idem ſignificat; cum piſtillus huius herbæ barbam galli gallinacei quodammodo referat. [Ari etymum lege ſuo loco. Pſeudoariſarum dicitur, ideſt Ariſarum falſum: ψευδὼς enim Græcis ſignificat falsò, ementitè.

Ariſta eſt, quæ vt acus tenuis longa eminet è gluma; in ſumma ariſtæ, quaſi apices, & cornua ſunt ſpicarum, & dicta eſt ariſta, quoniam areſcit prima.

Ariſtalthæa, lege Althæa.

Ariſtidia, lege Gramen.

De Ariſtolochia. Synonyma, & Etymum.

Ariſtolochia rotunda Matth. & Aliorum. Ariſtolochia rotunda, flore ex purpura nigro C. Bauh. Ariſtolochia rotunda vera, Trag. Lon. Cam. Ariſtolochia fœmina Lugd. Malum terræ Nonnullis. Græcis ἀριστολοχία Italis Ariſtolochia.

Ariſtolochia dicta; quòd exiſtimetur optimè puerperis, ſeu partus doloribus opitulari, nam apud Græcos ἄριστος ſignificat optimum λοχιός verò ad partum, ſeu puerperium pertinens: hinc Ariſtolochia optima puerperis, eò quia remoratos menſes, ſecundas, & reliqua expellat, & dolores leuet. [Dicitur verò rotunda à radicis figura, nam rotundam producit, & ob hanc rationem Ariſtolochiam fœminam nonnulli nuncupant. [Malum terræ dicunt, nam ſuis radicibus ſerpendo terram implet, & vbi naſcitur, non permittit alias exire plantas.

Ariſtolochia longa vera, Ang. Cam. Ariſtolochia longa, Dod. & Aliorum. Ariſtolochia altera radice pollicis craſſitudine, Cęſalp. [Longa nominatur eò, quia radicem longam emittit cum ramis, & folijs longioribus; quam etiam, & dactylinam vocant, quòd ſit radice digitali, & longa ad differentiam rotundæ.

Ariſtolochia Sarracenica dicta, eſt Ariſtolochia longa maior.

Ariſtolochia Clematitis recta, & ſerpens C. Bauh. Ariſtolochia longa altera, quę Clematitis Veteribus, Cord. in Dioſc. Ariſtolochia Sarracenica, Dod. Lugd. Ariſtolochia altera radice tenui Cęſalp.

Ariſtolochia Clematitis dicitur, ideſt Sarmentitia, & Sarmentaria, ſic denominata, quoniam emittit clemata, ideſt flagella vitigineis flagellis ſimilia, ac vt illa ſcandit arbores, κλήματα Gręcis dicuntur.

Ariſtolochia, Piſtolochia dicta. Piſtolochia, Dod. & Aliorum. Ariſtolochia polyrrhizon, ſiue Piſtolochia Plinij, Ad. Lob. Ariſtolochia altera plures radices ſpargens, Cæſ.

Ariſtolochia Piſtolochia dicitur, nam πιστος apud Gręcos eſt credibilis, certus, fide dignus, λόχιος ad partum, ſeu puerperium pertinens, quaſi ſit herba, cui credendum ſit in puerperio. [Polyrrhizon dicta, nam Gręcis ῥίζα eſt radix πολυ multùm denotat, ideſt multi radix: hinc Piſtolochia polyrrhizon dicta, quia multas radices ſpargat.

Ariſtolochia Maurorum C. Bauh. Rhaſut, & Rumigi à Mauris nominata Ariſtolochia peregrina Rauuuolfij, Cluſ. hiſt.

De Armeria, ſiuè Caryophyllo barbato. Synonyma, & Etymum.

Armeria alba, & rubra multiplex, Lob. Armerius pleno flore Cluſ. Caryophillus barbatus, & prolifer. Caryophyllus barbatus flore multiplici C. Bauh. Caryophyllus Carthuſianorum tertius Tab.

Armeria, & Armerius dicitur, nam Galli Armoires, & Armoiries appellant: hinc Ruellius flores Armerios nuncupauit. Caryophyllus barbatus dictus à foliolis acuminatis, veluti barbulis in extremis ramulis exiſtentibus, & floris calyculos coronantibus.

Armeria altera, multis in latum orbiculum congeſtis floribus Lob. ico. Armeria ſuauerubens Ger. Caryophyllus barbatus hortenſis latifolius C. Bauh. Lychnis monachorum Geſ. hor. Viola barbata latifolia Lugd. Caryophyllus Carthuſianorum primus Tab. flos Scarleti, & Scarlata, Lon. Geſ. ap. [Lychnis etymum lege ſuo loco. Viola barbata dicitur ob eamdem rationem, propter quam dicitur, & Caryo-

ryophyllus barbatus. Florem Scarleti,& Scarlatam nuncupatum volunt à rubeo floris colore, coccum referente Oculus, & Ocellus Nonnullis dicitur.

Armeria paluſtris Lob. ico. Caryophyllus barbatus ſylueſtris C. Bauh. Viola barbata anguſtifolia, Lugd. Caryophyllea ſylueſtris Thal. flos Gariofilus ſylueſtris minimi floris ſaturatę purpurę Cęſ. [Caryophyllea dicitur ob ſimilitudinem quam habent flores cum Caryophyllorum floribus.

Armerius flos, lege Armeria.

Armon Plinij. Raphani ſylueſtris genus Pontica lingua dici oſtendit, quòd Latini Armoracion vocant.

De Armoracia, ſiuè Raphano. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Armoracia fluuius eſt, qui de montibus Arabię deſcendens in ſtagnum Aſphaltitem erumpit, diuidens Moabitidem, & Ammonitidem Ioſeph l. 4.

Armoracia Plinij quibuſdam. Armoracia, aut Raphanus maior Brunf. Raphanus ruſticanus C. Bauh.& Lob. Raphanis ſylueſtris Dioſc.Thlaſpi maius Cord.in Dioſc.Raphanis magna,ſiuè Radicula magna,Dod.Italis Radice Rauanello,& Ramolaccio.

Armoracia nomen antiquum eſt apud Romanos, quo Raphanum,ideſt radicem ſignificabant. Vel Armoracia dicitur à verbo greco ἁρμόζω conuenio, adapto, quia aptè conueniat ſtomacho pro cibis, nam appetentiam excitat, quamuis nidoroſas eructationes moueat. Raphani etymum lege ſuo loco. Radicula dicitur ideſt parua radix.

Armoracia Quibuſdam. Rapiſtrum album Tab. Rapiſtrum flore albo Erucæ folijs Lob. Raphanus ſylueſtris Ger. Rapiſtrum flore albo ſiliqua articulata C. Bauh. Sinapi agreſte 3. Trag. Lampſana Tur. Cæſ. Cheria à quibuſdam appellatur.

Armoraria Lob. Lugd. ſiuè Muſcipula eſt Lychnis viſcoſa purpurea latifolia lęuis C. Bauh. Armerius flos Dod. ita nuncupatus, quia à Gallis Armeries dicuntur.

Aron lege Arum.

Arnabum Veterum eſt Zedoaria longa C. Bauh. Alijs verò, genus eſſe nonnulli opinantur.

Arnica arbor procera eſt,ſuauiſſimè fragrans, de qua in ſecunda parte Phyt.

Arnogloſſa, & Arnogloſſum Græcis ἀρνόγλωσσον, ideſt lingua agni, ἀρνὸν enim Græci agnum dicunt γλῶσσα verò eſt lingua. Hæc enim alio nomine dicitur Plantago, quòd radices eius ita terræ adhæreant, vt manibus nunquam diuelli poſſint, vt aliæ herbæ, & aliquando folia habent ſeptem coſtas, & tunc dicitur Heptapleuros; ſunt enim ſeptem nerui inſtar coſtarum animalium ἑπτὰ enim apud Græcos eſt ſeptem πλευρὸν verò eſt coſta:aliquando habent quinque coſtas, & tunc dicitur Pentapleuros πέντε enim dicitur quinque. Lege Plantago.

Aromata pulueres ſunt, ſeu alia odoramenta, ex partibus arborum concinnata, de quibus in ſecunda parte Phytologiæ.

Aronia Athenæi eſt Dracunculus minor, ſiuè Ariſarum, cum ſit Aro ſimilis dicitur Aronia.

Aronia Dioſcoridis lege Meſpillus in ſecunda parte Phytologiæ.

Araquero, & Areca fructus, & arbor, de quibus in ſecunda parte Phytologiæ.

Arſenogonon, ſed rectius legendum eſt Arrhenogonon herba ferens ſemen teſtibus ſimile, ita dicta, quòd vino in quo macerata eſt epoto, mares generari credantur, quemadmodum Theligono feminæ. Plinius. lege Phyllon.

Artemidion, lege Dictamnus.

De

De Artemisia. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Artemisia, Mausoli Cariæ regis fuit vxor, quæ marito mortuo, tam splendidum erexit sepulchrum, vt magnifica omnia monumenta, Mausolæa deinceps ab illius nomine fuerint appellata. Item Artemisia est herba.

Artemisia dicitur ab omnibus Authoribus. Ab alijs dicta Artemisia vulgaris, ab Alijs Artemisia communis, Artemisia mater herbarum, Lob. Ger. Parthenis dicitur Aliquibus. Olus Regium, & Herba regia Alijs, Scroder. Balteus S. Ioannis Nonnullis: fortè quia in die festo S. Ioannis hac herba pro cingulo vtantur Græcis ἀρτεμίσια Italis Artemisia, & Artemilla, & herba di S. Gioanni.

Artemisia dicta ab Artemisia Mausoli Cariæ Regis vxore, quæ hanc sibi vt loquitur Plinius, adoptauit, & multos hac herba curauit. Vel vt alijs placet ab Artemide Ilithyia cognominatam putent, quoniam fæminarum malis medeatur, quibus ἄρτεμις, ideſt Diana præest. Nam Artemisia herba, Dianæ à Gentilibus consecrata est, vndè & nuncupata. Græcè enim Diana ἄρτεμις dicitur Vel Artemisia dicta, quasi arte missa, nam subtus pedes missa itinerantibus confert.

Artemisia altera monoclonos appellatur, ideſt vnicum ramulum habens, nam Græcis μόνος exponitur solus, vnicus, vnus, κλὼν, ωνος ramulus, vel surculus.

Artemisia altera polyclonos dicta, ideſt multos habens ramos πολύκλωνος exponitur ramosus, vel surculosus, nam πολὺ Græcis significat multùm.

Artemisia polyspermos, ideſt multum semen habens σπέρμα enim Grecis dicitur semen.

Artemisia leptophyllos, ideſt tenunia folia habens: nam apud Grecos λεπτὸς est tenuis, exiguus, paucus; φύλλον verò est folium.

Artemisia Parthenis dicta, ideſt virginalis, quod virgo Dea illi nomen dederit παρθένος.

Artemisia rubra dicitur à caule rubro, & Artemisia candida dicitur à folijs subalbidis in inferiori parte, & à nonnullis Artemisia fęmina vocatur

Artemisia Turcica, lege Botrys.
Artemisia Traganti Apul. nonnulli putant esse Matricariam.
Artemisia marina, lege Achaouan abiat, Alpini.

De Arthanita. Synonyma, & Etymum.

Arthanita Lob. ico. Cyclaminus Matth. Dod. & Aliorum Cyclaminus, & Vmbilicus terræ Trag. Tuberterræ Nonnullis, Panis porcinus Alijs. Pettilium Plinij, Ang. Spheritin Ætij Camer. Arthanita ab Herbarijs nostræ ætatis dicitur. Italis Pan porcino.

Arthanita est nomen arabicum, & Barbarum. Cyclaminus verò appellatur, & Cyclamen, nam Græcis κυκλὸς est orbis, circus, circulus: hinc herba ità dicta, quia habet radicem orbicularem, & circularem. [Vmbilicus terræ nominatur, quoniam radix huius herbæ in similitudinem circuli parui, ac rotundi vmbilici formam imitan-

imitantis, ideò vmbilicus dicta. Et quoniam in medio terræ reperitur, Vmbilicus terræ nominatur. [Tuber etiam terræ appellatur, nam radices sunt veluti tumores, & calli in terra geniti. Panis porcinus dicitur, quoniam porci radicem huius herbæ querunt, & quia in similitudinem panis est effigiata, ideò panem porcinum indigitarunt. [Pettilium fortè nuncupatur à loco natali, in quo primum inuentum est, nempè à Pettilia magnæ Græciæ vrbe. Sphæritis dicitur à radice orbiculari, & rotunda in sphæram, & globularem formam coacta.

Arthetica Pandectarij Ang. lege Bugula.
Arthetica Thal. est Anthyllis prior Dod.
Arthretica, Arthritica Cæs. Cam. est Verbasculum flore simplici C. Bauh. lege Alisma pratorum.
Arthetica, & Arthriticæ dicuntur huiusmodi herbæ, quoniam Arthritidi, nempè morbo articulari medeantur, ad artuum enim dolores conferre existimantur.
Articocus, & Articocalus, lege Cinara.
Articuli stirpium, & herbarum partes dicuntur, quæ in quosdam nodos intumescunt; tàm articuli, quàm genicula nominantur, à quibus persæpè, vel geniculatim, vel articulatim ramuli prodire dicuntur. Geniculatæ quoque radices nominantur, quæ nodis quibusdam interstinctæ protuberant, rotundæ, & leuiter capitatæ. Græcis ἄρθρον.
Artisi vulgò est Tragopogon purpuro cæruleum porri folio.
Artimonium apud nonnullos est Pyrethrum.
Artischochi vulgatior Eyst. est Cinara hortensis folijs non aculeatis C. Bauh. lege Cinara.
Artischochi sub terra, est Helianthemum indicum tuberosum, siuè flos Solis Farnesianus, lege Aster Peruuianus.
Arturo Cortuso est Ornithopodio affinis hirsuta herba, fructu stellato C. Bauh.

De Aro. Synonyma, & Etymum.

Arum venis albis C. Bauh. Arisarum latifolium Matth. Tab. Dracunculus alter, seù henicophyllos Cord. hist. Dracunculus minor Ger. Dracontium minus Dod. Arum maculatum Cord. Arum aliud folio maculato, Thal. Arum maius Veronense Lob. Callæ primum genus Plinij Dalech. in Plinium. Græcis, ἄρον Azarum apud Scalig. in Aristotelem de plantis. Officinæ corrupto, vt solent nomine Iarum appellant. Quidam ex vulgò Pedem vituli; Alij Serpentariam minorem vocant, & Barba Aron. Est enim nomen barbarum. Alij mentulam nominant, nimirum Ari pistillum. Italis Pane di biscia, Aro, & Gigaro Bononiensibus.
Arum Aliqui appellauerunt radicem, caulem verò Dracontium dixerunt. Arum, & Aron nominarunt, ab alpha, quòd significat similitudinem, & ῥοὰ malum punicum eò quia producat fructum ad instar granorum mali punici. [Dracontium, & Dracunculus nuncupatur, à maculis purpureis, & albis, quæ in caule, & folijs visuntur, itaut anguem planè referat. [Henicophyllos dicitur, ideſt habens folium in longitudinem porrectum, nam Græcis ἑνίκης significat porrectus, & protentus in longitudinem φύλλον verò est folium. [Callæ etymum, lege Arisarum. Pane di biscia Italis dicitur, quia dum hæc herba oritur serpentes è cauernis exeunt, vel ita nuncupatur, quia nascatur in locis vbi frequenter serpentes inhabitant. [Pedem vituli Alij dixerunt, quoniam folium huius herbæ figuram bubuli vestigij dimidiati repræsentet. [Serpentaria minor vocatur, eò quia Dracunculum maiorem æmulatur in folijs maculis albis insignitis, nam ipsius folij, venæ omnes maculis albis asper-

guntur

guntur. [Mentula,seu virile hominis nominatur, eò quia pistillum promit exerti ferè genitalis effigie.

Arum maculatum, maculis candidis, vel nigris C. Bauh. Arum nigricantibus lituris signatum Dod. Gicherum, siuè Gigarum vulgò folijs maculosis candidis, vel nigris maculis Cæs. Gigherum siuè Gigarum vnde dictum nescio.

De Aro Aegyptio. Synonyma, & Etymum.

Arum Ægyptium Matth. & Aliorum, & Cam. qui vult hodie Ægyptij Colocasiam dici, Col. Colocasia, Ges. Tur. Lugd. Clus. hisp. & hist. Eyst. Aron maximum Ægyptiacum, quòd vulgò Colocasia C. Bauh. Faba Ægyptia Bellonio cui & Lotus, faba Ægyptia, Culcas faba Ægyptia Alpini Aron magnum, Colocasia vulgò. Pampina Paradisi Cæs. Talasse Iauanensibus. Lolade, Malayze, Colcazæ, par. 4. Ind.or. Arum esculentum nonnullorum. Cyamos Plinij, cui & faba Alexandrina. Italis Colocassia. Chlamys etiam Aliquibus dicitur à folij amplitudine.

Arum Ægyptium Colocasia dicitur corrupto nomine, quoniam Ægyptijs vocatur Culcas. Faba Ægyptia dicitur eò quia, ex hac folliculus prodit oblongus vesparum fauis similis, in quo fabæ prominent. Etyma aliorum nominum, cum sint vernacula, adscribere non possumus. Aron verò Ægyptium, siuè Colocasia recentiorum, non est Colocasia, seu faba Ægyptia Veterum.

Arum palustre est Dracunculus aquatilis, Dod.

Arundinacea pinnata, & spinosa exotica planta, Lob. est Carduus caule stellato Peruanus C. Bauh. Calamus Peruuianus asteroides, Tab. Calamus Peruuianus spinosus, Ger. Alij ἄκανθαν βασιλικὴν spinam regiam Theophrasti volunt. Carduus Monardi.

De Arundine, siuè Calamo. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Arundo, idest Calamus multa significat. Primùm significat sagittam, genus teli, quod arcu emittitur. Item Calamus est instrumentum quo scribi solet, primi enim calami ex arundine conficiebantur. Item Calamus dicitur fistula per quam aqua educitur fusa. Calamus item est virga cui hamus filo longo alligatur ad capiendos pisces. Similiter virga ad capiendas aues visco alligata, & hæc omnia quia eiusmodi instrumenta fabrefacta primùm ex arundine fuere. Aliquando accipitur pro stipula, & pro quacumque re tereti, ac fistulosa ad similitudinem arundinis. Vnde arborum quoque ac vitium calamos dicimus, idest teretes particulas, & virgas ad ferendum in terra aptas. Est etiam Calamus mensura sex cubitorum, & palmi. Calami etiam nominantur folia, seu scapi Iuncorum.

Arundo vulgaris siue φραγμίτης Diosc. κάλαμος χαρακία. Theoph. Harundo phragmitis Ruell. Cord. Dod. Arundo, aut Calamus Tur. Harundo vallaris, & vallatoria Lob. Lugd. Thal. Ger. Arundo palustris Matth. Calamus vulgaris Cord. in Diosc. Calamus, siuè Harundo alia gracilis Cæs. Canna secunda, quæ fœmina Diosc. Ang. Græci κάλαμον nuncupant Arundinem. Italis Canna.

Arundo dicitur fortè à ruendo, idest à crepando, & à graui sonitu, quem emittit, vel quando à ventis agitatur, aut frangitur; vel ab arendo, quia citò arescat. Phragmitis dicitur, idest ad sepes pertinens φραγμὰ enim Græcis est sepes. κάλαμος, & Calamus Latinis nuncupatur quia καλῶς est rectè ἀμάω est meto, quia recta metatur, & legatur. χαρακία, idest vallaris, nam χαρακίας dicitur degens in vallis, aut proueniens. Canna verò nuncupatur, simplici, & duplici n legitur, quia apud Hebreos

breos Canech, significat Calamum, ideò nobis, & Canna dicitur Calamus.

Arundo satiua, quæ δόναξ Diosc. & Theoph. Arundo Matth. & Aliorum. Amnica Ruel. Canna quarta, quæ Donax Ang. Arundo Donax, siuè Cypria Dod. Arundo magna Ges. hor. Italica maior Cam. Calamus, siue Harundo crassa Cæs.

Arundo Donax dicitur à verbo græco δονέω, agito, quia facilè ventis agitetur. Amnica nuncupatur, eò quia secus amnes nascatur.

Arundo scriptoria atrorubens C. Bauh. κάλαμος συριγγίας Diosc. σύριγξ Theoph. Syringias fistularis Arundo tertia Dod. gal. Canna tertia, Calamus scriptorius Ang. Harundo fistularis, Ama. Fistula, vel Syringa Lob. ico. Canna fistularis Tab. Ger.

Arundo syringias dicitur, quia σύριγξ apud Græcos est Fistula, hinc συριγγίας fistulosus, ideſt Arundo fistularis, quia ex hac fistulæ, & calami scriptorij conficerentur.

Arundo farcta maxima atrorubens C.Bauh. κάλαμος νάστος Dioscoridi, κάλαμος τοξικὸς Theophrasto. Cannæ prima species Diosc. Ang. Arundo indica, & septima Dod. gal. Nastos Clusij Ger.

Arundo farcta nuncupatur, ideſt solida intus plena. ναστός verò Græcis dicitur densè plenus, ac veluti pressus: hinc Arundo ναστος, ideſt plena, ac veluti densa. κάλαμος τοξικὸς appellatur, ideſt Arundo toxica, ad sagittas apta, nam Græcis τόξον est arcus, τόξευμα sagitta, τοξικὸς sagittarius. Quoniam ex hac sagittæ conficerentur: hinc τοξικὸν dicitur venenum, quòd barbarorum sagittæ eò illinerentur, & toxicon appellatum volunt, quoniam haustum, seù potum interimat hominem instar sagittæ.

Arundo farcta, siuè sagittalis geniculata C. Bauh. Nastos, & Arundo prima Dod. gal. Nastos, siuè farcta altera toxica, Lob. ico. Arundo farcta, seù Nastos prima Tab. Calamus sagittalis Ger. Canna sagittiuoma.

Arundo farcta flaua C. Bauh. ζευγίτης, καὶ ευνούχιας Theophrasto. Arundo fœmina, & secunda Dod. gal. Nastos, seù farcta, siuè toxica gracilis, & plicatilis Lob. ico. Nastos secunda Tab. Arundo farcta Ger.

Arundo ζευγίτης Græcis exponitur Calamus, ευνούχιας significat Spado, seù Spadonius: hinc Arundines non habentes lanosum florem, qualis in summa Arundine per autumnum floret ευνούχιας appellatur.

Arundo repens, vel Chamæcalamus C. Bauh. Arundo humilis Ges. hor. Arundo tertia in maritimis Cæs. Arundo epigeos Lugd.

Arundo epigeos dicitur, quia super terram est repens, nam γαῖα est terra ἐπὶ est super: hinc ἐπίγαιος, ideſt super terram repens. Chamæcalamus nuncupatur, ideſt Arundo humilis, nam χαμαὶ Græcis est humi in terra, & κάλαμος est Arundo.

Arundo saccharifera C. Bauh. Arundo saccharata Dod. gal. Harundo ex quo saccharum Cord. in hist. Sacchari Canna Ges. hor. Arundo saccharina indica Ad. Lob. ico. Lugd. Canna mellea Cæs. Arundo, & Calamus saccharinus Tab. Calamus indicus saccharites, & Canna saccharina in hist. Ind. Orient.

Arundo indica versicolor, Canna de Bengala Lusitanis.

Arundo indica volubilis, nam more hederæ arbores scandens illas amplectitur.


Arundo indica latifolia C. Bauh. Canna indica Ger. hor. Clus.hist. Flos Cancri Nonnullis. Arundo indica florida Ad. Lob. Cannacorus, quorumdam. Gladiolus indicus Cam. ad Matth. Harundo florida Ger. Arundo indica latifolia, siue florida Tab.

Arundo indica, & Canna indica nominatur, quoniam ex America primùm delata sit, & eius stolones cannarum, siue Harundinum modò nodosi sunt; & quoniam flores in summitate gestat. Arundo florida nuncupatur. [Flos Cancri dicitur, quia flos nondum apertus, Cancri vulgò dicti chelas, forma, & colore refert, florem Cancri nuncuparunt. Cannacorus dictus, eò quia mediam participet naturam inter Cannam, & Acorum. Gladiolus etiam indigitatur, quia extremo cauli insident flores, Gladioli floribus forma non valdè dissimiles.

Arundo lithospermos, lege Lithospermum arundinaceum. De Arundinibus plura in Tractatu Differentiarum in secundo Tomo partis primæ Phytologiæ erunt perpendenda. Hic autem in gratiam Lectoris damus Iconem Arundinis, olim à DD. de Campis nobis communicatam sub hoc nomine Arundo πολυσχιδὴς Polyschides apud Græcos dicitur multifidus in multas partes fissus à verbo σχίζω findo, scindo, & πολὺς multum, hinc Arundo πολυσχιδὴς idest Arundo folijs multifidis. Forsan hæc est illa Arundinis species à Doctissimo C. Bauhino in Prodromo descripta cum titulo Arundo Anglica folijs in summitate dissectis, & quoniam hæc Arundo omnibus notis, quæ in Arundine domestica reperiuntur, insignitur, præter quàm in folijs in apices diuisis, ideo Nos hanc Arundinem maluimus hoc nomine insigniri. Arundo domestica Coronopi folijs. Huius Arundinis descriptionem Lector habebit in secundo Tomo partis primæ Phytologiæ.

ARVN-

ARVNDO DOMESTICA
Coronopi folijs.



Asa fœtida, Assa Officinis, sed rectiùs Asa, quasi Lasar fortè voce ex Laser corrupta. Assa fœtida Laserpitij species, Cord. hist. Lugd. Altit Auicennæ Aniunden Indis. Succus Lybicus interdum Medicus, & Syriacus, aliàs Cyrenaicus à loco natali vocatur. Asa fœtida nominatur propter odorem vehementem.

Asarina Matth. Cast. Lugd. Tab. Ger. Asarina folijs Asari C. Bauh. Tussilaginem alpinam Clus. in hist. suspicatur.

De Asaro. Synonyma, & Etymum.

Asarum Brunf. Trag. Matth. Fuch. Dod. & Aliorum. Perpensa, Vulgago Alijs. Asarum Baccaris, siuè Baccarus Ad. Lob. ico. Græcis ἄσαρον, νάρδος ἀγρία. Herba aurita Nonnullis, Italis Baccara, & Asaro.

Asarum dicitur à verbo græco σαρόω quòd significat verro, mundo, ἄσαρον non mundatum, neque purgatum, hinc Asaron herba, quia cum careat caule folia sunt semper humi strata, & lutulenta. Vel Asaron dicitur quasi inornatum, quòd in coronas non addatur, nec ornamentis seruiat. Baccara, & Baccaris Officinis fortè appellatur à baccis, quas cadentibus floribus producit. Vel dicitur Baccara sine aspiratione, nam Baccharis aspiratè alia est herba; & quoniam Baccharim Diosc. odorem æmulatur, ideò Baccara dicitur. Nardus syluestris nuncupatur eò quòd odore Nardum, quodam modo refert. Vel, vt Plinius inquit, quod Nardi vim habeat. Perpensa autem, & Vulgago inter nothas, & ascriptitias appellationes recensentur. Herba aurita dicitur, quoniam aures à folijs Asari exprimuntur.

Asarum muri Lugd. est Borrago minima Herbariorum, seu Symphytum minus Borraginis facie C. Bauh. Symphytum pumilum repens Borraginis facie Lob.

Asarum Crateuæ est Baccharis Dioscoridis.

Ascalia, siuè Scalia, & Ascaleron, vt Atheneus in Theoph. legit, Cacti, siuè Cinaræ fructus est Gesità dictus, quoniam σκαλεία apud Græcos est sarritura, σκάλλω fodio, quia hæc planta assidua sarritura egeat, quæ fit cum herbas leuiter scalpendo rastris à noxijs herbis purgamus.

De Ascalonia. Synonyma, & Etymum.

Ascalonia vulgò, siuè Ascalonium, & Ascalonitides, est Cæpæ species. Cæpis affinis Ascalonia Cæs. Scaliones Tur. Cæpa ascalonica Matth. Lugd. Bulbus setanius fortè quem Theoph. & Plin. Cæpæ genus esse testantur Ascalonitis Antiquorum.

Ascalonia dicitur ab Ascalone oppido Iudeæ, siuè Ciuitate Palestinę ab Ascalo Hymenei filio condita, in qua spontè crescit. Cępæ etymum, lege suo loco.

Ascebra magnum Mesuęo, est Tithymalus Characias, lege Tithymalus Characias.

De Asclepiade, siuè Hirundinaria. Synonyma, & Etymum.

Asclepias, Hirundinaria Brunf. Trag. & Alijs. Hederalis Ruellio. Vincetoxicum Matth. Dod. Thal. Cast. Lugd. Asclepias albo flore C. Bauh. Asclepias vulgi. Apocynum Dioscordis Col. Italis Vincetossico.

Asclepias ab Æsculapio dicitur, qui ἀσκλήπιος Græcis nuncupatur, antiquo medicinæ authore. Hirundinaria appellatur à siliquis, quas producit, quæ dehiscentes plumosum semen ostendunt, atque adeò Hirundinis caudam perbellè referunt Vincetoxicum nominatur, eò quia illi aduersus venena maxima vis insit.

Ascle-

Asclepias nigro flore C. Bauh. Vincetoxici altera species Dod. Asclepias altera flore nigro Lob. siuè Periploca minor. Asclepias nigra Lugd. flore nigro Cam. Taber. Clus. hist. Vincetoxicum flore nigro Cam. epit. Apocynum Colum.

Asclepias siliqua bifido mucrone C. Bauh. Asclepias Cretica Clus. hist. appendice prima.
Asclepias ex Virginia C. Bauh. Vuisauek, siuè Vincetoxicum Indicum Gerar.
Asclepias Apul. est Dracontium, sed inter nomina peregrina numeratur.

De Ascyro. Synonyma, & Etymum.

Ascyrum, siuè Hypericum bifolium glabrum non perforatum C. Bauh. Hypericum indumetis nascens primum Trag. Ascyrum Matth. epit. Ascyroides Cast. Hypericum aliud Dod. Androsæmon Campoclarense Col. Græcis ἄσκυρον.
Ascyrum dicitur, nam Græcis σκῦρος, & σκίρος, καὶ σκιῤῥῶδης exponitur durus, hinc fortè Ascyron sine duritie, quia est herba admodum mollis, & delicata. Vel Ascyrum dicunt quasi Assir, nam Latini prisci sanguinem Assir vocabant: vndè Assaratum, authore Festo, potionis genus erat ex vino, & sanguine temperatum; hinc capitula Ascyri contrita sanguineo velut succo scatere videntur. Hyperici etymum, lege suo loco.

Ascyrum supinum villosum palustre C. Bauh. Ascyrum supinum ἑλώδης, idest palustre Clus. hist.
Ascyron, & Ascyroides, lege Ascyrum.
Ascolimbros Bellonio. Scolymus Theoph. Clus. hisp. Lob. Cæs. Lugd. Tab. Camer. Eryngium luteum Monsp. Scolymus Chrysanthemos C. Bauh. Carduus chrysanthemus Dod. Atractylis marina Lugd.
Ascolimbros nescio vndè. Aliorum nominum etyma, lege suo loco. Chrysanthemus dicitur propter flores luteos, aureo fulgore splendentes χρυσὸς est aurum apud ipsos Græcos, & ἄνθος est flos.
Ascopo arbor in India Cinamomi species, de qua in secunda parte Phytologiæ.
Asmeus, siue Conuoluulus cæruleus Lob. in obs. lege Conuoluulus cæruleus angulososo folio.
Aspalathus frutex, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.
Asphalthion species est Trifolij apud Dioscoridem.

De Asparago. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Asparagus, ἀσπάραγος, vel ἀσφάραγος Galen. 2. alim. omnes propemodum teneros caules, & tenera germina, seù ex oleribus, & herbis, seù ex suffruticibus, seù ex fruticibus, arboribusquè vocitet, attamen peculiari generi plantæ etiam tribuitur, vt Asparago: nam per antonomasiam hæc herba ità vocatur, eò quia grandes profert, & edules Asparagos.
Asparagus apud omnes Authores hoc nomine insignitur, & quamuis dicatur Asparagus satiuus, hortensis, domesticus. & altilis: attamen idem est Asparagus, & idem significat. Græcis ἀσπάραγος Italis Spargi, Asparago, & Sparso.
Asparagus dicitur à spargendo, eò quia primùm è terra exit tenerum germen, veluti quidam turrio, qui posteà in diuersos ramulos spargitur, vel Asparagus vocatur quasi Aspharagus, nam σφάραγος apud Græcos est gula, guttur, fauces: hinc ἀσφάραγος herba dicta, quoniam edendo gulæ sit gratissima, & iucundissima. Vel Asparagus

ragus appellatur ab aspero herbæ habitu, & ab asperis virgultis: sed hoc etymum propriè Asparago syluestri conuenit. Pompeius herbam ità dictam prædicat, quòd in asperis virgultis nascatur, eorum enim scapi asperi sunt, non læues, vel quia sua sponte sine satu prosiliant.

De Asparago syluestri. Synonyma, & Etymum.

Asparagus syluestris Gesf. ap. Lac. Dod. Cam. ep. Asparagus folijs acutis C. Bauh. Asparagus petrea Dioscoridi, & Galeno. Corruda Dod. gal. Cord. hist. Corruda & syluestris Asparagus Plinio. Corruda prior Clus. hisp. & hist. Tab. Palatium leporis nonnullis. Asparagus petreus, & myacanthinus Dioscoridi, & Galeno.

Asparagus Corruda dictus à corruendo, nam statimac adoleuit immediatè corruit, & concidit. Palatium leporis nuncupatur, quoniam lepores sæpissimè in hac herba stabulantur, cum densissimos supra terram producat ramos.

Asperugo, lege Aparine.

Asperugo spuria Dod. Buglossum syluestre caulibus procumbentibus C. Bauh. Borrago minor syluestris Col. Alyssum Germanicum echioides Lob. Lugd. Crucialis quędam Cæs. Aparine maior Plinij Tab. Ger. Buglossæ, syluestris species Thal. Nominum etyma, lege suo loco.

Asperula, & Aspergula odorata, Dod. Cast. Clus. hist. Asperula, siuè Rubeola montana odora C. Bauh. Aparine syluestris quædam Cord. in Diosc. Rubia syluestris alia minor Gesf. Hepatica stellata Taber. Caprifolium, vel Stellaria Brunf. Alyssum Plinij minus Gesf. colect. Alij Cordialem appellant, referente Dodoneo. Folia è singulis geniculis prodeunt sena, septenauè stellatim radiata, vndè Stellariam, & Stellatam nominant. Cordialis forsitan appellatur, quoniam in vinum coniecta hilaritatem efficere, & cordi, ac iecinori prodesse creditur. Aliorum nominum etyma lege suo loco.

Asperula cærulea Dod. Lob. Cam. Lugd. Asperula cærulea aruensis C. Bauh. Alysson Turner. Asperula hexaphyllos purpurea C. Bauh. Myagrum alterum minus Dalechampij Lugd.

Asphaltium, lege Trifolium bituminosum.

Asphendamnos arbor, lege in secunda parte Phytologiæ.

De Asphodelo. Synonyma, & Etymum.

Asphodelus ab omnibus ferè Authoribus nominatur Affodilus Alijs, & Afrodilus Offic. corrupta voce. Hastula regia Trag. Lon. Lac. Gesf. Lugd. Antherichon Alijs. Heroin Nonnullis. Videtur autem Lilium cynorrhodon dictum Plinio. Albucum, & Albucus Latinis Dodoneo monente.

Asphodelus dicitur quasi ἀσφαλλὴς idest minimè supplantabilis, σφάλλω enim apud Græcos est supplanto, euerto propter numerosam bulborum propaginem, nam radix ex octuaginta simul aceruatis bulbis constat. [Hastula regia dicitur, quia dum floret effigiem sceptri regij referat. Antherichon, idest flos in sepibus, & macerijs nascens, nam apud Græcos ἀνθὸς dicitur flos, ῥηχὸς sepes, maceria. [Heroin nuncupatur, eò quia cum sceptrum regium appellatur in manibus Heroum

tantùm

tantùm gestari est solitum, ideò Heroin dictum.. Albucum, & Albucus forsan ob albedinem in floribus existentem.

Asphodelus tuberosus, candidus, odoratissimus est Hyacinthus tuberosus Indicus apud Botanicos.

Asphodelus luteus Gef. Dod. Cæs. Lugd. Asphodelus flore melino Matth. ico. Asphodelus luteus, & flore, & radice C. Bauh. Erizambac Arabum Tab. Iphyon Theoph. videtur Ang. Ità appellatum fortè, nam ἴφιος apud Græcos exponitur fortis, robustus, hinc herba ità nuncupata propter numerosissimas radices, nam est fortiter radicata. Asphodelus fæmina, siuè luteus Cam. epit.

Asphodelus luteus, palustris Dod. Tab. Pseudoasphodelus primus, vel maior Clus. hist. Asphodelus minimus luteus Acori folio palustris Lob.
Asphodelus liliaceus, est Lilium Asphodeli radice.
Asphodelus bulbosus, lege Ornithogalum angustifolium maius.
Aspica, Lauendula maior alba est, Gallico, & vulgari idiomate Aspic nuncupata, & cum additione literæ a Aspica nominatur.

De Asplenio. Synonyma, & Etymum.

Asplenium Cord. in Diosc. Dod. Lob. Asplenum Matth. & Aliorum. Scolopendria Ang. Trag. Tab. Ceterach Officinarum. Scolopendrium Nonnullis. Hemionion Alijs. Italis Cetrac, & Herba indorata.
Asplenium, & Asplenum dicitur, nam σπλὴν apud Græcos est lien, hinc ἄσπληνος lienis expers: vndè ἄσπληνον herba idonea ad curanda vitia splenis. Quarè à quibusdam dicta etiam fuit σπλήνιον. [Scolopendria nuncupatur à foliorum forma, nam sunt similia animalculo ex genere Multipedum, quòd à Græcis σκολόπενδρα dicitur; Ceterach, & Cetrach Officinæ appellant vocem Arabicam imitantes. Herba indorata dicitur, propter auream foliorum à parte postica lanuginem.
Asplenium magnum, aut syluestre, lege Lonchitis aspera.
Asprella est Hippuris maior, quæ, non temerè nominatur à scabritie, ac asperitate sua, quæ tanta est, vt materiarij fabri multorum minutorum lignorum operum, veluti pectinum, & manubriorum scabritiem, huius caulibus, in nitorem expoliant, lege Hippuris.
Aspris, Macedonum, lege Quercus in secunda parte Phytologiæ.
Assa fætida, lege Asa fætida.
Assa, siuè Tamarindus, lege in secunda parte Phytologiæ.
Astaphis agria, lege Staphis agria.

De Asteratttico. Synonyma, & Etymum.

Asteratticus luteus, ab omnibus ferè Authoribus hoc nomine insignitur. Asteratticus, siue Stella attica Monspeliensium aureo flore, Ad. Inguinaria Lob. Bubonium luteum Tab. Græcis ἀστὴρ ἀττικός. Asteriscus, & Asterion, Alijs. Hippophthalmum Nonnullis. Italis Asterattico.
Asteratticus, non à foliorum in caule, sed in floribus figura, & situ nomen accepit, nam foliola floris ipsi flori subiecta stellam repræsentant: nam stellam Græci ἀστὴρ vocant; Attica est Regio Achaiæ; fortè quia proueniat ex Achaia. [Inguinaria dicitur, & Inguinalis, quoniam inguinum scilicet inflammationi præsentaneum remedium

medium est. [Bubonium appellatur propter eamdem rationem, nam βουβὼν Græcis inguen nominatur, quia tumoribus inguinum præsto fit, nam Græci βουβωνοκήλη inguinis tumorem significat. Asteriscus, & Asterion dicitur propter rationem superius adductam: Hippophthalmum verò idest equi oculus, nam ἵππος est equus, ὀφθαλμὸς est oculus.

Aster luteus angustifolius, est Aster conyzoides Gesneri, Lob. Lugd.

Aster luteus radice odora C. Bauh. Incensaria, Cæs. Asteris altera species Apula, an Baccharis Col. Baccharis vera Dioscoridis Nonnullorum. Incensaria dicitur propter odorem thuris, quem radix digitis attrita spirat: nam Thus Italis Incenso nominatur.

Aster montanus luteus salicis glabro folio C.Bauh. Bellis lutea, Lugd. Bellis etymum lege suo loco.

Asteratticus cæruleus vulgaris C. Bauh. Tinctorius flos primus Trag. Asteratticus Matth. cui, & Amellus, Fuchs. Dod. Amellus Virgilij putatus. Bellis fruticosa autumnalis nonnullorum Amelli, & Bellidis etymum lege suo loco.

Aster cernuus Col. Asteratticus folijs circa florem mollibus C. Bauh. Baccharis, vel Carpesium Alpini nonnullorum. Cernuus dicitur, idest inclinatus, quasi qui terram cernit, nam flos ad terram inclinat. Baccharis, & Carpesij etymum, lege suo loco.

Asteratticus Peruanus, lege Helianthemum Indicum tuberosum.

Aster Tripolij flore C. Bauh. Aster minor Narbonensium Tripolij flore, Linariæ folio medio purpureus Ad. Lob. ico. Aster Linariæ folijs Narbonensis Lob.

Aster Conyzoides Ges. & Aliorum est Aster luteus angustifolius C. Bauh. Conyzoides Alijs.

Asterias, & Asterium, lege Alsine spergulæ facie.

Aster marinus, lege Tripolium.

Aster samius terra est, non autem herba, vt Nonnulli crediderunt; species autem est terræ cuiusdam ad multos medicinæ vsus conducentis, quæ in Samio Insula effoditur, ità dicta à stellæ imagine, quæ illi imprimi sigillo consueuit: huius terræ meminit Galenus.

Astericum, quæ & Helxine dicitur, & Vrceolaris herba, eo quòd vitreis vrceolis detergendis in primis sit idonea. Nascitur in tegulis parietibusquè vndè & Parietaria, & Muralis herba vulgò dicitur, Plinius. Lege Parietaria.

Astergir arbor, siuè Azedaracth, de qua in secunda parte Phytologiæ verba locupletiora proferam.

Asterion, Asteriscos, lege Asteratticus.

Asteition, lege Astrantia.

Astiuida Cretensium, lege Poterium folijs Pimpinellæ.

De Astragaloide. Synonyma, & Etymum.

Astragaloides Herbariorum Lob. Polygala Matth. Lugd. Tab. Polygala maior Massiliotica

filiotica C. Bauh. Polygala Valentina 2. Cluſ. hiſp. Aſtragalus fortè Matthioli, vel iam demum Polygala eiuſdem.

Aſtragaloides dicitur, nam apud Græcos ἀστράγαλος eſt vertebra, item oſſiculum tali; quidam luſorij ſunt, quos Latini itidem talos appellant, & taxillos, quorum formam ſemina huius herbæ referunt, & ratione figuræ, & ratione duritiei: hinc Aſtragaloides nuncupatur, ideſt ſimilis Aſtragalo. Polygalæ etymum, lege ſuo loco.

Aſtragaloides Dod. altera Herbariorum Lob. Orobus ſyluaticus Viciæ folijs C. Bauh. Orobus pannonicus ſecundus Cluſ. pan. & hiſt. an Lupinus ſylueſtris Cęs. Orobi etymum, & Lupini, lege ſuo loco.

Aſtragalus alpinus magno flore C. Bauh. lege Anthyllis clauiculata.

De Aſtragalo aruenſi. Synonyma, & Etymum.

Aſtragalus aruenſis, Thal. Terræ glandes Dod. Glandes terreſtres Cluſ. Arachidna Theoph. Col. Panis porcinus Lonic. Ornithogalum purpureum Cord. in Dioſc. Chamæbalanus Dod. gal. Taber. Pſeudoapios Matth. Lathyrus aruenſis repens, tuberoſus C. Bauh. Apios Trag. Fuchs. Lugd. Græcis, ἀστράγαλος.

Aſtragalus dicitur hæc herba à radicum cum talis conuenientia, non à forma ſeminis, vt dictum fuit ſupra de Aſtragaloide. Aliorum nominum etyma, lege ſuo loco. Terræ glandes, & Glandes terreſtres dicuntur à forma radicis, nam radices craſſę, oblongæ, glandibus forma quodammodo ſimiles illi inſunt, foris nigræ, & intus albicantes. Chamæbalanus appellatur, nam à Græcis χαμαὶ exponitur humi, in terra. Balanus verò, Græcis βάλανος generale nomen eſt omnia continens, quæ apud nos glandi vocabulo comprehenduntur: hinc χαμαιβάλανος, ideſt glandes in terra.

Aſtragalus Syriacus Lob. Lugd. Tab. Ger. Aſtragalus Syriacus hirſutus C Bauh. an Aſtragalus Dioſcoridis vulgò Chriſtianæ radix Rauuolf. & Lugd. Ità forſan appellata, quoniam radix in duos, aut tres ramos ſe ſe findens formam crucis repræſentare videtur. Aſtragali etymum, lege Aſtragaloides.

Aſtragalus Bæticus Cluſ. hiſt. Aſtragalus Bæticus lanuginoſus radice ampliſſima C. Bauh. Aſtragalus Luſitanicus Cluſij Lob. Tab. Ger. Phaſeolus peregrinus Belli Cluſ.

Aſtragalus alpinus, & ſecundus Cluſij Aſtragalus alpinus Helueticus C. Bauh. Polygala Camer. epit. Cicer. Aſtragaloides Ponæ.

De Aſtrantia, ſiuè Imperatoria. Synonyma, & Etymum.

Aſtrantia Brunf. & Aliorum. Smyrnion hortenſe Trag. Geſ. hor. Struthion Cord. hiſt. Oſtrutium Dod. gal. Lon. Imperatoria Matth. & Aliorum. Herba rena Vulgi. Magiſtrantia Cam. Aſterition, ſiuè Oſteritium Alijs, & Cheiſim. Italis Imperatoria,

Aſtrantia dicitur, & Magiſtrantia in Officinis Germanicis; hoc enim nomine apud ipſos circumfertur, auctore Camerario. Imperatoria nominatur, quia inter alias plantas Imperium teneat ob raras, & præſtantes virtutes, & facultates. Herba rena appellatur, eò quia ad renum morbos ſit vtilis. Oſtrutium dicitur à dictione os, & tritus, quaſi dicas oris tritio, vel oris territio, cum acris, & vrentis ſit facultatis

cultatis radicem degustantibus, pituitam à capite eliciant. Etyma aliorum nominum, lege suo loco.

Astrantia nigra, siuè Imperatoria nigra Tab. est Helleborus niger Saniculæ folio maior.

Astylis, vel Astytis Lactucæ latioris genus sine caule, quæ ob insignem frigiditatem Veneri maximè creditur resistere: vndè, & Eunuchion, & Spadonion à Nonnullis est appellata Ruell. Astilys dicitur ab ἄστυ vrbs, ἀστυκὸς, vel ἀστεῖος qui in vrbe habitat, vel vrbanus, vndè Astylis lactuca, idest vrbana.

Asyla herba est, qua sibi pecora medentur, si quando Anagallidem fœminam imprudenter gustauerint. Latini Ferum oculum appellant, Plinius. Hist. Lugd. Sed quid?

Ate Panucensis arbor Mexicanorum, lege in secunda parte Phytologiæ.

Ateramna à Theophrasto appellantur legumina cocta contumacia; cuiusmodi Plato ea esse tradidit, quæ per boum cornua ferendo in terram ceciderunt. Græcis enim ἀθέραμνος, idem est, quòd incoctilis, & indomitus Ruell.

De Athanasia. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Athanasia est medicamentum compositum ex varijs simplicibus ità nũcupatum, quoniam hominem ab impetu mortis liberat, & saluum reddit. Barbari antiqui vocabant, etiam Ammim Athanasiam. Item est herba, de qua agitur in præsenti.

Athanasia vulgaris Lac. Tanacetum vulgare, luteum, odoratum C. Bauh. Tanacetum Matth. & Aliorum. Italis Tanaceto. Bononiensibus vulgò Daneda.

Athanasia dicitur, nam apud Græcos θάνατος est mors, hinc ἀθάνατος immortalis, nam alpha ante est particula priuatiua. ἀθανασία immortalitas: herba hæc ità vocatur quia eius succus, vel oleum extractum cadauera à putredine præseruat, & quodammodò reddit immortalia, vel quia eius flos non citò inarescat. Tanacetum nominatur, quasi Tagetum à Tago fluuio, in cuius ripis frequentissimè crescit, vel à Tagis Populis.

Athanasia leucanthemos Lugd. Tanacetum montanum inodorum minore flore C. Bauh. Tanacetum non odorum, perperam Sideritis Italorum Lob. Tanacetum leucanthemum Tab. Tanacetum album, seù ἄοσμος Thal. ἄοσμος, siuè ἀνόσμος Græcis significat odoris omnis expers nihil olens. Leucanthemum dicitur idest habens florem album, nam λευκὸς est albus, ἄνθος est flos. Quidam hanc herbam Vchnam albam esse Auicennæ volunt, vel vt Alij legunt Achnam, nomen verò est Arabicum.

Ather in Hordeo propriè, vt Galeno placet, cuspis est ipsa spicæ.

Athera sorbitio est inquit Dioscorides, & veluti pulticula liquida, quæ fit ex quauis puriore farina, & coquitur veluti Secalis, Hordei, frequentissimè autem Tritici cum tenui liquore permixta.

Athinia arbor, eius historiam in secunda parte Phytologiæ pingui Minerua tractabo.

Atle Alpino arbor Ægyptia, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Atlyna similiter est arbor, cuius historiam paucis tantùm verbis in secunda parte Phytologiæ, notabo.

Atragene Theophrasti Ang. Clus. hist. est Clematitis syluestris latifolia C. Bauh. Vitalba Dod. & Alijs, lege Clematitis.

De

De Atractyli, siuè Carthamo syluestri. Synonyma, & Etymum.

Atractylis, siuè Carthamus syluestris Tragi. Atractylis, siuè Cnicus syluestris procerior Thal. Colus rustica Cord. in Diosc. Gesf. hor. Carduus vulgatissimus viarum Lob. Carduus, & Scolymus syluestris Cam. ep. Heracantha Tab. Eyst. Cirsium luteum Sequanorum Lob. Carlina syluestris maior Ger. & Dod. Fusus agrestis Alijs. Phonos Quibusdam. Ardactylida Nonnullorum. Dod.

Atractylis dicitur, quoniam ἄτρακτος apud Græcos est fusus, hinc herba, quoniam antiquitùs mulieres rusticæ ex illa fusos, & colos conficiebant; ideò Colus rustica dicitur propter eamdem rationem. Heracantha nominatur, ideſt Iunonis ſpina, nam Græcis ἥρα eſt Iunonis nomen, ἄκανθα verò eſt ſpina. Aliorum nominum Etyma, lege ſuo loco. Phonos, φόνος Græcis eſt ſanguis in cæde effuſus, hinc herba ita dicta, quia cum pungat, ſanguinem pungendo educit.

Atraphaxis, lege Atriplex.

De Atriplice satiua. Synonyma, & Etymum.

Atriplex ſatiua, Atriplex domeſtica, Atriplex hortenſis alba, ſiuè pallidè virens ab omnibus Authoribus pro vna, & eadem planta vſurpatur: Græcis ἀτράφαξις. Italis Bidone, & Bietolone.

Atriplex dicitur quaſi atroplexum, nempè liuidum, fit enim liuidum, quod plectendo, ideſt percutiendo fit atrum. Igitur ab atrore, & plecto fit Atriplex, nam folia habet liuida, & atro colore prædita, vel vt quidam aiunt, quod homines liuidos, & decolores faciat, ſi ab eius vſu non ſe abſtinuerint. [Atraphaxis dicitur, nam à voce græca potiùſquàm ab atrore nomen fluxiſſe arbitror, cum Atriplicis olus ἀτράφαξιν, Græcis dici Columella perhibeat. Hippocrates Adraphaxin appellat. Heſychius Adraphoxon, quòd ἁδρῶς αὔξει, ideſt ſtatim in amplitudinem adoleſcat: ſiquidem octauo die à ſatu proſilit, confeſtimq; incremento proficere conſpicitur; fidem celeris augmenti facit ereptum in confinio cæteris herbis alimentum. Ac ne in hortis quidem iuxta eam naſci quicquam tradunt niſi languidum. Immò aliquandò ità excreſcit, & folijs maximis reperitur, & tunc vocatur Hippotraphaxis. Atticis tamen d litteram in t mutare frequenter amantibus Atraphaxis dicitur. Color Atriplicis herbæ in luteum elangueſcit, vndè Chryſolachani χρυσολάχανον, ideſt aurei oleris nomen à Græcis eſt inditum, præſertim quòd olus hoc auri colorem repræſentet.

Atriplex hortenſis rubra C. Bauh. Atriplex ſatiua folio rubicundo Trag. Atriplex ruſo folio Cord. in Dioſc. Atriplex ſatiua altera, folio, & flore purpureo liuens Ad. Lob. ico. Atriplex purpurea grandis Cam.

Atriplex ſyluestris ſinuata Ad. Vulgatior ſinuata Lob. Atriplex ſyluestris folio ſinuato candicante C. Bauh. Atriplex Fimeteria maior Thal. [Fimeteria nuncupatur à loco natali, nam vt plurimùm naſcitur in fimetis, & ſterquilinijs, & ibi frequentiſſimè creſcit.

Atriplex ſyluestris, ſiuè Pes anſerinus latifolia laceris, lacinijs, Ad. Lob. Cynocrambe alterum genus Cæſ. Chenopodium primum Tab. [Pes anſerinus dicitur, cò quia folium figuram pedis anſerini imitatur. Chenopodium vocatur, ideſt Pes anſerinus, nam Græcis χὴν eſt Anſer πόδιον verò eſt Pes. Cynocrambe etymum, lege ſuo loco.

Atriplex ſylueſtris Baccifera Cluſ. hiſt. Atriplex ſylueſtris Mori fructu C. Bauh.

De Atriplice fœtida. Synonyma, & Etymum.

Atriplex fœtida C. Bauh. Vuluaria Caſt. Tab. Lugd. Atriplex olida Lob. Atriplex canina, & Blitum fœtidum Trag. Tragium germanicum Dod. gal. Garoſmum Cord. hiſt. Dod. Atriplex puſilla, olida, hircina Ad. Cynocrambe affinis. Connina vulgò Cæſ.

Atriplex fœtida Vuluaria nuncupatur, quia viroſum illum odorem refert, quem impuri meretricum loculi ſpirant. Atriplex canina dicta, ideſt vilis, & abiecta; vel quia ex vrina canum gigni perhibeatur. [Tragium dicitur, nam Græcis τράγος eſt hircus, & quoniam hæc herba odorem hircinum ſpirat, ideò Tragium fuit appellata. [Garoſmum nuncupatur, nam γάρον, Græcis eſt liquamen fœtidum piſcium, & quoniam hæc herba fœtidum odorem liquamini piſcium ſimillimum ſpirat, ideò Garoſmum fuit appellata, Cynocrambe etymum lege ſuo loco. [Connina vulgò dicta, eò quia in locis puluerulentis, & aridis reperiatur, nam Græcis κόνις eſt puluis κονίω, vel κονίζω puluere impleo: hinc herba ità appellata, quia ſemper puluerulenta reperiatur.

Atriplex marina Matth. Caſt. Dod. Lugd. Cam. Atriplex maritima laciniata C. Bauh. Atriplex marina repens lutea, & Xerampelina Ad. [Xerampelina dicitur ideſt habens colorem vitibus arefactis ſimillimum, nam Græcis ξέρος eſt aridus, ſiccus, ἄμπελος eſt vitis,

Atriplex halimoides Lob. ob. Atriplex halimi folio C. Bauh.

De Atriplice canina, ſiuè Lapatho vnctuoſo. Synonyma, & Etymum.

Atriplex caninus, ſiuè canina Lon. Lapathum vnctuoſum C. Bauh. Rumex vnctuoſus Scuuenckelt. Tota bona Spinaciæ facie Aduerſ. Bonus Henricus Tab. Atriplicis ſylueſtris ſpecies Geſ. Rumicis tertium genus Fuchſ. Chryſolachanum Quibuſdam. [Lapathum vnctuoſum, & Rumex vnctuoſus dicitur propter quamdam lubricitatem, & vnctuoſitatem, quæ in folijs perſentitur. Tota bona nuncupatur propter vtilitatem quam affert ad morbos ſanandos, nam ſi facultates ab Authoribus propoſitas præſtat, non abs re nomen bonum adepta eſt. Chryſolachanum dicitur ideſt aureum olus, nam Græcis χρύσος eſt aurum λάχανον eſt olus; eò quia ſit aurei coloris. [Bonus henricus vocatur à ſingulari quadam vtili facultate, veluti Malus henricus à pernitioſa facultate: vox enim eſt Germanica.

Attinia eſt arbor, de qua in ſecunda parte Phytologiæ erit ſermo.

Auati fructus, ex quo Braſiliani potum coquunt, eſt Triticum Indicum Mayz dictum.

De Auena. Aequinoca, Synonyma, & Etymum.

Auena pro calamo, ſiuè culmo ſegetis interdum ponitur, ex quo Paſtores ſibi fiſtulas conficere ſolent. Quo fit, vt pro ſtylo, ſiuè charactere bucolico accipiatur. Virgil. Æcloga prima,

Syluestrem tenui muſam meditaris auena.

Auena ſimiliter eſt herba, de qua agitur in præſenti.

Auena Matth. Brunſ. & Aliorum Auena fatua, & prima Trag. Auena veſca Ad. Lob. Ger. Auena vulgaris, ſeù alba C. Bauh. Auena frumentum Cord. in Dioſc. Auena mi-

na mitior, & satiua Cæs. Græcis βρόμος, vel βρῶμος, Italis Auena, & Vena.
Auena dicitur quasi aduena, quia non sata, nec expectata apparet: vel Auena dicitur quasi vana, quia parùm boni in se habeat: vel Auena nuncupatur eò quia à venis sit arcenda, cum sit pauci admodum momenti. [Græcis dicitur βρόμος, nam apud ipsos Bromos est sonitus fremitus, & quoniam Auenæ spicæ maturæ flante etiam leui vento quemdam sonitum edunt, ideò Bromos fuit appellata. [Vel dicitur βρῶμος forsan à βρῶμα quòd significat cibus, edulium, esca, nam Nonnulli huius pulte viuunt. [Vel dicitur βρωμος à βέω pasco, & dicitur propriè de bobus, cum boues summopere hanc herbam appetant, & depascant.

Auena nigra C. Bauh. Auena syluestrior nigra Cæs. Auena altera Ang. Bromos Ama. Auena nigra dicitur à colore seminis nigro.
Auena nuda quædam est, cuius semen est nudum, ideſt nullis glumis implicatum, aliàs vulgari Auenæ per omnia similis: nudam Auenam nuncupant.

Auena sterilis, & græca est Festuca auenacea.

De Auicularia. Synonyma, & Etymum.

Auicularia Syloi Ges. col. Onobrychis aruensis, vel Campanula aruensis C. Bauh. Onobrychis Dod. prima Lugd. Viola anonymos inodora Eidem. Speculum Veneris Ger. Viola aruensis, & Viola pentagonia Tab. Alijs Campanula aruensis minima Dod. Italis Mazza ferrata.
Auicularia nuncupatur, cum potius Aruicularia dicenda esset à loco natali; nam in aruis frumentarijs inter segetes exit; fertili, & fæcundo solo. Onobrychis etymum lege suo loco. [Campanula dicitur à figura floris, nam flos expansus Campanulam repræsentat. Viola anonymos dicta, nam Græcis ἀνώνυμος exponitur ignobilis, minimè, celebris, obscurus; hinc Viola ità nuncupata cum sit ignobilis, & in aruis vbiquè frequentissima. Speculum Veneris dicitur à colore floris, nam flores sunt pulchri, in puniceo purpurei quinque constantes folijs. Viola pentagonia nuncupatur, ideſt quinque angulos habens, nam flores occidente sole in turbinatum apicem coeunt, & pentagonam figuram efformant, clauam ferream pentagonam repræsentantes, nam Græcis πέντε est quinque γωνία est angulus, & ob hanc rationem ab Italis vocatur Mazza ferrata.

Auis lingua semen est Fraxini, de quo suo loco, nempè in secunda parte Phytologiæ.
Auis pes, lege Ornithopodium.
Auornus est arbor, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.
Aurantia malus. Aureum malum. Aurea Narantia, & Aurangia, lege in secunda parte Phytologiæ.

De Aureo malo, siuè Solano pomifero. Synonyma, & Etymum.

Aurea mala Dod. Cast. Solanum pomiferum fructu rotundo striato molli C. Bauh. Lycopersicon Galeni Ang. Poma, & Pomum amoris Alijs. Malum, & pomum aureum Ges. hor. Solani pomiferi genus aliud Ges. hor. Tumatle Americanorum, Guil. pap. Mala Peruuiana Eyst.
Aurea mala dicuntur à colore aureo, quo sunt insignita, & à figura fructus malo similis. Solani etymum lege suo loco. Lycopersicon nominatur ideſt malum persicum lupi,

lupi, nam Græcis λύκος est lupus πέρσικος. Persicus μῆλον malum. Pomum amoris nuncupatur, eò quia ad amatoria trahatur, vel propter elegantiam, & pulchritudinem dignum sit, vt ametur.

Aurea virga, lege Virga aurea.
Aurelia Gazæ est Helichrysum ità dicta fortè ab aureo colore floris, lege Helichrysum.
Aureum olus, lege Atriplex.
Auricomum Nonnullorum est Ranunculi species, ità nuncupatum ob colorem floris aureo splendore coruscantis.
Auricula leporis vulgò Cæs. est Scorpioides Bupleuri folio, lege Scorpioides.
Auricula leporis Monspeliensium Gel. lege Bupleurum angustifolium.
Auricula Iudæ vulgò est Fungus membranaceus auriculam referens. Fungus auricularis Imperati, de quo in Fungorum perniciosorum historia verba fient.
Auricula muris, Alij Pilosellam dicunt. Alij Alsinem faciunt. Alij Echium scorpioides vocant. Auricula muris dicitur à foliorum figurà, a uri marinæ simili. Græcis μυοσωτις, μῦς μυος enim est mus, ωτις Auricula.
Auricula muris maior Trag. lege Pulmonaria Gallorum flore Hieracij.

De Auricula Vrsi. Synonyma, & Etymum.

Auricula Vrsi Dod. Cast. & Aliorum. Auricula Vrsi, seù Lupi Cæs. Sanicula alpina lutea C. Bauh. Arthriticæ genus alpinum Ges. Lunaria arthritica Eidem. Paralytica alpina Lob. Primula veris pachyphyllos Lugd. Alisma, siuè Damasonium Diosc. Col.
Auricula Vrsi dicitur à forma foliorum; nam vrsinam aurem perbellè repræsentant. Saniculæ, Arthriticæ, & Paralyticæ etyma, lege suo loco. Primula veris pachyphyllos dicta, idest habens folium crassum, & pingue, nam Græcis παχὺς dicitur crassus, spissus, densus, φύλλον verò est folium. Alismæ, & Damasonij etymum, lege suo loco.

Auricularia Syluij, Quibusdam est Viola aruensis pentagonia.
Auropyros Epitheron panis est, ex quo furfures non sunt sublati, quasi totum in se Triticum non imminutum habens, Celsus. Græcis enim πυρὸς est Triticum, frumentum, αὐτὸς idem, hoc est idem frumentum.
Arazuba Ouiedi vasta arbor est, de qua in secunda parte Phytologiæ erit sermo.
Axi, siuè Capsicum Monardi est Piper Indicum vulgatissimum.
Axungia vitri est materies ex cineribus Alkali, & lapidibus præparata conflandis vitreis vasis idonea, quæ dum in furno liquida, ac tractabilis calet innatantem veluti pinguedinem præbet, quæ refrigerata lapidis instar durescit, facilè tamen friabilis: hanc materiam Axungiam vitri vulgus appellat.
Azarolus arbor, in secunda parte Phytologiæ eius historiam exprimam.
Azarum, lege Arum.
Azauar, siuè Semperuiuum, quo campi pleni par. 4. Ind. Or. est Aloe vulgaris.
Azedaraeth, Azedarath, Azedarach, & Azedarachne arbor, de qua in secunda parte Phytologiæ quid sentiam paucis explicabo.
Azfar vox arabica, & Myrobalani intelliguntur, lege in secunda parte Phytologiæ.
Azymus panis dicitur sine fermento factus, purus sincerus, ζύμη enim Græcis est fermentum, à feruendo dictum, quòd feruendo crescat, est enim farina subacta, quę acorem contraxit: hinc ἄζυμος apud Græcos dicitur fermenti expers, non fermentatus.

Baaras

B



Aaras, Alij radicem Pæoniæ; Alij Mandragoræ esse opinantur ità appellatur à Lacu dicto Baaras, vbi radix eodem nomine gignitur, & crescit, lege Baharas.

Bacanon Raphani, siuè Radiculæ semen est, quòd Cælius à Marcello Empirico Bacanon dici affirmat. Alij verò non Bacanon, sed Cacanon legunt. Alij Bacanum similiter pro Cacano mendosè interpretantur, & Cacaliam herbam intelligunt.

Baccalia Lauri, species est à baccarum fertilitate dicta, de qua in secunda parte Phytologiæ.

Baccæ geminato c c, & sine aspiratione continent intra sui nominis ambitum fructus diuersorum generum, nēpè herbarum, fruticum, & arborum, qui dispersiùs rariùsq; enascuntur, & sunt partus Lauri, Oliuæ, Corni, Myrti, & Aliorum, atque in hoc ab acinis differunt, quòd ijs densiùs proueniant, de quibus in secunda parte Phytologiæ erit sermo.

Baccæ S. Ioannis secundùm Nonnullos est Ribes Officinarum, vt in secunda parte Phytologiæ differemus.

Baccæ orientales, & piscatoriç Nonnullorū. Quidam Solani Manici quidam Tithymali, quidam Clematidis fructum opinantur, sed magis ad Solani Somniferi fructum accedere nostra fert opinio. Cocculæ Officinarum C. Bauh. Solani furiosi fructus, Cord. in Diosc. Grana Orientis Cornario. Baccæ, Coculç Elephantinæ Germanis Pharmacop. Matth. epist. Coco di Leuante Alijs. Cucculus indicus Cast. Cocci orientales Tab. Ger. Cocculæ orientales in Halepo.

Baccç dicuntur quasi Bathç à nomine græco βαθυς βάθιο; quòd significat crassus, plenus, nam huiusmodi fœtus crassi, & densi existunt. Cocculæ nuncupantur, nam apud Græcos κόκκος exponitur granum cuiuscunque plantæ in modum rotundum, vndè huiusmodi fructus Cocculæ dicuntur, quia rotundi sunt.

Baccara, & Baccharis Officinarum, lege Asarum.

Baccharis vera Dioscoridis, lege After luteus radice odora.

Baccharis Germanica Tragi est Basilicum, siuè Ocymum, Scroder. Pharmac.

Baccharis Monspeliensium. Baccharis Matth. lege Conyza maior vulgaris.

Baccharis Rauuolfij Lugd. est Gnaphalio montano affinis Ægyptiaca C. Bauh.

Baccharis Diosc. Nonnullis, est Horminum Sclarea dictum.

Baccharis, vel Carpesium Alpini est After Atticus folijs circa florem mollibus C. Bauh. After cernuus Col.

Baccharis fortè dicitur à verbo grçco βάκχος βάκχυ quòd significat furore à Demone quopiam immisso percitus: hinc Baccharis herba, quoniam, est forsan amuletum huius afflictionis, & fascinum tollit.

Bacheku est radix in India, qua Indi vescuntur, & vtuntur par. 7. Ind. Occid.

Bachica, lege Hedera.

Bacchion, lege Arcium.

Baditis secundùm Nonnullos est Nymphça alba maior C. Bauh.

Bagolarus Tridentinis Guil. est arbor, de qua in secunda parte Phytologiç.

Bagole, & Bagule primum genus Cæs. & Bagole alterum genus Cæs. est arbor, siuè frutex vt dicetur suo loco, nempè in secunda parte Phytologiæ.

Baharas, & Baaras in Iudæa radix est colore flammæ assimilis, Ioseph de Bello iudaico cum Aglaophotide forsan conuenit.

Bahobab fructus est magnitudine mali citri de quo in secunda parte Phytologiæ.

Baia sunt Palmarum cum fructu termites, vt in secunda parte Phytologiæ crassiùs explanatiùsq; proloquar.

Balador Arabibus fructus est Anacardio similis, de quo in libro de Arboribus nĕpe in secunda parte Phytologiæ verba fient.

Balanitæ vuæ cur dictæ, lege in secunda parte Phytologiæ.

Balanus Myrepsica fructus est arboris Myricæ similis. Balanus enim, & Græcis βάλανος generale nomen est omnia continens, quæ apud nos glandis vocabulo comprehenduntur. Balani Sardiani à Græcis olim appellabantur, quas nos Castaneas dicimus. Primùm enim Sardibus creduntur prouenisse, vt tradit Plinius, de quibus omnibus in secuuda parte Phytologiæ.

Balaustium frutex est ad arboris magnitudinem accedens, vt in secunda parte Phytologiæ, eius historiam breuiter exponam.

Balessan nomen ab Arabibus Balsami plantæ primò impositum fuisse, lege in secunda parte Phytologiæ.

Ballaria à Romanis appellata est herba, quæ à Dioscoride λύχνις στεφανωματικὴ hoc est Lychnis coronaria; vulgò Candelaria, lege Lychnis coronaria: dicitur autem Ballaria, quasi Vallaria, quia circa valla, scilicet ageres, nascatur.

Balistica herba Hispanis, teste Camerario, est Helleborum album.

De Ballote, siuè Marrubio nigro. Synonyma, & Etymum.

Ballote Matth. Fuchs. Dod. Lob. & Aliorum. Marrubium fœtidum Ad. Marrubiastrum Tab. βαλλωτή; μελαμπράσιον Plinio. Melamprasion Alijs. Italis Marrobbio nero, & fetido.

Ballote dicitur fortè à verbo græco βάλλομαι iacior proijcior eò quod sit herba proiecta, & vilis ob tetrum odorem, & nullius vsus in medicina. Marrubij etymum lege suo loco. Melamprasion dicitur, nam apud Græcos μέλας μέλανος est niger πράσιον Marrubium, idest Marrubium nigrum. Prasij etymum, lege Marrubium.

Ballote crispa est Lamium, folijs caulem ambientibus, lege Lamium.

Balsamella, lege Balsamina fœmina.

Balsamum arbor est, vt in secunda parte Phytologiæ non incuriosè hanc historiam percurram.

Balsamum alpinum Ges. Tab. Cam. Ledum alpinum hirsutum C. Bauh. Alpigenæ Chamærhododendri varietas Lob. Cistus Ledon alpinum Ger. Rosa alpina Alijs Esglentina purpurea Nonnullis.

Balsamum, & βάλσαμον Græcis dicitur, nam hæc nomina sumpserunt ab Arabibus, quibus dicitur Ballessan. quasi Banghal-semen, idest Princeps Oleorum Hebraice. Cisti Ledi, & Ledi alpini etyma, lege suo loco.

Balsamina agrestis Tragi, & Balsamita Officinarum Eyst. est Mentha rotundifolia palustris, seu aquatica maior C. Bauh.

De Balsamina repente. Synonyma, & Etymum.

Balsamina repens, siuè mas C. Bauh. Pomum mirabile Tragi. Balsamina pomifera Ges. Charantia Dod. Garantia vulgò Gallorum. Cucumer, vel Cucumis puniceus Cordi. Balsamina cucumerina, vel Cucumeraria punicea Ad. Lob. Tab. Momordica Cast. Mamortica Alijs. Cucurbita Somphos à Græcis appellata quibusdam Plin. Alij Viticellam nuncunpant, Pomum Hierosolimitanum, Pomum balsami-

num,

num, & Herbam Balſaminam. Italis Caranzi, & Garanzi, & alſamina.

Balſamina dicitur quòd ex pomis ipſius maris immaturis oleo iniectis inſolatione paretur oleum præſtantiſſimum, ſeu Balſamum ad vulnera conſolidanda, ideò Balſamina nominatur, ideſt Balſamum hortenſe, quia Balſami vires excercet. [Pomum mirabile vocatur ob mirabiles virtutes, quas poſſidet. [Charantia forſitan nominatur quoniam apud Græcos χαρακισμος exponitur munitio, quæ palis defixis fit, palorum defixio, & quoniam hæc herba indiget baculis, & filamentis, ad hoc vt creſcere, & ſe attollere poſſit, nam ſepti modo in hortis feneſtriſq; per cancellos topiario opere digeritur, ideò Charantia cognominatur. [Cucumis dicitur, quoniam fructus ad formam Cucumeris parui producit. Momordica dicta, eò quia ſuis capreolis arctè, & quaſi morſu, ac dente, quicquid illi ſe ſe offert apprehendit, arctequè tenet, & ligat. [Cucurbita ſomphos appellatur, nam eius fructus ſimilis eſt Cucurbitæ paruæ, Somphos verò apud Græcos σομφὸς exponitur inanis, & fungoſus, velut ſpongia, vndè ſpongioſus dicitur, & quoniam huiuſmodi fructus intus ſpongioſus, & fungoſus exiſtit, nam nil præter ſemina includit, ideò ſomphos nominatur. [Viticella dicta, nam more vitis ſuis capreolis quicquid illi ſe ſe offert, & alias herbas ſcandit, & illas amplectitur atq; folijs vitem refert.

De Balſamina fœmina. Synonyma, & Etymum.

Balſamina fœmina. Balſamina altera Nonnullis. Balſaminum Dod. Charantia fœmina, Balſamella Cord. hiſt. Balſamina fœmina Perſici folia Ad. Lob. Balſamina amygdaloides Geſ. Amygdaloides dicitur, quia habet folia, Amygdali folijs ſimilia. Catanance à Cæſalpino etiam dicitur nam Catanance, apud Græcos καταναγκη eſt violentior amoris illecebra; hinc herba eiuſdem nominis quia ad amoris illecebras faciat. Vel cum, hac herba in hortis penſilibus ſupra feneſtras erectis, vice cancellorum, modicis interuallis in tranſuerſum inſtar retis inuicem annexa, feneſtræ muniri ſoleant, vt zelotypia Amaſijs inducatur: ſed hoc nomen Catanance potius Balſaminæ mari quàm fœminæ videtur conuenire.

Balſamina lutea, lege Noli me tangere.

Balſamina coſtina, & Balſamita maior, lege Coſtus hortenſis.

De Balſamina Indica repente, ſiuè Paſſionis flore. Synonyma, & Etymum.

Balſamina Indica, repens, pomifera, trifolia, huic herbæ nomen hoc aptaui, quod maximè proprium iudicaui: Flos Paſſionis, & Paſſionalis Nonnullorum. Murucuya, & Maracot Indis. Granadilla Monardi. Clematitis trifolia flore roſeo clauato C. Bauh.

Balſaminam appellare libuit propter ſimilitudinem, quam habet cum alſamina noſtra Viticella dicta; nam ſicuti hæc prælongis, tenuibuſque viticulis proximas plantas comprehendit, & capreolis ſe ſe appoſitis implicat adminiculis, fructuſquè, vt in Balſamina immaturus viridis eſt, deindè matureſcens citrineſcit, figura potius Mali aurantij, aut Limonij, & vt coniectari licet, vires, & facultates habere videtur, quas noſtra Balſamina poſſidet, pro certò affirmare non dubitauerim hanc plantam cum Balſamina noſtra conuenire. Sed de his plura in ſecundo Tomo partis primæ Phytologiæ erunt perpendenda, quando deſcriptionem plantæ examinabimus. Flos Paſſionis dicitur, eò quia in flore aliquæ veluti paſſionis Chriſti figuræ delineatæ conſpiciuntur. Granadilla appellatur propter ſemen, quod vt in Malis granatis incluſum continetur, vel quia paruo aſſimilatur Granato. Hic in gratiam

Lectoris damus iconem Balsaminæ Indicæ repentis triphyllæ cum fructu, necnon iconem Balsaminæ similiter Indicæ repentis, folijs Hederę arboreæ, cum eius figuram hactenus apud Herbarios non viderim, non ab re fore iudicaui hic illam apponere: quæ plantæ in Horto publico crescunt, & fæliciſſimè luxuriant; quarum descriptionem, in secundo Tomo partis primæ Phytologiæ Lector legere poterit.

BALSAMINA INDICA

repens triphylla siue folio tripertito cum fructu.



BAL-

BALSAMINA ALTERA

Indica repens hederæ arboreæ folijs, flore subuiridi.



Balsaminum, lege Balsamina fœmina.
Balsamita minor, & Balsamita fęmina Nonnullorum. Lege Ageratum, siuè Eupatorium Mesue.
Bambacion, lege Bombax.
Bambus, & Bambu apud Indos ėst Iuncus indicus part. 4. Ind. Or.

De Bamia Aegyptia. Synonyma, & Etymum.

Bamia Ægyptia, siuè Ægyptiaca, aut Alexandrina est Alcea indica paruo flore C. Bauh. Sabdariffa alia Lugd. Exotica maluacea Bamia Eben Quibusdam, Ad. Trionum Theoph. Rauuolfij Lugd. ap.
Bamia, apud Ægyptios hoc nomine insignitur: Alceæ etymum, lege suo loco. Sabdariffa nomen est vernaculum. Trionum nuncupatur nam apud Græcos τρεῖς exponitur tres: hinc herba ità appellata, quoniam folia communiter in tres lacinias diuisa habeat.
Bammia moschata, lege Abelmosch.
Ban Alpino, seu Calaf est Salix exotica, vt in secunda parte Phytologiæ dicetur.
Banana, & Bananas Ouiedo arbor est, de qua in secunda parte Phytologiæ erit sermo.
Banam fructus in Regno Congiano forma, & gustu Musæ Ægyptiacæ, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.
Bangue arbor Cannabi similis, cum folia ad Cannabis similitudinem habeat, & cortex in fila diduci possit, cuius historiam in secunda parte Phytologiæ summatim exprimam.
Baobab Alpini, & Boabab, fructus Æthiopicus Melonis magnitudine, vt in secunda parte Phytologiæ loquar intelligibiliùs.

De Baptisecula, siuè Cyano segetum. Synonyma, & Etymum.

Baptisecula, vel Blaptisecula, aut Baptisocele est Cyanus segetum C. Bauh. Lychnis agria, & flos frumenti Brunf. Flos segetum, & flos frumentorum Alijs. Cyanus syluestris, & vulgaris Multorum. Cyanus cæruleus, & aruensis Tab. & Aliorum. Papauer Heracleum Col. Italis Fior Campese, & fior de' formenti. Hetruscis fior aliso, Bononiensibus Griegolo Baptisecula dicta, quasi Blaptisecula, βλάπτω enim apud Græcos exponitur lædo, damno afficio, noceo, & secula apud Veteres est falx à secando dicta, & quoniam hæc herba secantibus, & triticum metentibus officiat, & noceat, retusa in occursu eius falce, ideò Blaptisecula nuncupatur. Etyma aliorum nominum, lege suo loco.
Baracocca vulgò Cæs. sunt Mala Armeniaca maiora, de quibus suo loco, nempè in secunda parte Phytologiæ.

De Barba caprina. Synonyma, & Etymum.

Barba Capræ floribus oblongis Drymopogon Tab. Melandrion Plinij, Alijs. Rhodora herba Nonnullorum. Barba Capri, & barba caprina similiter dicitur. Reginam prati Nonnulli appellant. Italis Barba di Capra.
Barba Capræ nuncupatur, à florum figura, quæ Barbam caprinam referre videtur, propter ramulos florum in prælongas barbulas effigiatos. [Drymopogon vocatur, quoniam apud Græcos δρυμός pro sylua, seù nemore exponitur πώγων verò dicitur barba: hinc Drymopogon, idest barba syluæ, eò quia in syluis, & nemoribus

moribus frequentissimè crescat, & flos barbam albam imitatur. [Melandryon appellatur fortè, quia Græcis μέλας, μέλανος est niger, & ater, δρῦς verò est Quercus arbor grandissima: hinc herba ità nuncupata, quoniam in pratis, & nemoribus nascens sua altitudine cæteras herbas superat, & quodammodò in comparatione ad alias herbas ad Quercus celsitudinem, & latitudinem crescere videtur, folia verò atrouirente colore prædita esse cernuntur, ideò μελάνδρυον dicitur. [Rhodora herba dicta, quoniam Galli apud quos frequentissimè crescit Rhodoram nominant. [Regina prati forsan vocatur, eò quia in locis vbi sæpissimè prouenit, nempè in pratis, tanquam Regina, propter eminentiam, & altitudinem in throno regali adstare videtur, cum alijs supereminea herbis.

Barba Capræ floribus compactis, lege Vlmaria.

Barba caprina minor, lege Thalictrum.

Barba Syluana est Plantago aquatica ità dicta, nam eius coma barbam æmulatur, & in locis syluestribus nascitur, quasi Syluani Dei nemorum esset barba.

Barba hirci, lege Tragopogon.

Barba Iouis inter arbores recensetur, de qua in secunda parte Phytologiæ erit sermo.

Barba Iouis Officinarum Dalech. est Semperuiuum maius.

Barba Iouis altera Ang. est Cytisus incanus, creticus, vt dicetur suo loco, nempè in secunda parte Phytologiæ.

Barba Aron, lege Arum.

De Barbarea, siuè Eruca palustri. Synonyma, & Etymum.

Barbarea Dod. Lob. Tab. Eruca palustris Lugd. Eruca lutea latifolia, siuè Barbarea C. Bauh. Herba S. Barbaræ Trag. S. Barbaræ herba Fuchs. Ges. hor. Pseudobunias Dod. gal. Nasturtium palustre Ges. hybernum Thal. Bunium adulterinum Cam. Italis Barbarea, & Ruccola palustre.

Barbarea dicitur, & Herba S. Barbarę forsitan, quia ab ipsa fuerit inuenta. Eruca palustris nuncupatur, eò quia folia Erucæ similia habeat, & in locis humidis nascatur [Pseudobunias appellatur idest Napus syluestris, & falsus, quoniam veri Napi speciem mentitur quoad flores, & folia, nam Græcis ψεύδω dicitur fallo, frustro, decipio. ψευδὴς, έος falsus, mendax. [Bunias verò à βουνὸς collis dicitur, quia radix veri Bunij imitatur collem. Bunij verò, & Nasturtij etyma, lege suo loco. Nasturtium hybernum vocatur, quòd videlicet Nasturtij loco in acetarijs hyeme addatur.

Barbarea minor Lob. obs. Herba S. Alberti Cæs. est Erysimo similis herba, læuis, laciniata, floribus luteis C. Bauh. Herba S. Alberti fortè nuncupatur, quoniam ab ipso fuerit inuenta.

Barbarica, & Ocellus barbaricus dicuntur Caryophyllei flores, lege Caryophyllus.

Barbyla, Coccymela, Damascena Pruna; lege in secunda parte Phytologiæ.

Barcaman vox Indica, & secundùm Nonnullos dicitur Turbith, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Bardana, lege Arcium.

Baruce fructus Hist. plant. Bauh. lege in secunda parte Phytologiæ.

De Barycoccalo, siuè Solano pomo spinoso. Synonyma, & Etymum.

Barycoccalon, Recentioribus Græcis. Melospinus Venetis. Malus Peruuiana Gallis. Co-

lis. Corona regia Quibusdam. Solanum romanum Monspel. Guiland. Solanum pomo spinoso, rotundo, longo flore C. Bauh. Stramonia, siuè Pomum spinosum Trag. Nux Metella Matth. Cast. Datura Acost. Cam. Nux methel Auicennæ Ang. Hyoscíamus Peruuianus Cord. Tatula Turcarum. Hippomanes Crateuæ, Ang. Gesn. hor. Solanum spinosum Tab. Malum spinosum Cæs. Italis Stramonia.

Barycoccalon dicitur eò quia apud Græcos βαρὺς, έος significat grauis, idest molestus, κόκκος verò granum, & ἅλως corona, circulus, & circumferentia: hinc herba ità dicta, quia fert fructus spinosos, rotundos, & apicibus coronatos, intus semen, nimirum granum; quasi dicas granum molestum propter asperitatem, & eminentiarum horriditatem in cortice existentem: vel propter grauem odorem, quem herba tota spirat. [Melospinus nominatur propter eamdem rationem. Corona regia etiam nuncupatur propter apices in fructu existentes, veluti in coronis, seù in illarum sumitate existere videntur. [Solani etymum, lege suo loco. Stramonium dicitur corrupto nomine quasi Strychmonium, à Strychno, nimirum à Solano, cum sit Solani species, & Græcis Solanum appellatur στρύχνον. Nux verò dicitur propter similitudinem fructus, quam habet cum nuce. Methel verò est vox Arabica. Etyma aliorum nominum lege suo loco.

Basilica apud Nonnullos pro Gentiana vsurpatur, sed inter nomina spuria recensetur.

De Basilico, siuè Ocymo. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Basilicus in primis exponitur regius, regalis, & excellens: vndè Basilica facinora dicebantur, nimirum regia. Item Basilicon est vestimenti genus regium. Item emplastri nomen. Basilicus verò est etiam herba, Græcis βασιλικὸν dicta, nimirum regalis, & regia; vel quia sit suauissimi odoris, vel quia digna sit mensis regijs in condiendis cibis ob præstantem odorem. Ocimum etiam nuncupatur Græcis ὤκιμον à verbo ὄζω oleo, quia suauiter redoleat; ideò per z scribendum, idest Ozimum, nam tota herba fragrantissimi est odoris; vel ὤκυμον dicitur à celeritate proueniendi, quoniam citò crescit: nàm ὠκὺς, έος apud Græcos est celer, & velox.

Basilica maior Trag. est Ocymum caryophillatum maius.

Basilicum aquaticum Cast. est Hieracium fruticosum latifolium hirsutum C. Bauh.

Batan arbor pomifera fructu aculeato, lege in secunda parte Phytologiæ.

Batanica planta folijs Helenij Hist. plant. Bauh. Conyzæ odoratæ species.

Batat, Batatas, & Batates radix in India, Raphani prægrandis amplitudine, quæ assata fructuum, vel leguminum loco Indis est. Batatas Camotes Hispanorum Clus. Camotes, siuè Amotes, & Ignames Lob. Potates, & Potate, quas Camotes nominant par. 8. Ind. Occid. Piña, siuè Batata radix par. 9. Ind. Occid. Sisarum Peruuianum Tab. Batat dicitur à loco natali, nam oritur in Brasilia, & Hispaniola Insula vocata Batat. Sisari etymum, lege suo loco.

Bathlescaia Æthiop. Rauuolf Lugd. est Melanzana nigra, siuè Solanum pomiferum fructu nigro spinoso C. Bauh.

Bateccha Auicennæ, lege Anguria, Citrullus dicta.

Batina sunt mora, quæ ex Celso arbore eliciuntur vt dicemus in secunda parte Phytologiæ atq; etiam ex Rubo, qui apud Græcos dicitur βάτος, vnde Batina.

De Bati, siuè Crithmo. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Batis, idis, vel Batus, i, Piscis mollis, & delicatissimi species est, quem Plinius enumerat inter eos, qui mari peculiares sunt. Item Batis est herba pingui folio in modum Portulacæ, de qua in præsenti.

Batis

Batis Gef. Baticula, quasi paruà Batis Cæf. Crithmum primum Matth. Herba S. Petri Nonnullis. Crithmus, vulgò Creta, seù Salsa marina Gef. Crethamum marinum Cord. Rincum marinum Alijs. Fæniculum marinum, siuè Empetrum Ad. Calcifraga Lob. Creta marina Lon. Olus Cordum Columellæ. Nonnulli etiam Asparagum Gallicum vocant, eò quia herba tam cruda, quam cocta in acetarijs estur Asparagorum more. Italis Finocchio marino, & Bascecchia.

Batim, & Baticula apud Siculos, vel Batis dicitur à loco natali, nempè à Bata; vicus est enim & portus in Sarmatia Asiatica supra Bosphorum Cimmerium, non procul à sinu Cercetico, vbi hæc herba copiosissimè crescit, nam planta est maritima. [Vel βατὶ καὶ βατὶς dicitur, quia cum Bato scilicet cum Rubo habeat aliquam similitudinem, horum enim alia species est spinosa: vel quia Crithmi species secus mare sint propriæ; sicuti Rubi circa vias, & sepes apud nos frequentissimè crescunt [Crithmum verò vocatur κρίθμον, siuè κρίθαμον Græcis à forma seminis, nam κριθὴ est hordeum κρίθινον hordeaceum, quia habeat semen ad instar hordei, vel tritici. [Calcifraga nominatur eò quia pedibus etiam leuiter tacta rumpitur, & frangitur; nam Calx est extrema pedis pars, & frango est rumpo, infringo. Antiqui enim dicebant frago, littera n abiecta, Vel à calculis frangendis ita dicta. [Creta marina in Belgij Officinis nominatur: & Salsa marina dicitur, quia sale, & aceto condita ad nos defertur. Fæniculum marinum appellatur quoniam folia ad similitudinem fæniculi habet, radicem illi non absimilem gignit, & in locis petrosis, & marinis nascitur. [Herba S. Petri nominatur eò quia in die festo S. Petri herba ipsa è terra erumpat. [Olus Cordum appellatur fortè quia post tempus nascitur, quasi serotinum, & nonnisi appropinquante Autumno condiatur: sicuti Plinius fœnum cordum autumnale fuit interpretatus, quasi secundarium; nam Cordum dictum forsan à verbo græco χόριον quod significat extima fœtus membrana ipsum torum inuoluens: tam in animantibus cæteris, quàm in homine: Latini secundas vocant, quòd secundo loco eijciatur.

Batisocele, lege Baptisecula.

Batre Indi, siue Indicus melo Garziæ. Melo Indicus fructu oblongo C. Bauh. Patecas, Anguria, siue Melo Indicus, Linsc. par. 4. Ind. or. Melones aquatici in Iaua. Batrec in vniuersa India; an Comolanga Clus. in Garz. Scalig. Lugd.

Batos similiter Græcis βάτος, lege Rubus.

De Batrachio, siuè Ranunculo pratensi. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Batrachium coloris species est, quo ante inuentas personas faciem inungebant. Est & Batrachium Chymistis Chrysocollæ quoddam genus, cui tanta inest veneni vis, vt vel solo halitu incautum interficiat: est, & genus herbæ, de qua in præsenti.

Batrachion Apuleij Dod. gal est Ranunculus pratensis radice verticilli modo rotunda C. Bauh. Crus galli Brunf. Ranunculus lanuginosus primus Cæf. Ranunculus tuberosus Dod. Lugd. Ranunculus bulbosus Ad. Ranunculus flammula dictus Gef. Ranunculus exiguus, & primus Trag.

Batrachion dicitur, nam βάτραχος apud Græcos est Rana, & cum hæc herba in vdis, & paludosis locis, ranarum more proueniat, & crescat, ideò βατράχιον fuit appellata. Ranunculus etiam appellatur propter eamdem rationem, vel quia inter eius frondes Ranæ frequenter inueniantur: vel quia eius radix quamdam similitudinem habeat cum ranarum pedibus. [Crus galli nuncupatur, eò quia folia huius herbæ crura galli, à genibus vsque ad extremos pedis digitos imitantur. [Flammula dicitur, quoniam acrem possidet facultatem, nam calida, & sicca valdè est plan-

ta,

ta, exulcerat illita, & crustas non sine dolore excitat, veluti flamma, ideò Flammula dicta.

Bauanus fructus arboris in India nascentis, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

De Baucia, siuè Pastinaca syluestri. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Baucis est nomen mulieris, nam fuit Anus paupercula, vt legitur apud Ouidium lib. 8. metamorph. est & Baucia nomen herbæ, de qua in præsenti.

Baucia, Pastinaca syluestris Arabum, an Elaphoboscum Ad. Pastinaca latifolia syluestris Dod. & C. Bauh. Siser syluestris Fuchs. Tur. Elaphoboscum erraticum Tab.

Baucia nuncupatur. nam potiùs Daucia deberet dici, quia in sapore, & odore Daucum refert. Pastinaca à pascendo dicta videtur, quia paupercula gens pascitur radice huius plantæ, & præsertim radice Pastinacæ domesticæ in penuria annonæ, alit enim corpus. [Elaphoboscum, ideſt pabulum Cerui, hoc enim pabulo Ceruos resistere serpentibus fama est, nam apud Græcos ἔλαφος, ὁ Ceruus dicitur βόσκω pasco, βόσκη pabulum: hinc ἐλαφόβοσκος, ideſt pabulum Cerui. Siseris etymum, lege suo loco.

Bayæ, & Baia vt supra sunt Palmarum folia, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Baxama arbor in India, de qua in secunda parte Phytologiæ.

Bdellium Græcis βδέλλιον lacryma est arboris Sarracenicæ, vt in secunda parte Phytologiæ differemus.

Belli fructus Cortusi, Clus. hist. Lugd. lege in secunda parte Phytologiæ.

Beccabunga, lege Anagallis aquatica.

Bechion, lege Tussilago.

Bechium, & Becion Dalech. est Saluia maior.

Bedarungi, Bederungi, & Brungi Arabibus est Melissa.

Bedeguar Officinis perperam, & spongia Bedeguaris Ad. est Rosa syluestris vulgaris Cynorrhodos dicta, vt in secunda parte Phytologiæ apertiùs, & clariùs effabor.

Bedeguar Recentiorum est Cardui Sphœrocephali species, siuè Spina alba ab Arabibus nuncupata Bedoard.

Bedengian Arabum, Melongena, Melantzana Rauuolf. est Solanum pomiferum fructu incuruo C. Bauh. Hispanis, parum corrupto Arabico nomine Berengena.

De Been albo, siuè Polemonio. Synonyma, & Etymum.

Been album Ges. Dod. Lychnis syluestris, quæ Been album vulgò C. Bauh. Polemonia Cæs. Polemonium pratense nostrum Ges. Lychnis syluestris Lon. Papauer spumeum Ad. Lob. cui; & Ocymastrum alterum Cam. Herba articularis Tab. Melandrium Plinij Quorumdam Clus. Græcis πολεμώνιον, à Nonnullis verò, & φιλεταίριον, à Cappadocibus verò χιλιοδύναμις.

Been album dicitur ad differentiam alterius, quòd rubrum cognominatur, & Valeriana rubra appellatur Been autèm vox est Arabica. Neutrum autèm horum verum est Been. Lychnidis etymum lege suo loco. [Polemonium, & Polemonia nuncupatur à nomine græco πόλεμος bellum, pugna, certamen, hinc πολεμώνιον herbæ nomen sic nominata esse traditur à bello, & certamine, quòd antiquissimi Reges inter se certarunt, dum inuentionis eius laudem vterque sibi tribueret; vel vt Alijs placet quòd aduersus venena serpentum pugnet. [Papaueris etymum, lege suo loco. Spumeum verò dicitur propter asperginem sputo similem in folijs, & caulibus existentem. [Herba articularis dicta, eò quia nodos in cauliculis profert

fert geniculatos, atque è ſingulis articulis folia bina prodeunt: hac de cauſa articularibus morbis conferre poteſt. Melandrium nominatur neſcio vndè.

Been rubrum à Nonnullis Valeriana rubra Dod. & Aliorum Polemonij altera ſpecies Geſ. Limonium Monſpelienſium Geſ.hor.Ocymaſtrum Valerianthos Ad. Lob. Valeriana inodora tertia Cæſ. Phu peregrinum Cam. ep.Etyma omnium nominum lege ſuo loco.

Been rubrum Officinarum Guil. eſt Limonium maritimum maius. Alij Biſtortæ radices eſſe autumant.

Behen album Arabum, Incolæ Behmen abiad appellant, & Behen rubrum Behemen Ackmar Rauuolf & Lugd. ſunt enim, vt Serapioni placet, radices, radicibus Paſtinacæ ſimiles. Equidem in Officinis radices duæ nomine albi, & rubri Behen oſtenduntur, ſed quid ſint, controuertitur.

Behen album, & rubrum Nonnullorum eſt Carota radice Buxei coloris, & Carota radice rubra, lege Carota.

Beſhaſe Arabum Auic. odoratæ nucis inuolucrum eſt, vt dicemus in ſecunda parte Phytologiæ.

Beidelſar Alpini, lege Apocynum Syriacum.

Bel Arabum, arbor eſt, vt dicemus in ſecunda parte Phytologiæ.

Belenzan, aut Belenizan, an ſit Beniuinum, lege in ſecunda parte Phytologiæ.

Belenium, Græcis βελίνιον fructus eſt arboris, & an ſit Belenicum Ariſtotelis, in ſecunda parte Phytologiæ de hoc quid ſentiam paucis explicabo.

Belion Græcis βίλιον herba, quæ à Dioſc. πόλιον ὄρειον appellatur hoc eſt Polium montanum, ſed hæc nomenclatura inter nomina notha Dioſcoridis, à doctioribus numeratur.

De Bella Donna, ſiuè Solano ſomnifero. Synonyma, & Etymum.

Bella donna, ſiuè Solanum lethale Cluſ. Solanum maius Matth. & Aliorum. Solanum ſomniferum Lob. & Aliorum. Solanum ſyluaticum Geſ Solanum hortenſe nigrum Trag. Solanum μελανοκέρασος C. Bauh. Italis Solano, Solatro, & Bella donna.

Bella donna dicitur forſan, quoniam cum hæc herba refrigeret ordine tertio, & aqua è tota planta deſtillata, & exteriùs admota eryſipelata, ſacros ignes, & alios calidos affectus tollat, & cutim dealbet, & nitidam reddat; idcircò mulieres hac aqua fucum conficiunt, quo faciem oblinunt, & ſic ab effectu, quia pulchras mulieres reddat Bella donna nuncupatur. Vel vt Alijs placet, quoniam in cibo ſumptum, & præcipuè ſemen, deliros faciat, atque furentes, & veternoſos; imaginationeſq; non iniucundas efficiat, & ſpecies vanas, venereaſque imagines repræſentet: quapropter Bella donna dixerunt. Vel vt Alij volunt Bella donna dicta per antiphraſim, quoniam baccæ eius minimæ pulchræ ſint, cum nigerrimæ appareant. Solani etymum, lege ſuo loco. Lethale verò, & ſomniferum appellatur, nam radicis cortex ſumptus ſomnificam vim habet, & ſi in magna quantitate eſitauerint, deleteriam vim & facultatem poſſidet. μελανοκέρασος dicitur, ideſt Solanum producens fructus Ceraſis nigris ſimiles, μέλαινος enim eſt niger apud Græcos, & κεράσια fructus Ceraſi.

De Bellan, siuè Pimpinella spinosa. Synonyma, & Etymum.

Bellan Rauuolf. & Lugd. ap. Pimpinella spinosa Clus. hisp. Cam. Chalceion Anguil. & Chalcios, siuè Ereria, vel Æraria Alijs. Poterion Ad. Lob. & Aliorum. Poterio affinis, folijs Pimpinellæ spinosa C. Bauh.

Bellan est vox vernacula. Pimpinella dicitur, quia folia ad similitudinem foliorum Pimpinellæ gestat, & spinosa vocata, quoniam spinas inter folia alit. Æraria Latinis dicta, Græcis χάλκειος vocatam fuisse Quidam arbitrantur, quòd eius folijs vasa ęnæa detergerentur, vel quòd ęrei coloris sit, nempè virentis obscuriùs, intersperso flauescentis nitoris paululò splendentis, χαλκὸς enim est æs hinc herba nuncupata, quòd ærei coloris sit. Poterij etymum, lege suo loco.

Belleregi sunt Myrobalani fructus, de quibus in secunda parte Phytologiæ verba locupletiora proferam.

Bellha, Dactyli dicuntur cum sunt maturi, vt in secunda parte Phytologię differemus.

De Beluedere, siuè Scoparia. Synonyma, & Etymum.

Beluedere Ges. hor. Scoparia Lob. Lugd. Linaria magna Alijs. Herba Studiosorum Tab. Osyris Gręcorum Quibusdam. Linaria erecta angustifolia C. Bauh. Linaria scoparia dicta Nonnullis. Scopa Regia. Aliquibus Italis Granate.

Beluedere dicitur forsan, quòd bellè densissimeque fruticet, cum vireat per totam ęstatem, non solum in hortis, & viridarijs sata, sed etiam in fictilibus ornandi fenestras gratia asseruata, nam densa eius coma, & nitido virore ad similitudinem Cupressi assurgit, & formam spectabilem reddit. Scoparia nuncupatur, eò quia ex ea Scopę componantur: Linaria verò dicta, propterea quòd folia, Lini folijs simillima producat. Herba Studiosorum appellatur, quoniam qui studijs dant operam aspectu huius herbæ delectantur, cum nitido virore oculos recreet, & foliorum venustate exhilaret. Osyris Gręcis ὄσυρις fortè ὀζύρις, quasi ramosa, nam multos producit ramos ὄζος enim apud Gręcos est ramus: quamuis hodiè in Gręcia ὀξύρις nominetur Scopa Regia verò, quasi digna, qua verrantur Regiarum aulæ.

Bellinuntia est Hyoscyamus albus à Gallis ità appellatus.

De Bellide. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Bellis, siuè Belus per simplex l nomen proprium viri fuit primi Regis Assyriorum, & patris Nini à Sole deductum, qui Assyriorum lingua Bel dicitur. Belis, idis significat filiam, vel neptem Beli: vndè Belides dictæ sunt quinquaginta filię Danai Beli filij. Item Bellis est herba, de qua in pręsenti.

Bellis maior Matth. Dod. Fuchs. & Aliorum. Bellis syluestris caule folioso maior C. Bauh. Oculus Bouis Brunf. Buphtalmum eidem maius. Consolida media vulnerariorum Alijs. Bellium maius Tab. Bellius Nonnullis. Gręcis tamen incognita videtur, & Bellio Plinij esse creditur.

Bellis dicitur, quasi Bellus, nimirum pulcher. vel quia huiusmodi flores videantur tot Danai filię Belides appellatę in pratis vagantes, sed hoc etymum intelligendum est de floribus Bellidis minoris in pratis nascentibus, vel ad mentem Iacobi Cornuti Bellium florem, quasi bellicum à Bello dici credit, quòd Belli tempore maximè sit efficax in curatione vulnerum, quibus nihil in Bello frequentius est; qua propter Conso-

Consolida vulnerariorum à Nonnullis appellatur Etyma aliorum nominum, lege suo loco.

Bellis minor Matth. Bellis pratensis minor Ad. Bellis syluestris minor Fuchs. Dod. C. Bauh. Primula veris Cęs. Italis Fiori di primauera, & Margaritini siluestri.

Bellis hortensis multiplici flore Lob. Tab. Bellis hortensis flore pleno, eoquè magno, vel paruo C. Bauh. Primula veris multiplici foliorum ordine Cęs.

Bellis hortensis prolifera C. Bauh. Bellis prolifera Cam. Bellis hortensis suauerubens, viridisque prolifera Lob.

Bellis lutea folijs profundè incisis maior C. Bauh. Bellis maior lutea Trag. Chrysanthemum segetum folio multiscisso Ad. Chrysanthemum aruense Tab. Chrysanthemum folio virentiore Cam.

Bellis ramosa vmbellifera Iacobi Cornuti ità dicta, quòd huius flos, non vt aliarum in vnoquoque caule singularis nascatur sed in vmbellam se spargat.

Bellis cerulea, lege Aphyllantes.

Bellis spinosa folijs Agerati C. Bauh. Bellis spinosa elatior Lob. Hic in gratiam Lectoris damus figuram Bellidis minoris folijs Agerati, quam olim D. Michael de Campis collegit in littore maris, & transmisit: huius herbę descriptio in secundo Tomo partis primę Phytologiæ suo loco erit reponenda.

BELLIS MARITIMA
folijs Agerati:



Belmu-

Belmuſcus Ægyptiorum, lege Abelmoſch.
Beloacos, & Belotocos, lege Dictamnus.
Belzoinum Officinarum eſt Gummi, ſeù Lacryma ex Beniuiſera arbore fluens, & dicitur Benzoinum, Benzoum, Beneuinum, Belzoi vulgò, Ben Iudęum, Beneui, & Aſa dulcis: vt dicemus in ſecunda parte Phytologiæ.

De Benedicta, ſiuè Caryophyllata. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Benedicta ſunt bona verba, placida, & beneuolentiæ plena; quibus opponuntur maledicta. Bene dicta etiam diuiſis dictionibus dicimus pro ijs, quæ commodè, prudenter, & appoſitè dicta. Benedicta verò eſt etiam herba de qua in præſenti.
Benedicta Geſ. hor. Herba benedicta Brunſ. Caryophyllata Alijs. Caryophyllata vulgaris Multorum Matth. Lugd. Tab. &c. Geum Tur. Gariofillata verò vulgò Cæſ. Italis Garofanata.
Benedicta dicitur, & Herba benedicta ab inſigni eius efficacia. Caryophyllata verò ab odore radicis, ſit dicta videtur, vernali enim tempore eruta Caryophyllum aromaticum odore refert. Geum verò dicitur eò quia apud Græcos γαίω exponitur glorior, ſuperbio: hinc Geum herba, ideſt gloria, & ſuperbia alpium, ſed hoc etymum præcipuè eſt intelligendum de Caryophyllata alpina, nam vbique in Alpibus copioſè reperitur, & fertiliſſimè luxuriat.
Ben Iudęum, lege Belzoinum.
Ben magnum Medicorum vulgò, Monard. eſt Auellana purgatrix, de qua in ſecunda parte Phytologiæ diffuſiùs tractabimus.
Ben album, ſiuè Polemonium, lege Been album.
Ben paruum Monardi eſt Glans vnguentaria, de qua in ſecunda parte Phytologiæ erit ſermo,
Beneran Arabibus dicitur Verbena Scroder. Pharmac.
Beneuinum, & Benzoinum, lege Belzoinum.
Ber, & Bor Garziæ Frag. eſt arbor exotica, vt dicemus in ſecunda parte Phytologiæ.
Bera vox eſt Germanica, & Britannica, alio nomine Cereuiſia dicta, potum eſt ex Hordeo compoſitum. Italicè Birra, & eſt quid ſimile Zytho antiquorum.
Berbena, lege Verbena.
Berberis frutex eſt, vel arbor, cuius ſpinæ in ea appendices vocantur, vt in ſecunda parte Phytologiæ diffuſius agemus.
Beretinus arbor, & Beretinus fructus, lege in ſecunda parte Phytologiæ.
Bericoca, Baricocha vulgò ſunt Mala armeniaca ità dicta, quaſi Præcoqua, vel Præcocia, quia ante alia malorum genera prius matureſcant, vt in ſecunda parte Phytologiæ tractationem in medium afferemus.
Bernacles arbor Indica, de qua in ſecunda parte Phytologiæ.
Berula, lege Anagallis, aquatica folio maximo.
Beſaſa Syris appellata eſt Ruta ſyluestris, ſiuè Harmala Rhenod. Pharmach.

De Beta. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Betæ à Diogene appellabantur homines molles, & delicati: vndè & Betizare dixit Auguſtus pro languere, & effęminari. Bltemetæ ſunt herbæ hort enſes ex olerum genere, de quibus in præſenti.
Beta alba Matth. & Aliorum. Beta candida Trag. Beta alba, vel pa lleſcens, quæ Cicla Officinis C. Bauh. Græcis τεῦτλον. Italis Bieta, Bietola, & Bi eda.

Beta dicitur, quoniam figuram litteræ B. dum ſemine turget referre videtur, ſummitatem enim in cacumine reflexam habet ad figuram litteræ B. Vel dicitur Beta à Bętica regione Hiſpaniæ; vel Beta nuncupatur, quaſi βάπτα, ideſt merſa, nam cacumen in terram merſum ſemper habet, βάπτω enim apud Græcos eſt mergo. Beta Cicla dicta, quaſi circularis à circularis circumſiſtentia cacuminis ipſius herbæ, dum ſemine turget, nam circulum efformare videtur, κύκλος enim Græcis circus, & circulus nuncupatur, vel Cicla quaſi Sicla, nimirum Sicula, τεύτλον, & σεύτλον apud Græcos nominatur etiam Beta ab impulſu, quòd facilè cacumina ad terram impellantur.

Beta rubra vulgaris Ad. Lob. Beta nigra Matth. Dod. & Aliorum Beta nigricans, Beta vulgatior, & Beta viridis, Nonnullis. Græcis τεῦτλον μέλανον ideſt Beta nigra nam Græcis μέλανος eſt niger.

De Beta rubra Matth. Synonyma, & Etymum.

Beta rubra Matth. & Aliorum. Rubra romana Dod. Rapum rubrum Fuchs. Beta Erythrorizos Lugd. Scutloſtaphylinum Geſ. hor. Beta carota Nonnullis. Græcis τεῦτλον ἐρύθριον Beta platycaulos ab Alijs nominatur, Italis Bieda roſſa.

Beta Erythrorizos dicta ideſt habens radicem rubram, nam apud Græcos ἐρυθρὸς eſt ruber, ῥίζα eſt radix. Beta platycaulos dicta ideſt habens latum caulem, nam πλατὺς latus ſignificat, & καυλὸς caulis. Scutloſtaphylinum appellatur, nam σεύτλον, & τεύτλον apud Græcos Beta nominatur σταφυλὴ verò eſt vua, eò quia cacumina ad inſtar racemi vuæ dependentia habeat. Beta carota dicitur quia radicem Carotæ rubræ, ſimilem ſanguineo colore præditam oſtendat.

Betella Lugd. Betel Caſt. Betellæ Acoſt. Betle, vel Betre Tab. Garz. Tembul pro Tambul. Auicennæ. Betre Malacenſium Volubilis modo arbores ſcandit, lacertæ caudam æmulata C. Bauh.

De Betonica. Synonyma, & Etymum.

Betonica apud omnes Botanicos hoc nomine inſignitur. Vetonica Cord. in Dioſc. reperitur flore purpureo, & albo Græcis κεστρον à remediorum copia, & varietate, vt Nonnulli volunt. Alij verò Ceſtron dictam volunt à floris ſpicata, & mucronata acutie: nam apud Græcos κεστρον dicitur eſſe teli genus. Pſychotrophon etiam nominatur cum Græcis ψυχότροφον dicatur, quoniam frigidis in locis alatur τρέφω enim eſt alo, nutrio, educo, & ψύχω frigefacio, refrigero.

Betonica verò ſic dicta, quaſi Vetonica à Vetonibus Hiſpaniæ populis, qui primi eius vſum inuenere; vndè Vetonicæ, ſiuè Betonicæ nomen adepta eſt.

Betonica altilis, ſiuè Vetonica altilis, eſt Caryophyllus altilis maior, & vocatur Betonica coronaria.

Betonica aquatica Septentrionalium eſt Scrophularia paluſtris non fętida, ſiuè aquatica, Tarpentaria, ſiuè Terpentaria Dilphij apud Lobel. ita nuncupata quaſi Trepentaria à verbo græco τρέπω delecto, oblecto, exhilaro eò quia ſuo aſpectu delectationem afferat.

Betonica ſylueſtris coronaria eſt Caryophyllus ſylueſtris.

Beto-

Betonica Pauli Dod. est Veronica spicata.
Betre, lege Betella.
Betula est arbor, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.
Betulus arbor, lege in secunda parte Phytologiæ.
Bexugo, & Besciuco del Perù, ad Atragene sarmenta proximè accedentia Clusius in notis ad Monardem, Clematitis Peruuiana C. Bauh.
Beza arbor est, cuius historiam in secunda parte Phytologiæ examinabimus.
Bezoardica radix Tab. Drakena radix Clus. & Lugd. Cyperus longus inodotus Peruanus C. Bauh.
Bibinella Cæs. Plantago angustifolia Dod. Coronopus marinus Cam. Coronopus maritima maior C. Bauh. Plantago marina Dod. gal. & Aliorum Plantago maritima Ges. hor. Lugd.
Biblos βίβλος arbor in Ægypto, quæ, & Papyrus dicitur, cuius cortice ad chartas, ligno autem ad nauigia vtebantur, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

De Bidente, siuè Cannabina aquatica. Synonyma, & Etymum.

Bidens folio non dissecto Cæs. Eupatorium cannabinum fœmina Septentrionalium Ad. Lob. Cannabina aquatica folio non diuiso C. Bauh. Hydropiper aliud Dalechampij Lugd. Eupatorium cannabinum chrysanthemum Tab. Conyza palustris Eyst. Cannabinæ aquaticæ similis capitulis nutantibus C. Bauh. in Prodromo
Bidens nuncupatur ab effectu, eò quia folia huius herbæ vtiliter pecoribus tussientibus exhibentur: nam Quidam Bidentes intelligunt oues, aut alia pecora, quæ per ætatem duos dentes altiores habent, vel Bidentes dictæ sunt, quasi bidennes, postea biennes, deinde vocabulo longo vsu loquendi corrupto, quæ prius bidennes dicebantur, posteà bidentes appellatæ fuere. Eupatorij etymum, lege suo loco. Cannabina dicitur propter foliorum cum vera Cannabi similitudinem, idest parua Cannabis. Hydropiperis, & Conyzæ etyma lege suo loco.
Bidens folio tripartito, diuiso Cæs. Hydropiper Lugd. Hepatorium aquatile Dod. Pseudohepatorium fœmina Dod. gal. Thal. Forbesina Bononiensium Ges. hor. Verbesina Ges. ap. Verbenaca recta Cord. in Diosc. Verbena supina, vel tertia Trag. Cannabina aquatica folio tripartito diuiso C. Bauh.

De Bifolio, siuè Ophri. Synonyma, & Etymum.

Bifolium Lob. Lon. Cam. Ophris bifolia Ger. C. Bauh. Perfoliata syluestris mas Brunf. Satyrium decimum, & bifolium Trag. Alisma Cord. Ges. hort. Ophris Matth. & Multorum. Pseudorchis, seù Bifolium Dod.
Bifolium dicitur à numero foliorum, idest à geminis folijs, nam bina solummodò gestat folia. Ophris nuncupatur, eò quia Græcis ὄφρυς est supercilium, nimirum ea frontis pars, quæ pilos habet: hinc herba ità nuncupata, quia in pilis denigrandis magnam habeat prærogatiuam. Perfoliatæ, Satyrij, Alismæ, & aliorum nominum etyma, lege suo loco.

Bifolium bulbosum, Pseudorchis Dod. ed. Belg. Ophris bifolia, bulbosa C. Bauh. reperitur aliquando hæc herba trina habens folia, ideò à Nonnullis Authoribus Ophris trifolia dicitur, & à Brunf. Perfoliata syluestris fœmina nuncupatur.
Biondella vulgò, lege Centaurium paruum.
Bipennula, vel Bipinella, lege Pimpinella.

Bisa

Bisa, & Biza radix est, quæ ex Bengala, & Patanæ montibus adfertur, Acosta cap. de Datura. Symphito viribus affinis C. Bauh.
Bisermas Cam. lege Aman.
Bisacutum à Nonnullis dicitur Gingidium, sed inter nothas, ac reiectas voces extat.
Bissaria ab Aliquibus dicitur Serpentaria maior.
Biscutella est Tlaspi species, nempè Thlaspi paruum Lob.

De Bislingua, siuè Hippoglosso. Synonyma, & Etymum.

Bislingua Clus. Bonifacia, & Bislingua Anguil. Laurus taxa Plinij Lugd. Rusco affinis prima Cæsalp. Radix Idæa Diosc. Col. Laurus Alexandrina Theoph. Clus. hist. & Aliorum. Daphne Alexandrina Fuchs. Hyppoglossus Ges. hor. Hyppoglossum Matth. & Multorum. Vuularia Brunf. & Aliorum. Laurus Alexandrina fructu pediculo insidente ἱππογλωττον Græcis. Ligulata, vel Linguata Penæ. Italis Bislingua, siuè Bonifacia. Bononiensibus Lingua pagana.

Bislingua dicitur à ligulis folijs hærentibus, habet enim folium, & in medio folij aliud folium insertum, ceù linguam, de folio exeuntem, ità vt duo folia videantur, vndè διγλώσσον à Nonnullis nuncupatur, Bonifacia vocatur fortè à copia bonorum, quæ humano corpori affert, nam bona facit vndè Bonifacia dicta. Laurus taxa appellatur ob foliorum cum vera Lauro similitudinem, taxa verò vocatur à colore fructus, qui Taxi arboris baccas omninò refert. Rusco affinis dicitur, nam folium in medio folij existens, folium Rusci perbellè imitatur. Radix Idæa nominatur, eò quia in monte Ida copiosissimè crescat. Laurus Alexandrina ab Alexandria Troadis, vbi mons est Ida, circa quem frequentissimè nascitur, est denominata. Daphne Alexandrina, quoniam à Græcis Laurus δάφνη appellatur. Hippoglossus, Hippoglossum, & Hippoglosson nuncupatur fortè, quia ἵππος apud Græcos est equus γλῶσσα verò, & γλῶττα est lingua: hinc herba ità dicta, idest magna lingua, cum duo folia in vno insint folio. Vel ità nuncupatur ab ὑπὸ quòd significat sub, & γλῶσσα lingua idest sub lingua, quia propagines paruarum linguarum sub summis corymbis producit: vel quia cum folium linguam imitetur, & subtus folium aliud folium habeat insertum, ideò Hippoglossum, & Hippoglotton nuncupatur, quia sub lingua sit, vel quoniam medeatur affectui puerorum, qui duas linguas habere videntur, & ob hanc rationem Ligulata, vel Linguata vocitatur, & lingua pagana, nam affectus huiusmodi ita Bononiensibus appellatur.

Bislingua altera fructu folio insidente. Laurus Alexandrina altera Matth. Laurus Alexandrina Chamædaphne Guil. Rusco affinis altera Cæs. Hippoglossum Matth. Ger. Dicitur Chamędaphne, idest humilis Laurus, nam apud Græcos χαμαὶ dicitur humilis δάφνη verò Laurus.
Bismalua, lege Althæa.
Bisnaga, siuè Visnaga, lege Gingidium.
Bistacion est arbor, de qua in secunda parte erit sermo.

De Bistorta. Synonyma, & Etymum.

Bistorta maior Dod. Tab. & Multorum. Bistorta Britannica Lob. Colubrina, & Dracunculus maior Brunf. Serpentaria fęmina, & Colubrina Fuchs. Bulapathum, seù Bistorta Fracast. Italis Bistorta.

Bistorta dicitur eò quia radicem in se contortam, & conuolutam Serpentis iacentis modò habeat: & ob hanc rationem Serpentaria, Colubrina, & Dracunculus nuncupatur

cupatur

cupatur Bulapathum verò appellatur, quoniam folia Lapathi instar producat, & maiora aliquando promat.

Biturica vua cur dicta, lege in secunda parte Phytologiæ.

Bitus, lege Blitum.

Bixa Ouiedi est arbor Mexicana, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Biza radix, lege Bisa radix.

Blanchette Narbonensium Antonij Donati est Kali minus Penæ.

Blaptisecula lege Baptisecula.

De Blattaria. Synonyma, & Etymum.

Blattarla Matth. Fuchs. Dod. & Aliorum. Verbasci species. Chrysogonum, an potius Blattaria Plinij, Ad. Verbascum leptophyllum Cord. Italis Blattaria.

Blattaria dicitur vt Nonnulli opinantur, eò quia abiecta Blattas in se contrahat, vel vt Alijs placet, quia facultatem habeat fugandi blattas. Chrysogonum nuncupatur nàm apud Græcos γόνη, & γονος est semen, χρυσὸς verò est aurum, hinc χρυσόγονον, ideſt semen aureum. Leptophyllum verò dicitur, nempè tenue folium habens, nam λεπτὸς est tenuis φυλλον verò folium.

Blatterlos Hollandis fruticulus Rosæ Hiericunthinæ similis, vt in secunda parte Phytologiæ dicetur.

Blechnon, βλῆχνον, & Bletrus, lege Filix.

Blechon, βλήχων est syluestre Pulegium minoribus folijs, quàm satiuum; lege Pulegium.

De Blito. Synonyma, & Etymum.

Blitum album maius, & Blitum album minus dicitur ab omnibus Authoribus Bletum Nonnullis Blitum polyspermon. Polyspermon Lob. Tab. Polysporon Cassiani Ang. Lugd. Atriplex syluestris, siuè Polyspermon Ges. Blitus, & Bitus Aliquibus. Italis Bidone siluestre. Bononiensibus farinoto.

Blitum dicitur, quasi βλητόν, ideſt abijciendum, vel propter inertiam, & vilitatem, vel ob insulsum, fatuum vè saporem à βάλλω iacio, abijcio, proijcio, hinc βλῆμα iactus, βλητος ictus. Festus verò à βλαξ pisce omninò inutili deducit, licèt, & stolidum, & insulsum significet: vel Blitum vocatur, quasi vilis Beta, vt placet Isidoro. Polyspermon nominatur à seminis copia, nam Græcis πολὺ est multùm σπέρμα est semen. Polysporon verò σπορα' apud Græcos vsurpatur pro prole seu fœtu.

Blitum rubrum Matth. & Aliorum. Blitum rubens Dod. Blitum nigrum Ang. Olus rubrum Scuuentfelt.

Blitum rubrum minus. Sanguinaria Brunf. Blitum minus rubrum. Sanguinaria nuncupatur à colore rubro, quo tota planta est prædita.

Blitum indicum, & Blitum Peruanum, est Amaranthi species, lege Amaranthus.

Boabab Alpini, lege Baobab.

Boaria lapa lege Lappa boaria.

Boaria Romanis, lege Buphthalmum.

Bodaglam fructus exoticus, lege in secunda parte Phytologiæ.

O De

De Bolbonach, siuè Viola latifolia. Synonyma, & Etymum.

Bolbonach, & Bulbonach Ges. hor. Viola latifolia Dod. Clus. Viola lunaria maior siliqua rotunda C. Bauh. Lunaria græca Lon. Lunaria maior Cam. Viola lunaris Tab. Thlaspi montanum Ges. alterum Crateuæ Quibusdam. Bulbosa foliata Officinarum. Bolbona Ad. Sinapi Persicum à Nonnullis appellatum.

Bolbonach dicitur, & Bulbonach à radicibus bulbosis, vt Nonnulli opinantur, vel vt alijs placet à voce Arabica Bolbonach. Viola nuncupatur ratione florum, nam flores Violæ similes producit. Lunaria nominatur à siliquarum forma, quæ latæ, planæ, & propemodùm rotundæ sunt, & Lunam non falcatam, sed integrè completam referunt: vel à siliquarum splendore argenteo in media membrana existente, quæ per siccitatem nitent, decidentibus seminibus. Thlaspi, & Sinapi etymum, lege suo loco.

Bolbonac radice rediuiua, siuè Lunaria raphanitis Lob. ico. Viola lunaria maior siliqua oblonga C. Bauh. Lunaria græca siliquis longis Ges. Lunaria odorata Alijs. Lunaria græca siliquis oblongioribus Thal. Viola græca perennis Eyst.

Bolbocastanum, lege Bulbocastanum.

Bolunbac fructus arboris pomiferæ, vt in secunda parte Phytologiæ exprimam.

De Bombace. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Bombax à Veteribus vsurpatum est pro aduerbio contemnentis, vel negligentis Plaut. Bombax arbor est inter lanigeras arbores, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ Bombax etiam est herba, de qua in præsenti fit sermo.

Bombax, & Bompax Officinarum Xylon, siuè Gossypium Matth. & Aliorum Cotonium, & Coctonium Nonnullis. Cotum, Cottus, & Cotto Aliquibus. Officinis Lanugo, Xylon herbaceum Alijs. Græcis ξύλον, & γοσσύπιον Italis Bombace.

Bombax dicitur Barbaris, quoniam filamenta sunt subtilia ad instar serici, cuius vermiculus à Latinis vocatur Bombyx. Xylon Græcis à verbo græco ξαίνω carmino, quia ad instar lanæ carminari debeat, idest pectinari; ideò lina indè facta Xylina nuncupantur. [Gossipium appellatur, immò deberet dici Cossipium κώς enim apud Græcos dicitur ouinum vellus, nempè lana ex oue dempta ἴψ ἰπὸς est species vermiculi, vndè Cossipium, quasi lana vermiculi; nam hæc herba producit floccos lanæ albæ, vel setæ vermiculi similes, vndè illi nomen Cossipium: vel quasi Gausapium, vel Gausapinum; Gausapina enim est villosæ vestis species, qua hyberno tempore, & frigido Veteres vtebantur, & quoniam Gossipij semen est villosum, hinc dicitur Gossipium. [Cotonium, & Cotum, siuè Coton nuncupatur à fructu, eò quia cum Malo cotoneo similitudinem gerat, nam fructus illi inest angulosus, vt Malum cotoneum; vel ità nuncuparum fortè à similitudine illius lanuginis, quæ extrinsecus in Malo cotoneo reperitur.

Bon, vel Ban arbor indica ex cuius semine Ægyptij potum Caoua conficiunt vt in secunda parte Phytologiæ differemus.

Bonannas, vel Bannana arbor indica folijs amplissimis, de qua in secunda parte Phytologiæ.

Bona nox, lege Conuoluulus peregrinus Bona nox dictus.

De

De Bona, siuè Faba vulgari. Synonyma, & Etymum.

Bona, & Bœna, siuè Phaselus maior Dod. Boona Scroder. Faba vulgaris dicitur ab omnibus ferè Authoribus. Faba maior Recentiorum Lob. Græcis κύαμος Italis Faua.

Bona dicitur apud Germanos, est enim vox germanica apud ipsos vsitata. Phaselus verò nuncupatur, & Faba etiam nominatur quasi faga, fortè à verbo græco φαγῶ quòd significat comedo: nam olim homines frequentissimè vtebantur hoc legumine propter nutrimenti copiam. [Græcis κύαμος à feracitate dicta, vel κύαμος dicitur à verbo κυῶ significat prægnans sum, & αἷμα sanguis, quasi sit sanguine prægnans, & hoc conuenit cum Dioscoride, quando dixit Fabam esse vtilem incremento carnis.

Bona, siue Phaselus minor Dod. Faba minor Equina C. Bauh. Faba minor Ad. Lugd.

Bona syluestris Dod. Faba syl. Matth. & Aliorum Faba Græcorum syl. Lob. Pisa nigra Cam. faba syluestris fructu rotundo atro C. Bauh. Cucophicos Cretensium Honorij Belli Phaselus syl. & niger, Dod. gal. Phaselus fortè Veterum.

Bonduch Indorum arbor est exotica spinosa de qua in secunda parte Phytologiæ.

Bonifacia lege Bislingua.

Bonus Henricus lege Atriplex caninus.

Bonus Genius lege Peucedanum.

Boniaina fructus apud Indos, lege in secunda parte Phytologiæ.

Borametz Tartarica, Agnus Scythica Dalec. frutex est, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Borassus lege in secunda parte Phytologiæ de Palmæ partibus.

Borda quibusdam Dod. lege Alcali.

Borissa Bononiensibus est Scorpioides Matth.

Borith in sacris Paginis, in qua est acrimonia saponis, à nonnullis, Saponaria exponitur.

De Borragine, siuè Buglossa. Synonyma, & Etymum.

Borrago ab omnibus ferè Botanicis hoc nomine insignitur. Buglossum verum Matth. & Aliorum. Buglossum latifolium Lob. Vulgare Clus. Bubula lingua. Bouis lingua, & Buglossa vrbana, Alijs. βούγλωσσον, & εὐφρόσυνον. Italis Boragine.

Borrago dicitur, quasi Bouago, quia folium propter asperitatem linguam bouis imitatur. Vel Borago appellatur, quasi Corago, quoniam eius flos reponitur inter cordialia medicamenta. [Buglossum verò nuncupatur ideft lingua bouis, vel lingua bubula, eò quòd folia bubulas imitantur linguas in asperitate, & figura, & maximè hoc est intelligendum de folijs Buglossæ syluestris. γλῶσσα enim Græcis est lingua, βοῦς est Bos. Dicitur etiam εὐφρόσυνον, quòd in vinum coniecta animi voluptates augeat, nam apud Græcos εὐφρόσυνος significat lætitiam afferens, & εὐφραίνω est lætitia afficio, lætum reddo, exhilaro, oblecto.

Borrago semper virens, Ger. Buglossum folio Boraginis Hispanicum Io. Bauh. Buglossum Hispanicum, Cæs. Tab. Buglossum latifolium semper virens C. Bauh. Buglossum semper virens, Ad. Lob. Lugd. Cam. Borrago hiemalis, Alijs. Dicitur autem hiemalis, & virens, semper, quia tota hieme viuit, nec annua est planta.

Borrago echioides Alpini, ità dicta quoniam in feminibus figura capitis serpentis nimirum Viperæ obseruatur. ἔχις ἔχιος Græcis est Vipera.
Borrago minima Herbariorum, lege Asarum muri.
Borrago longifolia est Buglossum syluestre.
Borrago minor syluestris, καρποχηνόπους Col. ita dicta, quia semina, Anseris auis pedum modo quinque partita habeat nam καρπὸς est fructus, χὴν verò est Anser, πούς est pes, apud ipsos Græcos.
Boscisaluia est Saluia agrestis, siue Sphacelus, ità dicta quasi nemoris Saluia.
Bosmorus frumenti religiosi genus est, tritico minus, apud Indos inter amnes prouenìens, quòd excussum protinus torretur; iuramentoque adiguntur messores non asportaturos priusquam coxerint, ne semel in alias terras transferri possit, Strabo. Alij Bosphorum legunt, sed malè dicitur Bosmorus, quasi βόσις μόρος, nempe cibus fatalis, vel exitialis, quia non potest inde asportari, nisi prius torreatur. βόσις exponitur cibus, & μόρος portio fatalis, significat etiam infortunium, & exitium.
Botana dicitur herba, Græcis βοτάνη deducta à verbo græco βόω pasco, quia propriè herba sit pabulum herbilium animalium.
Bothomarien Mauritanorum Cyclamini species est.
Botonaria, lege Aphyllantes.

Et Botry. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Botrys oppidum est Phœniciæ, cuius mentionem facit Plinius: est etiam Botryn racemum vuæ, nam Græci βότρυν racemum vocant.
Botritis Cadmia factitia est, quæ vuæ speciem refert. Scroder. Botrys est etiam Herba, de qua in præsenti.
Botrys, Matth. & multorum. Patientia Gallis, & nonnullis Italis, Cam. Botrys, Artemisia turcica Eyst. Botrys altera Ambrosiæ species, cuius semen Amomum Officin. Quibusdam Cord. in Diosc. Vua herba Schuuentfelt. Botrys Ambrosioides vulgaris C. Bauh. Herbam Hierusalem alij vocant. Græcis βότρυς. Italis Botri.
Botrys sic dicta à semine quòd racematim ramulis adnascitur vuarum modo dependens, βότρυς enim est vua, vel quia producit semen instar racemi vuæ, vel quia eius semen fit vinosi odoris; deberet igitur nuncupari βοτρυώδης idest racemosa. [Patientia dicitur forsan, quia tardissima est, & nunquam ad perfectionem prouenit, nisi Augusto, vel Septembri mense. [Artemisia turcica appellatur eò quia folia gerat ad similitudinem Artemisiæ, & in Turcarum regionibus frequentissimè crescat, & ob hanc causam herbam Hierusalem nominarunt.

Botrys Ambrosioides Mexicana. Atriplex mexicana Nonnullorum; attamen propter odorem grauem, & saporem aromaticum, & propter florum, & seminum copiam ad Botrym referunt.
Botrys Chamædryoides, lege Chamædrys laciniatis folijs.
Bourgespine Monspeliensium arbor est, de qua in secunda parte Phytologiæ.
Boulapathon est lapathi genus grandius; lege Lapathum.
Brachia, sunt plantarum, præcipuè autem arborum rami extensi instar brachiorum in homine, lege in secunda parte Phytologiæ.
Branca vrsina, lege Acanthus.
Branca lupina, lege Cardiaca.
Branca leonina Pastinacæ syluestris latifoliæ speciem esse autumant nonnulli.
Brance farris gallici species est.
Brascandula apud nonnullos est Bryonia alba, seu aspera baccis rubris C. Bauh.

Bra-

Brasma Dioscoridi arbor est, de qua in secunda parte Phytologiæ.
Brasilia arbor, lege in secunda parte Phytologiæ.

De Brassica capitata. Synonyma, & Etymum.

Brassica capitata Matth. & Lacuturris, necnon, & Aliorum. Brassica alba sessilis glomerosa, aut capitata lactucæ habitu Ad. Brassica capitata alba C. Bauh. albida Dod. cui Tritiana Lugd. Cæs. Brassicæ capitatæ primum genus, & Cumana Plinij Cæs. Brassica alba sessilis, & glomerata Lob. Caulis capitatus, capitulatus Trag. Caputium Brassicæ tertium genus Cumanum Plinij Eric. Cord. κράμβη κεφαλώδης Diosc. Coramble. Italis Cauoli, Capucci, e Verze.

Brassica dicitur à vorando, nam apud Græcos βρώσκω significat comedo βρῶσις verò est cibus, hinc Brassica ἀπὸ τοῦ βράζειν dicta, idest à vorando, nam à Plebeijs cruda, & cocta in cibis expetitur, propter iucundum saporem. Brassica etiam à nonnullis appellatur, quasi Præseca, quia ex eius scapo, quem maximum habet, folia minutatim præsecantur. [Capitata nominatur, & Caputium à forma, quoniam ad tantam magnitudinem excrescit, vt capitis humani magnitudinem æquet, & aliquando superet. [Lacuturris vocatur propter albedinem, nam intus candida est instar lactis. [Sessilis dicitur quasi sedens, hoc est, quæ ità humi proiecta est, vt sedere videatur, neque sursum recta est, aut in sublime ascendit. Glomerosa etiam dicta, quia in globi speciem est efformata. Tritianæ nomine insignitur, fortè quia folia tricenarium numerum implent. [Cumana vocata forsan à Cuma ciuitate Æolica in qua primùm inuenta est. Caulis verò dictus, quia præ cæteris grandi validoq; turgescit caule. [κράμβη Græcis quasi, κόραμβλη quod oculorum pupillas, quas Græci vocant κορὰς obtundat, hebetetq; ac lædat, κόρος enim est pupilla, siue nigrum illud, quòd est in medio oculi, αμβλὺς verò est obtusus, hebes, & propriè de ferro dicitur cuius acies est obtusa, & transfertur ab acie ferri ad aciem oculorum. [Vel Corambem integro nomine protulerunt, quasi κόρω ἀμβῆ, vel meliùs ἀντίβη, idest crapulæ, satietatiq; contraueniat, hinc ἀκραίπαλα à Græcis vocantur medicamenta, quæ crapulæ resistunt, interquæ numeratur; & Brassica κεφαλώδης verò nuncupatur, idest caput imitans, nam κεφαλὴ est caput.

Brassica capitata polycephalos, Lugd. Brassica ex capitibus pluribus conglobata C. Bauh. nam in hac multa capita ouorum magnitudine numerantur.

Brassica caule rapum gerens, Dod. rapicaulis Cam. Brassica raposa, Rapitius caulis Catoni, Lugd. Caulorapum Lob. Tab. Rapa brassica peregrina caule rapum gerens, Lob. Brassica gōgylodes C. Bauh. Brassica thyrsuta Gesf. hor. Caulorapa Brassica peregrina, medio caule turbinata, & rapata Ad. Neapolitanis Cauoli Torzuti.

Brassica gongylodes dicitur idest in formam rotundam efformata γόγγυλος enim idem quod στρόγγυλος, nimirum rotundus, idest in formam rotundam, aut turbinatam contractus, siuè conglobatus. [Thyrsuta verò appellatur eò quia folia virgulæ in modum, vel teli rectitudinem consurgunt: dum eius caulis crassescit infra folia iuxta radices extuberatq; in rapi mediocris magnitudinem θύρσος enim Græcis est hastula frondibus vestita, quæ in honorem Bacchi gestabatur: hinc folia huius Brassicæ hastulam repræsentare videntur.

Brassica cauliflora, Dod. Cam. C. Bauh. Brassica Pompeiana, aut Cypria Lugd. Brassica læuis, Matth. Cæs. Cast. Brassica florida, Ad. Ger. Brassica florida botrytis, Lob. Brassica prolifera florida Tab. Italis Cauoli fiori. Bras-

Brassica alba, vel viridis non capitata, Brassica læuis, Matth. Cæs. Cast. Brassica candida, Ges. Brassica alba vulgaris, Lugd. Brassica vulgaris satiua Lob. Dod. Brassica lea, idest leuis, vel latis folijs aliter caulodes Nonnullorum.

Brassica rubra omnibus Authoribus Cumana, & Marrucina dicta Scuuentselt.

Brassica alba crispa, Brassica Sabauda Dod. Brassica patula crispa Sabauda æstiua, Lob. Sabellica Plinij, Alijs κραμβη ὀυλοφυλλος; ὀυλος enim est crispus, idest Brassica folia habens crispa.

Brassica Asparagodes Dalech. Lugd. Brassica crispa prolifera Tab. Brassica epiphyllitis; eius cauliculi Italis dicuntur Broccoli.

Brassica asparagodes dicta quoniam multos producit asparagos nimirum teneros caules, & tenera germina. Epiphyllitis vocatur, nam apud Græcos ἐπιφυλλις est racemulus, qui magno racemo superiacet, vel racemus per se paruus; ita dictus quòd tegatur folijs; hinc Brassica tali nomine insignita, quæ multos racemulos profert.

Brassica fimbriata Lob. C. Bauh. tophosa Tab. Brassica Sabellica, siuè crispa Dod. gal. Brassica nigra crispissima, Cæs. Fimbriata nominatur idest, per ambitum foliorum incisa.

Brassica Apiana crispa, Cam. Brassica Apij folio C. Bauh. Brassica Selinusia Tab. Selinada, & Apiana Plinio. Brassica Selinodes, Dod. Brassica Apiana dicitur idest Apij folio. Selinusia, Selinada, & Selinodes à similitudine foliorum Apij, quòd Græcis σέλινον nuncupatur.

Brassica syluestris, & campestris napifolia, dicitur etiam Perfoliata minor Ges. hort. Perfoliata napifolia Anglorum siliquosa, Lob. Brassica syluestris perfoliata, Dod. & Brassicula.

Brassica syluestris procera, Thal. Turrita maior, & Turritis Clus. Brassica syluestris ramosa, tota penè glabra C. Bauh. Turrita, & Turritis dicitur eò quia ad modum Turris in altum crescat cum caule, & folijs illi annexis.

Brassica Murciana, herba per terram diffusa, quam si quis attingat statim contrahitur, ex India Occid. missa, Monardi Lugd.

Brassica Marina lege Soldanella.

Brassica canina, lege Mercurialis syluestris, siuè montana.

Brassicula lege Brassica syluestris.

Brassilium, & Bressilium lignum est quod ex Brassilia adfertur de quo in secunda parte Phytologiæ.

Brasma, siuè Bresma exoticus fructus est, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Brechmasis, carbunculatio arboris piperis, vel Piperis grana vacua, vt suo loco demonstrabimus, nempè in secunda parte Phytologiæ.

Bria syluestris, in Achaia dicitur Tamarix, siuè Myrica Dalec. frutex vt breuiter enarrabo in secunda parte Phytologiæ.

Brindones, & Brindoyn fructus indicus tinctoribus expetitus; cuius historiam in secunda parte Phytologiæ paucis tantùm verbis notabo.

Brionia, lege Bryonia.

Brisa est Vinaceorum massa, ex qua vel vini, vel aquæ effusione fit vinum secundarium, vt diffusius differemus in secunda parte Phytologiæ.

Brysathaer, Chinæ arbor est; de qua non incuriosè historiam in secunda parte Phytologiæ percurram.

De Britannica Etymum, & variæ Authorum opiniones.

Britannicam Plinij. Alij Persicariam esse volunt.

Britannicam Ang. Saniculam alpinam, siuè Auriculam vrsi flore purpureo esse credunt,

Britannicam Cam. Staticem esse autumant,

Britannicam Ges. Cochleariam esse indigitant.

Britannicam Ges. Lugd. Conyzæ speciem esse existimant,

Britannicam Nonnullorum Sideritis quaterno folio speciem esse pro certò tenent. Britannicam dictam volunt, à regione Britannica quia nascatur in Insulis Oceano Britanniæ conterminis.

Bryteon, cortex vuæ, seu vinaceorum, quòd remanet vbi vinum fuerit expressum, vt dicetur in secunda parte Phytologiæ.

De Briza, siuè Zea. Synonyma, & Etymum.

Briza Dod. & Aliorum. Zea Briza dicta, vel monococos Germanica C. Bauh. frumentum loculare Ruell. frumentum barbatum, far venniculum rubrum Col. Zea simplex Matth. & multorum. Spelta vulgò Cæs. monococon, & monococos Alijs. Romanis veteribus semen dicebatur. Græcis ζεια, καὶ ζία ἁπλῆ. Italis Spelta Pirra, & Biada.

Briza dicitur à verbo græco βρίζω, post cibum somno grauatus sum, dormio: hinc βρίζα ita dicta, quòd huius panis esu homines dent corpora somno. Briza etiam sec. Galenum est nomen barbarum, vnde Panis niger Bizum vocamus, & Vulgus Bisum appellat. [Zea Latinis, & Græcis vocatur à verbo græco ζάω viuo vel quia ex Zea primùm viuerent, & alerentur homines vel quia pro victu Animalium melior sit. [Monococos dicitur quòd simplicis sit grani, nam Græcis μόνος exponitur solus, vnicus, vnus, κόκκος verò granum. [Frumentum loculare frumenti etymum lege suo loco. Loculare verò nominatur vt vulgò Galli nominare consueuere, partim etiam Locar, quasi loculare, quòd pluribus tunicis perinde, quasi loculis inuolutum condatur. Item pullare dicitur, quia ex rubro in pullum degeneret colorem, [Frumentum barbatum appellatur à densissimis, & numerosissimis aristis, quibus tota prædita est spica. [Far venniculum, idest verniculum, quòd est Veris, eò quia verno tantùm tempore feratur, & maturescat. [Spelta dicitur quasi Pelta, idest plana, quia spicam habeat planam granis tantùm vtrinque è lateribus, simplicibus versibus prodeuntibus.

Briza, siuè Zea dicoccos, vel maior dicitur, quia grana bina iuncta habeat, nam duplici grano prædita est.

Brochon arbor est, cuius historiam in secunda parte Phytologiæ, crassiore musa eximam.

Bromos, lege Ægylops, siuè Festuca auenacea sterilis.

Bronchus, ramus est ab arbore abscissus, lege in secunda parte Phytologiæ.

Brusalago, lege Tithymalus Paralius.

Brumaria, lege Leontopetalon.

De Brunella, siuè Prunella. Synonyma, & Etymum.

Brunella Dod. Lob. Brunf. Brunella maior folio non diffecto C. Bauh. Prunella multorum vulgaris, & sexta Tragi, Consolida minor Matth. minima, Cam. Symphytum petreum Lob. ico. Solidago minor, Alijs. Italis, Consolida minore, ouer Prunella.

Brunella dicitur à colore bruno, siuè fusco, quo prædita est: hic enim color apud multos brunus vocatur, ideft subniger, non planè niger. [Vel ab effectu nomen accepit, eò quòd faucium, & linguæ inflammationibus, seù potiùs malo castrensi Germanis diebrun nuncupato medeatur. [Prunella nuncupatur à forma foliorum, nam folia huius herbæ formam foliorum Pruni præ se ferunt. Consolidæ, & Symphyti etymum lege suo loco.

Brunella minor alba laciniata C. Bauh. Prunella candida altera septima, vel fæmina Tragi.

Brunella altera, Dod. Brunella folio laciniato C. Bauh. Prunella altera Cæs. secunda Clusij.

Brungi, lege Burungi.

Brusathaes, Scalig. Pigafettæ, & Lugd. Arbor est, de qua in secunda parte Phytologiæ paucis historiam exponam.

Bruscandula, lege. Lupus Salictarius.

De Brusco, siuè Rusco. Synonyma, & Etymum.

Bruscus, siuè Ruscus omnium ferè Authorum. Ruscum Dod. Centromyrrhini Theoph. Oxymyrsine Ang. Myrtus syluestris Tur. Myrtacantha, murina spina, Lob. ico. Italis Brusco, & Pungitopo.

Bruscus dicitur ab Italis, nam est nomen corruptum à Rusco addita littera B. Bruscum nominant. [Ruscus nuncupatur, quasi Russus à colore fructus ad rufum inclinantis dilutiùs tamen rubentis. Centromyrrhini, κεντρομυρρίνη nominatur, ideft stimulus myrti, nam apud Græcos κέντρον est stimulus, μυρρίνη, verò est Myrtus, eò quia folium habeat myrtino folio simillimum, & æquale, in summitate tamen aculeatum, instar stimuli calcaris. [Oxymyrsine dictus, ideft acuta myrtus, nam ὀξυς est acutus, vt ea quæ mucrone, & cuspide præfixa sunt: μυρσίνη est myrtus syluestris: Græcis μύρσινη ἄγρια. [Myrtacantha nuncupatur, ideft myrtus spinosa, nam Græcis μύρτος est Myrtus ἄκαντα verò est spina, nam spinam in summitate folij gestat. [Murina spina vocitatur eò quia folijs latioribus cuspidis specie mucronatis vtuntur, ad fugandos, & abigendos mures, omnium rerum rosores

Bruscum, tuber est Aceris arboris intortius crispum, nam quòd simplicius sparsum est mollusum dicitur apud Plinium: vt dicemus suo loco nempe in secunda parte Phytologiæ.

Bruta, & Brutes arbor est; de qua in secunda parte Phytologiæ.

Brya frutex est in Achaia proueniens, lege in secunda parte Phytologiæ.

Bryon Plinij est quercus excrementum villosum de quo suo loco nempe in Tractatu de Quercu in secunda parte Phytologiæ.

De

De Bryon, siue musco marino. Synonyma, & Etymum.

Bryon lactucæ folijs Plin. Lob. Muscus marinus lactucæ folio C. Bauh. Phucus marinus primus Diosc. Theoph. Therapidion Crateuæ, Ang. Bryon thalasſion Tur. Fucus marinus prior Dod. muſcus marinus virens latifolius, Dod. Belg. Lactuca marina Tab. βρύον Græcis. Italis muſco marino.

Bryon dicitur, nam apud Græcos βρύω ſignificat ſcaturio: hinc herba βρύον dicta, quia ex ſcopulis, & lapidibus ſcaturire videtur, cum naſcatur in ſcopulis maximè, teſtiſque terra coopertis. [Muſcus nuncupatur fortè à verbo græco μόσχος, vel μοσχίον quòd ſignificat Vitulus nouellus, vel Agnellus recenter natus, & quoniam hæc herba æmulatur lanam vituli, vel Agnelli recenter nati: ideò Muſcus appellatur; ſed hæc etymologia propriè de Muſco terreſtri eſt intelligenda. [Phucus marinus vocitatur: nam Græcis φῦκος genus eſt herbæ marinæ, vnde lana inficitur & qua mulieres mentiuntur ruborem faciei: vox deducta forſan à verbo φύω gigno produco, πίφυκα verò exponitur hæreo, & adhæreſco, & quoniam hæc herba omnibus tranſeuntibus per aquas adhæreat, & faciei, quæ fucatur adhæreſcat, ideò fuci nomine fuit inſignita. [Therapidion nominatur à verbo græco θεραπεύω colo, curo, procuro, curam, & ſtudium alicui rei impendo: hinc herba ita nuncupatà; quoniam mulieres magnam curam, & diligentiam adhibent in fucanda facie. [Thalaſsion dicitur nam Græcis θάλασσα, ſiue θάλαττα eſt mare θαλάττιος ſeù θαλάσσιος marinus: hinc Bryon thalaſsion, ideſt muſcus marinus. [Lactuca etiam marina vocatur, quoniam rugoſa, & veluti contracta habeat folia, ſine caule à radice exeuntia lactucæ folijs ſimilia.

De Bryonia nigra. Synonyma, & Etymum.

Bryonia nigra Gerar. Bryonia leuis, ſiue nigra racemoſa C. Bauh. Vitis nigra Matthioli, & multorum. Vitis ſylueſtris, ſiuè Sigillum marianum Dod. Malacociſſum Damocrati, & Tamarus Eidem. Tamaruni vulgò, Cæſalp. Vitis nigra ſylueſtris, Geſ. Græcis ἄμπελος μέλαινα, & βρυωνία. Italis Brionia, & Tamaro Ruſticis Bononienſibus Tania. Fructus eius à Nonnullis Vua Taminia etiam appellatur.

Bryonia dicitur fortè à verbo græco βρύειν, quòd eſt pullulo, atque adeo extollo, & exalto; eò quia in adiacentes ſibi frutices ſcandens ſe exaltet, atque latè pullulet; vel quia apud Græcos βρύον eſt muſcus, βρυώδης muſcoſus, item mollis: hinc herba, quia molliſsima habeat folia; nigra nuncupatur à colore viridi obſcuro foliorum, & à radice nigra nam folia obſcurè viridia tenet, & radicem nigro colore refertam perhibet. Vitis appellatur, quoniam arbores, & cætera more vitis amplectitur, & ſcandit. Sigillum marianum in Officinis quibuſdam Germaniæis nominari Ruellius author eſt. [Malacociſſum vocatur, quoniam apud Græcos μαλάχη eſt Malua, κίσσος verò eſt Hedera: hinc herba ità dicta, quia ad inſtar maluæ folia promat, & ſicut hedera arbores ſcandat. [Tamus, Tamarum, & Tania fortè quaſi Tenia; quoniam ſerpendo, & pullulando vicinas plantas, quaſi Tænia complectitur, & comprændit. [Vel Tamarum forſan à loco natali dictum in quo copioſiſsimè creſcit, nempè à Tamaro Britanniæ fluuio non procul ab Ocrio promontorio, quòd meridiem ſpectat in Britannicum Oceanum influens, Ptolemęus. ἄμπελος μέλαινα dicta, ideſt vitis nigra, eò quia niger color Græcis μέλας μέλανος exponitur.

De Bryonia, alba. Synonyma, & Etymum.

Bryonia alba Dod. & Aliorum. Bryonia aspera, siuè alba baccis rubris C. Bauh. Vitis alba Matth. & multorum. Vitis alba syluestris Gef. Bryonia baccis rubris Cam. Ampeloleucen, Græcis ἄμπελος λευκή à Latinis Psilothrum, & Græcis ψίλωθρος. Brascandula Alijs, & Vua Taminia. Ophiostaphylon Aliquibus. Alijs Melotron: Alij Archezostin, Alij Cedrostin, Alij Madon appellant: sed inter nomina notha, à nonnullis recensentur. Italis Brionia bianca.

Bryonia alba nuncupatur à folijs subalbidis quibus vestitur, & Aspera dicitur, eò quia folia rugosa, & aspera appareant. [ἄμπελος λευκή dicitur, nimirum vitis alba, nam Græcis ἄμπελος est vitis, λευκός est albus. ψίλωθρος verò nuncupatur, quòd acinos ferat rubentes, quibus Coriarij ad tergora depilanda vtuntur: ψίλος enim Græcis est nudus glaber: vndè ψιλωθρόν dicitur medicamentum, quo vtuntur in deglabrando, & depilando corpore: hinc Bryonia ita appellata, quoniam sit ex genere eorum quibus corpus pilis nudari potest, nam eius Acinos Coriarij ad depilandos pelles, vt dictum fuit, admouent. [Vua Taminia nominatur etiam, eò quia baccas, veluti minium rubras producit. Brascandula vocata, fortè à scandendo, cum omnes, herbas, & frutices ascendat. [Ophiostaphylon vocatur, idest vua serpentis; nam ὄφις apud Græcos est serpens σταφυλή est vua: hinc herba ita appellata, quia vt plurimum in locis nascatur vbi serpentes stabulantur.

Bryonia alba baccis nigris C. Bauh. Vitis alba baccis nigris Castor. Bryonia baccis nigris Camer.

Bryonia Mechoacana alba C. Bauh. Bryoniæ similis planta Peruuiana Mechoacæ prouinciç Lob. Mechoacan Monardi, Dod. & Aliorum. Mechoaca Peruuiana Lob. ico. Mechioacan Lugd. hist. Rhabarbarum Indicum Castor. Radix mechoacan par. 9. Ind. Occid. Mechoacan, à prouincia nouæ Hispaniæ, in qua reperitur, nomen obtinuit.

Bryonia mechoacana nigricans C. Bauh. in Prodromo. Ialapium vel Gelapium aut Gelapo Massiliensibus. Chelapa, siuè Celapa apud Indos.

Bryopteris, lege Dryopteris.

Bryton, potionis genus ex hordeo apud Sophoclem, & Æschylum in Lycurgo.

Bubab sini Indorum, lege Cubebe in secunda parte Phytologiæ.

Bubonium, lege Asteratticus.

Bubula lingua, lege Borrago.

Bubula Gazæ arbor est, vt in secunda parte Phytologiæ paucis hanc historiam exponam.

Bubonium, lege Asteratticus.

Buccellatum est panis castrensis, & frumentacei genus, Italis Pan biscotto.

De Buccino, siuè Consolida regali. Synonyma, & Etymum.

Buccinum, & Delphinium Dod. Consolida regalis Matth. & Aliorum Consolida regia. siuè Calcaris flos recentiorum, Ad. Lob. Equitis calcar Alijs. Flos regius Dod. Cuminum syluestre alterum Matth. Italis in Hetruria fior Capuccio. Bononiæ fior di Vcellino, & Speron di Caualiero e Delfino.

Bucci-

Buccinum nuncupatur à floris effigie, quia cornu recuruum præ se ferre videtur, quòd buccinum appellatur, & tubæ modò inflatur. [Delphinium verò dicitur à figura floris, nam flores quidem priusquam completi sunt speciem quamdam, ac similitudinem eorum Delphinorum exhibent, quos recurua, repandaq; figura veteres picturæ exhibent. [Consolidæ etymum lege suo loco. Regalis verò, & regia dicitur eò quia in vulneribus consolidandis supremum occupet locum. [Calcaris flos, & equitis calcar dicitur à figura floris, nam repræsentare videtur ferreum stimulum ad vrgendos equos. Buccinum verò duplex est hortense, & aruense, flore simplici, & flore pleno; de quibus omnibus in secundo Tomo Partis primæ Phytologiæ erit sermo.

Buceras alio nomine fœnugræcum appellatur, ita dictum à figura seminis, quod corniculorum similitudinem quamdam præ se fert. Græcis βουκέρας, lege fœnumgræcum.

Bucephalus est Tribuli aquatici species, ita dicta quòd bubuli capitis imaginem referat, duobus cornibus, & rictu.

Buchiden, Buziden, & Buzeidan apud Nonnullos est Orchis palmata palustris latifolia longis calcaribus C. Bauh.

Bucolicon genus est Panacis, quòd ex Macedonia affertur, ità dictum quòd Armentarij succum eius sponte profluentem excipiant Plin. Græcis; βουκολικόν, βουκόλος est bubulcus Armentarius apud ipsos.

Bucranion, lege Antirrhinum aruense.

Bugla, lege Bugula.

Buglossa rubra, lege Anchusa.

Buglossum latifolium, lege Borrago.

Buglossum longifolium est Buglossum syluestre.

Buglossum Hispanicum semperuirens, lege Borrago semperuirens.

Buglossum syluestre caulibus procumbentibus lege Alyssum germanicum echioides.

Buglossum alterum flore nigro Matth. Buglossum syluestre majus Cast. Buglossa syluestris nigra Thal.

Buglossum antarcticum à nonnullis dicitur Tabacum, quia folia Borraginis habeat, & nascatur in regione Antarctica.

Buglossum viperinum, lege Echium.

De Bugula, siuè Consolida media. Synonyma, & Etymum.

Bugula Dod. Clus. hist. Lugd. Ger. Buglum, & Bugla Ruell. Bugula, & Prunella cærulea quibusdam, Ad. Lob. Consolida media pratensis cærulea C. Bauh. Consolida media Matth. fuch. Taber. & Aliorum. Consolida media, & Herba S. Laurentij Alijs S. Vincentij, & Laurentiana Cast. Prunella cærulea Trag. Symphytum medium Lon. Arthetica Pandectarij, Ang. Herba sacra Cordi, & fortè Chamæcissos spicata Plinij. Amethystos Plinij Alijs. Italis Consolida mezana, & Senensibus Morandolam dici Matthiolus author est.

Bugula vocatur in Officinis gallicis, & Buglum à Gallis nominari Ruellius refert. Prunellæ, Consolidæ, & Symphyti etyma lege suo loco. Amethystos dicitur quoniam illi inest color, veluti in Amethysto gemma.

Bugula odorata Lusitanica Cornuti. Nonnullis dicitur Crista gallinacea odorata Lusitanica.

Bugula carnei coloris flore Clus. hist. Bugula flore albo Ger. Consolida media, minor Thal. Consolida media purpurea, Fuchs. secunda Taber. Prunella purpurea vel quarta Tragi. Consolida media pratensis purpurea C. Bauh.

Bulapathum est lapathum satiuo maius, & est etiam Bistorta maior à Nonnullis sic appellata.

De Bulbo eriophoro. Synonyma, & Etymum.

Bulbus eriophorus Peruanus C. Bauh. Eriophorus Peruanus Clus. hist.
Bulbus dicitur fortè à verbo græco βαλβὶς ἴδος carcer, quoniam Bulbus æmulatur carcerem ob tot tunicas in ipso existentes: vel à βῶλος gleba, quia radix sit instar glebę. [Eriophorus nuncupatur, nam Græcis ἔριον, & εἶριον est lana, hinc ἐριοφόρος, idest ferens lanam, nam φορὸς apud ipsos Græcos ferens dicitur, ob tomenti copiam, quòd lanæ modo in stamina diduci pôtest, veluti lanatus.

Bulbus eriophorus Clus. hist. Lob. Dod. Bulbus eriophorus orientalis C. Bauh. Bulbus lanatus ex Oriente Cæs.
Bulbi verò generaliter sunt radices rotundæ membranis suis tunicatæ, siue plutibus capitulis coagmententur, vno folliculo omnes ambiente, siue quadantenus distinctæ separentur. Græcis βολβὸς idest tuber terræ, quasi tumor, cum huiusmodi bulbi tumores terræ repræsentent. Italis Cipolle, ouer Bulbi.

De Bulbo vomitorio, siuè Muscari. Synonyma, & Etymum.

Bulbus vomitorius Matth. Cast. Lugd. Muscari Clus. Turcarum, Cam. Dipcadi Chalcedonicum, & Italorum Lob. Lugd. Hyacinthus botryoides Chalcedonicus muschatus, & Hyacinthus purpureus mag. peregrinus Tab. Hyacinthus spurius recentiorum alter, Dod. Hyacinthus racemosus moschatus C. Bauh. Hyacinthus Neotericorum alter Lugd. Muscari obsoletiore flore Clus. hist. Muscari maius obsoleto albo flore Eyst. Hyacinthus græcus Alijs.
Bulbus vomitorius dicitur quia radicis decoctum vomitiones ciere Authores pro certo affirmant. [Muscari nuncupatur ab odore moschi, nam flos odorem suauissimum reddit. [Dipcadi, & Tipcadi Turcis nominatur, nomen est barbarum, & peregrinum. Varietas in flore obseruatur maxima quoad colorem, vt dicemus in secundo Tomo Partis primæ Phytologiæ quando de Differentijs erit sermo.

Bulbus æstiuus Dalech. Lugd. Hyacinthus autumnalis minor Dod. Clus. hist. Hyacinthus stellaris autumnalis minor C. Bauh.

Bulbus coronarius, & Bulbus syluestris Theoph. Cæs. Hyacinthus racemosus cæruleus minor iuncifolius C. Bauh. Hyacinthus botryoides vulgaris, Lob. Hyacinthus comosus minor Lob. obs. Lugd. Bulbine flore cæruleo Ges. hor.
Bulbus coronarius dicitur eò quia in texendis coronis Veteres illo vtebantur. Bulbina nuncupatur, quia Bulborum naturam sapiat.

Bulbus crinitus τριχώδης dictus in hist. Lugd. inquit bulbum esse, ex cuius caule satis crasso per interualla exoriuntur bulbi, ex fastigijs capillitium quoddam emittentes Trichodes dictus, idest capillaris, quia apud Græcos θρὶξ τριχὸς est capillus.

Bulbus cruentus Hippocrati, Nonnullorum lege Lilium purpureum Dioscoridis.
Bulbi esculenti genus Dod. gal. Lugd. est Hyacinthus comosus maior purpureus, siuè Hyacinthus primus Matth.
Bulbus leucanthemus, Alijs, est Ornithogalum.

Bul-

Bulbus setanius est Cæpa Ascalonia Dalech.

Bulbus solsequius, Tab. est Ornithogalum.

Bulbine Plinij, est Hyacinthus comosus, siuè Hyacinthus primus Matth. Bulbinæ etymum lege supra Bulbus coronarius.

De Bulbocastano. Synonyma, & Etymum.

Bulbocastanum Ges. hor. Dod. Cast. Tab. Bulbocastanum maius folio Apij C. Bauh. Bulbocastanum mas Tralliani, Lugd. Nucula terrestris septentrionalium, Ad. Lob. Pancaseolus vulgò Cæs. Oenanthe prima Matth. Cast. Lugd. Græcis βολβοκάσανον. Italis Enante.

Bulbocastanum dicitur à radicis figura bulbosa, & sapore castaneas exprimente. Nucula terrestris nuncupatur eò quia radices bulbosas habet, & figuram Nucis præ se ferunt. [Pancaseolus appellatur, nimirum à forma radicis nam panis formam refert, & casei saporem imitatur, ideo Pancaseolus dicitur. Oenanthe etymum lege suo loco.

Bulbocastanum coniophyllon, Cam. Cicutaria bulbosa C. Bauh. Cicutaria Pannonica Clus. Myrrhis cicutaria Tab. Coniophyllon dicitur idest habens Cicutæ folium, nam Græcis κώνειον Cicuta exponitur, φύλλον verò folium.

Bulbocodium Theoph. Codiaminum. Gaza vertit Codianum, vel Codiaminum flore Codij, idest Campanulæ Ges. hor. est Narcissi lutei syluestris, seù Pseudonarcissi lutei species, Græcis βυλβοκώδιον.

Bumamma vua est, quæ & Bumastos dicitur. Vuæ enim est genus, crassioris mammæ cuiusdam modò intumescentis à βυ particula augmentatiua, & μαστὸς mamma, quasi magnam mammam dixeris: vt diffusius agemus in secunda parte Phytologiæ in Capite de Vite.

Bumelia est arbor de qua in secunda parte Phytologiæ verba locupletiora proferam.

Bunapalla Garziæ, Linscot. Ind. Orient. est nucis inuolucrum, vt dicemus in secunda parte Phytologię.

Buncho Auicennæ, & Bunca Rhasis, Bunna, & Bunnu an sit eadem arbor, ex cuius fructibus Turcæ potionem Chaube parant, in secunda parte Phytologiæ apertè, & dilucidè afferam.

De Bunio, siuè Napo. Synonyma, & Etymum.

Bunias, siue Napus, Ad. Lob. Napus satiua C. Bauh. & Aliorum. Napus Bunias satiuus Fuchs. Lugd. Græcis βουνιὰς γογγύλης species Galeno, Italis Napo, Nauoni, & Naponi.

Bunias dicitur a tumente figura radicis, nam radix imitatur collem; apud Græcos enim βουνὸς collis dicitur, tumulus, cliuus. [Napus nuncupatur nam Græcis νάπος etiam exponitur cliuus montis, à quo Napus fortè dictus, quia eius radix cliuosum montem imitatur. [γογγύλης appellatur, nam apud Græcos idem quòd στρογγύλος rotundus idest in formam rotundam, aut turbinatam contractus, aut conglobatus, veluti est Napus.

Bunias, siuè Napus syluestris Fuchs. Napus agrestis Dod. Lugd. Bunium, & Napus syluestris Matth. Ad. Napus flore luteo, Alijs.

Buphonum Plinij genus herbæ inquit, quæ à bobus deuorata anginam procreat, eosquè necat, nam φόνος græcè dicitur mors. Quidam hanc herbam Chamæleonta vocant

cant, alij Cynozolon, quòd fœtore eius ricini è canum auribus decidant, κύων enim Canis ὄζειν fœtere significat, vbi etiam apud Plinium legitur Vlophonum, non Buphonum, sed quid?

De Buphthalmo, Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Buphthalmus dicitur ille, qui bouinos oculos habet, Item, & Herba Buphthalmum appellata, quia florem bouino oculo similem producit.

Buphthalmum Matth. Lob, Cast. Lugd. Cam. & Aliorum. Buphthalmum Diosc. C. Bauh. Buphthalmum vulgare Clus. Chamæmelum chrysanthemum Fuchs. Cotula lutea Dod, Romanis Boaria. Oculus bouis millefolij folio Chrysanthemi flore, Alijs. Cachla Plinij, secundum nonnullos, aut potius Caltha. Caltha autem est Calendula, quam flore Buphthalmum nostrum proximè referre videtur. Crispula etiam vocitatur. Italis Buphtalmo, & Occhio di Bue.

Buphthalmum dicitur, quòd flore simile sit boum oculis βοῦς Græcis est bos, vel vacca ὀφθαλμός est oculus: hinc herba βουφθάλμον dicta, aliorum nominum etyma, lege suo loco. Crispula vocatur quoniam folia quodammodo crispa apparent.

Buphtalmum Dod, & Aliorum, lege Helleborus niger tenuifolius Buphthalmi flore.

De Bupleuro, Synonyma, & Etymum.

Bupleurum latifolium Tab. Bupleurum folio rigido C. Bauh, Elaphoboscum, & Gratia Dei Gallis, Ges. hor. Bupleurum alterum latifolium, Ad. Lob. Dod. Lugd. Panaces Chironium quorumdam, Lugd. βουπλεύρον Græcis, Buprestis Plinij, Alijs, Italis Bupleuro.

Bupleurum dicitur idest costa bouis, nam Græcis βοῦς est bos πλεύρα, & πλευρὸν verò est costa, siue latus, & quoniam hæc herba strumis in lateribus boum quandoque prouenientibus medetur, ideo βουπλεύρον fuit appellara. Elaphobosci, & Gratiæ Dei etyma lege suo loco. Buprestis dicitur βοῦς bos πρήθω inflammo πρηστὴρ qui inflammat; hinc Buprestis dicitur animal ex genere Cantharidum quod à bobus inter herbas voratum illos inflammet; ideò Buprestis dicitur hæc herba à Plinio, vel quia eiusdem sit virtutis, vel quia valeat aduersus morsum Buprestis animalis.

De Bupleuro angustifolio. Synonyma, & Etymum.

Bupleurum angustifolium, Dod. Tab, Bupleurum folio subrotundo, siuè vulgatissimum C. Bauh. Herba vulneraria Tragi. Isophyllon Cord. hist. Auricula leporis Monspeliensium, Ges. Panax Chironium Diosc. Lon, Sanamunda Quibusdam.

Bupleurum angustifolium herba vulneraria appellatur, eò quia plagæ, & vulnera hac herba decocta fouentur. Isophyllon nuncupatur forsan quia folia semper æqualia producat, nam Græcis ἴσος exponitur æqualis φύλλον verò folium. Auriculæ, Panacis, & Sanamundæ etyma, lege suo loco.

Bupleuron Hippocratis apud Plinium, est Album olus, siue Valeriana campestris.
Burgispina Bhamni species, lege in secunda parte Phytologiæ.
Bureglia, lege Alcali.

De Bursa pastoris. Synonyma, & Etymum.

Bursa pastoris, apud omnes ferè Botanicos hoc nomine insignitur. Pastoria bursa, Fuchs. Dod. Thlaspi fatuum nonnullorum, & Thlaspi genus Antiquorum. Alijs Capsella. Quibusdam Sanguinaria, & Crispula, Burselinum Aliquibus. Italis Borsa del Pastore.

Bursa Pastoris nuncupata à marsupiolis compressis Peræ pastoriciæ effigiem representantibus. Thlaspi species apud antiquos fuit sic appellata, à feminibus strictis, & planis, & quasi cum pondere pressis; veluti Thlaspidium genera proferre solent. Capsella nominatur, idest Capsula, nimirum parua capsa à figura feminis. Sanguinaria dicta à facultate, quam possidet, quia potest sanguinem sistere. Crispula vocatur etiam à folijs sinuatis, & tortuosis.

Bursa Pastoris folijs integris, & loculis oblongis; nec non, & Bursa pastoris minor folijs incisis, & minima: in secundo Tomo partis primæ Phytologiæ, erunt examinandæ.

Bursa marina Cæs. est Alcyonij genus quartum.

Burungi, & Brungi Mauritanorum est Durungi, siue Doronicum Auicennæ, & Arabum Matth.

Buselinon Plinij est Selinum grandius, ita nuncupatum à *Βȣ̃* particula apud Græcos, nominum, quibus præponitur significationem augens, à bouis magnitudine, lege Agriopastinaca.

Busicon arbor est, quæ alio nomine Marisca dicitur, vt in secunda parte Phytologiæ, rudius, ac planiùs dicam.

Butomos Theoph. Cæs. est Iuncus floridus.

Butomos Theoph. Ang. & Butomon Ruellij Dod. gal. est Sparganium.

Butomon Clusij hist. est Acorus adulterinus.

Butomos dicitur nam apud Græcos *Βȣ̃ς* est bos *τομὸς* verò secans, & scindens; hinc herba ita appellata, quia secetur pro stramine, siue stramento boum.

Buxus asininus, lege Aculeosa Gazæ.

Buxus apud nos frutex tantùm, est apud Alios in arborem magnam assurgit, de qua in secunda parte Phytologiæ non incuriosè historiam percurram.

Buzeidem, siuè Buzidam Arabum, Serapio ait radices esse duras, albas similes Behen albo, & medicinam esse Indiæ.

Byne, vt ex coniectura nonnullorum, Gesnerus scribit, est hordeum madefactum, quod germen emisit, deinde vnà cum enatis ligulis tostum, & tritum pro cataplasmate impositum vt ædamata cohibeat.

Byssus Antiquorum, an sit Gossipium arboreum, vel lini subtilissimi species, lege in secunda parte Phytologiæ.

Caba-

C



Caballina Aloe, lege Aloe vulgaris.

De Cacalia. Synonyma, & Etymum.

Cacalia apud omnes ferè Authores, hoc nomine insignitur. Cacalia prima, & vulgaris incano folio, Cluf. pan. & hist. Cacalia folijs crassis, hirsutis C. Bauh. Græcis κακαλία, & λεοντικὴ. Alij verò Cacanum Galeni esse volunt, non autem Bacanum, vt Nonnulli mendosè legunt. Italis Farfara alpina.

Cacalia forsan dicitur à κακὸς ignobilis, quia sit planta vilis, & abiecta. Leontice verò appellatur, eò quia huius herbæ folium ob magnitudinem, hirsutiem, & colorem exuuium, seu spolium catuli Leonis imitetur; nam λέοντος, & λεοντῆ Leonis spolium, seu exuuium exponitur. λεοντίσκος verò est Leunculus, siue paruus Leo. [Cacanon nuncupatur, seu Cacalia quasi χακαλία παρὰ τῦ χάζω, quia χάζω apud Græcos est recedo, eò quia in recessu, seu secessu, nimirum in montium iugis, & locis solitarijs tantummodò oriatur.

Cacalia secunda, vel Cacalia glabro folio, Cluf. hist. Cacalia folijs cutaneis acutioribus, & glabris C. Bauh. Tussilago alpina, siue montana, Dalech. Lugd.

Cacanum, lege Cacalia.

Cacao Acostæ, & Cacauate, Benzoni, Lugd. est Auellanæ Mexicanæ species, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Cacatrepola, lege Calcatreppola.

Cacaui, & Cazabi panis est, quo Indi vescuntur; fit verò ex Herba ab Indis Yucâ appellatur nempe ex radicibus, ex quibus Indi farinam conficiunt, Cluf. exot. & vt nos pane vtuntur.

Caceras, Garziæ Cluf. in notis. Caceras in Goa frag. est Cyperus rotundus latifolius esculentus C. Bauh.

Cachi arbor est spinosa, fructu pineæ simili, Ciccara nuncupato, vt in secunda parte Phytologiæ agam haud obscurè.

Cachla Plinij, lege Buphthalmum.

Cachos Indorum Lugd. est Solanum pomiferum folio rotundo tenui, C. Bauh.

De Cachry, siuè Crithmo maritimo spinoso. Synonyma, & Etymum.

Cachry marinum Cam. Crithmum maritimum spinosum C. Bauh. Crithmum spinosum, Dod. Tab. Ger. Crythmum syluestre, Eryngium folijs Apij, Cæs. Secacul Ang. Pastinaca marina, Ad. Lob. Lugd. Tribulus marinus quorumdam, Lugd. Crithmum secundum Matth. Cast. Crotanum Alijs. Italis Pastinaca marina.

Cachry nuncupatur à forma seminis; nam κάχρυς apud Græcos exponitur hordeum in furno tostum, vt faciliùs commoli possit, & in farinam redigi: hinc herba ita nuncupata, quia semen producat hordeo tosto simile. [Crithmi etymum, lege Batis. Eryngij, Pastinacæ, & Tribuli etyma, lege suo loco. Secacul verò est vox Arabica. [Crotanum fortè dicitur à verbo græco κροτωνώδης ricino similis herba, non ricino animalculo, sed potius ericio militari. Ericius enim apud Antiquos erat machina militaris infestis vndique horrens telis; vt aculeis echinus: hinc herba ita appellata, quia est vndique spinis armata.

Ca-

Cachrys verior Libanotis Galeno, Lob. Alijs Canchris, lege Libanotis.
Cachrys, & Cachryes, sunt sublonga panicularum modò nucamenta, quæ squamatim compacta propendent è ramis arborum. Alijs verò Cachrys pilula est, quam Arbores aliquot præter proprium fructum proferunt: sed de his plura in secunda parte Phytologiæ quando de Arboribus verba fient.

De Cacto, siue Scolymo aculeato, Synonyma, & Etymum.

Cactos Theoph. Ang. Cactus Matth Lugd. Cardones Cæsalp. Scolymus aculeatus Taber. Cinara spinosissima, Scolymus Diosc. Carduus aculeatus Matth. Cinara spinosa, euius pediculi esitantur C. Bauh. Carduus hortensis, & esculentus, quem Cardum vulgò Cam. Italis Cardi.
Cactos dicitur Græcis κάκτος à verbo græco χάζω recedo, retrocedo, quia cum sit planta spinosa homines retrocedere facit dum ipsam tangunt. Cardones, Carduus & Cardum nuncupatur, quia Siculis, à qua Carduelis auis appellata, dicitur Carduus; nam Siciliæ planta est peculiaris. [Scolymus nuncupatur fortè à verbo græco σκολύπτω lacero, quia cum sit planta spinosa, tangentium manus laceret. [Cinara appellatur à cinere, vt Columellæ, & Palladio placet, quia hoc plurimùm delectatur, à quo stercorari amat. Vel vt Alij volunt Cynaram, vel Cinaram dictam esse à Cane, eò quòd aspera sit planta, & illi insint aculei, tanquam dentes canini; Græcis enim κύων est canis.

De Cacubalo, Synonyma, & Etymum.

Cacubalum Plinij. Alij Solanum bacciferum Offic. esse contendunt, veluti Ang. Alij verò maiorem Alsines speciem esse autumant.
Cacubalum verò fortè dictum volunt à verbo græco κακόβουλος, quòd significat cuius malum est consilium: hinc herba ita vocata quia malefica sit, κακὸς enim malus exponitur, & ignobilis, vilis, & abiectus, & βόλος, iactus, quia malum producat: vel quia sit herba mala, ignobilis, vilis, & abiecta, ab omnibus reijcienda.
Cadegi Indi est folium Indicum Arabibus, lege Folium Indum.
Cadyta, nonnullis huius ætatis doctis eadem esse cum Cassutha videtur: at Theophrastus herbulam tradit, quæ etiam arboribus innascitur, modò quo Viscum, Stelis, Hyphear, Polypodium, & alia similia quædam de quibus eodem loco Theophrastus agit, quo de Cadyta scribit. Exemplaria quædam Cassythas, sed emendatiora Cadytas habent.
Cæpe, lege Cepa.
Cafe lale sunt Tulipæ præcoces apud Turcas à locis vnde primùm Bizanrium illatæ fuere appellatione indita. Lale enim Turcis florem significat. Caffa vrbs est in Peninsula Gazaria dicta, quæ inter Propontidem, & Euxinum Pontum sita est: sicuti apud ipsos etiam Serotinæ Tulipæ Caualale dicuntur.
Cafur, & Capur Arabibus, lege Caphura.
Cainito Arbor fructifera Americana. Ouiedi Hist. gen. Ind. lib. 8. Cap. 30. de ea in secunda parte Phytologiæ.
Caiahaba nonnullis Indis, & Mippi Clus. exot. planta Indica, de qua in secunda parte Phytologiæ.
Caioua Brassicæ genus, Lerio descript. Brasil. est Brassica Brasiliana folijs Nymphεæ, C. Bauh.
Caios, & Caious Acostæ Clus. ad Garz. Anacardij alia species, lege in secunda parte Phytologiæ.

Cairina arbor, eius historiam, in secunda parte Phytologiæ, cursim breuiterque attingam.

Cairinæ semen est Siliquæ sylvestris Kissusen syriacè appellata, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

De Cakile, Serapionis. Synonyma, & Etymum.

Cakile Serapionis, Ang. Lob. Lugd. Cam. Eruca marina Lugd. Eruca Cakile dicta, Colum. Erucæ genus in maritimis Cæs. Nasturtium maritimum, Aliis Eruca marina Italica siliqua hastæ cuspidi simili C. Bauh. Sinapismum marinum quorumdam Antonij Donati.

Cakile vox est arabica: vel ita nuncupatur, quia radice fit lignosa instar Kali. Erucæ, & Nasturtij etyma, lege suo loco. Sinapismum appellatur, quia ad instar Sinapi linguam mordicat, & vellicat sua acrimonia.

Calabassi in India sunt Cucurbitæ, ita nuncupatæ, vt Iosephus à Costa lib. 4. refert.

Calabrina, & Longina Cordi, Latinis dicitur Lonchitis aspera, auctore Dioscoride, forsitan quia in Calabria frequentissimè crescat.

Calaf, seu Ban Alpino est Salix exotica, vt dictum fuit supra in dictione Ban, & vt dicetur in secunda parte Phytologiæ.

Calafur Arabibus, Persis, Turcis, & plerisque omnibus ferè Indis; Caryophylli sunt aromatici, vt in secunda parte Phytologiæ manifestabimus.

De Calamagrosti. Synonyma, & Etymum.

Calamagrostis prima Trag. est Gramen typhynum tertium Taber. Cyperus typhinus Ger. Gramen typhoides spica multiplici C. Bauh. [Calamagrostis secunda Trag. est Iuncus cyperoides floridus, Lob. [Calamagrostis secunda Lugd. est Sparganium.

Calamagrostis dicitur, quasi Gramen arundinaceum, nam κάλαμος est arundo, ἄγρωστις verò est gramen; hinc Calamgarostis, idest gramen arundinaceum, quia folia quodammodo arundinis habeat, & more graminis serpat.

Calami, nominantur folia, seu scapi Iuncorum, lege Arundo.

De Calamento, siuè Calamintha. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Calamentha ponuntur pro fragmentis veterum Calamorum; hoc est pedamentorum, quæ ex calamis, idest ex arundine fiebant: vt sunt etiam cannarum putamina, & fragmenta minutiora.

Calamintha montana vulgaris, Lob. Tab. Eyst. Calamintha Matth. Calamintha vulgaris, vel Officinarum Germaniæ C. Bauh. Nepeta montana Cord. in Diosc. Italis Calamento.

Calamintha dicitur quasi bona, & vtilis mentha, nam καλὸς pulcher, bonus, & vtilis exponitur. μίνθος verò est lanugo, muscidauè pubes, in humentibus, & putrescentibus rebus nata, hinc Calamintha, idest lanugo pulchra, & odorata. [Vel Calamintha appellatur, quia elegantiore aspectu, odoreq; delicatiore sit, quàm Mentha. [Nepeta nuncupatur fortè à loco natali, nempe à Nepeta ciuitate Etruriæ in cuius solo copiosissimè crescit.

Cala-

Calamintha altera Matth. Lugd. Calamintha Pulegij odore, siuè Nepeta C. Bauh. Nepeta agrestis. Cord. in Diosc. Calamintha] Italica Pulegij odore Gesf. hor. Calaminthum, quòd vulgò Nepeta Cæs. & Nepetella. Pulegium syluestre alterum, Italis Menta romana, & Nepeta. Pulegij etymum lege suo loco. Nepeta ita dicta fortè à loco natali, vt dictum fuit supra de Nepeta montana.

Calamintha montana incana minor Tab. Calamintha incana Ocymi folijs C. Bauh. Calamintha montana vulgaris Ger. Calamenthum montanum Aliquibus.

Calamintha montana præstantior Ad. Lob. Lugd. Calamintha magno flore C. Bauh. Calamenthum montanum Cæs. Scordonia, siue Saluia agrestis, Ger. ico. Teucrium montanum Nonnullorum. [Scordonia verò dicitur hæc Calamintha, eò quia odorem Scordij præ se ferat.

Calamintha aquatica Matth. Lugd. Calamintha aquatica Belgarum, an Polyenemon quasi multitibia, Ad. Lob. Calamintha aruensis Ger. hor. Calamintha aruensis verticillata C. Bauh. Polycnemon Lobelij Lugd. [Polycnemon dicitur, quasi multitibiam, multisuram dicas, quòd multis geniculis prædita sit: nam apud Græcos πολύ est multùm, κνήμη verò est tibia, siuè crus, aut sura.

Calamita storax Officinis, & Styrax calamita, lege in secunda parte Phytologiæ Styrax.

Calamochnus, lege Adarca.

Calampart est Agallochum præstantissimum, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Calamus odoratus, & aromaticus vulgò, lege Acorus.

Calamus Indicus, lege Arundo Saccharifera.

Calamus vulgaris, lege Arundo vulgaris.

Calamus Peruuianus, lege Arundinacea pinata, & spinosa exotica planta.

Calaticum, siue Galaticum Hordei genus, vt dicetur suo loco.

Calathiana verna Dalech. Lugd. est Gentianella alpina æstiua centaureæ minoris folijs C. Bauh. Calathiana Viola Aliquibus dicta. [Calathiana, à Calathi figura, ita appellata: nam Calathus est rectus turbo, hoc est, id quòd ex angusto in latitudinem se diffundit. Calathi enim apud Antiquos genera poculorum erant ex ligno facta, nam κάλον Græcis est lignum, à quo deriuatum est Calathum, vnde flores ita dicti, quia ad formam vasis lignei erant effigiati, & Calathi effigiem planè referunt huiusmodi flores, & etiam liliorum, & Conuoluuli.

Calathiana verna Gesf. hor. est Gentianella alpina verna maior C. Bauh. Hippion, idest Viola equina Cord. ob. Ger. hor. Vincetoxici species pusilla Cæs.

De Calceolo Mariano, siuè Helleborine. Synonyma, & Etymum.

Calceolus mariæ, Ad. Lob. Eyst. Calceolus marianus Dod. Claues marianæ Aliquibus. Helleborine flore rotundo, siuè Calceolus C. Bauh. Alismatis species flore ferrugineo Gesf. hor. Damasonium nothum Dod. gal. Pseudodamasonium Clus. pan. Elleborine recentiorum prima Clus. hist. Elleborine ferruginea Dalechampij Lugd. Sacerdotis crepida, Alijs.

Calceolus mariæ, vel marianus dicitur à forma floris; nam flos parui calcei figuram repræsentat, & ob hanc causam Sacerdotis crepida fuit nuncupata.

De Calcatreppola, siuè Carduo Stellato. Synonyma, & Etymum.

Calcatreppola Cæs. Carduus stellatus folijs papaueris erratici C. Bauh. Eryngium Brunf. alterum Trag. Lon. Carduus stellatus Dod. Ad. Calcitrapa Lob. Cam. Ger Carduus stellatorius, siuè stellario Ges. hor. Polyacantha Cord. hist. Myacanthos Theoph. Dalech. Lugd. Spinastella, & Spinastella alba, Tab. Hippophaestum vel Hippophaes Diosc. Col. Carduus muricatus Clus. hist.

Calcatreppola, & Cacatreppola nuncupatur, quasi Cacotribulus, Idest infestus tribulus; nam apud Græcos κακὸς exponitur malus. Cardui etymum, lege suo loco. [Stellatus dicitur eò quia longæ, acutæ, & durissimæ spinæ ad modum radiantis stellæ in capitulis insunt ex aculeis septem. Eryngij etymum lege suo loco. [Calcitrapa appellatur, quoniam eius cacumen velut muricibus, quas vulgus Gallorum calcatrepas vocat, muniatur, & spinarum aculeis insigniter armetur. Vel cum Calcitrapa sit nomen compositum ex græco, & latino, calx enim est extrema pedis pars, & quandoque sumitur pro toto pede. τρεπω, vel τραπω est conuerto & quia pes nempe calx ab hac spina acuta læsus aliò se conuertit, ideo Calcitrapa forsan nominata, [Polyacantha verò dicitur, idest multas habens spinas, nam Græcis πολὺ est multùm, ἄκανθα verò est spina: quamuis in hoc carduo nusquam tamen spinas, quàm in solis capitulis reperiantur. Myacanthos dicta, idest spina murina, μυς enim apud Græcos est mus, & quia huius cardui capitula in carnarijs suspensa à murium iniuria tuentur; nam propter aculeos mures irrepere non audent, quamuis pro spina murina Authores aliam herbam intelligunt, nempe Ruscum. Alij verò Asparagum syluestrem. [Hippophoestum, vel Hippophaes vocatur, nam Græcis ἵππος est equus, φυω verò est gigno, nascor, quia hæc herba nascatur accommodata naturæ equorum, cum in illorum medicinis adhibeatur [Carduus muricatus nominatur hoc est muricis modò factum, nam capitula spinosa habet muricatis cacuminibus similia.

Calcatreppola altera Cæs. lege Carduus Solstitialis.
Calcatrippa, lege Buccinum siue Consolida regalis.
Calcatrepola Bononiensibus est Bellis minor hortensis: forte ita appellata, quia in acetarijs hyeme comesta ventrem turget, & aluum adstrictam lenit.
Calcifraga, lege Batis, siue Crithmum.
Calcitrapa lege Calcatreppola.

De Calendula, siuè Caltha vulgari. Synonyma, & Etymum.

Calendula Dod. Trag. Cæs. Cam. satiua Tab. Caltha Matth. & Aliorum. Caltha vulgaris, C. Bauh. Caltha Poetarum, & Crysanthemon oculatum verius Dioscoridis, Ad. Chrysanthemum, Lob. Calendula simplici flore Ger. Eyst. Clymenon Diosc. Col. Italis Fior d'ogni mese. In aliquibus locis Herba bianca. In Hetruria Fiore ranzo, ouer rancio.

Calendula dicitur quòd singulis ferè mensium calendis floreat. Caltha verò nuncupatur, quasi Calatha à calatho idest calice, nam ostentant Calendulæ flores pocula flaua, & lata. [Chrysanthemon vocatur ab aureo colore floris, & oculatum nuncupatur, eò quia flores in hac planta tot oculi videntur aperti, & lucentes. Clymeni etymum, lege suo loco.

Cale-

Calendula alpina, lege Alisma Matth.
Calendula aruensis, lege Caltha aruensis.
Calichimathia Ang. καλιχιμαθία, lege Pseudodictamnum.
Calix est Anchusæ syluestris species, ita appellata, eò quia huius radicis decocti calicem, quem Prisci poculum aureum à colore vocabant, Ictericis exhiberent.
Calla Plinij, lege Arum.
Calliceros, apud nonnullos, est fœnum græcum.
Callicia herba, apud Pythagoram, qua aquam conglaciari tradidit sed quid?
Callionymus Gesneri, lege Lilium Conuallium.
Callitrichon, lege Adiantum.
Callitriche Plinij Colum. est lenticula palustris bifolia fructu tetragono C. Bauh. τρίχα apud Græcos exponitur in tres partes, tripliciter, & trifariam.
Callielela est olea satiua secundum Ruellium, vt in secunda parte Phytologiæ quid sentiam breuiter enarrabo.
Calligonon est herba à multitudine seminis, & densitate fruticis sic dicta. Plinius, lege Polygonon.
Callion herba quam alijs nominibus Solanum somniferum. Alij verò Halicacabum, & Vesicariam appellant, Plinius. Callion, à καλλίων pulchrius, seu venustius reddo, significat, sed potius simplici λ scribendum Calion à καλιὰς cauea, domuncucula, vel carcer, quia hæc solani species baccas tanquam in carcere conclusas producat.
Callicularis, & Cassilago est Hyoscyamus albus maior, vel tertius Dioscoridis, C. Bauh. ad mentem recentiorum.
Callistephanos genus est Oleastri, quo victores Olympiorum coronabantur vnde, & nomen accepit, lege in secunda parte Phytologiæ.
Callistruthiæ ficorum omnium frigidissimæ, Plinius, vt in secunda parte Phytologiæ loquar intelligibilius.
Calochierni Belli, ep. 5. ad Clus. Atractylidi, & Cnico syluestri similis herba.
Caltha vulgaris, & hortensis, lege Calendula.
Caltha Africana, lege Tanacetum Africanum.

De Caltha palustri. Synonyma, & Etymum.

Caltha palustris flore simplici C. Bauh. Populago Tab. Farfugium Cast. Chelidonia palustris Cord. hist. Caltha palustris Ges. hor. Ferraria quibusdam. Tussilago altera Matth. Caltha palustris vulgaris Clus. hist. Chrysanthemum Lon. Epimedium Dod. Thal. Amellus Virgilij putatus Eidem. Caltha Virgilij, Trag. Chamæleuce, Ang. Tur. Flos palustris, Alijs. Nymphea lutea alia apud Nonnullos.
Calthæ etymum, lege Calendula. Ferraria verò dicitur fortè à figura folij ferream soleam referentis. [Populago nuncupatur forsitan à loco natali, nam oritur in Populetis, id est in locis palustribus, & aquosis, populis consitis, vbi Populi arbores copiosissimè crescunt: hinc Populago dicta, quasi inter Populos orta. Etyma aliorum nominum, lege suo loco.

Caltha palustris flore pleno Clus. & Cam. Caltha palustris floribus densis Ges. hor Populago multiflora Tab. Caltha palustris multiplex, Ger.

Caltha aruensis Calendula aruensis Tab. Calendula syluestris minor, Cæs. Calendudula agrestis, & Calthula Gasparis Scnuentfelt.

Cal-

Caltha prolifera minoribus floribus. Calendula prolifera secunda Tab. Chrysanthemum proliferum alterum Lob.

Caltha prolifera maioribus floribus; Calendula prolifera, Cam. Tab. Ger. Chrysanthemum proliferum Lob.

Caltha floribus reflexis. Calendula multiflora orbiculata Tab, Ger. Chrysanthemum siue Caltha reflexis floribus Lob.

Caltha polyanthos maior. Calendula lutea flore pleno, Eyst, Calendula maior polyanthos flore aureo, & melino Tab,

Caltha alpina, lege Calendula alpina,

Calyx foliculus est, quo flos primùm, mox seminis fœtus clauditur. Antiqui in floribus dixerunt calyces inuolucra illa, qualia in rosis sunt, quibus dehiscentibus in sua folia flores se pandunt,

Calyx glandis, est cauum vbi glans inhæret, lege Quercus in secunda parte Phytologiæ,

Calycularis, vt Apuleius scribit, apud Nonnullos Latinos est Hyosciamus, siuè Apollinaris herba.

Cammarinas frutex Lusitanis. Linscot, Indiæ Orient. part. 4. lege in secunda parte Phytologiæ,

Cammaron, lege Aconitum radice Scorpij,

Cammareonum, & Cammaronum Rhasis, Rauuolf. Planta lactaria Xabrai dicta, quid sit ignoratur.

Cameline, lege Myagrum,

Camelopodium, herba est Aliquibus, quam Dioscorides πράσιον. Latini Marrubium vocant,

Cameraria maior, lege Cucurbita lagenaria,

Camiri fructus Indis, lege in secunda parte Phytologiæ,

Camolanga Camalanga, & Camolanga, lege Batre, siue Batrec,

Camomilla, lege Chamæmelum vulgare,

Camomilla fætida lege Cotula fætida,

Camotes, Clus. lege Batatas, siue Batai radix,

Cancanos herba est, quæ ab alijs Cacalia dicitur, Plinius,

De Campanula maiore, siuè Pyramidali, Synonyma, & Etymum.

Campanula maior Dod. maior lactescens Lob. Lugd. Campanula lactescens pyramidalis Ger. Campanula lactaria, Tab. Campana pyramidalis, Cam. Pyramidalis Cast. Lugd, Lutetiana, Eyst. Rapunculus hortensis latiore folio, seu Pyramidalis C. Bauh.

Campanula dicitur à floris forma, & figura nam, campanam referre videtur. Vel ita appellatur à Campania Italiæ regione, in qua copiosissimè crescit. [Lactescens, & lactaria nuncupatur, eò quia præ cæteris plurimo lacte scateat. Pyramidalis appellatur, quia tota planta ima sui parte latior in acuminatum desinit fastigium in modum pyramidls. [Rapunculus nominatur, idest parua rapa, nam radicem ad modum paruæ rapæ profert,

Campanula, & Campana cærulea hederaceo folio, lege Conuoluulus cæruleus.
Campanella lege smilax leuis maior.

De Campanula media, siue Medion, Synonyma, & Etymum.

Campanula cærulea satiua Dod. gal. siue hortensis Lugd. Campanula media Dod. Campanula Persicæ folia, Lob. Clus. Campanula angustifolia Tab. Rapunculus campanulatus Nerij folius primus Thal. Rapunculus Persicifolius magno flore C. Bauh. Phyteuma Matth. Lugd. Cam. Cæs. Medion, Alijs.

Campanula Phyteuma dicta fortè à verbo græco φυτεύω planto, gigno, procreo, quoniam hæc planta radicibus serpendo, multas alias, procreet, & gignat teneriores quæ postea cum radicibus de loco vno in alium transferri possunt, & transplantari: hinc Phyteuma appellata hæc herba, quia transplantata etiam feliciùs crescat. Campanula media dicitur, & Medion fortè, quia in Media regione vbique, & passim crescat, & sit planta vulgaris.

Campanula lutea linifolia Ger. ico. Rapunculus nemorosus tertius Tab. Rapunculus nemorosus angustifolius paruo flore C. Bauh.

Campanula folijs serratis cærulea Eyst. Rapunculus alpinus, seu Pyramidalis minor Bauh. Prodr.

Campanula minor alpina rotundioribus imis folijs Clus. hist. Campanula minor rotundifolia, Lob. Campanula syluestris minima, Dod. Campanula minor rotundifolia vulgaris C. Bauh. Rapi syluestris genus minus, quòd Campanula cærulea Gesn. hor. Phyteuma alterum montanum Cæs. Rapunculus campanulatus linifolius, Thal. Rapunculus syluestris minor Tab.

Campanula minor alba, & purpurea Ger. Campanula minor rotundifolia flore in summis cauliculis C. Bauh. Rapunculus syluestris flore ex purpureo candicante Tab. Rapunculus syluestris minor Eyst.

Campanula rotundifolia minima C. Bauh. Cantabrica Plinij, Ang. Phyteuma vnico flore in summis cauliculis, Cæs.

Campanula vulgatior, folijs Vrticæ, vel maior, & asperior, lege Archangelica.

Campanula syluestris flore luteo Trag. est Digitalis lutea magno flore C. Bauh.

Campanula lutea linifolia, Ad. Lob. Lugd. est Linum syluestre luteum folijs subrotundis C. Bauh.

Campanula aruensis minima Dod. lege Auicularia.

Campanula alba syluestris, lege Smilax læuis.

De Campanula autumnali. Synonyma, & Etymum.

Campanula autumnalis Dod. Eyst. Calathiana autumnalis, Gesn. cat. Calathiana viola

viola autumnalis minor, Gesf. hor. Pneumonanthe Lob. Gentiana angustifolia quarta Clusij. Gentiana angustifolia autumnalis maior C. Bauh.

Campanula calathiana, & Viola Calathiana dicitur à Calathi figura, vt dictum fuit supra de Calathiana verna, quia flores Calathi, siue Campanulæ effigiem exprimunt: est enim vas supernè latior, paulatim in angustum desinens. Pneumonanthe nominatur, nam Græcis πνεῦμα flatus, spiritus, & propriè flatus ventorum exponitur; ἄνθος est flos: hinc herba ita appellata, eò quia cum nascatur in altissimis montibus à flatibus ventorum concutitur & agitatur.

Campanula Indica purpureo violacea, lege Conuoluulus purpureus folio subrotundo

Camphora Officinarum est gummi, resina pellucida, candida, vt in secunda parte Phytologiæ dicetur, & Caphura etiam nominatur.

Camphorata Recentiorum, lege Achillea.

Camphorata Cæs. lege Ageratum.

Camphorata glabra C. Bauh. Chamepeucc, & Camphorata minor Lugd. [Camphorata dicitur ab odore acuto, & medicato, nam herba digitis fricata odorem Camphoræ similem refert. Glabra nominatur, idest leuis. [Chamæpeuce dicta nimirum humilis Picea, cum folia Piceæ folijs similia gerat: nam χαμαὶ Græcis est humilis πεύκη verò Picea.

Camphorata Monspeliensium Ad. Lob. Camer. Taber. Selago Plinij, siuè Camphorata Lugd. Chamæpeuce, Ang. Camphorata hirsuta C. Bauh.

Camphorata altera Tab. Camphoratæ congener C. Bauh. Anthyllis lentifolia Ger. ico. Anthyllis altera Italorum, Lob. Lugd.

Camum est potio conflata ex hordeo, & alijs frugibus, Zythi genus.

Canabel Serapionis herba non est, vt Nonnulli opinatur, sed terra tenuissimo sabulo persimilis.

Canacorus quorumdam, lege Arundo Indica latifolia.

Canada, lege Helianthemum Indicum tuberosum.

Canapus vulgò, lege Cannabis.

Canaria Plinij est Gramen caninum dictum, quasi à canibus inuentum, quòd canes ægroti eo præsentem vomitum cum pituita eijciunt, & in nostro cōspectu mandant. Lege Gramen caninum.

Canariense semen, lege Phalaris.

Cancamum Græcis κάγκαμον, lacryma est Arabicæ arboris, de qua in secunda parte Phytologiæ.

Cancamum Offic. Lacca Matth. Cord. in Diosc. & hist. lege in secunda parte Phytologiæ.

Cancraria herba apud Gallos, ita dicta, quia medeatur vlceribus cancrosis, est species Maluæ quæ habet folia Geranij, fortè erit Malua gerani folia, vel Geranium malacodes.

Cancri herba maior lege Heliotropium maius. Cancri herba minor, lege Herniaria.

Cancri chela, siue Cancri forficula, lege Aloe palustris.

Canchrys, lege Cachrys.

Candegi Indis, lege Malabathrum in secunda parte Phytologiæ.

Candelaria herba Officinis, quæ aliter Candela reg s & regia. Item Lucernalis, & Verbascum appellatur, lege Verbascum. Alijs verò Candelaria est Lychnis coronaria.

Canel-

Cannellæ, & Cinnamomi variæ species in secunda parte Phytologiæ erunt examinandæ.
Canicularis herba est Hyoſciamus,ſiuè Apollinaris herba,ita dicta eò quia niſi Oriente Canicula flores promit, & floribus ſeminum pixidulæ ſuccedunt,lege ſupra Apollinaris vbi aliorum nominum etyma inuenies.
Canina braſſica, lege Mercurialis ſylueſtris, ſiuè montana.
Canina lingua, lege Cynogloſſum.
Canirubus. lege Rubus caninus in ſecunda parte Phytologiæ.
Canina malus, lege Mandragora.
Canina Roſa. Canina ſentis,lege in ſecunda parte Phytologiæ.
Canica, eſt quædam impurior, & furfuracea farina ex craſsioribus moliti tritici partibus excuſſa, ex qua flos, ſiue Siligo, hoc eſt, tenuiſsima farinæ pars adempta fuit, & Auctores hanc partem pollinem appellant.
Canicida apud Nonnullos eſt Apocynum, ita nuncupatum quia necet canes in cibo ſumptum, lege Apocynum repens Matth.
Cania Plinij apud Nonnullos eſt Vrticæ ſylueſtris genus.
Canior Iauanenſibus, ſiue Zerumbet Linſc. par. 4. Ind. or. lege Zedoaria rotunda.
Cannis caput, & cerebrum, lege Antirrhinum.
Canna, lege Arundo vulgaris.
Canna Indica, lege Arundo farcta maxima.
Canna mellea, lege Arundo ſaccharifera.
Canna ſepiaria, & vallatoria, lege Arundo vulgaris.
Canna de Bengala, lege Arundo Indica verſicolor.
Canna fiſtularis, lege Arundo ſcriptoria.
Canna ſagittiuoma, lege Arundo farcta, ſiue ſagittalis.
Canna fiſtula ſeu fiſtularis, lege Caſsia fiſtula in ſecunda parte Phytologiæ.
Cannabaria, apud Nonnullos, eſt Cannabina.
Cannabila Virginiana Io: Budei à Stapel. Cannabila Indica, Alijs.
Cannacorus, lege Arundo Indica latifolia.

De Cannabi ſatiua. Synonyma, & Etymum.

Cannabis, & Cannabis ſatiua, ſiue mas, ſiue fœmina, hoc nomine Cannabis apud omnes Authores inſignitur: mas ſemen, fœmina flores tantùm profert. Canapus vulgò Aliquibus Græcis κάνναβις. Italis Canape, & Caneua.
Cannabis appellatur fortè,quià κάναβος apud Græcos eſt lignum tenue, & leue: hinc herba ita dicta, quia ſit tenuiſsima, & leuis & præcipuè caulis exſiccatus in comparatione ad caules aliarum plantarum. [Vel Cannabis dicitur,quaſi bis canna,cum ſit Canna multo leuior. Vel Cannabis dicta, quia cauis locis delectetur, & omninò humidis, cum κάναβοι Græcis ſint fontes,riuo multiplici ſparſi.

Cannabis ſylueſtris, & ſpuria nonnullorum, lege Vrtica fatua aculeata Cannabis appellata, propter formam, cum Cannabi ſatiua.
Cannabina aquatica folio tripartito diuiſo, lege Bidens folio tripartito diuiſo.
Cannabina aquatica folio non diuiſo, lege Bidens folio non diſſecto.
Cannarus, ſeu Paliurus Agathoclis, lege in ſecunda parte Phytologiæ.
Canocerſea, Helxine apud Dioſcoridem, ſed inter nomina notha collocatur.
Canopon lege Sambucus, in ſecunda parte Phytologiæ.
Cantabrica Plinij Ang. lege Campanula rotundifolia minima.

Cantabrica Tur. est Caryophyllus altilis maior; dicitur autem Cantabrica, quia fuit à Cantabris Hispaniæ Tarraconensis populis primò reperta.

Cantherinum Marrubium, apud Nonnullos est Ballote siuè Marrubium nigrum.

Caoban arbor Insulæ Hispaniolæ Ouiedo Hist. Gen.Ind. l. 9. Cap. 9. de ea in secunda parte Phytologiæ.

Caoua potus, lege Bon, vel Ban.

Caphura, lege Camphora.

Capillamenta in herbis, sunt filamenta illa tenuia in florum medio surgentia, sicuti etiam dicuntur particulæ teretes, & oblongæ in capilli modum extenuatæ veluti in radicibus apparent, ab ipsa formæ similitudine, quam cum capillis nostris habent capillamenta dicta: quin etiam hæc capillamenta fibræ appellantur, vnde fibrosa herbarum potissimùm radix, & capillata, siue capillaris dicitur ad differentiam bulbosæ, & rotundæ radicis, quæ bulbi similitudinem habet,

Capillaris, & Capillus Veneris, lege Adiantum.

Capillus Veneris Tragi, est Ruta muraria.

Capita rosarum quid, lege in secunda parte Phytologiæ.

Capitulum, vnde plantæ dicuntur capitatæ est quod constat ex pluribus floribus, & staminibus arctè in globosam, aut circularem, siuè in disci figuram congestis, vt in Carduis, Scabiosa, Iacea, Cyano.

Capitulum martis, Eryngium apud Nonnullos dicitur; eò quia capitula repræsentant clauam multis ferreis clauis armatam; lege Eryngium.

Capitellum est pars fungi virilis, vt dicemus in fungorum historia.

Capnion, Capnitis, & Capnos, lege fumaria.

Capotes fructus, lege in secunda parte Phytologiæ.

Cappa monachi, lege Napellus verus.

De Cappari; Synonyma, & Etymum.

Capparis Matth. Dod. & multorum. Capparis italica Cæs. Capparis rotundiore folio Ger. Capparis retuso folio Lob. Capparis spinosa, fructu minore, folio rotundo C. Bauh. Dicitur, & Cappar κάππαρις. Ophiostaphiline, idest vua viperina, vel serpentina. Italis Cappari.

Capparis dicitur fortè à verbo græco κάπτω auidè comedo, quia ob suauem gustum, in cibis auidè expetatur. Vel à κάπος flatus, nam cum Capparis in parietibus nascatur cuicumque ventorum flatui sit exposita. [Ophiostaphilinum nuncupatur, nam Græcis ὄφις est serpens, σταφυλὴ est vua, idest vua serpentina, nam cum oriatur in muris, & macerijs vbi serpentes stabulantur, ideò dicitur vua serpentina, siue Ophiostaphilinum.

Capparis folio acuto C.Bauh. Capparis Dod. Prima Tab. Capparis folio acuto Lob. Lugd. Ger. Capparis aliud genus Cæs. Inturis, Iunio in Nomenclaturis dicitur, forsan à loco natali quasi in turribus, cum in parietibus annosarum turrium frequentissimè reperiatur.

De Cappari leguminosa. Synonyma, & Etymum.

Capparis leguminosa, Lob. Tab. Capparis fabago Dod. Capparis syluestris, siuè fabaginea Cam. Fabago Belgarum Lugd. Telephium Diosc. & Plinij Colum. Peplus Parisiensium nonnullis. Capparis Portulacæ folio C. Bauh.

Capparis leguminosa dicitur nam folia Capparis habet, longiora tamen, & gemina ad instar foliorum fabæ, & propter foliorum cum faba similitudinem voca-

vocatur etiam fabago. Telephij, & Pepli etyma lege suo loco.
Capparis arborescens, & Capparum arbor legitur apud Authores; sed de hoc in secunda parte Phytologiæ verba fient.
Caprago vulgo, lege Galega, siuè Ruta capraria.
Caprea est genus vitis apud Varronem, eò quod pariat Capreolum, lege Vitis in secunda parte Phytologiæ.
Capreolini Taber. sunt fungi, vt suo loco dicetur.
Capreolus, & Coliculus in herbis est clauiculus intortus, vt cincinnus, is enim, vt herbas teneat, serpit ad locum capiendum, ex quo à capiendo Capreolus est dictus, nam huiusmodi herbæ, nisi sint fultæ, feruntur ad terram, & vt se erigant clauiculis suis, quasi manibus quicquid sunt nactæ complectuntur clauiculus dictus.
Caprificus, siue ficus syluestris, lege in secunda parte Phytologiæ.
Capribarba, lege Barba Capræ.
Caprifolium, siuè Stellaria Brunf. lege Asperula.
Caprifolium Italicum, & Germanicum Dod. Cor. lege Periclymenum, & Matrisylua.
Caprinella apud Nonnullos est Limonium; apud Alios est Muscipula.
Capriola est Graminis species, nempe Gramen mannæ esculentum. Ad. Lob. Ger.
Capsella est Thlaspi species, ita nuncupata, eò quia fructum in quo semen continetur capsellam exiguam refert, lege Bursa Pastoris.

De Capsico, siue Pipere Indico. Synonyma, & Etymum.

Capsicum, siue Piper maius, & minus Lugd. Capsicum, vel Piper Indicum longioribus siliquis Lob. Capsicum Actuarij Eidem, ico. Canium Zinziber Auicennæ Capsicum Clusij in Mon. Capsicum rubrum, & nigrum Fuchs. Piper Indicum Matth. Ges. hor. cui, & Galecuticum Piper. Piper Indicum medium Eyst. Piperitis, seu siliquastrum Peruuianum Cord. hist. Piper Indicum vulgatissimum C. Bauh. Siliquastrum Trag. maius, & minus Fuchs. Piper Americanum vulgatius Clus. Piper Bresilicum, & Piper Hispanicum, Alijs Axi, & Axei, siue Capsicum Monardi. Græcis καψικὸν Italis Pepe Indiano. Huius plures sunt differentiæ, de quibus in secundo Tomo partis primæ Phytologiæ.
Capsicum dicitur à verbo græco κάπτω mordeo, quòd semen comestum mordeat imò adurat sua acredine. Piper Indicum nominatur, eò quia tam semen, quàm siliquæ Piperis saporem, & acrimoniam præ se ferant. Siliquastrum vocatur, quoniam semen in siliquis profert, vel oblongis, vel rotundis, vel recuruis, vel ouali figura propendentibus, vel deorsum spectantibus in mucronem recuruum, vel siliqua oliuari cerasorum modò. Axi est nomen proprium Americanum de quibus omnibus in secundo Tomo Partis primæ Phytologiæ verba fient.
Capur, & Cafur, lege Camphora.
Caput Canis, vel Vituli, vel Simiæ, vel defuncti, lege Antirrhinum.
Caput Gallinaceum, lege Onobrichis.
Caput Monachi, lege Dens Leonis.
Caput humanum, lege Nux Indica in secunda parte Phytologiæ.
Caput Maurohæbrei, lege Antirrhinum aruense maius.
Caput Aquilæ, Hyssopi folio, summitate stœchadis, ita appellata fuit hæc herba, eò quia flos serpentis caput, vel potius Aquilæ referre videtur. Nondum vidimus.
Caput in herbis dici consueuit id quod sursum deorsum in globum extuberat, aut in orbem glomeratur; si magnitudine cesserit, capitulum, à quo multa herbarum capitulata visuntur fastigia. Radices nonnullæ vt Porri, & ceparum extuberant in

capita, vndè, & capitatum Porrum sibi nomen vsurpauit, sic radix, quæ tubere globoso concreuit sibi capitis appellationem arrogauit, ità nuncupata, quia ad formam rotundam sit effigiata, & quodammodo capitis figuram imitantia capita fuere dicta, quia ab ipsis initium capiant aliæ partes.

Caputium Brassicæ genus, lege Brassica capitata.

Cara radix est herbæ eiusdem nominis, qua lacti admixta. Hircius scribit exercitum diù inopiam leuasse. Aron esse quidam existimant. Alij verò Pastinacam esse autumant.

Carabe, est vox arabica significans Electrum, aut Ambram flauam.

Carambolas Garz. frag. Acostæ Lugd. sunt Mala Goensia, de quibus in secunda parte Phytologiæ.

Caranda, & Carandas arbor exotica, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Caragna, & Caranna resina est pinguis oleaginosa, de qua in secunda parte Phytologiæ.

Carantia, lege Balsamina repens cucumerina.

Carara, Cæs. lege Coronopus repens.

Carbasus est genus lini miræ tenuitatis, in Hispania primum repertum Plinius.

Carbunculus, & Carbunculatio, siuè Rubigo, vel Robigo morbus satorum è frigore, & pruinis genitus.

Carcapuli Acostæ, & Carcapuli Linsc. arbor est exotica, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Carcinethron genus herbę, secundum nonnullos, quod Græci Polygonon vocant. Latini Geniculatam dicunt.

Carcioffi, lege Cinara.

Cardamon, lege Nasturtium hortense.

Cardamine, lege Nasturtium.

Cardamine trifolia, lege Nasturtium alpinum trifolium.

Cardamine rotundifolia, lege Nasturtium rotundifolium.

De Cardamomo. Synonyma, & Etymum.

Cardamomum maius Matth. Lon. Lac. & Aliorum. Cardamomum hortense Nonnullis. Cardamomum Arabicum maius Tab. Grana Paradisi Officin. Cord. in Diosc. Malaguetta Garziæ cui, & Combazbange Auicen. Mellegetta, seu Cardamomum piperatum Cord. hist. Melleguetta, Ad. Græcis καρδάμωμον Arabibus Cordumeni. Italis Cardamomo.

Cardamomum dicitur, quasi Nasturtium suaue, nam Græcis Nasturtium κάρδαμον appellatur: habet enim Cardamomum semen acre, & odoratum, & hanc ob caussam Grana Paradisi appellantur, propter odoris fragrantiam. [Velut Alijs placet, Cardamomum nomen accepisse ab exotico, vel Arabico verbo Cordumeni. Vel Cardamomum dictum, quia Cardami, & Amomi naturam participet. [Malaguetta, Melegetta, & Milleguetta nominatur, propter similitudinem, quam cum Melicæ semine habet.

Cardamum, siue Nasturtium hybernum, lege Barbarea.

Cardel Arabibus, Scroder. Pharmac. est Sinapi.

Cardes nomen est radicis apud Indos, qua ad leuandam sitim vtuntur Linscot. pa. 7. Ind. Occid.

Cardi, lege Anapallus Bellonij.

Cardi, & Cardones, lege Cactos.

Cardinum pro Nasturtio hortensi aliquando, sed perperam legitur.

De

De Cardiacâ. Synonyma, & Etymum.

Cardiaca Matth. Ad. Lob. & multorum. Cardiaca, vel Lycopsis, Fuchs. Lycopsis, Branca lupina Ang. Melissa sylvestris Tragi. Marrubium mas Brunf. Marrubium cardiaca dictum fortè primum Theoph. C. Bauh. Palma humana Parisiensibus.

Cardiaca dicitur ab eximijs viribus aduersus cordis affectus καρδία apud Græcos est cor. Lycopsis etymum lege suo loco. Branca lupina nuncupatur forsan à figura folij, nam folium expansum pedem lupinum imitatur, dum in terra Lupus vestigia imprimit. Melissæ, & Marrubij etyma lege suo loco. Palma humana nominatur, quoniam folia, manus expansas præ se ferunt.

Cardiaca Moluccana aspera, lege Melissa moluccana aspera.

Cardiaca medica, siue moluccana læuis Syriaca, lege Melissa moluccana.

Cardina, & Carduina, lege Carlina.

Cardiobotanum, lege Carduus benedictus.

Cardispermon, lege Halicacabum peregrinum.

Cardones, lege Cactos.

Cardopatium, Gesf. lege Carlina ità dictum, quasi Cardoprassium, quod huiusmodi Carduus sit prasini coloris.

Carduus hortensis, altilis, & esculentus, lege Cactos.

Carduus eryngioides capite spinoso Alpini. Dicitur Eryngioides eò quia habet folia Eryngij folijs quadantenus similia.

Carduus latifolius, lege Acanus.

Carduus pratensis, Asphodeli radice, folijs profundè, & tenuiter laciniatis C. Bauh. Acanthus sylvestris alter Dalech. Lugd. Iacea aculeata seu tuberosa Tab. Iacea tuberosa Ger.

Carduus pratensis folijs tenuibus laciniatis C. Bauh. lege Erisithales.

Carduus acaulis, lege Carlina acaulos.

Carduus aculeatus Matth. lege Cactos.

Carduus areophyllos, Dalech. Lugd. est Carduus tomentosus capitulis minimè aculeatis C. Bauh. Dicitur areophyllos, idest habens folia rara, & tenuia, nam ἀραιος apud Græcos exponitur rarus, tenuis, & angustus φύλλον verò folium, quòd raris folijs vestiatur.

Carduus auenarius Thal. Carduus in Auena proueniens C. Bauh. Carduus sylvestris in auena Trag. Carduus aruensis Tab. Carduus muscatus Ger.

Carduus benedictus Matth. Lob. Cam. Lugd. Cast. & Aliorum. Carduus Sanctus Atractylis Diosc. Cæs. Atractylis hirsutior Fuchs. Cnicus supinus, Cord. hist. Cnicus sylvestris hirsutior siue Carduus benedictus C. Bauh. Cardiobotanum Nonnul. lorũ. [Carduus benedictus, & sanctus dicitur ob admirabiles virtutes & facultates, quasi sãctas, quas possidet cõtra varios morbos. Italis Herba Turca, & Cardo Sãto.

Carduus Cereus, seu Cerei formis Ouiedo Hist. Gen Ind. l. 8. c. 24. vide in secunda parte Phytologiæ.

Carduus chondrilloides Dalech. Lugd. Carduus verticè corticoso C. Bauh. Chondrilloides dicitur quòd folijs Chondrillam secundam affabrè imitetur.

Carduus chrysanthemus Dod. lege Ascomlimbros.

Carduus eriocephalus Dod. Clus. Cam. Lugd. Carduus tomentosus, & corona fratrum Lob. Carduus capite rotundo tomentoso C. Bauh. Acanthium montanum Dalech. [Eriocephalus dicitur, quia sumitatem habeat tomentosam ἔριον Græcis est lana κεφαλὴ caput: nimirum caput lanuginosum. [Corona fratrum appellatur, quoniam producat capitula plura taliter ordinatè composita: videlicet vnum magnum caput, echino marino simile, est in medio, ac immediatè radici anne-

annexum, & circumcirca ipsum octo, nouem, vel decem, & aliquando plura pauciorauè capitula nucis iuglandis, & ampliorè magnitudine, sic contigua, quod vnum tangit aliud, omniaque terræ adhærentia, & quia caput magnum stat tanquam pater, capitula verò, tanquam filij eius, & fratres in modum coronæ stant circumdantes ipsum patrem, ideò Corona fratrum nuncupata fuit.

Carduus ferox Lugd. Tab. Ger. lege Acarna.

Carduus Fullonum, lege Dipsacus satiuus.

Carduus pinea Theophrasti Alpino, ità dictus, eò quia caput ad instar nucis pineæ in medio foliorum extuberat acanaceum, ideò pinea dictum.

Cardui fullonij genus, lege Virga Pastoris.

Carduus Indicus, lege Ficus Indica.

De Carduo lacteo. Synonyma, & Etymum.

Carduus lacteus Matth. Lugd. Carduus Mariæ Trag. & multorum. Carduus marianus Cord. in Diosc Carduus leucographus Dod. Leucographis Plin. Lugd. Leucacantha Trag. Cornaro. Carduus albis maculis notatus vulgaris C. Bauh. Silybum Ang. Ad. Lob. Carduus ramptarius, Alijs.

Carduus lacteus dicitur, quoniam folia maculis, & neruis subalbidis, & quasi lacteis aspersa videntur. Carduus Mariæ, & marianus nuncupatur fortè quia eius esu copiam lactis generant mulieres, nam radicum siccarum puluis propinantur ex ptissana, cum fæniculi semine, & longo pipere ad lac augendum. [Carduus leucographus, & Leucographis nominatur, nam apud Græcos λευκὸς est albus γράφω scribo, hinc λευκογραφέω albo colore depingo: vnde herba sic appellata, quia albo colore sit depicta. [Leucacantha vocatur idest Spina, alba, nam Græcis λευκὸς est albus ἄκανθα verò est spina, cum folia albis maculis notata appareant. [Silybum nuncuparunt forsan, quoniam sit herba similis illi Chamæleontis speciei, quam Ægyptij Sobil vocant: hinc Græci hoc vocabulum in silybum conuerterunt, idest σίλυβον, [Carduus ramptarius dicitur, quasi Raparius, quoniam eius radices hyeme more Raporum sunt edules.

Carduus lacteus syriacus, lege Aga Cretensium.

Carduus lanceolatus, Tab. Ger. Carduus lanceatus latifolius C. Bauh.

Carduus stellatus, & stellatorius, lege Calcatreppola.

Carduus muricatus, lege Calcatreppola.

Carduus albis maculis notatus exoticus, lege Aga Cretensium.

Carduus Pitahaya Ouiedi Lugd. Pitahaya Card. de varietate Ges. hor. Carduus spinosissimus brachiatus ex Hispaniola C. Bauh. Apud Indos hoc nomine Pitahaya insignitur.

Carduus pratensis Trag. Ad. Lob. Ges. hor. Carduus pratensis latifolius C. Bauh. Carduus limonia fortè Theoph. Alijs, nam λειμών est pratum apud Græcos.

De Carduo Solstitiali. Synonyma, & Etymum.

Carduus solstitialis Cam. Calcatreppola altera, Cæs. Carduus stellatus luteis folijs Cyani C. Bauh. Spina citrina, vel lutea Ges. hor. Spina solstitialis, Dod. Ad. Lob. Cam. Leucacantha quorumdam Lugd. spina solstitialis mitior Apula, siue Carduus stellatus minor, Col.

Carduus solstitialis & spina solstitialis dicitur, quia solstitio æstiuo floreat; vel, vt Alij volunt, quòd post solstitium spinæ eius maximè pungant. [Leucacantha vocatur, eò quia folia incana ab vtraque parte appareant. Spina citrina, vel lutea nomi-

nominatur, nam flosculi ex staminibus compacti lutei cernuntur. Aliorum nominum etyma lege suo loco.

Carduus pinus, lege Chamæleon non aculeatus.

De Carduo sphærocephalo, Synonyma, & Etymum.

Carduus sphærocephalus latifolius vulgaris C. Bauh. Carduus globosus Ger. Sphærocephalus annuus, Cam. Carduus sphærocephalus Cord. hist. Dod. Tab. Crocodilium Lac. Ad. Lob. Rutro, siuè Ritro Theoph. Tetralix spinosa Lugd. Spina alba, item Arabica Lugd. Ruthrum alterum. Echinopus Ger. hor. Spina incognita Fuchs. ico. Spina peregrina Dod. gal. Spina alba altera Matth. Spina alba putata Cam. epit.

Carduus sphærocephalus dicitur eò quia orbiculatum sphæræ instar capitulum gerit. σφαῖρα enim apud Græcos est globus, pila, κεφαλὴ est caput, hinc herba, idest Carduus habens caput globosum. [Crocodilium appellatur, quia habet spinas acutissimas ad instar vnguium Crocodili animalis: sed hoc nomen de Carduo spinosissimo est intelligendum. [Ritro, Rutro, & Ruthrum fortè dicitur à loco natali, cum apud Græcos ῥέεθρον, & per syncopem ῥεῖθρον flumen denotet: nam hæc herba sponte nascitur saxosis, & fluuijs imminentibus collibus. Tetralix vocatur, nam τετρὰς Græcis quaternio, & quaternarius est numerus. Lix. est cinis, quæ miscetur aquæ pro conficiendo lixiuio; hinc herba ità dicta, fortè quia Prisci ex quarta parte cineris huius plantæ, & quatuor aquæ, lixiuium conficerent, ideò Tetralicem dixerunt. Echinopus dicta, idest Carduus echinatus, nam caput ad instar echini conglomeratum habet.

Carduus Brasilianus folijs Aloes, lege Aberas.

Carduus spinosissimus vulgaris, lege Aculeosa Gazæ.

Carduus Veneris, lege Dipsacus.

Carduus, nutans, lege Cirsium.

Carduus tomentosus capitulo latiore C. Bauh. Carduus sphærocephalus quintus Dod.

Carduus suarius, lege Carlina.

Carduus muricatus, lege Calcatreppola, siue Carduus stellatus.

Carduus vulgatissimus viarum, Lob. lege Atractylis.

Carduus panis, seu pacis, lege Carlina.

Carduncella est Senecio dicta, lege Senecio.

Carduncellus Penæ, siue Cardui minimi species Lugd. Carduncellus montis Lupi, Ad. Lob. Eryngium montanum minimum capitulo magno C. Bauh.

Carcum frutex peregrinus, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Carcum, Carium, & Carum, herba, lege Carui.

Carex Tragi Lugd. est Gramen cyperoides Lob. & Aliorum. Carex minus Lon. est Gramen mixtum ex Iunco, & gramine Thal. Carex alterum Lon. est Iuncus floridus.

Carex dicitur fortè à græco κάρα, vel κράνιον caput, hinc κρανaὸς asper, quia hæc planta sit acuta, & aspera in capite, idest cacumine.

Carica herba, lege Apios Matth.

Carica genus fici à loco sic dictum, lege Ficus in secunda parte Phytologiæ.

Cariophyllus, lege Caryophyllus.

Caritides lege Caryotides.

Carobaria, lege Arbor Iudæ in secunda parte Phytologiæ.

Carphos Plinij, lege Fœnum græcum.

De Carlina. Synonyma, & Etymum.

Carlina Herbariorum, Ad. Lob. ob. Carlina acaulos magno flore C. Bauh. Apri radix Brunf. Carduus panis, seu pacis, Ericio, Cord. Chamæleon albus Matth. Cord. in Diosc. Lac. Cast. Lugd. Ixine Theophrasti, Ang. Helxine Pliniana, Eidem. Spina Arabica Dod. gal. Cardopatium caule nullo, Gef. hor. Chamæleon albus Diosc. Carlina humilis, vel altera, Dod. Col. Carlina vulgò Cæs. Carlina sessili flore, Cam. Cardina, vel Carduina, Alijs Carduus suarius Nonnullorum. Alijs verò Cynomazon dicitur, & Cynozolon. Aliquibus Vernilago. Italis Carlina.

Carlina dicta, quasi Carolina, nam Carolo Regi olim ab Angelo demonstratā credunt ad propulsandam ab exercitu suo pestem. Vel Carlina vocatur quasi Carduina, vel Cardina, cum folia, & capitulum ad instar Cardui producat. [Carlina acaulos nuncupata, ideſt sine caule. Apri radix fortè nominatur eò quia nascatur in locis vbi Apri frequenter degunt, & quia, deuoretur ab Apris, eaq; pereant [Carduus panis seu pacis dictus, quia radicis puluis, in panificijs adhibitus, & canibus propinatus illos interimit: idcirco Pacis dictus, quia latratus imposterum edere non possunt. [Chamæleon vocatur à foliorum varietate, mutant enim folia cum terra colorem, nam hic viridia, illic albicantia alibi cærulea inueniuntur, more Chamæleonis animalis eò quòd toto corpore colorem mutet. Dicitur albus ob radicem, quam albam profert. [Ixine nuncupatur, quoniam ἰξὸς, & ἰξία apud Græcos dicitur viscum, hinc herba sic dicta, quia viscum quibusdam in locis circa radicem eius inuenitur, quo pro masticne vtuntur mulieres: vnde Aliqui Vernilaginem appellant. [Helxine dicitur Græcis ἑλξίνη, ab ἑλκω traho, nam cum sit herba spinosa prætereuntium vestes trahit. Cardopatium appellatur, quasi Cardoprassium, quod huiusmodi Carduus sit prassini coloris. [Carlina sessili flore vocatur eò quia flos ità humi proiectus est, vt sedere videatur, cum sit herba acaulis, ideſt sine caule. [Carduus suarius nuncupatur, quòd sues, si in polenta adhibeatur perimat: enecat enim canes, sues, & mures, idcircò Cynomazon dicta, ideſt cibum canum, cum Græcis κύων sit canis, μᾶζα verò communis cibus ex farina compositus: hinc herba ità dicta, quia si in cibo, vel offa, vel pulte canibus admisceatur, illos interimit. Cinozolon dicta propter grauitatem odoris, quod est Canum virus olens, ab ὄζω quod significat oleo;

Carlina elatior Clus. hist. Carlinæ alterum genus Cæsalp. Carlina caulescens Cam. ep. Carlina vulgaris caulem emittens, Col. Carlina caulescens magno flore C. Bauh. Chamæleon niger vulgaris Trag. Eyst. Cardopatium flore albo caulem habens Gef. hor. Chamæleon albus caule donatus, Lob. Chamæleon niger dicitur eò quia radicem habet crassam, nigram, & densam.

Carlina acaulis gummifera C. Bauh. Chamæleon albus gummi, vt mastix ferens Belli epist. ad Clusium. Chamæleon albus Apulus purpureo flore gummifer Col.

Carlo sancto Monardi Carolus sanctus Castori, lege Lupulus Mechiocanus.

Carman Arabum Ilicis species est, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Carnabadium, lege Cuminum satiuum.

Carnub, & Carub Alpini est Siliqua dulcis, de qua in secunda parte Phytologiæ.

Carobe, Carobia, & Carobole, est siliqua arbor, cuius historiam in secunda parte Phytologiæ ponderabimus.

Caræ num, teste Palladio, ex musto conficitur, veluti Sapa, & Defrutum, cum videlicet

licet mustum dulcissimi saporis ad tertias decoquitur, Carenum verò fieri cum tertia perdita duæ partes remanserint.

Carolina, lege Carlina.

Caros, Careum, & Carum, lege Carui.

Caros alpinum Gæs. lege Meum alpinum.

Caro substantiam illam molliorem in fructibus succulentis notat, quam aliàs pulpam vocamus, vt pulpa, seu caro cassiæ, caro prunorum, & similium, ità dicta, quia ad similitudinem carnis animalium sit efformata. Italis Polpa del frutto, & vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

De Carota. Synonyma, & Etymum.

Carota vulgaris radice flaua, Ad. Carota radice buxei coloris Cæs. ex albo flauescens, Cast. nostra lutea Cam. Carota crocea Guil. Pastinaca tenuifolia satiua radice lutea, vel alba C. Bauh. Pastinaca satiua flaua, Lon. Pastinaca radicibus luteis, vel albis, Ges. hor. Pastinaca tertia, Daucus staphylinus altilis, & hortensis, vulgò Carota Cam. hor. Staphylinus satiuus, & Daucus domesticus Galeno, Luteus, Dod. gal, Italis Carota gialla, & bianca.

Carota Matth. altera Lugd. radice sanguinei coloris, Cæs. radice rubra, Cast. Carota vulgaris, Ad. Pastinaca tenuifolia satiua, radice atrorubente C. Bauh. Pastinaca satiua rubens Dod. atrorubens Lob. Pastinaca radicibus purpureis Ges. hor. Staphylinus niger Dod. gal. Daucus radice nigra Theoph. Been rubrum, & album, an Daucus satiuus, & syluestris Galeni Ang. Carota radice rubra, & alba Been rubrum, & album esse volunt Aliqui. Italis Carota rossa.

Carota dicitur fortè à carne eò quia hæc herba facultatem alimentalem habeat, veluti caro, cum Rapi, aut Napi modo in carnium iure coquitur, & præcipuè albæ Carotæ radix. Vel à carne dictam volunt, nam habet radicem rubram, & quodammodo carni similem, cum radix sanguinei fit coloris. Alij verò Caryotam vocant, creduntque à Germanica voce desumptam Garroot. Pastinacæ, & Dauci etymum lege suo loco. Staphylinus verò appellatur forsan à colore vuæ nigricantis, cuius coloris vnius radix est, nempe Carotæ atrorubentis, nam σταφυλὴ est vua.

Carpentaria herba apud Vulgus Gallorum est Bunium, siuè Napus syluestris.

Carpesium Græcis καρπήσιον est festuca tenuis surculis Cinnamomi similis odore τῷ φῷ sed valentiore, & magis aromatico Caryophyllus aromaticus putatus. Alij verò Cubebe, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Carpesium Cord. hist. est Piper oblongum nigrum, siuè Piper Æthiopicum.

Carpesium Cast. est Valeriana hortensis, siuè Phu maius.

Carphos à Nonnullis fœnum græcum appellatur κάρφος enim Græcis significat fœnum aridum, & leue à verbo græco κάρφω sicco, arefacio.

Carpinus arbor lege in secunda parte Phytologiæ.

Carpobalsamum, lege Balsamum in secunda parte Phytologiæ, est enim fructus Balsami, nam καρπὸς Græcis est fructus.

Carpophyllon genus est Lauri, vt in secunda parte Phytologiæ dicetur.

De Cartamo, siuè Cnico satiuo. Synonyma, & Etymum.

Cartamus, Brunf. Trag. Fuchs. Lon Cnicus satiuus, siue Carthamum Offic. C. Bauh. Cnicus vrbana, & satiua Theoph. & Plinij. Cnicus Matth. Dod. Cnicus, siue

Crocus syluestris, Ang. Cnecus Tur. Cnicus vulgaris Clus. hist. Crocus sarracenicus Nonnullis. Cnicius Aliquibus. Italis Zaffarano saluatico, & Saracinesco. Bononiensibus Gruogo. Græcis κνῖκος.

Carthamus, & Carthamum dicitur, quoniam apud Mauritanos, apud quos frequens nascitur dicitur Kartam; vndè fit terminatione latina Cartamus. [Cnicus verò appellatur ἀπὸ τῦ κνίζειν, quòd mordere, & pungere significat, κνίζω apud Græcos est Vrticæ in modum pungo. Vel potius dicitur à floris colore croceo, cum κνηκὸς exponatur croceus, flauus, rutilus. Croci etymum lege suo loco.

Carthamum, siuè Cnicus cæruleus flore cæruleo Cam. Carthamus, siue Cnicus Ger. Cnicus cæruleus asperior C. Bauh. Cnicus flore cæruleo Lob. Cnicus alter, Clus.

Cartamus, & Carthamus syluestris, lege Atractylis.

Carub, & Carnub, Alpini, lege in secunda parte Phytologiæ.

De Carui. Synonyma, & Etymum.

Carui Lon. Ad. Cæs. Thal. Carium, siuè Careum Fuchs. Caros Bruns. Trag. Dod. Carum Matth. Ang. Lob. Cast. Lugd. Tab. Cuminum pratense, Carui Officinarum C. Bauh. Græcis κάρος, κάρειον. Atheneus Pastinacam maiorem interprætatur. Italis Caro, & Carui.

Carui nuncupatur fortè à Caria regione, in qua laudatissimum crescat: vel à κάρα caput, eCquia commanducatum capiti grauedinem afferat.

Caruifolia ò. Bauh. Fæniculum syluestre Loniceri, Lugd. Fæniculum erraticum alterum Lon. Cyminum equinum, & syluestre Trag. Hippomarathrum Bot. Franc. Etyma nominum lege suis locis.

Caryon genus Nucis, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Caryopos similiter est genus Cinnami fruticis in Syria nascentis, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Caryophyllata vulgaris, lege Benedicta.

Caryophyllata Veronensium flore saniculæ vrsinæ, Ad. Lob. sanicula montana Clus. hist. Sanicula alpina Tab. Ger. Cortusa Matth. Cast. Lugd. Cam. Sanicula montana latifolia laciniata C. Bauh. [Saniculæ etymum lege suo loco. Cortusa verò dicitur ab Inuentore Iacobo Cortuso patritio Patauino.

De Caryophyllo domestico. Synonyma, & Etymum.

Caryophyllus domesticus Matth. Cam. Cast. Caryophylli nostrates, an Cantabrica Plinij Ang. Caryophyllus altilis maior C. Bauh. Betonica altilis, Fuchs. Ges. col. Coronaria Lac. Vetonica altilis Dod. gal. coronaria Ges. hor. Cantabrica Tur. flos garyophyllorum Lon. herba Tunica Quibusdam. Caryophylleus flos Alijs.

Caryophyllus dicitur ab odore Caryophylli aromatici. Cantabrica nominatur à Cantabris Hispaniæ Tarraconensis populis primo reperta. Betonicæ & Vetonicæ etymum, lege suo loco. Herba Tinica quasi Tunica fortè dicta à verbo græco τιω, siue τιω, honoro, in honore habeo, magni æstimo, & carum habeo, eò quia sit herba apud omnes in honore habita, & summoperè expetita, ob odoris fragrantiam, & colorum in floribus varietatem.

Caryophyllus barbatus, lege Armeria.

Caryophyllus Carthusianorum, lege Armeria.

Caryophyllus montanus maior flore globoso, lege Staticé.

Caryophyllus pumilio alpinus, vel septimus Clusio. Ocymoides muscosus Penæ.

Muscus

Muſcus floridus Geſ. Muſcus alpinus Lychnidis flore. Lychnis alpina pumila folio gramineo C. Bauh. Etyma nominum lege ſuo loco.

Caryophyllus holoſtius, Lob. ico. Ger. Holoſtium caryophylleum Tab. Caryophyllus aruenſis hirſutus, flore maiore C. Bauh. Holoſtij etymum lege ſuo loco.
Caryophyllus Indicus, lege Tanacetum Africanum.
Caryophyllus ſaxatilis folijs gramineis C. Bauh. Symphytum petreum, ſiue Gypſophyton Thal. [Symphyti etymum lege ſuo loco. Gypſophyton verò dicitur à loco natali, nam apud Græcos γύψος eſt gypſum, φυτὸν verò planta quaſi planta gypſea, quia naſcatur in locis, vbi gypſum excauatur.
Caryophyllus flore tenuiſſimè diſſecto, & laciniato, lege Superba.
Caryophyllus ſylueſtris vulgaris latifolius C. Bauh. Cariophyllus montanus primus Taber. flos gariofilus ſyl. Cæſ. Armeria, ſiuè Caryophyllus minor ſylueſtris minus odorus folijs latioribus, Ad. Lob. Armerius flos primus Dod. Lugd. Cariophyllea ſyl. tertia Thal. Tunica ſylueſtris Lon. Cantabrica ſyl. Tur. Vetonica Dod. gal. Betonica ſyl. prima Fuchſ. Caryophyllea ſyl. Matth. Lugd. Caſt. Garyophyllea ſyl. Trag. Dondernægelin Brunſ.

Caryophyllus ſylueſtris prolifer Eyſt. & Bauh. Caryophyllea ſyl. quarta Thal. Armeria prolifera Lob. Armerius flos proliferus Cam. Caryophyllus ſyl. minimus, Tab. Viſcaria, Ger. ico.
Caryophyllus Turcicus apud Bononienſes eſt quædam Anemonis ſpecies floribus albo, rubro, & viridi colore variegatis, lege Anemone.
Caryophyllus aromaticus à nonnullis clauus dictus quòd claui modo capitatus, ſit lege in ſecunda parte Phytologiæ.
Caryophyllus Plinianus, ſiuè Negundo, de quo in ſecunda parte Phytologiæ.
Caryotæ, ſiuè Caryotides, Palmulæ genus eſt, vt in ſecunda parte Poytologiæ verba locupletiora proferam.
Caſia Matthioli, Chameleæ ſpecies Tab. lege Cneoron.
Caſia nigra Theophraſti, Dalech. in Plinium, lege Roſmarinus.
Caſia alba Theophraſti, Dalech. in Plinium, lege Lauandula, Nonnulli exiſtimant hanc eſſe Caſiam odoratam herbam Virg. & Caſiam Germanicam Tragi.

De Caſia Poetica. Synonyma, & Etymum.

Caſia Poetica Monſpelienſium, Ad. Lob. Cam. ep. Caſia Quorumdam Cluſ. hiſp. & hiſt. Tab Caſſia lignea Cæſ. Caſſialignea maritima, Lugd. Oſyris fructeſcens baccifera C. Bauh. Polygonum quartum Plinij quibuſdam Dalech. in Plinium.
Caſia κασία, ſiuè κασσία fortè deductum à Caſſia lignea aromatica, nam κάσσυμα apud Græcos eſt corium: hinc Caſſia fortè dicta, quia cortex tanquam corium à trunco auellatur.
Caſia lignea aromatica, lege in ſecunda parte Phytologiæ.
Caſia cathartica Caſſia ſolutiua, Caſſia ſtercoraria, Caſſia ſyringitis, Caſſia fiſtula ſeu fiſtuloſa lege in ſecunda parte Phytologiæ.
Caſſabel Darrir, Proſperi Alpini: frutex eſt, vt dicemus in ſecunda parte Phytologiæ.
Caſſamum verum Cord. Scroder. eſt Carpobalſamum, lege in ſecunda parte Phytologiæ.
Caſſaui radix eſt ex India par. 8. Ind. Occid.

De Cassida, siuè Scutellaria. Synonyma, & Etymum.

Cassida Fab. Colum. Scutellaria, Cortuso, Scordotis secunda Plinij, Ponæ. Lamium peregrinum, siuè Scutellaria C. Bauh. Betonica syluestris Pauli, Quadramio. Lamium astragaloides I. Cornuti.

Cassida dicitur eò quia fructum producat nempe semen ad instar cassidis, ideft militaris galeæ, nam concauum producit, veluti cassis vacua ad caput recipiendum idonea; & ob hanc rationem à Nonnullis Scutellaria appellatur, quia formam scutellæ vasis genus rotundi, & concaui repræsentat. Aliorum nominum etyma lege suo loco.

Cassignete, Dionysia nymphados est Pimpinella sanguisorba, ad mentem Nonnullorum Cassignete Plinij. Alijs est Iacobea latifolia altera, Conizæ alpinæ genus.

Cassilago à Nonnullis Hyoscíamus appellatur.

Cassina herba in India ex cuius succo famem, & sitim tollunt per horas 24. par. 2. Americ.

Cassitias, Visci genus in Abiete, & Larice nascens vt in secunda parte Phytologiæ loquar intelligibiliùs.

De Cassutha, siue Cuscuta. Synonyma, & Etymum.

Cassutha Fuch. Tur. Dod. Lugd. Thal. Cassytha Gel. hor. Ad. Lob. Tab. Cuscuta, Matth. & Aliorum. Androsaces Diosc. si legatur ἄφυλλον, ideft sine folijs, Ang. Androsaces vulgò Cuscuta Trag. Cuscuta maior C. Bauh. Podagra Lini nonnullis. Linodesmus, Gesner. Italis Cuscuta.

Cassutha, Cassytha, & Cuscuta dicta nomine ab Arabibus desumpto, quibus dicitur Kessuth. & Cassuth. Androsaces etymum lege suo loco. Podagra Lini nominatur, quòd Linum amplectatur, & liget, veluti Podagra hominum membra ligat: idcirco λινόδεσμον Gesnero vocatur, nam δεσμὸς apud Græcos est vinculum, vel fasciculus, λίνον linum, ideft lini vinculum, nam Linum superascendit, & sursum scandit, & eum ligat.

Cassutha minor Dod. Epithymum, siuè Cuscuta minor Lob. Epithymum Matth. & Aliorum. Epithymum Græcorum, & Arabum, Lob. Epithymum vulgare, si ex Thymo simili ablatum, verum Dioscoridis Epithymum est Col. [Epithymum dicitur, ideft supra Thymum, nam ἐπὶ apud Græcos est super, & cum hæc herba passim herbis, & fruticibus adnascitur, potissimum ebulo, Vrticæ, Lino, Trifolio, Lupulo, Rubo, & Vepribus: idcirco Epithymum fuit appellata.

Cassytha, lege Cassutha.

Casta Gazæ, lege Aglaophotis.

Castanaria Nonnullorum est Cynocrambe, siue Mercurialis montana syluestris. Ita dicta, quia nascatur in Castanetis, nempe in locis castaneis consitis.

Castanea arbor, Castanea Purgatrix, Castanea equina, Castanea Peruana, lege in secunda parte Phytologiæ.

Castrangula, lege Scrophularia.

Castrata Siliginis genus est apud Plinium, quod in Campania proueniebat, Pisano magis rufum.

Catamer, Catemer, siue Catamet, lingua Turcica Anemonem plenum, siue multiplicem significat.

Catananze Cæsalp. lege Balsamina fœmina.

Cata-

Catanance Lob. Tab. est Luteola herba.
Catanance Gesf. hor. Lugd. est Lathyrus sylvestris minor C. Bauh. Vnguimiluia, & Amatoria, Gasp. Scuuentfelt. Catanance etymum, lege Balsamina fœmina. Vnguimiluia forsan dicitur quoniam capreolos habet miluinis vngulis similes Græcis *καταρδγκν*.
Cataphysis, lege Psyllium.
Catapsixis, lege Cicuta.
Cataputia maior, lege Ricinus vulgaris.
Cataputia minor, lege Lathyris.
Cate Acost. est Lycium folijs Ericæ, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.
Catharticæ plantæ dicuntur, idest vi purgandi præditæ a verbo græco *καθαιρω*, quod significat purgo.
Cathengit, est Ebulus apud Nonnullos, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.
Catecomor, lege Aloe vulgaris.
Caterićton, non est herba, vt Nonnulli opinantur, sed legumen fractum, & contusum.
Cattagauma, vel gemu, est succus exoticus Peruanus.

De Cattaria, siuè Mentha felina. Synonyma, & Etymum.

Cattaria herba, Dod. Cattaria, siuè mentha Catti, Ad. Gattaria vulgò. Herba felis, Lugd. Mentha felina, Tab. Ger. Eyst. Nepeta Germanica, Cam. Calaminthę species quibusdam, Gesf. hor. Herba Gattaria Matth. Cast. Nepeta fruticosa, Cord. in Diosc. Menta non odorifera, Brunf. Mentha cataria vulgaris, & maior C. Bauh. Calamenthum monachorum, Alijs. Italis Herba Gatta, & Gattaria.
Cattaria, Gattaria, vulgò, Mentha Catti, Herba felis, & Centha felina, à Cattis siue felibus nomen traxit, nam odoris voluptate capti cum primum illam olfecerint miris gesticulationibus lasciuiendo, & colludendo se se affricant, & illam amplexantur. Etyma aliorum nominum lege suo loco.

Cattaria folio longiore, Dod. Mentha Cattaria angustifolia maior C. Bauh. mentha cattaria peregrina angustifolia, Lob. Lugd. mentha felina satiua angustifolia, Tab. Saluia romana, Ger. ico.
Catulus apud recentiores Botanicos idem sonat, quod Iulus, aut nucamentum, vt catuli salicis, aut Populi, idest Iuli, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.
Cauagnola Bononiensibus vulgò, lege Pedicularis, seu fistularia.
Caualalale, lege Cafelale.

De Caucalide, Synonyma, & Etymum.

Caucalis, Matth. Cast. & Aliorum. Caucalis lato Apij folio C. Bauh. Caucalis vulgatior Ad. Caucalis rubello flore, Clus. hist. Daucoides maius, Cord. hist. Gingidium, Cæs.
Caucalis dicitur quasi *κέω καυλὸς*, *κέω* enim est recumbo, iacere cupio, *καυλὸς* est caulis, scapus, siue thyrsus, & quoniam hæc herba propter copiam caulium humi semper recumbit, ideo Caucalis fuit appellata. Daucoides nuncupatur, idest similis Dauco. Gingidij etymum lege suo loco.

Caucalis alia vulgaris Lugd. Caucalis albis floribus vulgaris, Lob. Caucalis coronata vmbella, Cam. Caucalis aruensis echinata magno flore C. Bauh. Lappa agre-

stis Trag. Lappula canaria Plinij, Ang. Tribulus syluestris, & lappa campestris, Lon. Dauci genus aruense, Ges. Daucus ἀκανθόκαρπος, seu ἐχινόκαρπος, siuè ξανθιόκαρπος minor, Thal. Echinophora πυκνόκαρπος, an Gingidium Diosc. Col.

Caucalis, & Lappæ etymum, lege suo loco. Lappula canaria dicitur, quasi canina, eò quia cruribus canum adhæret. Dauci etymum lege suo loco ἀκανθόκαρπος nominatur, idest fructus spinosus, nam Græcis ἄκανθα est spina καρπὸς verò fructus. [ἐχινόκαρπος verò vocatur idest semen echinatum, vel spinosum: nam Græcis ἐχῖνος animal est spinis horrens. ξανθιόκαρπος appellatur, nimirum semen flauum, nam ξανθὸς apud Græcos flauus exponitur. Echinophora nuncupatur, idest ferens echinos, nam φορὸς dicitur ferens, eò quia habeat semen echinatum. πυκνόκαρπος appellatur, idest habens semen densum, & spissum, nam πυκνὸς densus, & spissus exponitur.

Caucalis secunda Tab. & Caucalis Monspeliaca echinato magno fructu C. Bauh. lege Lappa boaria, quòd huius fructus cruribus boum adhæreat.

Caucason, & Caucason est nomen barbarum, lege Moly latifolium Indicum.

Cauchun Auicennæ, lege Chelidonium maius.

Caucon Plinij Ang. lege Equisetum primum Matthioli.

Caucon, & Ephedra Plinio, lege Anabasis.

Cauda equina, lege Equisetum.

Cauda porcina Taber. est Peucedanum, fœniculum porcinum dictum.

De Cauda muris. Synonyma, & Etymum.

Cauda muris Dod. gal. Lob. Tab. Lugd. Cam. Myosuros Dod. Thal. Coronopus syluestris Tragi Holosteon, Lugd. Cam. Lon. Thal.

Cauda muris dicitur à flosculis, qui in falcatum mucronem desinunt oblongum, muris caudæ similem. Myosuros similiter vocatur, idest muris cauda, nam μῦς, μυὸς est mus οὐρὰ verò est cauda. Coronopi, & Holostij etyma lege suo loco.

Cauda vulpis, & Cauda vulpina, lege Alopecuros.

Cauda vulpina Turcarum, Bellon. lege Syringa in secunda parte Phytologiæ.

Caudex, siuè Codex, est id in quod fruticis, vel arboris à radice defertur alimentum, simplexque supra solum prosilit: vt hoc inter caulem, & caudicem intersit, vt Caulis ad herbas, Caudex ad frutices, & arbores dumtaxat pertineat. Vnde Codex, & Codicillus pro libris accipitur, eò quòd Antiqui tabulas ligneas, vel caudiceas, & ex caudicum partibus leuigatis, & tenuioribus factis cera implebant, & in his stilo scribebant, vel quod ex arborum codicibus, vel codicum partibus tenuioribus, nempe membranulis fieri solerent: sed de his plura in secunda parte Phytologiæ.

Caulis in ipsis herbis dicitur ipsum robur, siuè stipes herbarum, idest ea herbæ pars vnde se producunt folia, aut ramusculi, vulgò thyrsus dicitur, quod à terra sursum conscendat, ex quo deriuatum est, vt specialiter quoddam genus olerum caulis dicatur, quia thyrsus ipsius amplius cæteris oleribus coalescit.

Caulis capitatus, & capitulatus, lege Brassica capitata.

Caulodes, lege Brassica caule rapum gerens.

Cauniæ, siuè Caunæ fici genus minutum, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Caurossano, lege Ligustrum in secunda parte Phytologiæ.

Cautior fructus apud Indos, de quo in secunda parte Phytologiæ.

Caxumba Cyperi genus ex India par. 4. Ind. or. quo in cibis condiendis, & vestibus gossypinis tingendis vtuntur.

Ca-

Cazabi, & Cazaui panis in India ex radice Yucæ ex qua Indi farinam conficiunt, & panem parant, ac placentas par. 5 Ind. Occid.

Cazeras Garziæ, est Cyperus rotundus esculentus latifolius C. Bauh.

Ceanothus Theoph. Ang. Lugd. Col. est Carduus vinearum repens folio Sonchi C. Bauh [Ceanothus dicitur nam spinosus est ad instar Echini animalis. νῶθος enim Græcis exponitur dorsum, tergum, ἄκανθα verò spina, quia aculeatus fit more echini.

Ceanothus spina Theoph. 4. hist. vel Ceanothus asper, Gesf. hor. lege Grossularia spinosa in secunda parte Phytologiæ.

Ceanothus leuis est Ribes Arabum, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Cechramides κεχραμίδες semina sunt, quæ in ficubus reperiuntur, lege Ficus in secunda parte Phytologiæ.

Cedrelate genus Cedri, Cedrelçon, & Cedrides, in secunda parte Phytologiæ agam haud obscurè.

Cedria, siuè Resina ex Cedro, lege in secunda parte Phytologiæ Resina Cedri.

Cedrostin, & Cedrostis, lege Bryonia alba.

Cedrus baccifera, & conifera Cedrus Lycia, & Phœnicia, lege in secunda parte Phytologiæ.

Cedrula, Gesf. hor. lege Cedrus in secunda parte Phytologiæ.

Cedrone, lege Citreolus vulgò.

Cedronella, lege Apiastrum Matth. siuè Melissa hortensis.

Cefaglioni, & Cefilio, Anguil. est Palma minor, de qua in secunda parte Phytologiæ.

Ceibas, siuè Cerbas arbor maxima in India Occid. quam homines quatuordecim simul complecti nequeunt, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Celapæ, siuè Chelapæ est Bryonia Mechiocana nigricans, & à Massiliensibus Ialapium, vel Gelapo vocitatur, C. Bauh.

Celastrus, mas, & Celastrus fæmina, arbor est, cuius historiam in secunda parte Phytologiæ breuiter exponam.

Celia potus ex frugibus confectus, aut succo tritici ad calefaciendum apud Hispanos, sicut Ceruisia apud Gallos, Plin.

Celidonium, lege Chelidonium.

Celligonon, Scribonio, lege Polygonum, ità dictum, quia multa semina producat, & vbique nascitur.

Celosia, lege Amaranthus tricolor.

Celsus est arbor ex qua mora eliciuntur, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Celtis Plinij arbor de qua in secunda parte Phytologiæ.

Cemos Plinij, Nonnulli Gnaphalium alpinum esse existimant. Alij verò Leontopodium faciunt. κημὸς enim Græcis erat vasculum instar Infundibuli, quod superponebatur vasculo suffragiorum, hinc herba ità appellata à calicis figura, nam perbellè huiusmodi vasculum repræsentat.

Cenchramides ficorum grana, ità dicta à milij similitudine, lege Ficus in secunda parte Phytologiæ.

Centaurea, lege Centaurium maius.

Centaurium aquaticum, lege Gratiola.

De Centaurio maiori. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Centaurion est medicamentum à Chirone Centauro inuentum, & est etiam herba de qua in præsenti.

Cen-

Centaurium maius Lob. Ad. Lon. Ang. Tur. Centaurium magnum Matth. Dod. Cast. Centaurium maius folio in lacinias plures diuiso C. Bauh. Centaurium maius, Rhaponticum Pharma. Cord. in Diosc. & hist. Cam. Tab. Centaurea maior, Cæs. Rhapontica, quæ hodie Centaurea maior, Trag. Er. Cord. & Centauria, Centauris, & Centaurida apud Nonnullos. Italis Centaurea maggiore.

Centaurium nomen inuenit, quòd curatus dicitur ea Chiron Centaurus cum Herculis excepti hospitio pertractanti arma sagitta excidisset in pedem, quare Aliqui quoque Chironion vocant. [Pelethronium etiam dicitur, quia hac in Pelio monte Pelethronius saltus scatebat, vt refert Nicander in Theriacis; quapropter id fuit causæ cur posteris Pelethroniæ cognomentum vsurpauerit.

Centaurium maius alterum Clus. Dod. Lob. Ad. Lugd. Centaurium maius folio non dissecto C. Bauh.

Centaurium maius in muris, Ges. est Stœbe Salmanticæ altera species, Clus. hisp. Lugd.

Centaurium nothum Dalech. Lugd. est Scabiosa alpina folijs Centaurij maioris C. Bauh. Scabiosa alpina centauroides, Cam. Eyst. Scabiosa alpina maxima Ad. Lob. ico. Tab.

Centaurij pratensis species, Ges. hor. est Iacea nigra.

De Centaurio minore. Synonyma, & Etymum.

Centaurium minus Matth. Dod. & omnibus ferè Authoribus. Centaurium minus flore rubro Eyst. Centaureum paruum Ad. Lob. Ger. Centaurea minor Brunf. [Panax leptophyllon Plinij, Dod. idest tenuifolium, nam λεπτός Græcis est tenuis, exiguus, paruus, & φύλλον folium. Febrifuga Alijs nominatur, quoniam diuturnis, ac prorogatis febribus auxiliatur. [Fel terræ Aliquibus dicitur propter amaritudinem summam, quam possidet. Libadion Nonnulli vocant, quia secundùm fontes nascatur, & loca rigua amet; nam λιβάδιον Græcis est locus herbidus, & irriguus. Græcis κενταύριον μικρὸν idest Centaurium paruum. μικρός enim est paruus. Italis Centaurea minore.

Centaurium luteum, Ad. Clus. Lugd. Eyst. Centaurium floribus luteis, siuè citreis pallidis, Mesuæi, Lob. Centaurium paruum flauo flore, Clus. hist. Centaurium minus luteo flore perfoliatum, Tab. Achilleos Cæs. Perfoliata Achillea Ges. hor. Centaurium luteum perfoliatum C. Bauh. Achilleon vera Plinij Nonnullis. Tuscis Biondella, eò quòd fœminæ imbi ea in lixinijs vtantur ad crines flauo sredendos. Achilleæ etymum, lege suo loco. [Hic in gratiam Lectoris damus iconem Centauri lutei triphylli in Agro Bononiensi reperti, cuius descriptionem Lector in Horto nostro Studiosorum legere poterit; & in Tomo secundo Partis primæ Phytologiæ copiosiorem habebit.

CEN.

CENTAVRIVM LVTEVM triphyllum.



Centaurium minus purpureum viscosum, nonnullis est Lychnis viscosa purpurea latifolia læuis C. Bauh.
Centauroides, vel Centaurium maius syluestre Germanicum Thal. lege Serratula, Matth.
Centella herba, quæ trita tumoribus imposita pustulas excitat, in epist. ad Monard. ad. Clematidum genera referri potest, nempe ad Flammulam.
Centeria Theophrasti, Cæsalp. lege Androsæmum.
Centifolia Rosæ genus, lege in secunda parte Phytologiæ.
Centigranum genus Tritici dictum, quòd ferat centum grana.

De Centimorbia, siuè Numularia. Synonyma, & Etymum.

Centimorbia, Gesf. Tur. Hirudinaria minor Taber. Nummularia maior lutea C. Bauh. Serpentaria tertia, & Centum morbium Brunf. Numularia, Trag. Matth. Lunaria minor Fuchs. Dod. & Aliorum. Mimulus, Mimulum Plinij, Alijs: vbi vero Nonnulli Numulum legunt, idest Nummulariam. Italis Numularia, & Herba quatrina.
Centimorbia dicitur eò quia valeat aduersus centum morbos, idest multos, & præsertim à mirifica in vulneribus medendis facultate. Hirudinaria nuncupatur, quòd passim terræ hirudinis instar affixa hæreat; nã frequentissimè crescit ad paludes vbi hirudines inhabitant. Numularia vocatur à folijs numi speciem referentibus sunt enim folia circinatæ rotunditatis.
Centineruia, & Centumneruia, lege Plantago latifolia.
Centinodia, & Centumnodia, lege Polygonum mas.
Centonalis Ruta syluestris apud Dioscor. sed nomen spurium esse existimatur.
Centonia, Gæs. lege Abrotonum fœmina.
Centonicum à Nonnullis appellatur, Absinthium marinum.
Centrum Galli, lege Horminum hortense, Sclarea dictum.
Centromyrini Theophrasti, lege Ruscus.
Centumgrana, & multigrana serpilli folia, Ad. lege Herniaria.
Centumnodia, lege Polygonum mas Matth.
Centumcapita Eryngij species est, lege Eryngium.
Gentuncularis, & Centunculus lege Alsine hirsutã, Cam.
Centuneulus Americanus, lege Gnaphalium Americanum.
Centuneulus, Tur. lege Gnaphalium vulgare maius.
Centuneulus Plinij, Ang. lege Conuoluulus minor semine triangulo.

De Cepa satiua. Synonyma, & Etymum.

Cepa satiua, Matth. & Aliorum. Cepa vulgaris, Cepa rotunda, Cepa alba, & rubra, & capitata dicitur ab omnibus Authoribus. Græcis κρόμμυον. Italis Cipolla, & Ciuolla.
Cepa vocatur, quasi capa à capitis magnitudine, idest capitata. Vel à verbo græco κῆπος hortus, quia in hortis potissimum nascatur, & crescat. Græci verò Crommyon nominant, quòd oculi pupillam comprimi cogat, nam oculos vellicando expressis subinde lacrymis contrahi pupillas oculorum certum est, namdum à nobis scinditur, oculos claudimus, lacrymasquè fundimus, vnde lacrymosa cepa Columellæ dicitur.

Cepa Ascalonia Matth. Lugd. cui fortè Bulbus setanicus, quem Theophrastus, & Pli-

Plinius Cepæ genus esse testatur. Cepis affinis Ascalonia vulgò Cæs. Scaliones Tur. Cepa sterilis Trag. Ges. hor. Italis Scalogna.

Cepa Ascalonia dicitur ab Ascalone oppido Iudeæ, in quo sponte crescit.

Cepa fissilis est Ascaloniæ species, & dicitur fissilis, eò quia bulbos plures habeat, ab vna tantùm radice prodeuntes, quasi sectos. Genera sunt multa à locis cognominata, de quibus in secundo Tomo Partis primæ Phytologiæ.

Cepa marina est Scilla maior radice alba.

Cepa bouis est Hyacinthus Dioscoridis comosus.

Cepæ porrariæ dicuntur stolones, antequam caulescant, primo vere dum tenelli sunt eruuntur in cibos. Italis Cipollini, & Ciuollini.

Cepæa Matth. & Aliorum Cephæa Alijs, portulacæ similis est, & à nonnullis dicitur Portulaca syluestris, & ita nuncupatur, quia κῆπος Græcis est hortus, κηπαῖος hortensis: hinc Cepæa, quia secus mœnia hortorum in locis humidis sæpissimè crescat. Græcis κηπαία. Italis Cepea.

Cepæa Pancij lege Telephium repens folio deciduo.

Cephalotos Thymi species est, lege Thymus.

Cepurica sunt olera hortensia ad mentem Nonnullorum.

Ceraitis, lege fœnum græcum.

Cerasus Trapezuntia à nonnullis dicitur Guaiacum Patauinum, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Cerasus arbor, Cerasus Idæa, Cerasus auium, Cerasus laurea, Cerasus Macedonica. Ceraso affinis Mahaleb. Matth. lege in secunda parte Phytologiæ.

Ceratia Plinij Col. lege Alabastrites.

Cerasconia, lege Pastinaca syluestris.

Cerasta arbor, de qua, in secunda parte Phytologiæ.

Ceratis, corniculatum Papauer à Nonnullis appellatur.

Ceratonia Dod. est siliqua edulis, lege in secunda parte Phytologiæ.

Ceraunia à Nonnullis appellatur Semperuiuum minus.

Cercis Theoph. est arbor Populo albæ non absimilis, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Cercis siliquata Theophrasti, Alijs est siliquæ syluestris species, de qua in secunda parte Phytologiæ.

Cerebrum in Palma est id, quòd etiam in Tuberibus, & Carduis, Cinareque echinis, & alijs id genus in delicijs saporis suauitate præfertur, vt etiam in secunda parte Phytologiæ verba locupletiora proferam.

De Cerefolio. Synonyma, & Etymum.

Cerefolium Matth. Cast. Lugd. vulgare Ger. & Aliorum. Cerefolium Lob. cui Gingidij species, & Cerofolium Alijs. Chærefolium Dod. Brunf. satiuum Trag. Chęriphyllum satiuum C. Bauh. ἐνθυσικὸν Enthusicum Gaza vertit. Myrrhis minor Nonnullorum. Italis Cerefolio, & Cerfolio.

Cerefolium, & Chęrefolium, & Cherophyllum dicitur fortè à verbo græco χαίρω lætor, & delector, & φύλλον folium, eò quia semine, & folijs huius plantæ viridibus gaudeant, & delectentur homines præcipuè in condiendis cibarijs, nam maximam illis gratiam, & saporem conciliant. [Et propter hanc rationem Enthasicon, & Enthusicum nuncupatur, nam Græcis ἔνθα exponitur hic, ibi, illic συχνὸς verò frequens creber: nam frequenter in omnibus cibis adhibetur. Vel quòd luxuriosa foliorum fæcunditate, & largiore coma gaudeat, vel quòd gaudium hilaritatemquè folia excitent.

Cerefolium syluestre Tab. Cerefolium asininum, & Onoselinum Gasp. Scuuencfelt. Cherophyllum syluestre C. Bauh. Daucus sepiarius, Ges. col. Dauci syl. genus ap. Anthriscus Plinij Lugd. [Anthrisci etymum lege suo loco. Onoselinum dictum, id est selinum Asini, nam Græcis ὄνος est Asinus. Daucus sepiarius dicitur quia vt plurimùm inter sepes oritur.

Cerefolium maius, & Cerefolium magnum, & Hispanicum, lege Myrrhis maior Matth. & satiua.

Ceretta, siuè Seretta, Cæs. lege Serratula Matth.

Cereus spinosus, & Cereus Peruuianus, stipites spinosi hastæ altitudine, de quibus in secunda parte Phytologiæ.

De Cerinthe maiori. Synonyma, & Etymum.

Cerinthe maior, Lob. Lugd. Cam. Clus. hist. Tab. Ger. Cerinthe, seu Cynoglossum montanum maius C. Bauh Cynoglossa montana Ges. hor. Pulmonaria romana. Cæs. Herba scripta Nonnullis, Cynoprassium, Aliquibus. Maru herba Dod. Telephium maculosum, Cam. Græcis λευκογραφις Italis Cerinte.

Cerinthe dicitur, nam Græcis κηρος est cera, ἄνθος verò est flos, hinc κήρινθον, & κήρινθε, quia proferat florem cerei coloris. Vel quia sit pabulum apum, quando conficiunt ceram, nam floris auidissimæ sunt apes. Vel quia folia sunt gustu non ingrato, sed medicato veluti si quis gustet ceram nouam molliusculam. [Maru vox arabica. λευκογραφὶς dicta, nam folia cum sint viridia colore subalbido scripta, siuè maculata cernuntur: nam Græcis λευκὸς est albus γράφω est scribo.

Cerinthe minor Lob. Cam. Bauh., & aliorum; Cerinthe secunda Clusij. Maru herba minor Dod.

Cerinthus Sandarachæ, species, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Cerofolium, lege Cerefolium.

Ceronia Theophrasti est Siliqua edulis, lege in secunda parte Phytologiæ.

Cerris, & Cerrus arbor glandifera, de qua in secunda parte Phytologiæ.

Cerrosugaro arbor Græcis φιλλοδρυς lege in secunda parte Phytologiæ.

Cerua maior Nonnullorum, est Ricinus.

De Cernaria, siue Chamadry montana. Synonyma, & Etymum.

Ceruaria Ges. hor. Herba Cerui Quibusdam. Chamædrys montana frutescens durior Ad. Lob. Chamædrys alpina Simyleri, Cam. Argentina Mompelliaca Tab. Teucrium alpinum Cisti flore, Ger. Chamædris alpina Cisti flore C. Bauh.

Ceruaria, & Herba Cerui nuncupatur, eò quia in locis vbi Cerui inhabitant reperiatur, Chamædryos, & Teucrij etymum, lege suo loco. Argentina dicitur à colore foliorum argenteo, nam subtus folia albida apparent.

Ceruicaria, lege Archangelica.

Ceruicaria minor est Trachelium minus.

Cerui ocellus à nonnullis dicitur Pastinaca satiua, Elaphoboscon dicta, sed inter nothas nomenclaturas ascriptum reperitur.

Cerui spina frutex, lege in secunda parte Phytologiæ.

Ceruisia est potus ex hordeo paratus: nam Veteres ex hordeo potum varijs nominibus appellabant.

Ceruix

Ceruix vocitanda eſt pars illa à capitatis radicibus prodiens, prælonga, teres, ſic dicta, quòd in colli ſpeciem figuretur, vt in cepis, porris, & id genus ſimilibus. Italis dicitur primo germe della pianta, Bononienſibus Germoglione.
Ceſpes, ſiuè Cæſpes ſignificat terram, cum herba, auulſam, ſeu in imodum lateris cæſam.
Cetarach, & Ceterach, lege Aſplenium.
Ceterach genus in Ilua naſcens, lege Lonchitis.
Ceſtiana mala lege in ſecunda parte Phytologiæ.
Cæſtron, lege Betonica.
Ceuadilla, ideſt hordeolum, lege Hordeum cauſticum.
Chaa herba in Iaponia, ex cuius puluere decoctum pretioſum parant, fœniculi ſpecies eſt.
Chalbanum, lege Galbanum.
Cherefolium, & Chærophyllum, lege Cerefolium.
Chaiar Alpini melonum genus apud Ægyptios, eſt melonis Ægyptij alterum genus, C. Bauh.
Chalceum Plinij, lege Album olus.
Chalceion, & Chalcios, lege Bellan, ſiuè Pimpinella ſpinoſa.
Chaleb Syrorum, Geſ. Salix eſt latifolia, de qua in ſecunda parte Phytologiæ.
Chalef, Bellunenſi, eſt Oleæ ſylueſtris ſpecies, vt dicemus in ſecunda parte Phytologiæ.
Chambaſal apud Indos, eſt Oryzæ vilioris ſpecies.
Chamæacte Dioſcoridi eſt Sambucus humilis, ſiuè Ebulus, vt in ſecunda parte Phytologiæ dicetur.
Chamæbalanus Taber. lege Aſtragalus aruenſis.
Chamæbatos, ſiuè humi rubus, lege Rubus humilis.
Chamæcalamus, lege Arundo repens.
Chamæceraſus, ſiuè Xyloſteum alterum, lege Ceraſus in ſecunda parte Phytologiæ.
Chamæcypariſſus Tab. lege muſcus terreſtris tertius, Lugd.
Chamæcypariſſus Aliorum, lege Abrotonum fæmina.
Chamæclema, quaſi humilis Clematis repens, lege Hedera terreſtris.

De Chamæciſto vulgari, ſiuè Solis flore. Synonyma, & Etymum.

Chamæciſtus vulgaris flore luteo, C. Bauh. & primus Cluſ. hiſt. Conſolida aurea Chirurgis, Cord. Schol. Panax Chironium quorumdam, Ang. Panax Chironium, ſiuè flos Solis Matth. Caſt. Lugd. Gratia Dei, Geſ. hor. cui, & Hyſſopoides. Hyſſopus campeſtris Trag. Helianthemum, ſiue flos Solis, Lugd. Helianthemum vulgò dictum Alijs Helicanthe Plinij. Helicamthem ſcribit vocari in Themiſcyra regione, & Ciliciæ montibus maritimis. Græcis πανάκες χειρώνιον.
Chamæciſtus dicitur ideſt humilis Ciſtus, nam Græcis Χάμαι eſt humilis, & florem quodammodo Ciſto ſimilem producat. Conſolidæ etymum lege ſuo loco: aurea verò nuncupatur, à colore floris aureo. Panacis etymum, lege ſuo loco. Chironium verò, & Chironia appellatur, ab Inuenttore nempe à Chirone Centauro. [Flos Solis verò nominatur, eò quia flos ad Solem ſe vertat, & propter hanc rationem Helianthemum vocatur: nam Græcis ἥλιος eſt Sol ἄνθος verò flos. Gratia Dei dicta forſan ob admirabiles virtutes, quas poſſidet, in morbis curandis. [Hyſſopus ſylueſtris, & campeſtris, & Hyſſopoides dicitur ob quam-

dam

dam similitudinem, quam habet cum Hyssopo satiuo, & domestico. Helicanthe verò est vox vernacula.

Chamæcistus serpilli folia floribus carneis. C. Bauh. legè Anonymus altera Clusij.

Chamæcistus folijs Thymi incanis C.Bauh.Panax chironium minus Cam. ep. Chrysanthemis, Erica minima Ad. Cistus humilis angustifolius, & Erica chrysanthemos minor Lob. Cistus humilis secundus Clusij, Lob. Helianthemum peregrinum angustifolium, Tab. Chrysanthemis dicitur idest flos aurei coloris, nam Græcis χρύσος est aurum.
Chamæcissos, & Chamæclema, lege Hedera terrestris vulgaris.
Chamæcitinus, Ges. lege Lilium conuallium.

Chamæcissos spicata Plinij, lege Bugula.
Chamædaphne, lege Laureola.
Chamædaphne altera, Diosc. lege Clematis daphnoides.
Chamædrea, lege Scordium.

De Chamadry siuè Trixagine. Synonyma, & Etymum.

Chamædrys maior repens, Dod. C. Bauh. Chamedrys mas Cam. Chamedrys maior, & Chamædrys latifolia, Ger. Trixago, seu Chamedrys. Matth. Lugd. Trissago Lac. Trixago, Cast. Teucrium minus Gasp. Scuuentfelt. & Chamedys vera. Quercula Alijs. Græcis χαμαίδρυς; Querciola Calamandrina, & Camedro Italis.
Chamædrys dicitur quasi humilis quercus, quòd folia quercus habeat, & humi repat, & hanc ob causam Quercula appellatur, & Querzola. Trixago nominatur à Latinis, quia aduersus affectionem tertianariam valeat: cum decoctum huius herbæ aliquot diebus potum mirificè tertianis febribus medeatur, nam apud Græcos τρεῖς exponitur tres τρίσσος triplex, ternus, trinus.
Chamædrys palustris, lege Scordium.
Chamædrys spuria angustifolia est Veronica supina facie Teucrij pratensis.
Chamædrys alpina Cisti flore, & Chamædrys montana frutescens durior, lege Ceruaria.
Chamædrys assurgens, & Chamædryoides Gasp. Scuuentfelt. lege Teucrium pratense.
Chamædrys laciniatis folijs Lob. Chamædrys minima, Lugd. Chamedrys fœmina Dod. gal. Tur. Lugd. Chamedrys altera Matth. Cast. Thal. Chamæcyparissus agrestis, & Chamæpytis altera Diosc. Trag. Botrys chamædryoides C. Bauh. Etyma nominum lege suo loco.
Chamædrops, apud Nonnullos dicitur Chamædrys.
Chamæficus, siue humilis ficus, eius historiam strictim atque cursim transgrediar, in secunda parte Phytologiæ.
Chamæfilix marina Anglica, Lob. Lugd. Filicula marina ex Insulis stœchadibus C. Bauh.
Chamægelsiminum grandiflorum, Lob. in secunda parte Phytologiæ rudius, ac planius dicam.
Chamægenista frutex, in secunda parte Phytologiæ loquar intelligibiliùs.
Chamæiris, idest perpusilla Iris, nam apud Græcos χαμαὶ est humi, in terra, Ireos etymum, lege suo loco.

Cha-

Chamæitea est Salix humilis repens angustifolia, de qua in secunda parte Phytologiæ longiùs explanatiusquè proloquar.

De Chamælea. Synonyma, & Etymum. 1

Chamælea Matth. & Aliorum. Camælea latifolia, vel alba Serapioni Chamælea tricoccos C. Bauh. Mezereon Arabum, Ad, Lob. ico. tricoccos Tab. Citocacium à Nonnullis apellari Dodoneus affirmat. Chamælea vera Cam. Oleago, & Oleastella Aliquibus. Græcis χαμαιλαία. Italis Chamelea.

Chamælea dicitur Latinis, & Græcis etiam χαμαιλαία, quasi humilis olea à similitudine foliorum oleæ, tricoccos appellatur, nam semen profert in quo tria sunt grana, à quibus tricoccos dicta, τρεῖς Græcis est tres κόκκος verò est granum.

Chamælea Germanica, lege Laureola folio deciduo.

Chamæleagnus frutex in secunda parte Phytologiæ simpliciter eloquar, atque clarius.

Chamæleon, lege Carlina.

Chamæleonta Monspeliensium, lege Acanthus aculeatus.

Chamæleon non aculeatus, Ad. Lob. ico. Iacea montana incana capite pini C. Bauh. Carduus pinus Nonnullis. Iacea montaua, siuè acanophora, Lugd. Iacea alia pumila, siuè varia, Cam. Iaceæ etymum lege suo loco.

Chamæleuce Ang. lege Caltha palustris.

Chamælilionarcissus est Tulipa pumilio, seu Tulipa pumila C. Bauh.

Chamęlinum Lob. Lugd. cęruleum Tab. Chamęlinum perpusillum, Ger. Linum pusillum candicantibus floribus Cam. Linum syluestre minus C. Bauh. Linum syluestre quintum Clusij, dicitur Chamælinum idest humile linum.

Chamęmelum vulgare, lege Anthemis vulgatior.

Chamęmelum luteum capitulo aphyllo, lege Anthemis chrysanthemos Herbariorum.

Chamęmelum caninum, & fętidum, lege Cotula fętida.

Chamęmelum fatuum, & inodorum, lege Cotula non fętida.

Chamęmelum chrysanthemum Fuchsij, lege Buphtalmum.

Chamęmelum eranthemum, lege Adonis Recentiorum.

Chamęmelum minimum Dalech. est Matricaria maritima C.Bauh. Cotula, siuè Parthenium marinum minimum, Ad. Lob. ico. Parthenium maritimum minimum Lugd. horum nominum etyma lege suo loco.

Chamęmilla, lege Anthemis vulgatior.

Chamęmilla rubra, est Adonis recentiorum.

Chamęmespilus, lege in secunda parte Phytologię, vbi pauculis verbis hanc historiam complectar.

Chamęmyrsine quorumdam, Lugd. est Polygalę affinis herba C. Bauh. Chamęmyrsine dicitur eò quia folia Myrti minoris folijs quodammodo similia producat; nam Gręcis Myrtus μυρσίνη nominatur. Polygalę, etymum lege suo loco.

Chamęmoli, an Moly Dioscor. Colum. est Moly humile folio gramineo C. Bauh.

Chamęmorus, augmenti tantùm tarditate à vulgari discrepans, lege Morus in secunda parte Phytologię.

Chamęnerion, lege Antoniana, siuè S. Antonij herba.

Chamęorchis aggerum Zelandię, & Bulbo eriophoro similis bulbus Lob. an Pseudorchis μονόφυλλος Clus. hist. Orchis lilifolius minor sabulerorum Zelandiæ, & Batauię. Chamęorchis lilifolia C.Bauh. μονόφυλλος dicitur, idest vnicum habens folium: nam Gręcis μόνος exponitur vnus, vnicus, & φύλλον folium.

Cha-

Chamæpericlymenum, Ger. Cluſ. hiſt. Periclymenum minus, Taber. Periclymenum C. Bauh. Periclymenum ſecundum, & Chamæpericlymenum Prutenicum Cluſ. pan. Periclymeni etymum lege ſuo loco.
Chamæpeuce, lege Camphorata Monſpelienſium.
Chamæpeuce, Co. in Dioſc. & hiſt. deſcr. Lugd. eſt Ledum folijs roſmarini alterum Lob.
Chamæpitys lutea vulgaris, ſiuè folio trifido C. Bauh. ità fortè dicta, quia Pinum erumpentem è terra æmuletur, nam Græcis πίτυς eſt Pinus, interdum etiam Piceam denotat, lege Abiga.
Chamæpitys vermiculata, lege Anthyllis altera Chamæpity ſimilis.
Chamæpitys fruticoſa Cretica Belli, eſt Stœbe capitata roſmarini folijs Ponæ, ſiuè Iacea fruticans Pini folio C. Bauh.
Chamæpitys altera Dod. & Dioſc. Trag. lege Chamædrys laciniatis folijs.
Chamæpyxos, ideſt Buxus humilis folijs rotundioribus hoc vtuntur ad areolas hortorum, vt dicemus in ſecundà parte Phytologiæ.
Chamæplatanus in ſecunda parte Phytologiæ pauca de hac arbore carptim delibabo.
Chamæplion χαμαίπλιον, lege Irio, ſiuè Eryſimum.
Chamæriphes, Palmæ humilis ſpecies, de qua in ſecunda parte Phytologiæ pinguiore formula loquar.

De Chamærododendro alpina. Synonyma, & Etymum.

Chamærhododendros alpina anguſtifolia, Tab. Chamærhododendros montana Ger. Chamærhododendros montana Allobrogum lentiſci folia, Ad. Lob. ico. Roſmarinum ſylueſtre minus, Cam. ep. Roſmarinum ſylueſtre ἄοσμος Cluſ. Ciſtus ſileſiacus Eid. Ciſtus ledon folijs ſalicis anguſtifoliæ C. Bauh.
Chamærhododendrum dicitur ideſt humile Rhododendrum, eò quia folia Rhododendro ſimilia pro lucat. Roſmarini etymum, lege ſuo loco, ἄοσμος verò dicitur ideſt ſine odore, nam Græcis ὀσμὴ eſt odor, alpha verò ante ſignificat priuationem, vnde ἄοσμος, ideſt ſine odore. Cyſti etymum, lege ſuo loco.
Chamærops Plinij, Lugd. Teucrio affinis. Chamærops, C. Bauh.
Chamærops dicitur ideſt humile virgultum, nam Græcis ῥὼψ eſt virgultum, χαμαὶ eſt humi in terra: hinc Chamærops humile virgultum.

Chamærubus ſaxatilis C. Bauh. Rubus alpinus humilis, Ger. hor. Rubus paruus ſaxatilis alpinus, Cam. Rubus minimus Thal.
Chamærubus folijs Ribes C. Bauh. Chamæmorum Noruegica Cluſ. hiſt. vel Chamæmorus.
Chamæripes arbores ſunt ex ſpecie Dactylorum, vt in ſecunda parte Phytologiæ dicetur.
Chamæſchenos, Geſ. Iuncellus inutilis C. Bauh. Iuncellus omnium minimus, Ad.
Chamæſyce Matth. Cord. Ad. Lob. Cluſ. Lugd. Tab. Camer. & Aliorum. Chamæſyce dicitur ideſt humilis ficus, eò quia herba inciſa, ad inſtar ficus, lac effundit Græcis enim συκῆ eſt ficus χαμαὶ eſt humilis, quaſi humilis ficus, quamuis cum ficu nihil commune habeat niſi lac.
Chamæſyce Dalechampij, lege Anthillis valentina Narbonenſium.
Chamæſyce arbor, ſiue ficus humilis, lege in ſecunda parte Phytologiæ.
Chamæſpartium eſt Chamægeniſtæ ſpecies, vt in ſecunda parte Phytologiæ breuiter enarrabo.

Cha-

Chamæxylon, & Chamæzelon dictum quasi humile Gossipium, tomentosa siquidem sua lanugine molli, candidaque Gossipij lanuginem refert, lege Gnaphalium.

Chamke, & Chamque in Maluco insulis, est Caryophylli aromatici species, vt in secunda parte Phytologię, nudis, quòd aiunt, verbis historiam tractabo.

Champe apud Indos dicuntur flores arboris odore grauiori, quàm Lilium album, de quibus in secunda parte Phytologiæ.

Chappauur radices tenues quibus ad tincturas vtuntur in descrip. Virgin. Rubia Virginea C. Bauh.

Chara radix Clus. hist. similis est plantæ, quæ Tataria Vngarica appellatur ab eodem Clus. descripta, folia enim habet rapi folijs non valdè dissimilia, &, ad Panacis Heraclij foliorum formam accedentia rudi atque aspera lanugine prædita. A Tartaris fortè huius radicis vsum edocti sunt Vngari: propterea Tataria illi nomen dederunt.

Charamais, & Ambela, Acostæ, Lugd. Cast. Arbor exotica fructu racemoso, Charamais dicta C. Bauh. vt in secunda parte Phytologiæ dicetur.

Charamei Acostæ arbor est Indiæ Orient. de qua in secunda parte Phytologiæ.

Charantia Dod. lege Balsamina.

Charatias Tithymali genus est, lege Tithymalus.

Charobe, lege Carobe; est etiam Charobe electuarium siue confectio quædam delectabilis, ità nuncupata à verbo græco χάρο-ψ siuè χαροπός quòd significat lætitiam cordis vultu prodens, vel lætitiam afferens oculis, hinc Charob dicitur, quia morbos cordis tollat, & lætitiam inducat.

Charabe apud Mauritanos, Electrum apud Græcos, Succinum apud Latinos. Karabe lingua Persica, Auicenna Authore, non aliud designant, quàm rapions paleas quòd sensu comprehenditur, proprium esse Succini, aut Electri, non autem Populorum gummi. [Lyncurius etiam appellatur, quia nonnulli crediderunt oriri ex vrina Lyncis bestiæ, tempore indurata ἤλεκτρον Græcis dicitur à Sole, nam Sol apud Græcos ἠλέκτωρ appellatur, & quoniam Electrum, siuè Succinum, cum succus quidam pinguis oleosus, & leuis sit, qui calore Solis in lapidem mollem concreuit, ideò Electron nuncupatur. [Succinus vocatur à Latinis, quia fertur arboris succum esse, & ob id Succinum appellari, sed cuius generis, succus ille sit, plurimùm variant Authorum sententiæ. Vocatur autem à quibusdam Harpaga, eò quòd attritu digitorum accepta caloris anima folia, paleasque, & vestium fimbrias rapiat. Sed de his plura in secunda parte Phytologiæ.

Chartamus, lege Cartamus.

Charta propriè ea quam Veteres ex Papyri arboris cortice, & glutino præparabant, lege Papyrus in secunda parte Phytologiæ.

Charma, lege Lilium.

Charunfel Arabibus est Caryophyllus aromaticus vt in secunda parte Phytologiæ apertè, & dilucidè afferam.

Chasuth, lege Cassutha.

Chastanon, Xanthium, vel Lappa apud Diosc. sed inter nomina notha collocatur.

Chate Ægyptijs, Cucumerum genus Alpini, est Cucumis Ægyptius rotundifolius C. Bauh.

Charengit Aliquibus est Ebulus, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Chaube potus, lege Buncho Auicennæ.

Cheirella, est Viola saxatilis.

Cheiri, vel Keiri, Viola alba dicitur, & vox est Mauritana, vnde Cheirinus, & Cheirinum oleum, lege Leucoium.

Cheisim Aliquibus dicitur Lybisticum, siuè Imperatoria.

Chelapa, vel Celapà apud Indos, lege Bryonia Mechiocana.
Cheledonium Græcorum, Curcumam Arabum esse contendunt Nonnulli.

De Chelidonio maiori. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Chelidonium vnum est ex Tauri montis promontorijs Plin. lib. 5. Taurus mons ab Eois veniens litoribus, Chelidonio promontorio disterminatur. Chelidoniæ duæ sunt Insulæ contra Chelidonium Tauri promontorium, pestilentissimi aeris, quarum altera Corydela dicitur, altera Menalippea. Chelidonia etiam ventus est, auctore Plinio, vnde Hirundines certo quodam flante vento aduenire, qui, & inde nomen accepit. Item est herba de qua in præsenti.

Chelidonium maius, Matth. Trag. Fuchs. Lac. Dod. Ad. & Aliorum, Chelidonium maius vulgare C. Bauh. Celidonium, & Hirundinaria, Alijs Officinis Celidonia maior. Auicenna Chelidonium appellat Cauchun. Italis Celidonia, & Cedrogna. Chymici Coeli donum vocant.

Chelidonium dicitur nam Græcis χελιδὼν est Hirundo auis: nam huic herbæ nomen imposuit, dum oculis pullorum excæcatorum hac herba visum restituit. [Vel sic dictam volunt, nam statimac huiusmodi aues in nostris regionibus apparent, hæc herba è terra prodeat, earumque discessu marcescat. [Vel Chelidonium dictum putant, quasi caliginosum eò quia contra caligines oculorum eius succus cum melle exceptus singulari sit remedio. Cælidonum verò dicitur à Chymistis, quòd ex hac herba quintam quãdam essentiam fieri prædicant non modo ad chymicas metallorum medicationes accommodatam, sed etiam ad tuendam hominum sanitatem, morbosque profligandos.

De Chelidonio minori. Synonyma, & Etymum.

Chelidonium minus Matth. Trag. Fuchs. Dod. Tab. & Aliorum. Chelidonia rotundifolia minor C. Bauh. Ficaria, & Scrophularia minor, vel secunda Brunf. Triticum syluestre Aliquibus Marantæ. Hęmorrhoidum herba, Alijs. Malacocissus minor, Fuchs. Fauagello, Cæsalp. Hirundinaria minor Aliquibus. Officinis Celidonia minor. Italis Fauarella, & Badile.

Chelidonium minus dicitur, & Celidonia minor propter eamdem rationem, & eadem de causa, qua Chelidonium maius nomen accepit. [Ficaria nominatur eò quia cum ficis strumis medeatur: vel quia ficubus in ano, nempe hęmorrhoidibus tumentibus auxilio sit. [Scrophularia minor appellatur à radicum similitudine, quæ, multis, quasi tritici granulis, veluti strumis quæ Græcorum imitatione Scrophulæ vocantur, coaluisse videtur. Et ob hanc rationem Triticum syluestre nominatur ob radices plures in granorum tritici modum aceruatim congestas. [Alij verò Scrophulariam sic dictam putant, quòd strumis, siuè scrophulis imposita medeatur. [Hęmorrhoidum herba dicitur eò quia hęmorrhoidibus imposita medeatur. Malacocissi etymum, lege suo loco. Fauagello, & fauarella nuncupatur, quòd fabarum modò folia subpinguia habeat.

Chelidonia palustris, lege Caltha palustris.

Chelidonia phragmites, lege fumaria.

Chelidonioides à Nonnullis appellatur, Saxifragia maior alba, vt inquit, Lugd.

Chenea, vel Henea herba tinctoria apud Nonnullos fortè est Rubia Tinctorum.

Chenopoda Plinij, lege Genista spartium spinosum aphyllon. Aliqui Echinopoda legunt, quàm quidam Tribulum, Alij Echion, Alij Spinæ genus. Alij Cardui Chij speciem intelligunt.

Che.

Chenopodium Tab. Chenopus Alijs, lege Atriplex syluestris latifolia.

Chenomycon Plin. herba est, ad cuius aspectum expauescunt Anseres. Alijs nominibus Nyrtegretum dicitur, & Nyctilops eò quòd noctibus luceat; sed quid?

Cherefolium, Cheriphyllum lege Cerefolium.

Cheredranon, Hippuris apud Diosc. sed nomen spurium censetur.

Cheria à nonnullis appellatur Raphanus syluestris, quem Latini Armoraciam appellant, lege Armoracia quibusdam.

Chermasel, & Chesmezen Arabibus Myricæ Ægyptiacæ species. In secunda parte Phytologiæ non incuriosè hanc historiam percurram.

Chermes Arabum Offic. est granum tinctorium in foliorum Ilicis cocciglandiferæ, supina parte sanguineo colore plenum innascens, vt in secunda parte Phytologiæ verba locupletiora proferam.

Chermes Arabum quorumdam, est Lacca Officinarum, ab Alijs verò est Coccus Infectoria, de quibus in secunda parte Phytologiæ.

Cherphe à Nonnullis Cinnamomum vsuale intelligitur, de quo in secunda parte Phytologiæ.

Cheruilla, & Cheruillum, lege Sisarum.

Chesmezen Petri Bellonij, Acacalim esse multi autumant, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Chesmes, lege Coccus Infectoria in secunda parte Phytologiæ.

Chetimia Syriorum, lege Morus in secunda parte Phytologiæ.

Chicha potus subacidus in India ex frugibus paratus par. 9. Ind. Occid.

Chicocapotes fructus in India malo cotoneo similis folijs verò Persici, vt in secunda parte Phytologiæ clariùs demonstrabimus.

Chiliodynamis à Cappadocibus nominata propter varios, & multos in medicina vsus χιλοὶ apud Græcos est mille, δυναμις verò est potentia, facultas, vis. Chiliodiname Plinio; lege Been album, siue Polemonium.

Chiliophyllon, lege Millefolium.

Chimerine nonnulli putant Aizoum minus esse apud Diosc. ità nuncupatum fortè quia hyemali tempore semper durat, & nunquam folia amittit; nam χιμερινος Græcis idem est quod hybernus, siue hyemalis.

De China. Synonyma, & Etymum.

China radix, & Lugd. Fragoso. China, Lac. Lob. Cast. Taber. China, siue Cinna Cæsalp. Cina alias China, Matth. Radix China, Garz. Acost. Chinæ radix. Cyna radix Cardani.

[Dicitur China, & Chinea radix à China Indiæ regione, in qua copiosè nascitur. Smilacis asperæ species.

China spuria nodosa C. Bauh. Pseud ochina radix ex Virginea, Clus. exot.

China spuria Acori effigie Lob. ico. est Acorus Aquitanicus C. Bauh.

Chironia vitis, lege Amara dulcis.

Chironia Cæs. lege Chamæcistus vulgaris.

Chironion, lege Panax Chironium.

Chirothecæ marianæ. Alij Aquilegiam, Nonnulli verò Digitalem albam folio aspero esse existimant.

Chiuef, quòd Syriacè ficum significat, in secunda parte Phytologiæ breuiter historiam percurram.

Chlarostiction, Ges. in hor. append. est Filix pumila saxatilis altera, vel fæmina Clusij. Filix saxatilis non ramosa nigris maculis punctata C. Bauh.

Chocolate potus in America ex Cacai fructibus Amygdalarum speciem referentibus, vt in secunda parte Phytologiæ dicetur.

Cholopæon Abrotonum dicitur apud Dioscoridem, sed inter nomina notha recensetur.

De Chondrilla. Synonyma, & Etymum.

Chondrilla viminea viscosa vinearum, Ad. Lob. Lugd. Chondrilla viminalibus virgis, Clus. hist. Chondrilla iuncea Tab. Ger. Chondrillæ species in collibus, & vineis, Cæs. Chondrilla iuncea viscosa aruensis: quæ prima Dioscoridis C. Bauh. Cichorium syluestre luteum Dod. Cichorea procera, vel quinta Trag. Italis Chondrilla.

Chondrilla dicta ἀπὸ τοῦ χόνδρος quod est grumus, & ἔλλειν quod continere significat, quasi continens grumos, eò, quia apud Græcos χόνδρος est granum cuiuscumque rei, vel Salis, vel thuris, vel mastiches, & cum hæc herba nodos in caule habeat, vbi flores erumpunt, veluti grana gummatis, ideo nominatur Chondrilla: vel quia aliquando in eius ramulis gummi inueniri solet mastichi simillimum. Cichorij etymum lege suo loco.

De Chondrilla verrucaria. Synonyma, & Etymum.

Chondrilla verrucaria folijs intubaceis viridibus, C. Bauh Chondrillæ species in ruderibus, Cæs. Verrucaria Seridis species, Ges. hor. Zacintha, Lugd. Cast. Clus. Cichorium verrucarium, Matth. Clus.

Chondrilla verrucaria dicitur ab effectu, eò quia vis illi inest ad tollendas verrucas. Zacintha nominatur à loco natali, nempe ex Zacyntho insula in qua copiosissimè crescit; quamuis non solum in Zacyntho, sed etiam in Italia oriatur.

Chondrilla rara purpurea, Lobelli, Lugd. Chondrilla Hispanica Narbonensis Tab. Chondrilla folijs laciniatis serratis purpurascente flore C. Bauh. Crupina Belgarum, Gasp. Scuuentfelt. Senetiocarduus Apulus Colum. ità nuncupatus, quia Senetionis, & Cardui naturam participet.

Chondrilla tragopogonanthemos, Thal. est Tragopogon Coronopi folio C. Bauh.

Chondrilla bulbosa, lege Cichorium bulbosum.

Chondris lege Dictamnum Cretense falsum.

Chondrus ex factitiarum rerum numero est, veluti, & Alica: fit autem vtraque ex Zea, Dioscoride auctore. Theophrastus verò ex Hordeo fieri tradit. Galenus verò ex Tritici genere esse ait: quòd nihil aliud sonat quàm ex triticeo genere ipsum confici, vt dicemus suo loco. Farina enim erat certo modo concinnata, quem describit Constant. Geopon. lib. 3. sic dicta quod aqua aspersa exiccetur, & in grumos granaque concrescat, quæ ad vsum reponuntur, & ob hanc rationem Chondrus est appellata: nam Græcis χόνδρος exponitur granum, vel omne id quod ex continuo aliquo seorsum concreuit: vt salis grumi, & thuris micæ.

Chonidetros gummi quoddam Succino crudo persimile, quod Caphuræ, quæ ex Burneo adfertur, sæpè permiscetur, Lugd. vt in secunda parte Phytologiæ.

Chreston apud Nonnullos, est Intubi erratici species.

Chrysea, Lugd. lege Noli me tangere.

De

De Chrysanthemo. Synonyma, & Etymum.

Chrysanthemum, Matth. Lac. Chrysanthemum Segetum, Ger. Chrysanthemum folijs matricariæ, C. Bauh. Chrysanthemum, & Chalcitis, Tab.
Chrysanthemum dicitur propter flores luteos aureo fulgore splendentes, nam Græcis χρυσὸς est aurum, ἄνθος verò est flos, & quia orbem oculi imitantur ὀφθάλμον vocatur. Chalcitis nuncupatur, quoniam herba colore æs refert; χαλκὸς enim apud Græcos est æs.

Chrysanthemum alpinum folijs Abrotoni multifidis C. Bauh. Chrysanthemum alpinum secundum Clus. hist. Achillea montana Artemisiæ tenuifoliæ facie, Ad. Lob. Achillea montana, Lugd. Tab. nominum etyma, lege suo loco.
Chrysanthemum latifolium, lege Alisma Matth.
Chrysanthemum littoreum, lege Crithmum tertium Matth.
Chrysanthemum marinum est Achaou an Abiat, idest Artemisia alba, siue marina. lege Cineraria.
Chrysanthemum latifolium Brasilianum Chrysanthemum è Canada quibusdam; lege Helianthemum Indicum Tuberosum.
Chrysanthemum Peruuianum, lege Helenium Indicum maximum.
Chrysanthemum Segetum, lege Bellis lutea folijs profundè incisis.
Chrysanthemum simplex, Fuchs. est Ranunculus pratensis erectus.
Chrysanthemis, Erica minima Ad. est Chamæcistus folijs thymi incanis.
Chrysitis Plinij, lege Helichrysum orientale.
Chrysitis Aristoteli, Nonnullorum, lege Chrysocome Diosc.
Chrysippea Plinij, lege Scrophularia maior.
Chrysobalanos Galeni, est Nux moschata, de qua in secunda parte Phytologiæ.
Chrysocarpum Hederæ species est ab aureo acinorum colore ita appellata, Plin.
Chrysocolis herba, quæ notiore nomine Parthenium appellatur; est autem ex ijs nomenclaturis, quæ inter notha Dioscoridis à Doctioribus reijciuntur.

De Chrysocome. Synonyma, & Etymum.

Chrysocome Diosc. & Plinij, Guil. Col. Linosyris nuperorum, Lob. Recentiorum Lugd. Osyris Austriaca, Clus. Linaria Austriaca, Cam. Linaria aurea Tragi, Lob. Lugd. Tab. Linaria folioso capitulo luteo maior C. Bauh. Crysitis Arist. Nonnullis.
Chrysocome nominatur, idest aurea coma, propter flores aureo colore splendentes, nam χρυσὸς apud Græcos est aurum. Aliorum nominum etyma lege suo loco.

Chrysocome Germanica, Lob. est Gnaphalij genus, lege Gnaphalium maius angusto folio oblongo.
Chrysogonum Diosc. Rauuolf & Lugd. append. Leontopetalo affinis folijs quernis C. Bauh. χρυσογόνυ Diosc. quòd Aliqui Iacobeam maritimam, siuè Cinerariam marinam. Alij Tormentillam censent. Chrysogonum dictum, idest semen aureum, nam Græcis vt dictum fuit χρυσὸς est aurum γόνη, & γονὸς est semen.
Chrysolachanum quibusdam, lege Atriplex caninus.
Chrysolachanum Plinij, Ruel. est Lampsana, siuè Sonchus syluaticus Ger.
Chrysomela mala sunt ex genere Cydoniorum, ad auri colorem inclinantia, & inciſuris

ciſuris quibuſdam criſpata, vt dicemus in ſecunda parte Phytologiæ.

Chryſoſplenium, lege Saxifraga aurea.

Chryſoſpermon à nonnullis appellatur Semperuiuum maius, eò quia ſemen, ſiue fructus eſt aurei coloris: χρυσὸς eſt aurum, σπέρμα verò ſemen, ſiue fructus.

Chryſothales, lege Aizoum.

Chriſtophoriana, lege Aconitum racemoſum.

Chulem Serap. & Chules Garziæ, eſt fortè Gramen pratenſe paniculatum maius.

Chuno panis ex radice Papas conficitur, Ioſeph Acoſta, lege Papas radix.

Churli Sueſſonienſibus radices Ornithogali appellantur.

Cibago arbor Pino ſimilis Orientalis, vt in ſecunda parte Phytologiæ dicetur.

Ciborium, aut Cibolium Dioſcorides interpretatur vtriculos quoſdam in faba Ægyptia, quam & Colocaſiam vocat Plinius Veſparum fauis ſimiles, in quibus fabæ ſunt bullarum modò emergentes; ita dictum à ſimilitudine poculi, quod Ciborium vulgus Antiquorum appellat.

Cibucan arbor fructifera apud Indos Occid. Ouied. hiſt. l. 8. c. 16. de qua in ſecunda parte Phytologiæ.

Ciccaria fructus arboris ſpinoſæ, vt dicemus in ſecunda parte Phytologiæ.

Ciccum dicebant Antiqui membranam tenuem, quæ eſt in malo punico, velut cellularum diſcrimen.

Cicer ab omnibus Authoribus hoc nomine inſignitur. Cicer domeſticum Matth. Cicer ſatiuum Alijs. ἐρέβινθος. Italis Cece.

Cicer forſan dicitur, quaſi Cier, vel Citerà cienda, & citanda vrina Græcis ἐρέβινθος, quaſi ἐριβιωτός, ideſt valdè vitalis, nam βιωτος eſt vitalis βίος enim eſt vita, ἐρι eſt particula habens vim augendi, nam ad mentem Dioſc. colorem commendat, & lac in mammis auget, Venerem ſtimulat, & genituram cumulat.

Cicer columbinum dictum, quòd candidum eſt.

Cicer venereum, quod rubrum eſt, ità dictum quòd Venerem ſtimulet.

Cicer arietinum, quòd capiti arietino ſimile ſit illius fructus. Cicer nigrum intelligunt Nonnulli.

Cicer eruinum, quòd erui ſemini conforme ſit.

Cicer Sacerdotale, lege Trifolium cochleatum maritimum.

Cicer ſylueſtre Herbariorum, Ad. Lob. Cicer ſylueſtre Matth. & Aliorum Cicer ſylueſtre primum Dod. Lugd. Tab.

Cicer ſylueſtre folijs oblongis hiſpidis maius, C. Bauh. Cicer ſylueſtre maius Thal.

Cicer arietinum, & Piſorum alterum genus, Trag. eſt Piſum maius Matth.

Cicer aſtragaloides Ponæ, lege Aſtragalus alpinus ſecundus Cluſij.

Cicer eruinum quorumdam Lugd. lege Ochrus.

Cicer Orobeum, Theoph. eſt Orobus ſemine obtuſo triangulo C. Bauh.

Cicera, ſiuè Aracus Dod. eſt Lathyrus flore purpureo Cam. Lathyrus ſatiuus flore purpureo, C. Bauh.

Cicerbita, lege Sonchus.

De Cicercula. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Cicerculum ſpecies eſt Sinopidis, ſiuè Rubricæ, quæ circa Sinopen Ponti vrbem effodiebatur, vnde nomen habet: Cicercula eſt etiam herba.

Cicercula Turner. Lathyrus ſylueſtris Cluſ. Dod. Lugd. & maior, C. Bauh. Lathyris ſylueſtris Eyſt. Mochi in Hetruria Cæſalp. Eruum ſylueſtre Fuchſij. Piſum Græcorum ſylueſtre Trag.

Cicer-

Cicercula dicitur, eò quia folia ad Ciceris formam quodammodo accedant. Aliorum nominum etyma, lege suo loco. λάθυρον Græcis ἀπὸ τῆ λάθος vel λήθη est memoria abolita, siue obliuio: hinc λάθιος obliuiosus, qui rerum obliuionem menti inducit: vnde Cicercula ità appellata, quoniam comesta vapores ad caput mittit, & obliuionem parit.

Cicercula Ægyptiaca Clus. Aracus Hispanicus, siuè Lathyrus Ægyptiacus, Cam. Lathyrus angustifolius semine maculoso C. Bauh.
Cicercula syluestris, lege Clymenum Matth.

De Cichorio. Synonyma, & Etymum.

Cichorium dicitur ab omnibus Authoribus Cichorium domesticum Matth. Cast. Cichorium satiuum cæruleum, Ad. Lob. ico. Cichorium latioris folij, Dod. Cichorium satiuum latifolium, Lon. Cichorium satiuum C. Bauh. Græcis κιχώριον, & κιχόριον, vel κιχόρειον. Italis Cichorea. Cichoriacea, siuè Intubacea dicuntur omnes herbæ quæ Cichorij nomine insigniuntur; vt dicetur in secundo Tomo Partis primæ Phytologiæ in Capite de Cichorio.

Cichorium peregrina Græcis vox est, inquit Marcellus Virgilius. Cichorium Alijs dictum, quasi κιωχορίον, κίω enim apud Græcos est vado, χωρίον est ager, prædium, villa, hinc herba ita dicta, quia per omnes agros, & villas sponte crescat, est enim olus omni regioni commune.

De Cichorio syluestri. Synonyma, & Etymum.

Cichorium syluestre Dod. Cast. agreste, Lon. Cichorium syluestre, siue Officinarum C. Bauh. Cichorea, Trag. syluestris, Matth. Seris πικρὶς Dioscoridi. Intubum erraticum Plinio. Sponsa Solis Pet. Crescent. Solsequium Brunf. Seris syluestris Picris, Cichorium, Ad. Intybum agreste, Cord. Gesf. hor. Chreston Aliquibus; Amarago Theophrasti, Nonnullis. Ambubeia, Alijs. Hypocheris Dalechampij, Lugd.

Cichorij etymum, lege supra, Seris etymum, lege suo loco, Picris verò dicitur, idest amara, nam πικρὶς Græcis est amarus, & hanc ob causam à Nonnullis Amarago appellatur. [Solsequium nuncupatur, eò quia flos ad Solem se vertat, ideò etiam Sponsa Solis dicta. Ambubeia dicitur, Alij verò Ambugiam legunt, sed voce corrupta, fortè dicta ab Am quòd significat circum, & Baia ciuitas amænissima: hinc Ambubeia, quia circa Baias frequens, & pulcherrimum Cichorium nasceretur. [Hypocheris nominatur, nimirum pro porcis: vnde nonnulli Porcelliam vocant: nam apud Græcos ὑπὸ interdum significat pro χοῖρος verò porcus, Sus, hinc herba ita appellata eò quia Porci auidissimè illam appetant. [Chreston vocatur, ab insigni vtilitate teste Plinio, nam Græcis χρηστὸς est vtilis bonus.

Cichorium syluestre luteum. Cichorium luteum Tab. Ger. Cichorium pratense luteum hirsutie asperum, vel Hieracium hirsutum folijs caulē ambientibus C. Bauh. Cichorea tertia, siue lutea, Tragi Hieracium pratense asperum, Gesf. Col. Intybus syluestris, seu Cichorium syluestre flore luteo Thal. Lactariola altera, Cæs. [Hieracij etymum, lege suo loco. Lactariola dicitur eò quia copiam lactis effundit, si manibus disrumpatur.

Cichorium pratense luteum leuius, lege Aphace Dalech.

Cicho-

Cichorium bulbosum Dalechampij, Lugd. Cichorium strumosum Myconi, Lugd. Chondrilla bulbosa, C. Bauh. Chondrilla pusilla lutea bulbosa, Ad. Lob. Herba terræ crepolæ similis, Cæs. an Hemorrhoidalis, Cast. Chondrilla altera Diosc. Clus. Colum. Chondrilla marina, Tab. Ger.

Cichorium Constantinopolitanum, Matth. Cast. Lugd. Dens Leonis Asphodeli bulbulis, C. Bauh. Dens Leonis Monspeliensium, Ad. Lob. ob. Dens leonis altera, Tab. Chondrilla altera, Dioscoridis Lob.

Cichorium dulce Colum. Cichorium syluestre alterum ἀπικρὶς, idest sine amaritudine est Sonchus latifolius leuiter hirsutus C. Bauh.
Cichorium globulare Imperati. lege Limonium peregrinum elegans.
Cichorium spinosum Creticum Belli Ponæ. Hydriæ spina Belli in ep. ad Clus. Chondrillæ genus elegans cæruleo flore Clus.
Cichorium verrucarium, lege Chondrilla verrucaria.
Cici Ges. hor. lege Ricinus vulgaris.
Cicis, vel Cicidos, lege Galla in secunda parte Phytologiæ.
Cicla, lege Beta alba, vel pallescens, quæ Cicla Officinarum.
Cicus, & Cicum M. Varroni dicitur membranula prætenuis in malo punico, discrimen faciens, lege in secunda parte Phytologiæ Malum punicum.

De Cicuta. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Cicuta nomen proprium Fœneratoris cuiusdam maximè auari Horat. Item similiter Cicuta Poetæ procalamis, vel cannis quibus fistulant Pastores, Græcos imitati posuerunt. Item Cicuta est in Cannis, Calamisue, & est illud quod interceptum est inter duos nodos, & vt Seruius docet. Item Cicuta est herba, de qua in præsenti:
Cicuta Matth. Dod. Trag. Lob. Lon. Cast. & Aliorum. Cicuta maior Cord. hist. C. Bauh. Cam. vera. Abiotos Nonnullis. Annesoides Aliquibus Hesychius. Catapsixis, Diosc. sed inter nomina notha collocatur. Græcis κώνειον. Italis Cicuta.
Cicuta dicitur quasi cæca, eò quia homines reddat veluti cæcos, si illam comederint, oculis enim caliginem infundit, & ea epota refrigerato cerebro stultitiam parit. [Græcis κώνειον appellatur à verbo græco κωνῶ circumago desumpto nomine ab eo affectu, quia corpus ipsum torquetur circumagendo. [Vel Cicuta dicta nam cum internodium in triticeis, siuè culmiferis cicuta dicatur, & cum internodia Cicuta quoque habeat, ideò Cicuta appellata fuit. [Abiotos etymum lege supra Abiotos. Annesoides nominata, eò quia semen, vt inquit Hesychius, Cicutæ sit Aniso simile.
Cicuta minor petroselino similis, & Cicutaria fatua, lege Apium cicutarium.
Cicutaria bulbosa, lege Bulbocastanum coniophyllon.
Cicutaria latifolia fœtidissima, Lob. Lugd. Cicutaria latifolia fœtida C. Bauh. Seseli Peloponnense, Matth. Ges. hor. Lac. Cast. Lugd.

De Cicutaria palustri. Synonyma, & Etymum.

Cicutaria palustris Lob. Tab. Ger. Cicutaria palustris tenuifolia C. Bauh. Phellandryum Plinij. Alij Silaum. Silaus Plinij Cæs. fœniculum syluestre Tragi Cicutaria palustris tenuifolia C. Bauh.
Cicutaria dicitur, nimirum parua Cicuta, nam quodammodo ad Cicutam accedere videtur. Phellandrium nominatur à verbo græco φλόω decipio, & ἀνδρῶν homo-

mo, ideſt decipiens homines, cum folia habeat fœniculo ſimilia, & non ſit planta edulis. Silaum dictum, quaſi Sium minus cum in aquis veluti Sium naſcatur.
Cicutaria odorata, lege Myrrhis maior.
Cidonium malum, lege in ſecunda parte Phytologiæ.
Cidromela, lege Malus medica in ſecunda parte Phytologiæ.
Cilindrum, Alij legunt Cicilindrum genus Leguminis apud Plautum.
Cima dicitur, quaſi coma, eſt enim ſummitas herbarum, vel arborum in qua vigens virtus potentior eſt, lege Cymæ.
Cimonagero eſt Cumini ſpecies, lege Cuminum.
Cinnamomum eiuſque ſpecies, lege in ſecunda parte Phytologiæ.
Cina, lege China.
Cinara ſpinoſa, lege Cactos.

De Cinara, ſiue Carduo. Synonyma, & Etymum.

Cinara, ſeu Artiſchochi vulgatior, Eyſt. Cinara non aculeata Matth. Dod. Lugd. Cinara hortenſis folijs non aculeatis C. Bauh. Carduus non aculeatus, Matth. Carduus hortenſis, Geſ. hor. Carduus aut Scolymus non aculeatus, Lon. Carduus hortenſis non ſpinoſus, Caſt. Græcis σκόλυμος. Italis Carcioffi, Carchioffi, & Artichiocchi.
Cinara nuncupatur à cinere, vt Columellæ, & Palladio placet, quia hoc plurimum delectatur, & quo ſtercorari amat. Vel vt Alijs placet, nominis originem referunt, ad Cinaram puellam, in herbam ſui nominis mutatam. Artiſcochi nomen eſt gallicum. Aliorum nominum etyma, lege Cactos.
Cinara hortenſis aculeata C. Bauh. Carduus hortenſis folijs ſpinoſis, Geſ. hor. Caſt. Carduus altilis Lugd. Scolymus Dioſc. Cluſ. Altilis dicitur, quia ſtudio in hortis colitur. Italis Cardo.
Cinara ſylueſtris Cretica, lege Agriocinara.
Cincinnalis, lege Adiantum.
Cinæ, ſiue Zinæ ſemen, lege Abſinthium Santonicum.
Cingulum Sancti Ioannis, lege Artemiſia.

De Cineraria, ſiuè Artemiſia Marina. Synonyma, & Etymum.

Cineraria Dod. Lugd. Eruca cinerea Penæ. Achaouan abiat, ideſt Artemiſia alba Alpini. Iacobea marina, C. Bauh. Chryſanthemum, & Artemiſia marina Neotericorum. Italis Artemiſia marina.
Cineraria dicitur à colore ſubalbido, nempe cinereo totius plantæ. Erucæ etymum lege ſuo loco. Achaouan abiat, inquit Alpinus, Multi Ægyptij hanc herbam nominant: ideſt Achaouan maiorem, & albam, & Artemiſiæ ſpeciem eſſe multi autumant. Iacobeæ, Chryſanthemi, & Artemiſiæ etyma, lege ſuo loco.
Cinna Graminis ſpecies eſt in Cilicia, quòd Incolæ Cinnam appellant, Lugd.
Cinnabarum Dioſc. eſt arboris exoticæ lacryma, vt dicetur in ſecunda parte Phytologiæ.
Cinnamum frutex eſt in finibus Trogloditarum, præſtantiſſimum exudans odoramentum, vt in ſecunda parte Phytologiæ demonſtrabimus.
Cinnaris herba eſt, apud Plinium, quæ Ceruis aduerſus venenata pabula eſt remedio. Sed quid?

De Circaea. Synonyma, & Etymum.

Circęa Lutetiana, Lob. Dalech. Lugd. Ger. Circæa Eyst. Solanifolia Circæa dicta maior, C. Bauh. Herba D. Stephani, Tab. Helxine syluestris, siuè fluuiatilis, Thal. Ocimastrum verrucarium, Ges. hor. Dircæa Nonnullis, quasi Circæa. Italis Circea.

Circęa dicta est à Circe Veneficiorum peritissima inuentrice: ad amatoria præcipuè eius vsus.

Circæa Monspeliensium, lege Amara dulcis.

Circęa minima Col. Solanifolia Circęa alpina, C. Bauh. Hic vt Lectori faueam figuram ad viuum expressam Circeæ alpinæ omnium minimæ, nuper in monte Baldo repertæ apponimus, cuius historiam in secundo Tomo partis Primæ Phytologiæ Lector suo tempore habebit, & legere poterit.

CIRCAEA ALPINA
omnium minima.



Circe-

Circeium Plinij, lege Mandragora.

Cirrus, & Cirri idem significant, quòd stamina, in medio floris existentia, & etiam capillamenta, in ipsis radicibus, quæ contorta crispantur.

De Cirsio. Synonyma, & Etymum.

Cirsium, siuè Circium, & Circion dicitur ferè ab omnibus Authoribus. Græcis κίρσιον, eò quia varices, quas Græci κιρσοὺς vocant curet, & sanet, ità ab effectu sic denominatum. [Italis vocatur Stoppione, quasi Stoppone, cum capitula in summo producat, quæ in pappos, seu lanugines soluuntur, & veluti stupa in campis vento agitata dilabitur, agrosque implet. [A nonnullis Carduus lanuginosus appellatur, nam folia habet ex interuallis spinosa, sed mollia, & ob hanc causam spina mollis à nonnullis dicta. [Carduus nutans ab Aliquibus nuncupatur, quoniam in aliquibus locis capite est nutante idest habens echinum deorsum inclinatum, nam nutare est ruinam minare.

Cirsium luteum Sequanorum, lege Atractylis.

Cirsium Italicum Fuchsij, & Cord. in Diosc. est Buglossum angustifolium maius C. Bauh.

Cissampelos, lege Helxine Cissampelos.

Cissibium est ligneum poculum ex Hedera paratum, vel vt Pollux ait poculum pastorale, sic dictum quod hedera circumdatum sit: nam κισσὸς apud Græcos hederam significat.

Cissus, & Græcis κισσὸς lege Hedera.

Cissophyllon Rhenod. Pharmac. est Arthanita, siue Panis porcinus, ita nuncupatus, quia folia hederæ angulosæ similia producat. Arthanitæ, siuè Panis porcini etymum, lege Arthanita.

Cissaron, & Citharon apud Aliquos, est Cistus mas.

Cistus frutex est, de quo in secunda parte Phytologiæ.

Cistus ledum similiter frutex est, & in secunda parte Phytologiæ eius historiam eximam.

Citonia, & Cydonia mala, lege in secunda parte Phytologiæ.

Citrago, lege Apiastrum Matth.

Citrangula est malus medica, de qua in secunda parte Phytologiæ.

De Citreolo. Synonyma, & Etymum.

Citreolus vulgò, Cæsalp. Cucumis satiuus, & esculentus, Ad. Lob. Lugd. Cucumis satiuus vulgaris C. Bauh. Cucumis satiuus Matth. & Aliorum. Cucumis vulgaris Dod. Gerar. Cucumer. satiuum, Cord. in Diosc. Græcis σίκυς. Italis Citriolo, & Cedrone.

Citreolus dicitur à figura, & similitudine Citrij mali, nam fructus in longum protensus citrei mali modo viridi primùm fit colore, & dum maturescit flauo cortice verrucis scatente vestitur. [Cucumis, & Cucumer appellatur à curuore idest curuitate, nam eius fructus aliquando curuus existit ideò Cucumeres, quasi Curuiueres dicti. [Græcis σίκυος fortè à verbo græco σεύω concito, & κύω concipio, quoniam eius esu fœminæ si fuerint libidinosæ non concitentur ad Venerem. Vel quasi κινύος à κινύω propero, festino, quoniam magnitudinem sui festinet breui.

Citreolus alter forma anguis, Cæsalp. Cucumis flexuosus, siuè anguinus Ad. Lob. Cucumis longus, Matth. oblongus Dod. Cucumis flexuosus C. Bauh. Cucumis an-

anguinus, & tortilis Lacun. Cucumis anguinus, Ang. Gef. anguina Tab. Gerar.
Citrulus Officinarum, & Citrulus folio Colocynthidis secto; semine nigro. Quibusdam, est Anguria.
Citrulus vulgaris, lege Citreolus.
Citrus, lege Malus medica in secunda parte Phytologiæ.
Clamys Nonnullorum, lege Arum Ægyptium.
Claua Herculis, ab Aliquibus appellatur Helleborus niger, eò quia semina ad modum clauæ in vasculis producat. Ab Alijs verò dicitur Nymphæa lutea, ob flores in modum clauæ effigiatos.
Claues marianæ, lege Calceolus marianus.
Clauis Veris à Nonnullis dicitur Primula Veris, eò quia, cum statim ineunte Vere floreat, portam aperit ad omnes flores, vt viuere incipiant.
Claui filiginis, lege Secale luxurians.
Clauiculus, & Clauicula, lege Capreolus.
Clauus Veneris est Nymphea, quoniam ventris profluuia cohibet, semenque siuè per insomnia, siuè alio pacto immodicè profluens retinet, & quasi clauus claudit.
Clema herba est, Tithymali generibus assignata, Cyparissiæ non absimilis Dioscoridi Pityusa secundum Nonnullos.

De Clematide maiore Daphnoides dicta. Synonyma, & Etymum.

Clematis daphnoides maior, Dod. Cam. C. Bauh. Clematis, siuè Peruinca maior Lob. Prouinca altera maior, Cæsalp. Clematis Daphnoides latifolia Clus. hist. Clematis Ægyptia hortensis Gef. Græcis κληματὶς δαφνοειδὴς, aut χαμαιδαφνοειδὴς aut πολυγονοειδὴς dicitur. Italis Vinea peruinca maggiore. Boccaccio Prouinca.
Clematis dicitur idest Sarmentaria κλήματα enim sunt Sarmenta vitigneis similia; & quoniam hæc herba sarmenta ad instar vitis producit, idcirco Clematis dicta. Daphnoides nuncupatur eò quia habet folia lauri: nam Græcis δάφνη vocatur Laurus. [Vinea peruinca nominatur à vinciendo, & peruinciendo, nam vincit, & peruincit, & loco funiculi, & pro vinculo illa possumus vti ad alias res vinciendas; ideò etiam Prouinca appellatur.

Clematis Daphnoides minor. Vinea peruinca Brunf. Gef. Lon. Ad. Lugd. Chamædaphne altera Diosc. Peruinca (quod semper vireat) Trag. Clematis daphnoides Dod. Fuch. Lob. Thal. Cam. Clus. Clematis Ægyptia syluestris, Gef. hor. Prouinca vulgò Cæsalp. Viola mortuorum Nonnullis, quia in Cæmeterijs vmbrosis libenter serpat, & vagetur vel quia puellæ mortuæ ea coronentur.

Clematis flore pleno, C. Bauh. Clematis daphnoides flore purpureo pleno Eyst. Clematis altera flore pleno Clus. Clematis maior flore duplicato Lugd. Clematis flore multiplici Cam. epit. Clematis purpurea Austriaca, flore pleno, Cam. hor. Daphnoides prolifera, Lob.

De Clematide, siuè Vite alba. Synonyma, & Etymum.

Clematis, syluestris latifolia C. Bauh. Clematis, siuè Viorna Vulgi Lobelij, Eyst. Clematis altera prima Cord. in Diosc. Vitalba, Dod. Vitis syluestris Diosc. Cæsalp. Vitis nigra Fuch. Tur. Lon. secunda Tab. Viburnum Gallorum Bellonij Atragene

gene Theophrasti, Ang. C luf. hist. Vitis syluestris Plinij Quibusdam. Græcis κλημαῖτις. Italis Vitalba, & Vidalba.

Clematitis idem est, ac Sarmentaria, vt dictum fuit supra quoniam κλήματα flagella vitigineis flagellis similia emittat, ac vt illa arbores scandat. Viorna dicitur, quasi vias ornans cum omnibus sepibus se se intorqueat, eas ascendat. Viburnum dicitur à vibrando, & torquendo, quia vibrari, & vi agitari possit, sine periculo fractionis propter lentorem ramorum. Atragene fortè à verbo græco ἀθροίζω congrego, colligo, congero, coaceruo, eò quia ramusculi, folia, & tota planta insimul congesta, coaceruata, inuoluta, & implicata reperiantur.

Clematitis Peruuiana, lege Bexugo del Perù.

Clematis, siuè Flammula repens, C. Bauh. Clematis flammula quibusdam Gef. hor. Clematis altera vrens, Ad. Lob. Flammula Dod. Lugd. hist. Clematis vrens Tab. Gerar. [Flammula dicitur, quia ad instar flammæ vrat, nam contusa, & applicata vesicas, & pustulas, in carne excitet: ideò Clematis vrens nuncupatur.

Clematis altera, vrens Flammula Matth. Lugd. Clus. Tab. Flammula frutex Cord. in Diosc. Flammula recta C. Bauh. Cam. Eyst. flammula Iouis surrecta Gerar. Flammula altera Dod. altera surrecta Lob. [Flammula Iouis dicitur, quia Iuppiter genitor plantarum credebatur ab Antiquis, & cum hæc herba vrat, ideò Flammula Iouis, quasi fulmen Iouis nuncupatur.

Clematis altera, Matth. Dod. Cast. Clematis cærulea vel purpurea repens, C. Bauh. Clematis peregrina cærulea, & purpurea, Lob. Tab. Clematidis alterius altera species, Dod. gal. Pothos cæruleus, Lugd. πόθος, Desiderium Gaza vertit eò quia sit flos desiderabilis, desideratus, & exoptatus ob eius pulchritudinem.

Clematis cærulea flore pleno C. Bauh. Clematis altera flore pleno, Cam. ep. Clus. cur. post. Clematis peregrina purpurea flore pleno, & Clematis peregrina incarnata plena Eyst. nam flore cæruleo, purpurocæruleo, & incarnato reperitur: vt dicemus in secundo Tomo partis primæ Phytologiæ in Tractatu de differentijs.

Clematis trifolia flore roseo clauato, lege Balsamina Indica repens pomifera.

Cleoma, & Cleome Octauij Ang. lege Erysimum.

Cleonition herba eadem cum Clinopodio, teste Plinio.

Cletra Theophrasti, lege Alnus altera Clusij in secunda parte Phytologiæ.

Clinopodium vulgare Matth. lege Acinos.

Clinopodium alterum Matth. Lugd. Tab. Clinopodium aut lectipes, Ad. Clinodium aruense Ocimi facie C. Bauh. est Acinos, siuè Clinopodium minus.

Clitia, siue Clytra, & Glitia quidam Heliotropium minus esse scribunt.

Clusinum far, Adorei, siuè Farris genus candidius ita dictum à Clusio Hetruriæ oppido Plin.

Clumæ folliculi Hordei, lege Gluma.

De Clymeno Matth. Synonyma, & Etymum.

Clymenum, Matth. Cast. descr. Clus. pan. Eruum satiuum. Cord. Eruilium Cæsalp. Cicercula syluestris Taber. Lathyrus latifolius C. Bauh. Lathyrus syluestris latifolius Cam. Lathyrus Narbonensis latiore folio, Ad. Lob. Eyst. Lathyrus syluestris maior, siuè purpureus, Thal.

Clymenum dicitur à Clymeno rege Inuentore, teste Plinio vel quia, se adminiculis conuoluat, & rei cui adhæret inuoluat, & circumplicat.

Clytia, quidam Heliotropium minus esse scribunt.
Cnaphus à Nonnullis appellatur Carduus fullonicus.
Cnecion quibusdam herba est quam notioribus nominibus Amaracum, & Sampsuchum nominatur, sed inter nomina notha à Doctioribus recensetur.
Cnecus, lege Caicus.

De Cneoro. Synonyma, & Etymum.

Cneorum Matthioli, Clus. pan. & hist. Cam. Thymelæa minor, Cord. hist. Thymeleæ affinis facie externa C. Bauh. Casia Matthioli Chameleæ species Tab.
Cneorum fortè nuncupatur à verbo græco, κνέω, scindo, & ὥρα tempus, & præcipuè in plantis tempus florendi hinc κνέωρον, quasi tempus florendi diuidat, in duplex nimirum in vernale, & autumnale, vtroque enim equinoctio floret. Etyma aliorum nominum lege suo loco.

Cneorum album Dalechampij, Lugd. Cneorum album folio oleæ argenteo molli C. Bauh. Dorycnium verum Plateau Clus. hist. ap. 1. Dorycnium quorumdam, seù potius Conuoluulus rectus Creticus, Ponæ Ital. Dorycnium ex Sicilià, Cæs. Dorycnium Imperati. Dorycnij etymum lege suo loco.
Cneoron, Cæs. & Cneorum nigrum Myconi Lugd. lege Thymælea folijs Kali lanuginosis falsis.
Cneoron Galeni, lege Alypias Ætij.
Cnestrum nonnulli Thymelçam appellant.
Cnicius, lege Cartamus.
Cnicinum triphyllum Trifolij species est, vt dicemus, in secundo Tomo partis primæ Phytologiæ.
Cnicus satiuus, lege Cartamus, siuè Carthamum Officinarum.
Cnicus hirsutior Cnicus supinus, Cnicus syluestris alter Theophrasti, lege Carduus benedictus.
Cnicus cæruleus, siuè flore cæruleo lege Carthamum, siuè Cnicus flore cæruleo.
Cnicus syluestris spinosior, & Cnicus syluestris procerior lege, Atractylis.
Cnidium granum est Coccognidium.
Cobba apud Indos arbor est vastæ magnitudinis, de qua in secunda parte Phytologiæ.
Cobes maluæ species Camer. est Malua Syriaca C. Bauh.
Cobion species Cithymali est apud Plinium, quæ & dendroides, hoc est arborescens nuncupatur.
Coca, Cieçæ Monardi Lugd. Clus. in Garz. est arbor pumila folijs myrti; & an ex fructu fiant sphærulæ præcariæ, in secunda parte Phytologiæ manifestabimus.
Cocalus, quidam ex Latinis vocauerunt echinum illum, siuè capitulum στρόβιλον dictum, quòd nucem pineam refert, lege in secunda parte Phytologiæ Nux pinea.
Coccigria idem, quòd Coggigria arbor, de qua in secunda parte Phytologiæ.
Coccimelea, Theoph. secundùm Nonnullos sunt Amygdalina pruna, de quibus in secunda parte Phytologiæ.
Coccognidium verum, quidam putarunt, sed falso, esse quædam grana similitudine vuarum syluestrium in certis plantis paruis Pimpinellæ vulgari similibus cuius radicibus adhærent, & ex Peru adferuntur, & Coccus radicum quibusdam dicitur, Cocchinilla Alijs frag. At Ouiedus ex arbore colligi vult, vt suo loco dicetur, nempe in secunda parte Phytologiæ. [Coccognidium dicitur idest granum quod adfertur

fertur ex Gnido, siuè Cnido insula vtroque enim modo dici potest nam Græcis κόκκος est granum.

Coccognidium Nonnullorum est Piper alpinum, siuè montanum, lege Laureola, folio deciduo, flore purpureo.

Coccole di Leuante, & Coco di Leuante, lege Baccæ Orientales.

Coccus Infectoria, & Coccum infectorium, & Coccus Baphica, Granum Tinctorium, sunt Arbuscula, vt in secunda parte Phytologiæ apertè dicam.

Coccus Indica, Lac. frag. & Cocos sunt Nuces Indicæ, de quibus in secunda parte Phytologiæ.

Coccus radicum, lege Coccognidium.

Cochinilla, lege Coccognidium.

Cocetum edulij quoddam genus, ex melle, & papauere confectum ad somnum in pueris conciliandum ità dictum quod ad ignem coquatur.

De Cochlearia, Synonyma, & Etymum.

Cochlearia, Matth. Dod. Gæs. Lugd. Cam. Cochlearia Bataua, Lob. Cochlearia folio subrotundo C. Bauh. Telephium, Lac. Britannica, Ges. hor. Herba scorbuti G. Skuuentselt.

Cochlearia dicitur à foliorum forma modice caua, paruum, & non valdè profundum cochlear referentia; figura, & sapore Thlaspeos, Nasturtijs affinis, vt dicetur suo loco, nempe in secundo Tomo partis primæ Phytologiæ.

Cochlearia Britannica, Lob. Dod. Lugd. Cochlearia folio sinuato C. Bauh.

Cochucho Ioseph Acost. radix parua dulcis, quam Aliqui, quo magis in delitijs sit condiunt.

Cocconilea arbor, de qua in secunda parte Phytologiæ verba fient.

Cochinillia ficus Indicæ grana, Indis Cochenillæ arbor, vt dicetur in secunda parte Phytologiæ.

Cocculæ Officinarum, lege Baccæ Orientales.

Cochuschau radix est in Insula Virginea, qua pro cibo vtuntur Cariot.

Coctonium, & Coctonum, lege Bombax.

Codianum, & Codiaminum, lege Bulbocodium.

Codion Græcis κώδιον dicitur Papaueris caput, à Nonnullis ità appellatum, quasi κώδον, quòd significat tintinnabulum; eò quia semina in capite inclusa, & exsiccata sonitum instar tintinnabuli edant.

Cœlestis flos, est quædam Iridis species ità nuncupata, ab arcu cœlesti, quoniam floris folia gratam coloris mixturam, & varietatem efficiunt, vt in arcu cœlesti aliquando apparet.

Cœli rosa, & Cœli flos à nonnullis latinis appellatur Lychnis coronaria, referente Dodoneo.

Cœli donum, lege Chelidonium.

Cœlia, potus genus, ex frugibus confecti Plinius, lege Celia.

Coffol, & Chofola, Lugd. fructus Arecæ, Palmæ species, vt dicetur in secunda parte Phytologiæ.

Coggygria Theoph. arbor, de qua in secunda parte Phytologiæ.

Cohine in America Theueto, Lugd. arbor est laurifolia Americana, vt in secunda parte Phytologiæ verba locupletiora proferam.

Coix Myconi, Lugd. est gramen gemmeum, seu nodosum secundum C. Bauh. Perlaro vulgò, & Oryza syl. Cæs.

Coix

Coix Theophrasti, lege Lithospermum arundinaceum κόιξ Græcis ideſt habens folia arundinacea.
Coix in Æthiopia, Palmarum ſpecies eſt.
Cola fructus, nuci pineæ maiori ſimilis, Pigafet. vt in ſecunda parte Phytologiæ proferam.

De Colchico. Synonyma, & Etymum.

Colchicum Matth. Dod, ſuch. Geſ. & Aliorum. Colchicum, ſiue ſtrangulatorium & Ephemerum crocifolium, Lob. Colchicum nigrum, & ſubrubens, Cord. hiſt. Colchicum commune C. Bauh. Colchicum commune pallido colore, Suuer. Colchicum maſculinum, & fœmininum, Tab. & album eidem Colchicum ephemerum, Lugd. Hermodactylus vulgò, & Crocus ſylueſtris Cæſ. Hermodactylus niger, & ruſſus, Meſueo, & Serapioni Variat flore communiter dilutè, vel ſaturatè purpuraſcente aliquando albo bulbo nigricante, aut rubente foris, & interiùs Quare Colchicum vulgare purpuraſcente flore, & Colchicum vulgare album, Eyſt. & Colchicum autumnale flore albo, & flore rubello Eidem. Græcis κολχικὸν ἐφήμερον. Italis Colchico.
Colchicum dicitur quòd in Colchide Aſiæ regione iuxta Pontum plurimum naſcatur ἐφήμερον verò nuncupatur, forſitan quia eodem die qua ſumptum interficiat, nam apud Græcos ἀφανίζω eſt deleo, perimo, extinguo, ἡμέρα verò eſt dies vel quia florem habeat fugaciſſimum, & qui vnico die marceſcat. [Hermodactylus nominatur, ideſt digitus mercurij, nam Græcis ἑρμῆς Mercurius dicitur δάκτυλος verò digitus, hinc herba ita appellata, eò quia radices digiti ſpeciem referunt, adeout vnguium quoque figura conſpicua ſit.

Colchicum album Cord. hiſt. Colchicum radice ſiccata alba C. Bauh. Hermodactylus Officinarum, Lon. Tab. orientalis Cæſ. Hermodactylus legitimus Dod. Hermodactyli non venenati Officin. Lob. ico. Hermodactylus albus, Scrapioni.

Colchicum ex albo, & purpuraſcente varium C. Bauh. Colchicum ποικιλανθὲς alterum Cluſ. hiſt. ap. [Dicitur Picilanthes, nam Græcis ποικίλος eſt varius, qui eſt varij coloris, verſicolor, maculoſus, & ἄνθος flos, ideſt habens florem variegatum.

Colchicum luteum, Lob. Tab. luteo flore, Suuer. Colchicum luteum maius, C. Bauh. Lirium alterum Theoph. Narciſſus autumnalis, quorumdam, Cluſ. hiſp. Lugd. Narciſſus autumnalis maior Dod. Ger. Narciſſus autumnalis flore luteo Eyſt. Colchiconarciſſus quorumdam. [Lirium nuncupatur, quaſi Lilium eò quia ad formam lilij flores gignat. Narciſſi etymum lege ſuo loco.

Colchicum πλατυφυλλον, πολυανθὲς, ideſt Colchicum habens folia ampla, & lata, nam Græcis πλατὺς amplus, & latus exponitur φύλλον verò eſt folium. πολιανθὲς verò dicitur multiflorum, nam apud Græcos πολὺς multus exponitur, & ἄνθος eſt flos.

Colchicum πολυφυλλανθὲς, ideſt Colchicum pleno flore, nam multa in flore habet folia, cum Græcis πολὺ ſignificat multùm φύλλον verò folium, & ἄνθος denotat flos.

Coles

Coles Phaseolus peregrinus, Clus. exot. lege in secunda parte Phytologiæ Arbor siliquosa Africana.

Colytea Theoph. arbor, & Colycea ab Antiquis pro Colutea ponebatur, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Colis idem quod Caulis, germen tenellum, & ramusculus, lege Caulis.

Coliphium panis genus Athletarum, vel Collyphium subcinericius panis, apud Nonnullos Colix etiam dicitur.

Collyra panis è farina puriore Aliquibus nuncupatur.

Colocasia, lege Arum Ægyptium.

De Colocynthide, Synonyma, & Etymum.

Colocynthis Matth. Cord. Ang. Lon. Ad. Lob. Lugd. & Aliorum. Colocynthis fructu rotundo maior C. Bauh. Cucurbita agrestis Brunf. Colocynthis vera Trag. Colocynthis prima mas, Tab. Fel terræ quibusdam, & Plantarum mors. Alijs. Cucurbita syluestris, & Cucurbitula amara Nonnullis. Græcis κολόκυνθα, & κολοκύνθις Italis Coloquintida. Arabibus Handal vnde Trochisci Alhandal dicuntur, idest de Colocynthide.

Colocynthis dicitur fortè à verbo græco κόλος, quòd significat mutilus truncatus mancus, curtus, & κυτος ventricosa cauitas, seu venter cauus, & cum cucurbita sit mutila, & curta, necnon tota ventricosa, & intus caua: hinc dicta fuit Colocynthis, nimirum parua Cucurbita, idest Cucurbitula. Cucurbitæ verò etymum, lege suo loco.

Colocynthis fructu rotundo minor, C. Bauh. Colocynthis minor, Ges. append. Colocynthis fungosa, & leuis, Cord. hist. Cucurbita syl. fructu rotundo minor, Cæsalp.

Colocynthis turbinata, Cord. hist. Colocynthis Germanica, Trag Colocynthis fæmina, Taber. Pyriformis, seu Pepo amarus, C.Bauh. Colocynthis pyriformis Ad. Lob. Lugd. Colocynthis nigra, Pyriformis, Camer. Cucurbita syluestris, figura pyri, Cæsalp. Cucurbita syluestris, Somphos Plinij dicta, quibusdam. Pseudocolocynthis pyrisorma Eyst. [Cucurbita Somphos dicta, idest spongiosa, nam Græcis σομφὸς exponitur inanis, & fungosus, velut spongia.

Colocynthis exactè sphœrica, Ad. Colocynthis pomiformis cortice maculato, C. Bauh. Pseudocolocynthis pomiformis, Eyst.

Colomestrum Aconiti species est, teste Dioscoride, quam, & Cynoctonon, & Lycoctonon à Canibus, & Lupis necandis cognominat.

Colophonia Officinarum. Pix est, siuè resina sicca, ex multis simul congestis in massam indurata, quæ igne liquata, & repurgata durior, & siccior euadit, vt in secunda parte Phytologiæ apertiùs proloquar.

Coloquintida, lege Colocynthis.

Colubrina, lege Bistorta maior.

Columbaris, Columbaria, lege Verbena communis, siuè Verbenaca.

Columbina, lege Aquilegia.

Colus Iouis, Ad. Lob. Clus. Lugd. Cam. Eyst. Horminum luteum glutinosum C. Bauh. Oruala tertia, Dod. Galeopsis lutea, Dalech. Lugd. Horminum syluestre secundum Clusij hist. Melinum, Cæs. Camphorata quibusdam, eò quia summitas Camphoram redoleat. Sphacelus Alijs, quòd eius succus in vulneribus malignis

valeat. Stachys Plinij quibusdam. [Colus Iouis dicitur quia summo caulis fastigio colum flauo penso obuolutum repræsentat. Iouis verò nominatur, quia Iuppiter genitor plantarum credebatur ab Antiquis.
Colus rustica, lege Atractylis, siuè Cartamcs syluestris.
Colutea, & Colytea arbor est, de qua in secunda parte Phytologiæ.
Colutea, siuè Polygala valentina, lege Polygala altera.
Coluthra maturæ ficus dicitur, vt in secunda parte Phytologiæ habebitur sermo.
Colymbades vocabantur oliuæ quædam condititiæ, apud Antiquos, vt in secunda parte Phytologiæ differemus.
Coma aurea, lege Helichrysum.
Coma dicitur quicquid hilari venustate crinium modò, in herbis summa ramorum, vel coliculorum exornat, vt frondes cum foliatum est cacumen, sæpè & corymbi, & flores suam gerere aiunt comam.
Comacum Theophrasti, secundum Nonnullos, est Nux moschata, de qua in secunda parte Phytologiæ, verba locupletiora proferam.
Comacum, fructum esse illum qui Vulgò Cubebe vocatur, teste Garzia, nam Cubebe Cumuc vocatur in Iaua.
Comagena, herbæ nomen est, secundùm Plinium, sed quæ nam sit ignoratur.
Commanda-ouasou, fabæ Brasilianę species pollicis crassitudine à Barbaris sic appellata; Lerio descrip. Brasil.
Comaron Apuleij, lege Fragaria.
Comaros, & Comarus Arbuti genus est, vt dicemus in secunda parte phytologiæ.
Combretum Plinij Ang. est Gramen lucidum Tab. Gramen hirsutum capitulo globoso C. Bauh. Gramen palustre echinatum Ger. ico. Herba Lucciola vulgò Cæs.
Combretum, quasi Combytum dictum fortè à verbo græco κομβύμα, vel κομβώμα quòd significat ornatus, aut vestitus, eò quia huiusmodi gramen cum sit hirsutum pilis vestitum, & ornatum esse videtur. Graminis etymum, lege suo loco. Gramen lucidum nuncupatur, & Herba Lucciola vulgò eò quia in summitate insident spicæ pellucidæ glomerosæ, ideo gramen lucidum, Luziola herba nuncupata.
Comphrena, vel Cromphena, lege Amaranthus pictus.
Comptoriæ herbæ dicuntur, quæ ad comptoriam artem pertinent, nimirum ad totius corporis ornatum.
Comoricha Philyræ species, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.
Comosandalus, lege Cosmosandalus.
Come herba est, quam barbam hircinam vocant, à comæ similitudine, quòd folia in circuitu spargat, è cuius summo semen nigrum dependet, lege Tragopogon.
Conchæ anatiferæ, lege in secunda parte Phytologiæ, Arbores anatiferæ.
Conchis fabæ genus fuit, siuè edulium ex fabis, Iuuenalis.
Concilium est flos Iasionis. Alij verò Campanulæ syluestris species vnico constans folio, sed ita implicato, vt plura videantur; Plinius, sed quid ?
Conceptaculum in herbis est illud vasculum, quòd semina continet.
Concordialis herba, quæ quòd Argemati oculorum medeatur, à Dioscoride Argemone est appellata. Ab Alijs verò Concordia dicitur Agrimonia, lege Agrimonium,
Conder, & Condex Auicennæ est Thus, siuè Olibanum Officinarum, vt in secunda parte Phytologiæ differemus.
Condurdum Plinij, secundùm nonnullos, est Valeriana rubra. Condurdum Plinij Alijs. Est Vaccaria, siuè Lychnis segetum rubra folijs Perforatæ
Condrilla, Condrillon, Condris, siuè Condros, lege Chondrilla.

Condisi

Condisi à Nonnullis dicitur flos Constantinopolitanus, siuè Lychnis Constantinopolitana. Condisi autem vox est arabica.
Conduri Malays, fabarum genus quòd Abrus Latini. Linscot. par. 4. Ind. or. Pisum virulentum Chinense C. Bauh.

De Conferua. Synonyma, & Etymum.

Conferua Plinij Lob. Lugd. Imper. & Alga viridis capillaceo folio C. Bauh. an Conferua Plinij, Ang. Linum marinum Imperati, & Linum aquaticum. Plinius verò inquit Conferua spongia aquarum dulcium est, veriùs, quàm muscus, aut herba villosæ densitatis, atque fistulosæ. [Conferua à conferruminando dicta, nam ad ossium fracturas, præstantissimùm est medicamentum.

Conferuæ marinæ genus, Lob. Lugd. est Spongia ramosa C. Bauh. Corallina Britannica Penæ Lugd. an Isidos plocamon corallio similis Plinij.

Conferua trichodes, vel Trichomanes aquaticum, Lugd. Alga fontalis trichodes C. Bauh. lege Alga fontalis trichodes. [Trichodes dicitur quia defectum capillorum explet, τρίχα enim apud Græcos capillum significat.
Conniuum est follieulus rosæ clausus à conniuendo dictus, & Conniuola etiam appellatur rosa, idest occulta apud Festum, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.
Conila olus est Cicutæ simillimum, & à Dioscoride Myrrhis appellatur, sed inter nomina spuria à Doctioribus recensetur.
Conion, lege Cicuta.
Coniferæ arbores, lege in secunda parte Phytologiæ.
Coniugulum Catoni, lege Smilax leuis maior.
Coni Cedri fructus, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.
Connina vulgò, lege Atriplex fætida.
Conphena, vel Gonphrena, lege Amaranthus pictus.
Connarus Alexandrinorum apud Athenæum, Clus. hist. arbor est, de qua in secunda parte Phytologiæ.
Consecratrix, est Iris, Athenæus, & Theoph. ἶερις legunt: propterea quòd Iunoni est dicata, lege Iris.
Consiligo Plinij, & Consiligo Tur. lege Helleborus niger hortensis flore viridi.
Consiligo, Ruel. & Aliorum; Consiligo syluestris, Tur. lege Helleborus niger fætidus.
Consiligo Vegetij, Columel. Absyrti, & Plinij, Guil. lege Helleborus niger flore subuiridi.
Consolida aurea Chirurgis, lege Chamæcistus vulgaris flore luteo.
Consolida rubra Tab. lege Tormentilla.

De Consolida maiore. Synonyma, & Etymum.

Consolida maior, Trag. Cam. Thal. Ger. Brunf. Consolida vulgò Cæs. Consolida maior flore albo, & flore purpureo, Ger. Symphytum, Consolida maior C. Bauh. Symphytum quidam Inulam rusticam, quidam Alum Gallicum vocant, Scribon. Symphytum maius, Matth. Cord. hist. Cam. Cast. Tab. Symphytum magnum Fuchs. Dod. Lugd. Symphytum alterum, Ang. Cord. in Diosc. Lac. Symphytum Alum, seu Alus, Ad. Lob. Symphytum maius flore albo, & flore purpureo, Taber.

ber. Symphytum maius flore purpureo, flore rubro, flore pallido, Eystet. Græcis σύμφυτον. Italis Consolida maggiore.

Consolida dicitur à consolidandis vulneribus, ideft coniungendis, & claudendis vulnerum labris. Symphytum verò dictum à facultate conglutinandi, qua pollet, nam Græcis φυτὸν est planta, συμφύω conglutino, coalescere facio, & σύμφυσις conglutinatio: hinc planta conglutinatrix dicta. Ali etymum, lege supra Alus.

Consolida tuberosa, vel nodosa, Cam. Consolida altera minor, Cæs. Symphytum radice tuberosa Cam. ep. Symphytum alterum folio Borraginis, Ang. Symphytum tuberosum maius, Clus. hist. Symphytum maius flore subluteo, tuberosa radice, Cam. Symphytum maius tuberosa radice, C. Bauh. Symphytum tuberosum, Lob. Dod. Lugd.

Consolida aurea, Tab. lege Virga aurea angustifolia serrata.

Consolida Sarracenica, lege Virga aurea angustifolia serrata.

Consolida media, & Consolida media pratensis cærulea, lege Bugula.

Consolida media, pratensis purpurea, lege Bugula carnei coloris.

Consolida palustris Tab. lege Consolida aquatica folijs serratis.

Consolida regalis, lege Buccinum.

Consolida minima, Nonnullorum, est Bellis minor.

Constantinopolitanus flos, lege Lychnis flore coccineo.

Contrayerua radix, lege Radix Contrayerua.

Conuoluulus maior albus, lege Smilax læuis Matth.

Conuoluulus minor aruensis, lege Smilax læuis minor. Conuoluulus dicitur à circumuoluendo, quia vicinas plantas scandat, & eis se conuoluat.

Conuoluulus argenteus Altheæ folio C. Bauh. Conuoluulus folio Altheæ, Clus. hist. & Lugd. Conuoluulus peregrinus, Lob. Cast. Scammonium minus Plinij secundum, Tab.

Conuoluulus marinus Imperat. lege Soldanella, vel Brassica maritima.

Conuoluulus peregrinus, Bona nox dictus, Hispanis Buenas noches vocatur, ita appellatus quia flores pandit candidos, & grandes, mediocri disco pares, qui matutino tempore dehiscentes, noctu illicò flaccescunt, vnde nomen accepisse videtur.

Conuoluulus pennatus exoticus, lege Iasminum millefolij folio.

Conuoluulus rectus creticus, lege Cneororum album. Dalechampij, Lugd.

Conuoluulus cæruleus hederaceo angulofo folio C. Bauh. Conuoluulus asureus, siuè cæruleus hederaceus, Ad. Lob. Conuoluulus cæruleus Cam. Cast. Tab. Ger. Conuoluuli alterum genus, quòd pro Scammonio ostenditur, Cæsalp. Campanula cerulea hederaceo folio, Suuer. Campana cærulea, Dod. Voluulus cæruleus, siuè Campana azura, Lugd. Nil Arabum Cæs. hor. Eyst. Scammoniæ similis flore cæruleo, Anguil. Smilax cærulea Dod. gal. Asmeus, siuè cæruleus conuoluulus Lob. in obs. Ligustrum nigrum Columellæ, quibusdam. Granum Nil Serapionis, & Arabum, Alijs. Pothos cæruleus Theophrasti. Italis Notturno, & fior della Notte, quòd noctu dehiscat interdiù flacescat.

Conuoluulus purpureus folio subrotundo C Bauh. Conuoluuli species altera, quæ ad Nil Auicennæ referri potest, Dod. Conuoluulus Indicus flore violaceo, Eyst. Campanula Indica purpureo violacea, Bry. Campanula azura Suuert. Italis Diurno, & fior del giorno, quòd manè dehiscat, vespere flacescat.

Conuoluulus minimus spicæ folius, vel stœcadis citrinæ, aut linariæ Ad. Lob, Lugd. Ger. Conuoluulus linariæ folio, C. Bauh. Volubilis terrestris Dalechampij, Lugd.

Scam-

Scammonium minus Plinij. Taber. Cantabrica quorumdam, Clus. hist. & hisp. Helxine stans Guilandino.

Conuoluulus minor femine triangulo, C. Bauh. Conuoluulus niger Dod. Conuoluulo similis herba Gesf. hor. Centunculus Plinij, Ang. Orobanche seu Cussus altera Cerapionis, Trag. Helxine Cissampelos Lugd. Helxine Cissampelos altera Atriplicis effigie, Ad. Lob. Volubilis media, siuè nigra, Thal. Fromentone alterum genus, Cæsalp. Polygonum hedcraceum, Colum. [Centunculus nuncupatur à feminis copia, quæ tanquam oculi in tota planta eminent, & pullulant. Aliorum nominum etyma, lege suo loco. Cussus est nomen Arabicum.

Conus interpretatur fructus ex compactili lignosarum squammarum strue compositus, coni figuram æmulans, hoc est, à lata, & circulari base in mucronem desinens cui Calathus vt diximus contrarius existit, sed de his diffusius in secunda parte Phytologiæ,

De Conyza. Synonyma, & Etymum.

Conyza maior Matth. Trag. Gesf. hor. Lac. Lon. Cast. Lugd. Conyza maior vulgaris, C. Bauh. Conyza helenitis Cord. hist. Thal. Baccharis Matth. Lac. Lon. Tab. Baccharis Monspeliensium Gesf. hor. Ad. Lob. Lugd. Cam. Ger. Pulicaria Alijs. Græcis κόνυζα. Italis Coniza maggiore.

Conyza sic dicta fortè quòd Conopas, seu Culices capiat, & necet, κώνωψ enim culex est, & ob hanc rationem Pulicaria etiam appellatur. Sed hoc nomen Pulicariæ, potius Conyzæ mediæ conuenire videtur. [Vel ità dicta à κνύζα scabies, & prurigo, quia in delenda scabie Antiqui hac herba vterentur.

Conyzę alpinæ genus, Gesf. hor. Conyza montana Gesf. col. est Iacobea latifolia altera Clus. pan. Iacobea quarta vel latifolia secunda Eidem hist. Iacobea alpina folijs rotundis serratis C. Bauh. Iacobeæ etymum, lege suo loco.

Conyza helenitis mellita incana, Lob. ico. Conyza incana C. Bauh. Dicitur helenitis, quoniam folia quodammodo ad similitudinem foliorum Helenij proferat. Mellita verò nuncupatur, eò quia flores mellis virginei odore sint insigniti.

Conyza odorata Lugd. Conyza muralis, Gesf. col. Conyza cærulea acris C. Bauh. Conyzoides cærulea, Gesf. col. Cord. Tinctorius flos alter Tragi. Erigeron tertium Dod. gal. quartum, Eidem lat. Amellus montanus Col. Nominum etyma, lege suo loco.

Conyza media Matth. Dod. Lac. Ad. Lon. Lob. Conyza media Asteris flore luteo, vel tertia Diosc. C. Bauh. Mentha lutea Lon. Calaminthæ tertium genus, Fuchs. Cunilæ tertium, quæ Cunilago Plinij.

Conyza aquatica folijs serratis, Gesf. hor. & col. Conyza palustris serratifolia C. Bauh. Conyza maxima serratifolia, Thal. Consolida palustris, Tab. Solidago Sarracenica, Ger. Lingua maior Dalechampij, Lugd. [Consolidæ etymum lege suo loco. Solidaginis Sarracenicæ etymum, lege Consolida sarracenica. Lingua maior nuncupatur, eò quia folia ad similitudinem linguæ quodammodo accedant.

Co-

Conyzæ affinis Germanica planta C.Bauh. lege Consolida Sarracenica tertia Lugd.
Conyzoides cærulea, Gef. lege Conyza odorata.
Copal est resina candida odorata, quæ ex Hispania noua adfertur, vt dicetur in secunda parte Phytologiæ.
Copau arbor Brasiliana iuglandi similis, nucibus carens, de qua in secunda parte Phytologiæ.
Copei Arboris Indicæ latifoliæ genus, euius folijs pro papyro vtuntur, Ouied. hist. l. 8. c. 14. lege in secunda parte Phytologiæ.
Copsion Nonnulli Smyrnium esse interprætantur.
Coquillo species similiter Palmæ, de qua in secunda parte Phytologiæ habebitur sermo.
Coquimella arboris, genus, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.
Corago, lege Borrago.
Coral arbor, ob flores colore Corallij æmulos, cuius historiam in secunda parte Phytologiæ paucis exponam.
Corallina, & Corallium herba terrestris, lege Anagallis terrestris.
Corallina nigra setacea, lege Antiphates.

De Corallina maiori. Synonyma, & Etymum.

Corallina fruticosa recta alba, C. Bauh. Corallina alba, Lob. Tab. Corallium album Lugd. Corallij similes frutices. Cæs. Iuncus petrosus, Ang. Lithophyton marinum albicans, Gef. foss. Quercus marina Theoph. Clus. exot. Muscus marinus fruticosus, Cast. Italis Corallina.
Corallina dicta cò quia similis fit Corallio. Corallium verò dicitur quasi κυράλιον; κυρά enim apud Græcos est tonsura, recisio dicta à verbo græco κείρω tondeo, abscindo, quia non possit haberi Corallium, nisi per tonsuram, & recisionem. [Vel nomen impositum ἀπὸ τοῦ κορῶν, καὶ το ἅλος, quòd sit ornamentum, & pulchritudo maris: & cum Corallium insit in marinis scopulis, veluti crista galeæ in ipsa galea, siue casside, ad illius ornamentum, ideo Corallium dictum, nam apud ipsos Græcos κόρυς galea, & cassis exponitur. Iunci etymum, lege suo loco. [Lithophyton appellatur, idest planta lapidea, nam apud Græcos λίθος est lapis φυτὸν verò est planta. Quercus etymum, lege in secunda parte Phytologiæ. Musci etymum lege suo loco.

Corallina rubens Antiphatis facie, Lob. Corallina rubra, Taber. Corallina fruticosa purpurea C. Bauh. Lithophyton marinum rubri, seu purpurei coloris, Gef. Quercus marina Theoph. Clus. exot.

De Corallio. Synonyma, & Etymum.

Corallium, Lob. Gef. Lugd. Cæs. Corallum rubrum C. Bauh. & Imper. Græcis κοράλλιον, Italis Corallo. Corallij etymum, lege supra Corallina.
Corallium nigrum, siuè Corallum nigrum, lege Antiphates.
Corallium Pauli Æginetæ, lege Anagallis mas.
Coralloides Cordi, lege Alabastrites.
Coralloides, siue Coralli albi varietas, Lob. Lugd. est Corallum album ramosum alterum C. Bauh.
Corallina montana, lege Muscus coralloides.
Corallina Britannica Penæ, Lugd. lege Spongia ramosa.

Coral-

Coralloides Cordi, & Dentaria Corallina, lege Alabastrites ;
Corambe, & Coramble, lege Brassica.
Corassi herba est venenata par. 8. Indiæ Occid.
Corchorus Dalechampij, Lugd. lege Pulmonaria Gallorum flore Hieracij.

De Corcoro. Synonyma, & Etymum.

Corcoros Plinij, Lob. Lugd. Corcorus, siuè Melochia Cam. Melochia Alpini. Olus Iudaicum Auicennæ, Quibusdam, & Moluchi Arabum, Rauvvol. Corchorus alijs cum aspiratione.

Corchorus dicitur, quasi κόροχωρὶς, nam κορίω apud Græcos est purgo. χῶρος verò est locus: hinc herba ità dicta, quia potius inter purgamenta locum habeat, quàm olera: quamuis Ægyptijs in cibo nil familiarius sit, aut gratius. Et Iudæi cocta folia cum carne edunt, quæ sapore acetosæ præditæ sunt, annotante Rauuolfio, Melochia apud Ægyptios nominatur.

Corchorus Crateuæ Theophrasti, & Nicandri, lege Anagallis terrestris.
Corchorus quibusdam Ges. lege Angelica syluestris.
Corcopal fructus est arboris cydoniæ similis, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.
Corculum ferulæ, est illud rudimentum, quòd prima germinatione futurorum foliorum, ac vmbellarum in ferula eximitur, oui coctum luteum magnitudine refert.
Cordumenum Arabum est Græcorum Cardamomum, lege Cardamomum.
Cordum olus, lege Batis.
Cordialis, lege Asperula, & Asperula odorata.
Corematophora plantago, lege Plantago panicula sparsa, Lob.
Coriacesia herba, apud Plinium, qua Magi tradiderunt aquam conglaciari; sed quid?

De Coriandro. Synonyma, & Etymum.

Coriandrum ab omnibus Authoribus hoc nomine decoratur. Coriandrum maius, C. Bauh. Coriander, Tur. Græcis κόριον ἢ κορίαννον, & Corianum, & Corion. Italis Coriandro, & Curiandolo.

Coriandrum dictum putant quod folia, & caules cimices redoleant, nam apud Grecos κόρις est cimex.

Coriandrum minus testiculatum, C. Bauh. Coriandrum secundum inodorum, Tab. Coriandrum alterum minus odorum, Lob. Lugd.
Coriandrum putei, lege Adiantum.
Corianon, Coriannum, & Corion, lege Coriandrum.
Coriarius Plinij est Rhus Coriariorum, lege Rhus.
Corinthas herba, alio nomine Menais dicta, cuius succo in aqua decocto serpentium ictus protinus sanari prodidit Democritus, referente Plinio; sed quid?
Coriolana pyra, quæ dicantur, lege in secunda parte Phytologiæ.
Coriophora, & Coriosmites est Tragorchis species minor.
Corium in plantis est cortex, nempe pars vltima à subiecto corpore separabilis, veluti crusta quædam ad tegendum data, & Tunica etiam appellatur à tuendo corpore dicta.

De Cori. Synonyma, & Etymum.

Coris Matth. Lob. Lon. Cæſ. Caſt. Cam. Tab. & Aliorum, Coris lutea C. Bauh. Coris legitima Dioſcoridis Ponæ. Coris legitima Ericæ ſimilis Belli epiſt. 1. ad Cluſ.

Coris dicitur quaſi κόρη, quod apud Græcos eſt Puella, nempe hilaris, & pulchella, & quoniam hæc herba ſuo aſpectu pulchritudinem quamdam præ ſe fert, ideò Coris fuit appellata [κόρη Græcis exponitur etiam illud nigrum, quòd eſt in medio oculi, cui ſemen ſimile producit hæc planta, ideo Coris fuit nominata.

Coris Dioſcoridis Guilandino, eſt Chamæciſtus Ericæ folio luteus C. Bauh. Cori ſimillimus frutex in maritimis, Cæſ. Erica chryſanthemos, Lugd.

Cornu Cerui, & ceruinum, lege Coronopus Matth.

Cornu Cerui alterum, lege Coronopus repens.

Cornu plantabilis hiſtoriam in ſecunda parte Phytologiæ curſim breuiterque attingam.

Cornu Capræ, lege Terebinthus arbor in ſecunda parte Phytologiæ.

Cornus arbor, & Cornum fructus oliuæ modò oblongius, in ſecunda parte Phytologiæ eius hiſtoriam ſtrictim atque ſimpliciter tranſgrediar.

Corniolus, & Cornus fæmina ſimiliter in ſecunda parte Phytologiæ hiſtoriam paucis accipies.

Corneola lutea, eſt Geniſtella infectoria, ſiuè Tinctorum.

De Corona Imperiali. Synonyma, & Etymum.

Corona Imperialis, Dod. Tab. Cam. Lugd. & Aliorum. Lilium ſiuè Corona Imperialis, Lob. & C. Bauh. Tuſai, ſiue Lilium Perſicum primum, & Hemerocallis Dioſcoridis, Cluſ. hiſt. Italis Corona Imperiale.

Corona Imperialis dicitur, eò quia flores in modum coronæ diſpoſiti conſpiciuntur: & Imperialis nominatur, quoniam ſupra flores caulis attollitur folijs exilibus, & anguſtis onuſtus, quæ folia tanquam eminentiæ quædam ſupereminent ad modum coronæ imperialis. [Tuſai nominatur, & Touſai, & Tuſchai à Turcis, hæ enim voces ſunt barbaræ, & Lilium regium ſignificant.

Corona Imperialis polyanthes, Eyſtett. ideſt multiflora Corona platicaulos, ſiuè laticaulis Lob Lilium, ſiuè Corona Imperialis multiflora latoque caule C. Bauh. Tuſai, ſiuè Lilium Perſicum tertium, & Tuſai πολυανθὲς Cluſ. hiſt.

Corona fratrum, lege Carduus eriocephalus.

Corona Veneris à Nonnullis dicitur Siſymbrium, ſiue mentha aquatica, vel quòd ob odoris ſuauitatem, quam præ ſe fert, eo iuuentus, quæ amoribus gaudet, coronata in commeſſationibus blando odoris oblectamento ſuas illecebras commendaret, vel potiùs quòd Siſymbrij caulis articulatim per internodia verticillato florum ambitu concinnè coronetur. Ab eleganti itaque corollarum Veneris nomen adepta eſt. Ruellius.

Corona terræ, lege Hedera terreſtris.

Corona regia, lege Barricoccalon.

Corona Solis, & Corona regia, lege Helenium Indicum maximum.

Corona regia Vulgi, lege Melilotus, ſiuè Sertula Campana.

Coroneola Cæſalp. lege in ſecunda parte Phytologiæ Geniſta Tinctoria.

Coroneola, eſt genus roſæ Autumni tempore prouenieus, vt dicemus in ſecunda parte Phytologiæ.

Co-

Coronilla, siuè Colutea minima, lege Polygala altera.
Coronopodium, lege Coronopus.

De Coronopo. Synonyma, & Etymum.

Coronopus Matth. Tab. Ad. Lon. Trag. Fuch. Ang. & Aliorum. Coronopus satiuus, Cam. Cæs. Cast. Cord. hist. verus Cord. in Diosc. Ges. hor. Coronopus hortensis C. Bauh. Cornu Ceruinum Lob. Ger. Astrion, Herba stella, siuè Cornu ceruinum Dod. Arenaria, & Harenaria à nonnullis appellatur. Græcis κορωνόπους. Italis Coronopo, & Herba stella. Barba di Prete Bononiensibus.

Coronopus dicitur Latinis, idest Pes Cornicis à foliorum forma, nam Græcis κορώνη est Cornix ποῦς verò est pes; hinc herba ità dicta, quia folium huius herbæ pedem Cornicis imitatur. Vel cum omnia folia ità in orbem disponantur, vt pedem Cornicis quadantenus repræsentent: & hanc ob causam Coronopodium, siuè pedem Milui, vel Cornicis à Gaspare Scuuentfelt. nominatur. [Cornu ceruinum dictum eò quia folijs ramosis ipsius herbæ cornu ceruini præ se ferat similitudinem. Astrion, & Herba stella appellatur, nam folia humi strata, in modum stellæ radiantis orbiculatim decumbunt. Arenaria vocata, quoniam folia arenis perfusa semper conspiciuntur.

Coronopus maritima maior, lege Bibinella.

Coronopus syluestris, Matth. & Aliorum, lege Serpentina Matth. ità dicta, quòd radix in vino pota viperarum, & Serpentum morsibus aduersatur.

Coronopus Quorundam, Ges. est Ranunculus bulbosus flore pleno.

Coronopus repens, Lob. Lugd. Tab. Cam. Coronopus Ruellij, Dod. gal. Ges. hor. Lugd. Cornu Cerui alterum repens, Dod. Carara Cæsalp. Ambrosia prima Matth. Lugd. Ambrosia spontanea strigosior, Lob. Ambrosia Campestris repens C. Bauh. Herba Carrara vulgò Bonon. [Ambrosiæ etymum lege suo loco. Carrara herba nuncupatur, eò quia nascatur in vijs, & semitis, vbi Boues currum trahunt, ideò Carrara vocatur.

Cor, siuè Corculum seminis est portiuncula, vnde tum radix, tum germen enascitur. In Arboribus verò est id, quod in medio ligni residet, & tertium à cortice continetur, veluti in ossibus medulla, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Cor Osmundæ est illud album, quòd in medio radicis Osmundæ inest, nimirum filicis aquaticæ.

Cor Indum, lege Pisum Cordatum, siuè Halicacabum peregrinum.

Cor D. Thomæ, à forma, & quod in Insula D. Thomæ nascatur, lege Faba purgatrix latissima ex Insula D. Thomæ.

Corrigiola, Eric. Cord. lege Polygonum mas Matth.

Corrigrya arbor similis Adrachne folio tantùm magnitudine minor, lege Adrachne in secunda parte Phytologiæ.

Corsium radicem esse Lotus Ægyptiæ, quòd in Ægypto nascatur. Theophrastus ait Strabo autem Geographiæ suæ libro Corsium fructum esse tradit piperi similem.

Cortese Conzelle, est Alcea Americana Clus. hist. Alcea Indica magno flore C. Bauh. Sabdariffa, Lob. Dod. Lugd. Cam. Tab. Eyst. Ger. & Aliorum, lege Sabdariffa.

Cortex, quid in plantis, lege Corium.

Cortex ad alui profluuia siuè cortex ad dysenteriam, lege in secunda parte Phytologiæ Arbor contra fluxum.

Cortex eriophorus, Clus. siue Cortex cinereus sapore acri, lege in secunda parte Phytologiæ.

Cortex Vvinteranus Cluf.Lugd.Tab.lege Lauro similis Arbor in secunda parte Phytologiæ.

Cortex Xylocassiæ facie, Ad.Lob. ico. lege in secunda parte Phytologiæ Macer Arbor dysenteriæ.

Cortusa Matth. Cluf. hist. & cur. post Cortusæ rarior icon, Ger. Saniculæ alpinæ icon verior, Tab. Cortusæ etymum lege Caryophyllata Veronensium.

Corruda, lege Asparagus sylvestris.

Coru Acostæ folijs mali aureæ lege in secunda parte Phytologiæ.

Corydalis, lege Fumaria.

Corylus arbor, lege in secunda parte Phytologiæ

Corymbus significat in genere quoduis summum, Corymbi cacumina, summitates. In specie autem Corymbi sunt vuæ, seu racemi acinis stipati hederæ, quibus coronabatur Bacchus, ità dicti, eò quia apud Græcos hedera κορύμβιας appellata, quod racemi eius in orbem sint circumacti, κόρυμβος enim Græcis propriè cacumen montium dicitur, & in plantis coma certo quodam modo circumacta.

Corymbia apud Plinium, est Ferulæ caulis decoctus, muriaq; & melle conditus.

Corymbion Corymbe Græcis κορύμβιον herba est, quam Dioscorides Lychnidem coronariam appellat, & esse Lychnidem coronariam Ruellius iudicat, coronis etenim, inquit, inserta igneo micans aspectu, oculorum aciem obtundit, lege Lychnis coronaria.

Corymbites Tithimali species apud Plinium forsan, quia comam in orbem compositam habeat.

Coscylium granum est, seu scabies Aquifoliæ Ilicis, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Cosmosandalus flos est, quem notiore nomine Hyacinthum nominamus, ex quo corona Lacedemoniorum complicata erat.

Cosmosandalos, & Cosmosandalus Poetarum, lege Lilium purpureum Dioscoridis.

Costa bouis, lege Buplcurum latifolium.

Costa Camer. fortè; lege Pulmonaria Gallorum flore Hieracij.

De Costo Arabico, Synonyma, & Etymum.

Costus Arabicus est radix, quæ ex India, vel Persia adfertur, vt dicetur in secundo Tomo partis primæ Phytologiæ, quando de differentijs verba fient. Costus Arabicus Cam. in Matth. & Syriacus Lugd. Costus Arabicus Dioscoridis, C. Bauh. Costus albus seu Arabicus, Cord. hist. Costus verus Valerando. Costi quoddam genus, Zinziberis radicibus simile Cluf. in Garz. Zinziberis effigie Costus Arabicus, & Syriacus, non tamen genuinus Costus est, Ad.

Costus dicitur, quia Arabibus dicitur Costos, vel nomen habet ab Indico, quibus nominatur Cost, hoc enim nomine apud ipsos insignitur.

Costus Indicus, Ama. Cluf. in Garz. Tab. Lugd. Costus Lusitanicus Cam. in Matth. Costus facie radicis Centaurij maioris, Lob. Costus Iridem redolens, C. Bauh. Costus Indicus, Malays Pucho dictus, quo nomine pingitur in 4. par. Ind. or.

Costus Officinarum amarus, Lon.Cast. Tab. Costus officinarum adulterinus, Lugd. Costus amarus Officinarum, seu Helenium Comagenium Dioscoridis C. Bauh. Costus Comagenius adulterinus Officin.Lob. ico. Helenij Comagenij radix, Cord. in Diosc. Herba Comagena, Alijs. [Helenij etymum, lege suo loco Comagena verò dicitur à loco natali, nempe à Comagena Syriæ parte supra Ciliciam, in

qua

qua frequentissimè crescit. [Costus amarus, & dulcis etiam vocatur, non quia sint species diuersæ, sed ratione ætatis hoc euenit, nam recentiores herbæ dulciores, vetustate tandem amarescunt. Vt dicemus in secundo Tomo partis primæ Phytologiæ.

Costus spurius Matth. Lob lege Pseudocostus Matth.

Costus minor hortensis, lege Ageratum Matth.

Costus niger Nonnullorum est Aconitum bacciferum, Christophoriana nuncupatum, attamen, cum Costo nullam habere conuenientiàm Alij pro certo affirmant.

De Costo hortensi. Synonyma, & Etymum.

Costus hortorum, Gesf. hor. Ad. Lob. Lugd. Herba Sanctæ Mariæ vulgò Cæs. Balsamita Brunf. maior, Dod. gal. Ouaria Gesf. hor. Mentha corymbifera maior, Cord. hist. Mentha romana, Lac. Mentha græca, Matth. Gesf. hor. Cast. Mentha Sarracenica, Cord. in Diosc. qui Chrysocome cognatam vult. Lac. Lon. Cam. Mentha hortensis corymbifera, C. Bauh. Italis Menta græca, vel Saluia Romana vel Herba Santa Maria. Nonnullis Lassulata.

Costus hortensis dicitur eò quia Costo peregrino supra descripto affinis creditur. Herba Sanctæ Mariæ Vulgò nominatur ob eximias virtutes quas possidet, quasi cœlitus missa ad curandos hominum morbos. Balsamitæ etymum, lege suo loco, fortè ità nominatur, quoniam Balsami vires exerceat, aut odorē Balsami æmuletur. [Ouaria dicebatur, propter odorem, quem manibus contrectata spirat, vel quia ad ouationem pertineret, nimirum, ad triumphum, quoniam corona ex hac herba fieret, & Oualis forsan corona dicebatur, vnde Ouaria herba dicta. [Mentha græca, & Mentha Sarracenica appellatur, ab odore, nam Menthæ odorem quodammodo imitatur. Menthà corymbifera dicta, quia in summitate ramorum corymbi aurei cernuntur. Saluia Romana nominatur ab Italis, quià folijs potiùs Saluiam, quàm Mentham referat.

Cot Auicennæ est trifolij species siue Medica, vox Arabica, idem cum Alaseleti, & Alfasfasa.

Cota vulgò Cæs. lege Cotula fœtida.

Cotinus arbor est, de qua in secunda parte Phytologiæ verba fient.

Cotonaster frutex est, cuius historiam in secunda parte Phytologiæ non incuriosè percurram.

Cotonea malus, & Cotoneum malū, lege malus Cydonia in secunda parte Phytolog.

Cotonea herba apud Plinium, similis Cunilæ tota odorata, capitula habens Thymi &c. lege Cunila.

Cottonaria vulgi, siuè Bombax humilis, lege Gnaphalium maritimum.

Cottona ficus exiguæ, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Coton, Cotonium, Cotum, & Cottus. Arabibus Katin quia subtilis est lana, nam Katon Hebræis subtile exponitur, lege Bombax.

De Cotula fœtida. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Cotula apud Veteres est mensura, sed scribi debet Cotyle, aliter Cotula est herba de qua in præsenti.

Cotula fœtida, Lob. Lon. Lugd. Cast. Cam. & Cordo cui, & caninum Anethum Ger. Cotula alba Dod. Cotula fœtida, Parthenij quarta species Brunf. Cota vulgò Buphtalmum Diosc. Gal. & Plinij, Cæs. Chamæmelum album, seu fœtidum Thal. Chamæmelum caninum fœtidum Gasp. Scuucntfelt. Chamæmelum fœtidum C.

 Bauh.

Bauh. Parthenion leptophyllon Hippocratis. Chamomilla secunda, & sylue-stris Tragi Parthenium Fuchsij, Ad. Tab. primum Tur. Buphtalmum minus Cord. in Diosc. κυνανθέμις Parthenium, vel Virginea Lob.

Cotula dicitur quasi Cutula, vel Cuticula, aut cutanea, à cute, vel ab effectu, nam adeo acris est, vt cutim exulceret adalligata, vel Cotula dicta, quasi Cautula, eò quia, qui in campis aluum exonerant, ab hac herba cauere debent, ne sedem abstergant, intolerabili enim vexantur ardore. [κυνανθέμις dicitur, idest flos caninus, nam apud Græcos ἄνθεμον flos κύων verò est canis, cum eius flos ab omnibus spernatur. Etyma aliorum nominum lege suo loco.

De Cotula non fœtida, Synonyma.

Cotula non fœtida, Dod. gal. Ges. ap. Lugd. Cotula alba non fœtida, an Melandrium Plinij, Dod. post Cotula inodora, Ad. Cotula, Tab. Brunf. Chamæmelum inodorum C. Bauh. Chamomilla fatua,& quarta Tragi, Chamæmelum fatuum Gasp. Scuuenfelt. Græcis χαμαίμηλον ἄγριον.

Cotula marina, siuè Parthenium marinum, lege Chamæmelum minimum Dalechampij.

Cotula lutea Dod. lege Buphtalmum.

Cotyledon maior, lege Acetabulum, siuè Vmbilicus Veneris.

Cotyledon altera Dod. & Clus. Vmbilicus Veneris alter Matth. Lac. C. Bauh. Phyllum theligonum Dalechampij, Lugd. siuè Lichen primum Plinij, & Semperuiuum montanum.

Cotyledon minus Sedi folio, Ad. Lob. Cotyledon media folijs oblongis serratis, C. Bauh. Onobletum Hippocratis Ang. Aizoum serratum, Cord. hist. Thal. cui, & crassula serrata, Vmbilicus Veneris Lob. ico. minor Lon. Tab. Phyllon primum Cæs. Palmaria, Taber. talis antequam caulem producat. Cotyledon minus Eyst.

Cotyledon minus montanum alterum, Lob. ico. Cotyledon altera, Et Scheriana Clus. pan. Cotyledon media subhirsuta florib. punctatis C. Bauh. sedum folijs minoribus albicantibus serratis, Ges. hor.

Cotyledon stellata C. Bauh. Aizoon peregrinum, Cam. Semperuiuum tertium Colum.

Coucouchias, lege Siliqua syluestris rotundifolia in secunda parte Phytologiæ.

Coulcoul genus Nucis apud Turcas, de qua in secunda parte Phytologiæ.

Couroque fructus Brasilianis, ex quo oleum exprimunt curandis vulneribus præstantissimùm, vt in secunda parte Phytologiæ explanatiùs proloquar.

Cozzumbri nonnullorum est Styrax, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Cracca maior, & minor, lege Aracus, siue Cracca.

Crada fici nouum surculum Græci κράδη appellant, nam omnes plantæ principia quædam germinationis habent, extremas scilicet ramorum partes, nec esse commune aliquod nomen, sed proprias habere quædam appellationes: Vitem sarmentum, ficum Cradam, Oleam verò Thalliam idest summum coliculum; sed de his plura in secunda parte Phytologiæ quando de arboribus verba fient.

Crambe Crassicæ species est, lege Brassica.

Crambe Thalassia, est Soldanella.

Cranion, & Ceraunion Tuberis genus esse, vt dicemus suo loco.

Cra-

Crapula apud Plinium, erat vini conditura, ex resinis parata, ita nuncupata, quòd capitis dolorem,& vertiginem excitaret, quæ Græcis κραιπάλη dicitur vt in secunda parte Phytologiæ,quando de Resinis erit sermo, verba locupletiora proferam.
Crasis temperatura vini, apud Veteres, nam temperari vina, & aqua misceri solebant, & hoc nomine indigitabant, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ in Capite de Vite.
Crassiuenium. Aceris arboris genus vilius, à venarum crassitudine dictum; lege in secunda parte Phytologiæ Acer arbor.
Crassula maior, lege Telephium vulgare.
Crassula minor, lege Sedum minus.
Crassula serrata, lege Cotyledon minus, Sedi folio.
Cratægus Theophrasti est arbor, de qua in secunda parte Phytologiæ diffusiùs verba fient.
Cratęogonum, Lac. lege Persicaria mitis maculosa.
Cratæogonum Alijs est Melampyrum luteum latifolium.Nonnullis verò est Euphrasia pratensis rubra.
Crater Iouis, lege Helenium Indicum maximum, siuè Flos Solis.
Craurophyllon, Thal. κραυρόφυλλον, lege Lychnis viscosa flore muscoso.
Credula Gazæ est ex genere Cedri arboris, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.
Cremphena, vel Comphena, lege Amaranthus pictus.
Cremium dicitur lignum aridum, & minutum à cremando dictum, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.
Crenæ quædam sunt in extremis oris incisuræ,à quibus crenata herbarum folia declarantur, sicuti, quæ per ambirum secta, & serræ modò denticulata serrata dicuntur,sicuti Betonica folia habet crenata. Vrtica verò serrata.Italis Merletti delle foglie.
Crepanella Italorum, lege Dentellaria, siuè Molybdena.
Crepida Sacerdotis, lege Calceolus Mariæ, siuè marianus.

Crepis Dalechampij, Lugd. Terra crepulus in Hetruria, Cæs. Sonchi genus, terra crispa, Ges. hor. Sonchus lęuis Matth. apud Lob. ico. Sonchus lęuis angustifolius C. Bauh.
Crepis dicitur fortè quia sit bene fundata,& longius radicata, nam Græcis κρηπὶς, basis, & fundamentum nuncupatur, & eam seruato adhuc crepidis nomine, Crepalo vocent Itali, & Terra crepolo.

Crepitus lupi sunt in fungorum genere, globosæ formæ, ac instar rotundi orbis terræ adhærentes, de quibus in fungorum historia differemus.
Crepula apud Nonnullos vocatur Acanthus, siuè Branca vrsina.
Crescio hortensis, lege Nasturtium hortense.
Crescione, & Cressio vulgò, Cæs. lege Sium verum Matth.
Crespinus Matth. est Berberis vulgaris, vt in secunda parte Phytologiæ historiam pauculis verbis complectar.
Creta marina, lege Batis, siuè Baticula.
Crethamus, Crethamum, & Cretamum, Cretinus, lege Batis.
Crias Apulei, lege Pinguicula.
Crinanthemon flos est notissimus apud Diosc. quem(vt ait)Romani Lilium appellant.
Crinon Plinij ab Alijs Lilium rubens appellatur Alij Lilium album esse volunt.
Crinorrhodon Plinij, Nonnulli Tulipam esse interpretantur.

Cri-

Crispina vua, lege Vua crispa in secunda parte Phytologiæ.
Crispula, lege Buphtalmum Matth.
Crimnum, & κρίμνον est crassior, seu rudior farina cuiusuis frumenti, quæ fragmenta maiuscula ipsorum granorum continet. Alijs verò crassior Polentæ pars appellatur.
Crinita, lege Adiantum, siue Capillus Veneris.
Crios Ciceris genus, quòd Latini arietinum appellant ab arietini capitis figura, à qua, & græca appellatio fluxit, nam illi Arietem κριὸν appellant.
Crista galli, lege Pedicularis, seu Fistularia.
Cristæ alterius generis prima Cæs. est Euphrasia pratensis rubra.
Crithmum, & Crithmus, siuè fœniculum maritimum, lege Batis, & Baticula.
Crithmum maritimum spinosum, lege Cachry marinum.
Crithmum tertium, Matth. Lugd. Cam. Crithmum chrysanthemum, Dod. Tab. Ger. Crysanthemum littoreum, Ad. Lob. Crithmum maritimum flore Asteris Attici C. Bauh. Anthyllis prima Diosc. Cæs. an Anthyllis maior, Cord. ob. syl. Asteratticus marinus quibusdam.
Crithamus agrestis, Tragi. Crithmum quartum Matth. Cast. Tab. Cam. an πριόνοτος Tralliano. Eryngium quartum Dod. Eryngium montanum recentiorum, Ad. Lob. Lugd. Ger. Eryngium aruense folijs serræ similibus C. Bauh. Ammi quorumdam Dalechampij, Lugd. Crithami, & Crithmi etymum, lege Batis. [Prionotos dicitur idest serræ figuram habens, serratus, nam Græcis πρίω, exponitur ferro, serra seco, vel findo, πρίων verò est serra: hinc herba ità vocata, quia folia in modum serræ dentata habeat.
Crocodilium, lege Carduus sphœrocephalus latifolius.
Crocodilium, Lugd. est Carlina caulem habens, Carlina elatior, Clus.
Crocomagma est compositio, quę fit expressis vnguenti crocini odoramentis, quæ madefacta croci colorem reddit.
Croçomerion à Nonnullis herba est, quæ alio nomine dicitur Leontopodium.

De Croco. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Crocus martis apud Chymistas est pręparatio chalybis vel ferri, sic dicta partim à materia, seù scobe chalybis, vel ferri, quòd Marti tribuitur, partim à colore, qui croceum ementitur. Item Crocus est herba de qua in præsenti.
Crocus dicitur ab omnibus ferè Authoribus Crocus satiuus autumnalis, Eyst. Crocus satiuus, C. Bauh. Crocum Matth. Cast. Cæs. hortense, Cam. Græcis, κρόκος Italis Zaffarano, & Croco.
Crocus dicitur ἀπὸ τοῦ κρύος nimirum à frigore, & à bruma, quoniam hæc planta tantummodo brumali tempore viret κρύος enim apud Græcos est frigus, algor, rigor. [Vel Crocus dicitur, à filis, seu villis in medio floris existentibus; nam κρόκος Græcis filum villumque significat cuiusmodi sunt Croci stamina, seu villi, qui κροκίδες appellantur, qui plerumque terni nonnunquam etiam plures in floris medio conspiciuntur, & cum soli in vsum veniant, per excellentiam croci nomine donantur. [Vel Crocus appellatur à Croco puero, qui cum Smilacem virginem adamaret, in hunc sui nominis florem versum esse Virgilius, & Plinius testantur. [Vel Crocus dictus ab oppido Ciliciæ quòd vocatur Corycium, vt placet Isidoro, quanquam, & alibi nascatur, sed non tantùm, vel tale, quale in Cilicia, vnde, & à potiore partè nomen accepit: nam multæ res nomina sumpserunt à locis, vbi plus proueniunt, & vbi melius.

Cro-

Crocus Indicus, lege Curcuma.
Crocus Saracenicus, lege Cartamus, siuè Carthamus.
Crocus vernus angustifolius magno flore C. Bauh. Nozilicha minor, Lob.
Crone, & Granum Anescen Auicennæ, Ang. est Piperis oblongi species, vt in secunda parte Phytologiæ demonstrabimus.
Cropiot fructus exoticus acerrimus semine simili Piperi Æthiopico, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.
Crotanum nonnullis est Crithmum maritimum spinosum.
Croton Nicandri, lege Polygonum bacciferum maritimum.
Croton Tragi, Latinis Ricinus appellatur, siuè semen Ricini à similitudine animalis, è genere insectorum canibus præcipuè infesti, & alijs animalibus, quibus inhæret sinè motu, cum semel hæserit, cui cibi nullus exitus est colore liuido, nullis discretis membris, in globum continuum crescens, donec plenius saginatum post aliquot dies sponte sua decidat.

De Cruciata. Synonyma, & Etymum.

Cruciata, Dod. Gesf. hor. quæ Gallio cognata, Cam. Cast. Cruciata hirsuta C. Bauh. Cruciata minor Ad. Lob. & Asperula aurea Lugd. Cruciata herniaria Thalio. Crucialis, Hermol. Cæsalp. Gallij secundum genus, Trago. Galion Turner. Inguinaria Plinij Nonnullis.
Cruciata dicitur, & Crucialis à foliorum in crucis formam dispositione, nam folia cauli adhærentia cruciatim sunt situata, & bina semper folia sibi inuicem ex aduerso opposita modico interuallo distantia ab alijs binis cernuntur. [Inguinaria nuncupatur fortè, quia in herniosis rupturis solidandis admodum præstans habetur.
Cruciata mentha Lob. est mentha crispa verticillata C. Bauh.
Cruciata glabra, Gallium latifolium glabrum dicitur, & describitur à C. Bauh.
Cruciata muralis, Colum. Rubeola echinata saxatilis C. Bauh. an Crucialis minima in maritimis, Cæsalp.
Cruciata Gentianella, lege Gentiana cruciata.
Crucialis quædam, Cæs. lege Alyssum Germanicum echioides.
Crucialis maritima Cæs. lege Erythrodanum marinum Lugd.
Crupina Belgarum etiam Chondrilla, ita dicta à vocabulo Cruppen, hoc est repere, quia semen manu contrectatum se subducit, ac proripit.
Crus Galli Brunf. lege Batrachion Apuleij.
Crustumina, Pyra sunt ex parte rubentia, lege Pyrus in secunda parte Phytologiæ.
Cubebe Cubeb, seu Quabebi, vox Arabica fructus arboris: de qua in secunda parte Phytologiæ simpliciter, & apertè dicam. In Iaoa fructus hic Cumuc dicitur Renod. Pharmac.
Cubile leporis, lege Cuminum syluestre.
Cuci Plinio, fructus est arboris in India nascentis, cuius historiam in secunda parte Phytologiæ pingui minerua tractabo.
Cuciophora an sit fructus Nucis Indicæ minoris, lege in secunda parte Phytologiæ.
Cucophicos Cretensium, lege Bona syluestris Dod.
Cucubalus Plinij, lege Cacubalum.
Cuculi flos est Nasturtij aquatici, siuè Cardamine species.
Cucullus Indicus, lege Baccæ orientales.
Cucullata quibusdam, lege Pinguicula.
Cuculus Monachi apud Nonnullos est Napellus verus.

Cu-

Cucumis, vel Cucumer satiuus, lege Citreolus vulgò.
Cucumis syluestris, agrestis, anguinus, erraticus, vel asininus, lege Agitatorium Gazæ.
Cucumis, seu Cucumer marinus, lege Pepo compressus minor. Est etiam Cucumer marinus animal imperfectum, & inter pisces molles recensetur.
Cucumis puniceus, lege Balsamina repens.

De Cucurbita. Synonyma, & Etymum.

Cucurbita maior Fuchs. Tur. latior, Dod. Cucurbita sessilis, Matth. epit. Cucurbita cuius fructus in orbem collectus intumescit, Trag. Cucurbita maior sessilis flore albo, C. Bauh. Cucurbita cametaria maior, Dod. gal. Lugd. Cucurbita sessili fructu, Cord. in Diosc. Zucha rotunda, Anguil. Græcis κολόκυνθα. Italis Zucca.
Cucurbita dicitur quasi Cucuruita à concuruatu, nam si quid obstiterit, aut fuerit impedimento quominus exstendatur incuruescat. [Sessilis nominatur, eò quià prostrata sedere videtur. Cameraria nuncupatur, quia in curuitatem sit formata ad modum cameræ. Vel quia Cameras vmbra operiat pergulis adalligata. [κολόκυνθα dicitur Græcis à κόλος, ὃ quòd significat mutilus, & κύτος ventricosa cauitas, quia Cucurbita sit mutila, & tota ventricosa.

Cucurbita Indica, Matth. Cast. Cucurbita maior rotunda flore luteo, folio aspero, C. Bauh. Cucurbita, quam Zuccam marinam Itali vocant, Gesf. hor. Cucurbita rotunda, Cæsalp. Cucurbita Indica rotunda, Lugd. Cucurbita Indica maior, & minor Taber. Zucha maior rotunda, Cord. hist. Calabassi, seu Cucurbita in India nominatur. Alij verò Capallos Cucurbitas in India appellant.

Cucurbita laciniata, lege Pepo latus, vel Melopepo clypeiformis.

Cucurbita lagenaria, Lob. Cast. Ger. Cucurbita cameratia minor, Lugd. Cucurbita plebeia, Gesf. hor. Lagenaria dicitur, quià ad modum lagenæ nimirum vasis sit efformata. Lagena enim est genus vasis testacei, ad vinum præcipuè asportandum accommodatum, & hæc Cucurbita hoc officio fungi potest.
Cucurbita syluestris Somphos Plinij dicta, lege Colocynthis turbinata.
Culcas, lege Arum Ægyptium.
Culcul Nonnullorum, lege Secacul Arabum.
Culices minores triphyllæ, Lob. ico. est Orchis trifolia minor, C. Bauh. dicuntur Culices, eò quia flores figuram Culicum præ se ferunt.
Culmus frumenti calamus, qui spicam sustinet. Spica quòd Culmus extulit, hanc antiquitùs rustici specam vocabant, & à spe videtur nominata, eam quòd sperant fore ferunt. Italis Gamba del formento.
Cuma, Græcis κῦμα, vel κύμα vel κυμά των, lege Cymæ.
Cumana, lege Brassica Cumana.

De Cumino. Synonyma, & Etymum.

Cuminum satiuum Matth. Lob. Cast. Lugd. Lac. & Aliorum Cuminum Officin. Cuminum semine longiore, C. Bauh, Cuminum Æthiopicum, Carnabadium Cassi Bassi, & Myrepsij Guil. Cyminum, Ang, Cord. in Diosc. cui, & Cyminum Romanum Græcis κύμινον. Italis Cumino.
Cuminum, & Cyminum dicitur fortè à verbo græco κύω concipio, eò quia conceptio-

ptionem adiuuet,vel quia vterinis affectionibus succurat. Vel vt nonnulli volunt à Cymino monte Hetruriæ vbi sponte prouenit.

Cuminum dulce Melitensibus. Cuminum semine rotundiore, & minore, C. Bauh. Cimonagero in Melita Insula.

Cuminum syluestre primum Matth. Lugd. Cast. Dod. Lob. & Aliorum. Cuminum syluestre capitulis globosis C. Bauh. Cyminum syluestre siuè erraticum, Tab. syl. globosum, Cam. Lagochymeni, idest Leporis cubile in Insula Lemno, Bellon.
Cuminum pratense, lege Carui.
Cumini satiui alterum genus Cæs. lege Gingidium.
Cuminum syluestre alterum Matth. lege Buccinum, siuè Delphinium.
Cuminum syluestre alterum, Fuchsij lege Melanthium, siuè Nigella.
Cuminum syluestre alterum Nonnullorum, lege Hypecoon.
Cuminum, & Cyminum bulbosum Plinij, lege Oenanthe.
Cumuc fructus, lege Cubebe,
Cunder Auicennæ Nonnullorum, est Saponaria.
Cuneno Melitensium Incolis est Phalaris semine nigro C. Bauh. In Melita frequens Incolis Cuneno dictum.
Cunila, siuè Thymbra agrestis, lege Satureia hortensis.
Cunila bubula Plinij, & Cunila gallinacea, lege Origanum Heracleoticum.
Cunilago, lege Conyza media Matth.
Cunnus marinus, Bellon. est Vrtica marina explicata, & contracta.
Cunizamis herba quæ alio nomine Cunilago dicitur, Author Plinius.
Cupressus herba, lege Abrotonum fœmina.
Cupressus arbor, eius historiam in secunda parte Phytologiæ explanatiùs transgrediar.
Cupula glandis, lege Glans quercina in secunda parte Phytologiæ.
Curalium, lege Corallium.
Curcas Balsamum album vocatum, in secunda parte Phytologiæ quando de Arbore habebitur sermo: verba locupletiora proferam.
Curcas Malauarensium, fructus est magnitudine Auellanæ, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

De Curcuma, siuè Cypero Indico. Synonyma, & Etymum.

Curcuma longa, & rotunda, Cord. hist. Cyperus Indicus Diosc. & Curcuma Officin. Lob. Cæs. Tab. Cyperus altera radice lutea, Cast. Cyperi tertia species, vel Indus Ama. Terra merita Ruell. Ad. Lob. ico. Lugd. Crocus Indicus Alijs. Lusitanis Saffran da terra. Radix Zinziberis facie intus flaua, Linscot. par. 3. Ind. or. Italis Curcuma.
Curcuma nuncupatur, quasi Crocea ob crocei succi similitudinem sunt enim radices croceo colore insignitæ. [Vel Curcuma dicitur quòd freno, vel lupato similis sit, nomen inditum ab inæqualitate radicis, quam habet, lupatis equorum simili: lupata enim multis nodis ferreis sibi cohærentibus oliuarum instar hodie fiunt pro frenis equorum. [Cyperi etymum lege suo loco. Terra merita, est vox gallica.
Curmi potus ex hordeo paratus, quem alio nomine appellant Zythum Diosc.
Cusculium, & quisquilium Plinij, lege Coccus Infectoria in secunda parte Phytol.
Cuscuta, lege Cassutha, siuè Casytha.

Cussus altera Serapionis, lege Conuoluulus minor, semine triangulo.
Cutis in fructibus idem quòd putamen, lege in secunda parte Phytologiæ.
Cuischula, Rauuolf. est Nucis vomicæ species, de qua in secunda parte Phytologiæ differemus.
Cyamos, & Cyamus, lege Arum Ægyptium.

De Cyano maiori. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Cyanos gemma est ex Iaspidum genere colore cæruleo: vnde quibusdam eadem esse creditur, quæ hodie Turchina vocatur. Alij hoc nomine Lasuli lapidem malunt significari, qui contusus puluerem præstantissimum Pictoribus cærulei coloris suppeditat. [Cyanos fluuius est Colchidis, qui iuxta Æam oppidum in Phasum influit. Plin.
Cyanus maior Matth. Dod. & Aliorum. Cyanus maior hortensis, Ad. Cyanus montanus, Ges. hor. Tab. Cyanus syluestris Lon. flore grandi, Cæs. Cyanus montanus latifolius; vel Verbasculum cyanoides, C. Bauh.
Cyanus à floris cyaneo, seu cæruleo colore nomen accepit, dicitur vero Verbasculum cyanoides, eò quia folia lanuginosa, & similia Verbasco producat.
Cyanus minor, syluestris vulgaris segetum, & aruensis, lege Baptisecula.

Cyanus Turcicus, hodiè vulgò dictus Ambreta, lege Iacea Moschata.
Cyanus peregrinus, Amberboi, siuè Emberboi, dictus Vulgò ex Cyanorum ordine, non autem Iacearum reponendus, cum in capitello Cyani stamina in medio floris appareant, & in eius circumferentia, in modum coronæ tubuli, seu fistulæ amplo, & laciniato rictu præditæ inferius angustæ conspiciantur; huiusmodi flos coloris est carnei diluti, & olet sericum crudum; vt in secundo Tomo Partis primæ Phytologiæ diffusiùs agemus, quando descriptionem in medium afferemus. Amberboi Turcicum Io. Vesling. obser. in P. Alpinum nominauit, cuius iconem, in gratiam Lectoris, hic subijcimus, & cum hactenus apud Authores illam non viderim non ab re fore iudicaui hic illam apponere; ante plures annos in Horto coluimus.

CYA-

CYANVS PEREGRINVS
Amberboi, ſiuè Emberboi dictus.



Cyanus fruticosus Candiæ, lege in secunda parte Phytologiæ.
Cyanus spinosus Creticus, lege Stœbe spinosa.

De Cyanoide flore. Synonyma, & Etymum.

Cyanoides flos, Dod. Cyanoides maior Tab. Iacea cyanoides echinato capite C. Bauh. Iacea montana echinato capite, Clus. Iacea maior folio multum laciniofo, Ad. Iacea maior, Lob. Lugd. Stœbe Salmantica secunda Clusij hist. ico.
Cyanoides dicitur eò quia huiusmodi flos ad formam cyanei floris sit effigiatus.
Cycas fructus arboris, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.
Cyceon Hippocratis est mixtura cibi, & potus varijs modis parata, vt dicetur suo loco.
Cyclamen, Cyclaminus, & Cyclamenus, siuè Panis porcinus; Græcis nonnullis, ἰχθυόθηρος dictus à piscium venatu, nam apud Græcos ἰχθὺς est piscis θήρα verò est venatio, venatus, lege Arthanita.
Cyclaminum vnico folio, Dalech. in Diosc. lege Gramen Parnassi.
Cyclaminus altera hederaceis folijs, Lob. Lugd. Hederaceis folijs planta C. Bauh.
Cyclaminus cissanthemos Diosc. apud Nonnullos est Periclymenum. Apud Alios verò est Vitis syluestris Dioscoridis.
Cyix bulbi species, Nonnulli suspicantur idem esse, & Acroscorodon, lege Acrocorium.
Cydonia mala, lege Cotonea mala in secunda parte Phytologiæ.
Cydonago frutex, lege in secunda parte Phytologiæ.
Cyle Ouiedo est lanifera arbor peregrina, de qua in secunda parte Phytologiæ habebitur sermo.

De Cymbalaria. Synonyma, & Etymum.

Cymbalaria Matth. Lugd. Cæs. Cast. vulgaris, Lac. Cymbalaria Italica hederaceo folio, Ad. Lob. Vmbilicus Veneris Officinarum, Lonic. Linaria hederæ folio, Col. Cymbalaria folijs hederaceis, flore cæruleo, Eyst. Cymbalium, Nonnullorum, Italis Barbina.
Cymbalaria à cymbalo nomen duxisse videtur, vt Nonnulli aiunt, sed ego opinor ita nuncupatam fuisse eo quia folia figuram partium in Cymbalo resonantium prę se fere videntur. Aliorum nominum etyma lege suo loco.
Cymbalion, siuè Acetabulum alterum, lege faba Inuersa.
Cyminum, lege Cuminum.
Cyminum bulbosum Plinij, lege Oenanthe.
Cyminum equinum, lege Caruifolia C. Bauh.
Cyminalis lege Gentiana maior.
Cyna arbor est in Arabia folio Palmæ simili; vt in secunda parte Phytologiæ simpliciter eloquar, atque clariùs.
Cynacantha Arbuscula, quæ acinos veluti vuæ producunt. Alij vuam spinam nominant lege in secunda parte Phytologiæ.
Cynagrostis est gramen caninum, à canibus denominatum, nam Græcis κύων est canis ἄγρωστις est gramen eò quia canes huiusmodi gramine delectantur, & eius esu morbos pellunt, vomitum cum pituita cientes, lege Gramen caninum.
Cynanchica, lege Rubia Cynanchica.
Cynanche Dalechampij Lobel. est Anglica Saxifraga, siue Polygonum gramineo folio minus C. Bauh.

Cynan-

Cynanthemis, lege Cotula fœtida.
Cynara, lege Cinara.
Cynia canina, est Brassica, lege Mercurialis sylvestris.
Cynobotane est Chamæmelum sylvestre, quasi dicas herba canina, nam Græcis κύων est canis βοτάνη est herba.
Cynocephalus Plinij, & Cynocephalea herba, lege Antirrhinum magnum.
Cynocrambe, Cæs. lege Atriplex sylvestris, siuè Pes anserinus latifolia.
Cynocrambe Matth. & Aliorum, lege Mercurialis montana testiculata, & Mercurialis montana spicata.
Cynocrambe Diosc. lege Alsines facie planta noua, Col.

De Cynoglosso. Synonyma, & Etymum.

Cynoglossum vulgare, Matth. & Aliorum Cynoglossum maius vulgare C. Bauh. Cynoglossa maior, Brunf. Cynoglossus vulgaris, Gesf. hor. Cynoglossa vulgaris maior, Col. Græcis κυνόγλωσσον. Lingua canina. Italis Cinoglossa, & Lingua di Cane.
Cynoglossum dicitur, id est lingua canis, à foliorum forma, ob mollitiem, & figuram, nam Græcis κύων est canis. γλῶσσα est lingua.

Cynoglossum minus, C. Bauh. Lappula rusticorum, Lugd. Elatine, Trag. Lon. Cynoglossa minor montana serotina altera Plinij, Col.
Cynoglossum montanum, lege Cerinthe.
Cynoglossa minor Brunf. lege Echium scorpioides palustre.
Cynoglossa topiaria Plinio. Echium lappulatum quibusdam. Topiaria dicta, quoniam ex hac opera varia ornatus causa fieri consueuerunt.
Cynoglossa Quorumdam Lugd. est Plantago latifolia incana.
Cynoides à Nonnullis Psyllium dicitur.
Cynomazon, lege Chamæleon albus, siuè Carlina.
Cynomorion, lege Orobanche.
Cynomorus, lege Apocinum.
Cynopa, & Cynops Theoph. lege Psyllium maius erectum.
Cynorrhodon, est Rosa sylvestris, lege Rosa canina in secunda parte Phytologiæ.
Cynosbatos, lege Rosa canina in secunda parte Phytologiæ.
Cynosorchis, lege Orchis.
Cynospastos terrestris Æliani, cum Aglaophotide conuenire Nonnulli opinantur.
Cynozolon lege Chamæleon albus siuè Carlina.
Cyparissus Tythymali species, lege Tithimalus.
Cyparissus, lege Cupressus in secunda parte Phytologiæ.
Cyparissus hortulana est Abrotonum fœmina.
Cyperella Cordi, & Pseudocyperi species pumila, Gesf. hor. est Gramen exile hirsutum cyperoides, Lob. ico. Gramen cyperinum pilosum Tab. Gramen nemorum Dalechampij, Lugd. Gramen exile hirsutum, Ger. Gramen hirsutum capitulis Psyllij, C. Bauh. [Cyperella dicitur, eò quia folia ad instar foliorum Cyperi producat.
Cyperida Plinio, lege Cyperus odoratus radice longa.
Cyperis, & Cyperus, apud Nonnullos. idem est quod Cyperus.

De

De Cypero. Synonyma, & Etymum.

Cyperus rotundus odoratus dicitur ab omnibus Authoribus, Hodueg. Ægyptijs, Alpino. Cyperus rotundus Orientalis maior, vel Babylonicus, Alijs. Cyperus maior Syriacus, Cam. in Matth. κύπειρος στρογγύλος Græcis, ideſt rotundus, vel in formam rotundam, aut turbinatam contractus, aut conglobatus. Italis Cypero.
Cyperus dicitur à radicis effigie, quæ pyxidulam, aut vaſculum puſillum imitatur, nam Græcis κυπάρους erant vaſa concaua, & capacia hinc herba κύπειρος dicta eò quia pyxidulis, aut poculi imaginem mentitur.

Cyperus rotundus vulgaris, C. Bauh. Cyperus alter radice oliuari, Cæſ. Iuncus angulosus, & triangularis Plinio. Cælſus Iuncum quadratum etiam vocat.

Cyperus rotundus inodorus ex florida C. Bauh. Galangæ ſimilis radix ex florida, frag. Radix S. Helenæ, Monar. Cluſ. exot. Pater noſter, vel radix S. Helenæ, Monardi, Lugd. Pater noſter S. Helenæ Caſt.

Cyperus rotundus inodorus Anglicus, C. Bauh. Cyperus rotundus inodorus littoreus Lob. Lugd. Pſeudocyperus, cuius herbam Noccum in Hetruria vocant, Cæſ. Cyperus falſus dictus.

Cyperus odoratus radice longa C. Bauh. ſiuè Cyperus Officinarum, & Matth. Cyperida Plinio. Cyperus romanus, ſiuè longus, Cord. in Dioſc. Cyperus longus habitior, ideſt pinguior Ad. Cyperus longus odoratior, Lob. Lugd. Galanga ſylueſtris longa Germanis.
Cyperus longus odorus Peruanus C. Bauh. eſt Radix contra venena, Lugd. Radix Contrayerua, ideſt venenis aduerſans, Monardi, lege Radix Contrayerua.
Cyperus longus inodorus Peruanus, lege Bezoardica radix.

Cyperus longus inodorus ſylueſtris, Lob. Cyperus inodorus radix longa C. Bauh. Papyri ſpecies Dod. videtur, in hiſt. gal. Pauiera vulgò Bononiæ.

De Cypero eſculento, ſiuè Traſi. Synonyma, & Etymum.

Cyperus eſculentus, Ger. Cyperus dulcis, Theoph. Cam. Tab. Cyperus rotundus eſculentus anguſtifolius C. Bauh. Traſi Matth. Caſt. Cæſ. Lugd. Traſi Veronenſium Ad. Lob. Traſi folio Cyperi Cluſ. in Garz. Herba radice magnitudine auellanæ, Guil. Dod. Holoconitis Hippocratis, Fabric. Malinathalla (quaſi valde regerminans) Theophraſti, Ægyptiorum, & Anthalium Plinij, Dalech. in Plin. Cæſ. Colum. Margaritæ Ægyptiæ, Authori libri Ariſtotelis, de plantis, Dalech. in Plin. Habaziz, Portæ. Habelaſſis, Tripolitanis, ſiuè Granum Alzelen, Arabum, Rauuolf. Dolzolini Venetis. Genuenſes Ziziphas terreſtres appellant. Hiſpani Iuncum auellanam dicunt. Italis Traſi. Hic in gratiam Lectoris proponimus effigiem Cyperi eſculenti Æthiopici cuius breuem deſcriptionem Lector in Horto noſtro Studioſorum legere poterit, & in ſecundo Tomo partis Primæ Phytologiæ copioſiorem habebit.

Cype-

CYPERVS ESCVLENTVS
Aethiopicus.



Cype-

Cyperus, Trasi dicitur, quasi Tragi, à verbo græco τρώγω comedo, eò quia huius herbæ radices sint edules, & ad esum suaues. [Dulcichinum appellatur, nam cum radix sit ad formam vasis, seu ampullæ vitreæ, quæ à Latinis Echinus appellatur effigiata, & cum sit edulis, & dulcis ad vescendum, ideò Dulcichinum nominatur. [Holoconitis vocatur idest tota turbinata, cum radicem turbinatam habeat, & ab vtraque parte in acutum desinentem: nam Græcis ὅλος significat totus, & κῶνος turbo, conus. [Anthalij etymum, lege Anthalium. Margaritæ dicuntur, eò quia radix Lapilli candidi formam imitatur.

Cyperus Babylonicus, lege Galanga.

Cyperus graminea, siuè miliacea spica, Ad, Lob. vt. Lugd. Gramen Cyperoides miliaceum C. Bauh. Pseudocyperos πολύκαρπος, Thal. dicitur à seminum magna copia, cum multa habeat semina; nàm Græcis πολύς est multùs καρπὸς verò fructus, vel semen. Iuncus latus Lugd. Papyrus aquatica ex qua fiunt sportæ, & storiæ.

Cyperus Indicus, lege Curcuma.

Cyphi odorati suffimenti compositio est, dicata Dijs, qua abundè Aegyptij sacerdotes vtuntur.

Cypote Clus. est fructus oblongus fuscus, vt in secunda parte Phyt. dicetur.

Cyprium Allium, lege Allium.

Cyprus arbor, lege in secunda parte Phytologiæ.

Cypressus, lege Cupressus in secunda parte Phytologiæ.

Cyttaros, quasi panicula dependens è picearum, vel Roborum ramis, lege in secunda parte Phytologiæ.

Cytinus fructus rudimentum est satiuæ Punicæ, quod deciduo flore primùm apparet, & formatur, sicuti etiam in Officinis Balaustium Cytinus appellatur: vt in secunda parte Phytologiæ paucis exponam.

Cytisus frutex est, cuius historiam in secunda parte Phytologiæ summatim exprimam.

Cytisus Columellæ, nonnullis est Lotus Pentaphyllos incanus C. Bauh.

Cytisus Tragi, Alijs est Trifolium montanum spica longissima C. Bauh.

Dabula,

D



Abula, apud Nonnullos Palmæ genus est, vt in secunda parte Phytologiæ paucis hanc historiam exponam.

Daburi, Clus. arbor est Mexicana, de qua in secunda parte Phytologiæ.

Daca poma vilissima, quia Dacar exponitur insuauis, & vilis, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Dachel Alpino, Palmæ maioris species, vt apertè, & dilucidè afferam in secunda parte Phytologiæ.

Dacrydion, legè Scammonium.

Dactyli, Palmarum fructus, quorum historiam pingui minerua tractabo in secunda parte Phytologiæ.

Dactyliobotanon cæruleo flore, lege Alsine recta Tab.

Dactyliobotanon alterum, Thal. est Alsine petrea rubra, & Paronychia tertia Taber. Paronychia altera Dod. rutaceo folio, Ad. Lob. Lugd. Ger. Paronychia laciniata, Ger. Sedum tridactylites tectorum Casp. Bauh. Vmbilici species quibusdam, Cæs. Nominum etyma lege suo loco. [Tridactylites dicitur eò quia folium habet crassum rotundum in tres partes diuisum, itaut tres paruulos digitos præ se ferre videatur. δάκτυλος Græcis digitus exponitur, τρῖς verò tres.

Dactyliscum nonnullorum est Palma Elate, vt in secunda parte Phytologiæ demonstrabimus.

Dactylon Plinij est Gramen mannæ primum, lege Gramen.

Dactylon Fabij Columnæ est Aizoi facie planta, ita nuncupata, quia ad Paronychias, & pterygia vnguium sit vtilis, nam cum caro vnguibus increuit hac herba vtuntur cum axungia, ideò Dactylon appellantes, quia digitis medeatur. Lege sedum minus, seu minimum acre.

Dæmonum oua Fungorum species sunt, vt dicemus in Fungorum Historia.

Daetis Allij caput à Nonnullis, dicitur, nescio vnde.

Damasonium quid verè sit, magna inter Authores controuersia, nam Alij Plantaginem aquaticam. Alij Calceolum Marianum, Alij Digitalem, Alij Mentham græcam, & Alij aliam statuunt herbam. Sic & Saniculam alpinam, quæ Auricula Vrsi dicitur, & Alisma, Matth. Doronicum Plantaginis folio, Damasonium, siuè Alisma, Lugd.

Damasonium fortè dictum à verbo græco δαμάζω, quod est domo profligo, quia omnia ventris tormina, & venena à lumbricis orta domet, & profliget, & præcipuè mentha græca, Damasonium appellata.

Dante radix quædam candida, lacticina, Acostæ Clusij cap. de Manna, sed quid?

Daphne Laurus. Daphnides Lauri baccæ appellantur, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Daphne Alexandrina, lege Bislingua.

Daphnoides, lege Clematis Daphnoides.

Daphnoides Fuchsij est Laureola folio deciduo, flore purpureo. Officinis Laureola fæmina.

Daracht, Moris arbor dicitur, de qua in secunda parte Phytologiæ.

Darcheni, & Darseni Auicennæ, & Arabibus, quod Persis lignum Sinense sonat, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ: ab Alijs Cinnamomum exponitur.

Dardana, lege Arcium, siue Bardana.

Darian, fructus Anguriæ magnitudine, humi iacet, vt melo, cuius historiam in secundo

cundo Tomo partis primæ Phytologiæ ponderabimus.

Dasypodium est Primula veris hortensis Anglica, siuè Verbasculum hortense multiplex C. Bauh. [Dicitur Dasypodium, nam δασὺς Græcis exponitur pilosus, villosus, hirsutus, & ποδίον pediculus, eo quia tota planta sit villosa, & hirsuta, & nimirum ima pars, scilicet pes plantæ.

Datula, lege Datura Turcarum.

De Datura, siue Solano fructu spinoso; Synonyma, & Etymum.

Datura Turcarum, Eyst. Datura, Garziæ, Acost. Cast. Lugd. prima, Cast. Dutroa, & Durtoa, Hispanis, Burladora. Arabibus Marana. Persis, & Turcis Datula, Palud. in Linsc. Stramonium spinosum, Ger. solanum manicum, Col. Nuci metellæ congener, Cam. ep. Tatula eidem hor. Tatoula, quæ nux Methel Arabum, Græcis Solanum somniferum, Bellon. Solanum fœtidum pomo spinoso oblongo, an Manicum, Diosc. ex hoc Muslac fieri aiunt, C. Bauh.

Datura ita nominatur, quia à Turcis tali nomine insignitur. Datura etiam, & Tatula appellatur. Stramonium dicta corrupto nomine, quasi Strychmonium à Strychno, nimirum à Solano, nam putant esse Solanum manicum Diosc. Solani Etymum, lege suo loco.

Datura Aegyptiaca flore pleno, Pon. Ital. Stramonia Aegyptiaca flore gemino altero alteri innato, C. Bauh. Solanum fœtidum pomo spinoso rotundo semine pallido. Hic vt Lectori faueam damus iconem, in seq. pag. Daturæ triplici flore, altero alteri innato, cum additamento in medio, coloris candidissimi, cuius descriptionem Lector habebit in secundo Tomo partis primæ Phytologiæ.

Dauanas fructus, par. 2. Ind. or. vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Daucoides maius, lege Caucalis Matth.

Daucoides minor, Cord. Hist. Thal. est Caucalis semine aspero, flosculis rubentibus Bauh.

De Dauco. Synonyma, & Etymum.

Daucus primus Matth. Lugd. Daucus Cretensis verus, Diosc. Ad Lob. ico. Ger. Daucus Creticus, Cast. Gcs. Tab. Daucus folijs fæniculi tenuissimis, C. Bauh. ideò Nonnullis dicitur Finocchiella, Græcis δαῦκος. Daucus, Daucum, & Daucium Latinis. Italis Dauco.

Daucus dicitur Latinis, nã apud Græcos δαῦκος est audax, qui verò est audax est calidus, & acris; hinc δαῦκον herba, quia sit acris, & calidę facultatis. Vel ab Hebraico Dochan nomen accepit, apud quos hęc planta hoc nomine donatur. Vel quod sit acri, & ignea vi, seu feruentis gustus, à δαίω vro, vt nonnulli scribunt: vel vt alijs placet ἀπὸ τοῦ δαύειν, quod tormina sedet, quietemquè inducat flatus discutiendo.

Daucus Officinarum, vel Pastinaca tenuifolia syluestris Dioscoridis, C. Bauh. Daucus agrestis, Gal. de alim. Daucum officinarum vsitatius, Ad. Daucus vulgaris, Clus hist, Dauci tertium genus, Dod. Gal. Thal. Pastinaca erratica, Plinio, Fuch. Cord. in Diosc. Tab. Pastinaca syluestris, Matth. Lac. Lon. Cast. Lugd. syluestris tenuifolia Dod. Ger. Pastinaca syluestris genuina Diosc. Lob. Staphylinus syluestris, Trag. Cæs.

Daucus acanthocarpos, lege Caucalis alia vulgaris.

Dau-

DATVRA TVRCARVM

Triplici calice exerto coloris candidiſsimi.



Daucus Creticus Tragi, Daucus Castori, lege Meum Matthioli.
Dauci alterum genus Fuchs. Tur. Lugd. est Libanotis alba, Ges. & tertia Dod.
Daucus tertius Dioscoridis, secundus Plinij, Col. est Selinum peregrinum primum Clusij, & Apium peregrinum folijs subrotundis, C. Bauh.
Daucus Selinoides Cord. hist. lege Pimpinella saxifraga minor.
Daucus sepiarius, Ges. lege Cerefolium syluestre.
Defrutum, Latini Sapam nominant, ex musto conficitur, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.
Deliarium inter spurias appellationes maioris Conizæ extat.
Delphinium, lege Buccinum, siuè Consolida regalis.
Demetria est Verbenaca altera, sed vox spuria censetur, & à Doctioribus reijcitur.
Dende Serapionis, lege Abelmoluch Mauritanorum.
Dendrobryon geniculatum, Col. est Muscus arboreus nodosus, C. Bauh. Græcis enim δένδρον est arbor βρύον verò est muscus.
Dendrocissos Hedera est, quæ sine adminiculo stat cæteris hederarum generibus firmior, & ad arbusculæ firmitatem accedens, vnde, & nomen inuenit, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.
Dendrolibanos à nonnullis arbor thuris appellatur, de qua in secunda parte Phytologiæ.
Dendroides Tithymali species est, lege Tithymalus.
Dendron Græcis est arbor, vt in secunda parte Phytologiæ demonstrabimus.
Dendromalache dicitur Malua arborescens, siue arborea, nam Græcis δένδρον est arbor μαλαχὴ est Malua; lege Malua.

De Dente canino, siuè Pseudohermodactylo. Synonyma, & Etymum.

Dens canis, Ges. hor. Dens caninus Dod. (Ephemero Diosc. conueniens) Cæs. Cam. Dens caninus purpurascente flore, Clus. hist. Dens canis flore rubro Eyst. Dens canis latiore rotundioreq; folio, C.Bauh. Satyrium rubrum, Dalech. Lugd. Satyrium, & Dens caninus, Lob. Satyrium Erythronium Ges. col. Ad. Lob. ico. Tab. Hermodactylus Mesuæi, folio maculoso, Ges. hor. Pseudohermodactylus, Matth. Lugd. Tab. Mithridatium Crateuæ, Plinij Ang. Cæs. Dentali 1. Clusij pan. Italis Dente canino.
Dens canis, & caninus dictus à figura foliorum in flore existentium: nam perbellè dentes caninos æmulantur. Pseudohermodactylus nuncupatur, idest Hermodactylus falsus: Satyrij etymum lege suo loco. Erythronium verò vocatur, eò quia corticem radicis habet rubrum. Græcis enim ἐρυθρὸς est ruber. Mithridatium forsan dicitur à Mithridate inuentore.

Dens caninus albo flore, Clus. hist. Cam. Eyst. Satyrium trifolium, & Satyrium Dalech Lugd. Erythronium flore albo angustioribus folijs, Lob. ico. Dens canis angustiore longiore folio, C. Bauh. Dentali 2. Clus. pan.
Dens Leonis cichorizata, Ger. lege Aphace Dalechampij, Lugd.
Dens Caballinus, lege Apollinaris, siuè Hyoscyamus.

De Dente Leonis. Synonyma, & Etymum.

Dens Leonis Matth. Brunf. Dod. Lob. Corona, & Caput Monachi, Tab. Ger. Aphace, Cæs. Aphaca ex olerum genere. Theoph. Hieracium maius, Trag. Hieracium minus,

minus, Gef. hor. Hedypnois Dalechampij, Lugd. Taraxacon minus, Lon. Dens Leonis vulgi, fiuè Vrinaria, Ad. Chondrilla Galeni, Ang. Chondrilla altera, & Roftrum porcinum, Dod. gal. Thal. Hedypnois maior, Fuch.

Dens Leonis dicitur, eò quia folia ab vtraque parte incifa, & fecta dentes Leoninos perbellè imitantur. Caput Monachi nuncupatur, quoniam lanuginofa, & pappofa capitula à vento diffipata, in aerem auolant, remanentibus nudis, candidis, rotundis verticibus, rafo Monachorum capiti fimilibus. Hedypnois appellatur, nam Græcis ἡδύπνοος eft iucundum odorem fpirans, ἡδὺς enim fuauis, & iucundus exponitur, πνέω verò eft flo, fpiro, nam flos inter alia cichoracea fuauiter olet. [Vrinaria etiam nominatur, nam cum extergentis, ac aperientis fit facultatis, vrinam ciere creditur. Aliorum nominum etyma, lege fuo loco.

Dens Leonis Afphodeli bulbulis, & Dens Leonis Monfpelienfium, lege Cichorium Conftantinopolitanum.

Dens Leonis tenuiffimo folio, C. Bauh. 2. in Prodr. Hieracium fætidum tertium, Colum.

Dens Leonis minor folijs radiatis 3. in Prodr. C. Bauh. an Trinciatella, Camer.

Dens Leonis, & Malua querna Leonic. eft Alcea vulgaris minor, & Alcea minor, Dalechampij.

Dens Caballi, lege Apollinaris.

Dentali, Cluf. lege Dens Canis.

Dentaria ἄφυλλος, & Dentaria maior Matth. lege Amblatum.

Dentaria crocodilia, lege Amblatum.

Dentaria maior, Dentaria heptaphyllos, Dentaria corallina, lege Alabaftrites.

De Dentaria minore. Synonyma, & Etymum.

Dentaria minor, Matth. Lugd. altera, Cæf. Tab. Coralloides, Cord. hift. ico. Dentaria corallina altera, Tab. Dentellaria rubra Dalech. Nemoralis alpina herbariorum Alabaftrites, Ad. Lob. ico. Viola dentaria prima, Dod. Saxifraga montana quinis folijs, Gef. hor. Pulmonaria quibufdam, fiuè Sanicula alba Eidem. Dentaria corallina altera, Tab. Dentaria Pentaphyllos, & Tab. & Ger. Nominum etyma lege fuo loco.

Dentaria baccifera, Cluf. pan. & hift. Dentaria bulbifera, Lob. Cam. Ger. Dentaria feptifolia Eidem Coralloides altera fpecies, Cord. hift. Dentaria heptaphyllos baccifera, C. Bauh. [Baccifera, & bulbifera dicitur, quia bulbos, & bacculas inter folia profert.

De Dentellaria, fiuè Molybdena. Synonyma, & Etymum.

Dentellariā Rondeletij. Dentellaria Monfpel. & Flammula, Gef. hor. Lepidium Dentellaria dictum C. Bauh. Glaftum fylueftre Cæf. Plumbago, Cluf. Hifp. & hift. Caft. Tab. Dentaria, fiuè Dentillaria Rondeletij, & Narbonenfium, Ad. Lob. Sarcophago Cretenfibus. Phrocalida in Lemno. Mauronia Lesbijs, Bellonio. Molybdena Plinij, Ang. Cam. cui & Crepanella Italorum. Herba S. Antonij Romæ Gef. ap. ad Cord. hift. in Chamænerio.

Dentellaria dicitur, & Dentillaria, eò quia valeat ad rabidum dentium cruciatum placandum, fi eius decocto os abluatur: veluti Pyrethro, & alijs vrentibus herbis vtuntur. [Plumbago, & Molybdæna vocatur, quoniam apud Græcos μόλυβδος eft plumbum, & cum hæc herba vibices, ideft figna verberis in humano corpore

liuida,

liuida, nimirum coloris plumbei tollat: idcirco Plumbago, & Molybdæna fuit appellata. [Vel, vt alij volunt, nam cum gustu sit acerrimo, & vrentis facultatis, aliquandiu manu detenta, volæ manus vibicem inurat liuidum. Aliorum nominum etyma, lege suo loco.

Dentellaria, Gef. hor. est Conyza odorata, Lugd. siuè cærulea, Tab.

Dentellaria rubra, Dalech. lege Dentaria minor.

Dentillaria alia, Irio aliquibus, Gef. hor. lege Erysimum verum, Ang. siuè Erysimum polyceration, vel corniculatum, C. Bauh.

Denticula canis apud Gallos, Ruellio teste, Nonnulli Holostij speciē esse autumant.

De Denticulata, siuè Fumaria bulbosa. Synonyma, & Etymum.

Denticulata, à radicis forma, Lugd. Fumaria bulbosa tuberosa minima, Tab. Radix caua min ima, Ger. ico. Ranunculus nemorosus Muscatellina dictus C. Bauh. Ranunculus minimus Septentrionalium herbido muscoso flore, Ad Lob. ico. Moschatella, Cord. hist. Thal. Cam. Capnos Plinij Tur. Aristolochia vulgaris altera radice oblonga, Gef. hor. Aristolochiæ rotundæ concauæ similis herbula, Trag.

Denticulata dicitur à radice, velut è dentibus paruis coagmentata paulatim gracilescente. Aliorum nominum etyma lege suo loco.

Delegi, siuè Dilegi Auicennæ sunt fructus cathartici Myrobalani dicti, de quibus in secunda parte Phytologiæ.

Desiderium Gazæ, lege Clematis altera Matth.

Destructio Chirurgorum, hist. Lugd. est Herba Malucana chirurgicis remedijs expetita, ideo sic appellata, sed quid?

Diaboli stercus Germanis est Asæ fœtidæ species.

Diaboli morsus, lege Morsus Diaboli.

Diacheton. & Diareton spina est magnitudine arboris modicæ, alio nomine Aspalathus, vt in secunda parte Phytologiæ differemus.

Diadesma apud Zoroastem est Malua hortensis, δέσμα enim est fasciculus δία in compositione quandoq; addit vehementiam, vnde Diadesma, ideſt magnus fasciculus, nam propter numerosos caules insimul coniunctos magnum præ se fert fasciculum.

Diagrydion, lege Scammonium.

Dialeucon Croci satiui genus in medio candidum, vnde & nomen accepit Plin.

De Diapensia, siuè Sanicula. Synonyma, & Etymum.

Diapensia, Matth. Brunf. Cast. cui & Pentaphylli quinta species. Sideritis tertia Dioscoridis, Col. Sanicula officinarum, C. Bauh. Sanicula, & Diapensia, Ad. Lob. Ger. Sanicula mas, Fuch. Lugd. Sanicula, Brunf. Trag. Dod. vt Anguil. Gef. hor. Lac. Lon. Cæs. Camer. Thal. Taber. (cui, & Consolida quinquefolia) Eystett.

Diapensia dicitur quasi Diapentia, quia apud Græcos διαπέντε significat ex quinq; hinc herba ità appellata, nam vnicum folium, quasi ex quinq; folijs constare videtur. [Sanicula verò à sanandis vulneribus nomen traxisse videtur. Pentaphylli, Sideritis, & Consolidæ etyma lege suo loco.

Dichomenion Pœoniam Nonnulli appellant; sed inter nothas voces recensetur.

De Dictamno Cretico. Synonyma, & Etymum.

Dictamnum Creticum, Matth. Lac. Ad. Lob. Cast. verum Dod. Lugd. Dictamnus Creticus, Trag. Dod. gal. Lon. Cam. Bauh. Dictamnus vera Cord. in Diosc. Ges. hor. Dictamnus, Brunf. Ang. Tur. Græcis δικτάμνον. Italis Dittamo di Candia. Dorcadium nonnulli Græci, quasi Ceruariam cognominarunt. Belotocon, & Beloacos Alijs. Artimidion aliquibus.

Dictamnum fortè dictum à Dite, parte montis Idæ in Creta, vbi spontè copiosissimè crescit. Alij verò δίκταμνον ἀπὸ τοῦ τίκτειν deduci volunt, cum non modò potum, sed appositum quoque partus defunctos eijciat. [Dorcadium verò appellarunt, quoniã Ceruæ vulneratæ Dictamno pastæ decidentibus telis sanitati restituuntur, vndè quòd nos Hinnulos dicimus in Ceruorum genere minores, illi Dorcades nominant. [Belotocon, & Beloacos nominatur, quòd infixa spicula, quasi partu quodam excluderet; nam βέλος Græcis est telum, sagitta, τόκος verò est partus. Artimidion dicitur à venatrice Diana, quæ Artemis Græcis dicitur, nam si quas forsan impressisset cuspides capræ eo pabulo curabantur.

De Dictamno falso. Synonyma, & Etymum.

Dictamnum falsum, siuè Pseudodictamnum. Dod. Lac. Cast. Cam. Pseudodictamnus verticillatus inodorus, C. Bauh. Pseudodictamnum floribus verticillatis, Ad. Lob. Eyst. Pseudodictamni nomine ex Creta Cæs. Gnaphalium Dioscoridis, Ponæ καλλιμαθεῖα, Ang. Chondris Nonnullorum Lugd. [à similitudine Dictamni Pseudodictamnum vocant: nam Græcis ψευδὴς est falsus, vnde ψευδοδίκταμνον, idest falsum Dictamnum. Italis Dittamo falso.

De Dictamno albo, Fraxinella dicto. Synonyma, & Etymum.

Dictamnum album, nonnullis Pumila Fraxinus, Matth. Lac. Cæs. Cast. Dictamnus albus vulgò, siuè Fraxinella, C. Bauh. Dictamnus putatus Brunf. Dictamnus vulgaris, Trag. Ges. Cam. offic. Lon. Dictamnus nostra Cord. in dis. Fraxinella, Cord. hist. Dod. Lugd. Clus. pan. & hist. Ger. Eyst. Dictamnum album Belli ep. ad Clus. Italis. Dittamo bianco, & Frassinella.

Dictamnum dicitur ab odore, quoniam tota herba odorem spirat Dictamno Cretico quodammodo similem; & album vocatur, propter radices albas. Fraxinella dicta à foliorum Fraxini similitudine.

De Digitali. Synonyma, & Etymum.

Digitalis rubra, Dod. gal. purpurea, Fuch. Ang. Ges. hor. Lon. Dod. Ad. Lob. Lugd. Cam. Tab. Ger. & Aliorum Verbascum Digitale Costæo Digitalis purpurea folio aspero, C. Bauh. Aralda Bononiensibus Ges. hor. Virga regia maior flore purpureo, Cæs. Campanula syluestris Tragi. Ephemeri alia species maior, Col. Italis Digitale dal fior rosso.

Digitalis dicitur eò quia flores digitalis, nempè tegumenti digitorum mulierum in suendo, speciem referant, à florum similitudine, qui digitale æmulantur. Aliorum nominum etyma, lege suo loco.

Digitalis lutea flore amplo Ponæ. Digitalis lutea Fuch. Ang. Lon. Thal. Lugd. Cam. Tab. Ger. flore luteo Eyst. Digitalis lutea magno flore, C. Bauh. Ephemeron.

meron. Dioscoridis, Col. Calathiana viola Plinij, Dalech. in Plinium, Campanula syluestris flore luteo, Trag.

Digitalis lutea, Ad. parua Lob. ico. Digitalis flore minore albidiore, Gesf. Col. Digitalis maior lutea, vel pallida pauco flore C. Bauh. Virga regia: Alisma, & Damasonium Dioscoridis, & fistula pastoris Auicennæ, Cæs.

Digitalis ferruginea nonnullorum. Digitalis angustifolia flore ferrugineo C. Bauh. Digitalis giluo flore, aliis ferrugineo, Lob.

Digitellus, lege Aizoum, siuè Semperuiuum maius.

Digiti citrini Auicennæ apud nonnullos est Serapias candido flore, cum radix sit mixta ex citrinitate, & albedine; apud alios est Palma Christi maior.

Digitus Veneris, Apul. est Nymphæa palustris.

Dionysia, lege Hedera Dionysias.

Dionysias à nonnullis Androsæmum maximum frutescens nuncupatur, sed inter nomina notha recensetur.

Dionysionymphas à nonnullis Pimpinella appelletur, quoniam vino mirè conuenit, cum Bacchus Dionysius etiam nuncupetur.

Diosanthos, siuè Iouis flos, lege Aquilegia.

Diosanthos flore toto amethystino, est Violariæ species.

Diosanthos Theophrasti, lege Superba recentiorum, Ang.

Diosporon, aut Diospyron à nonnullis appellatur milium Solis, siuè Lithospermon erectum maius.

Diospyros Theophrasti, est Lotus Africana latifolia, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ. Hæc vox sonat Triticum Iouis πύρος Græcis est Triticum Διὸς Iuppiter, idest Triticum, siuè frumentum Iouis.

Diospyros, siuè faba græca angustifolia, Lugd. est Lotus Africana angustifolia, siuè fæmina lege in secunda parte Phytologiæ.

Dipcadi Ghalcedonicum, & Italorum, Lob. lege Bulbus vomitorius Matth.

Dipcadi flauum, siuè Muscari Constantinopolitanum, siuè Chalcedonium, lege Hyacintus botryoides Chalcedonicus luteus, Tab.

De Dipsaco, siue Carduo fullonum. Acquinoca.
Synonyma, & Etymum.

Dipsacos apud Medicos est renum quidam affectus maximam inducens sitim, alio nomine Diabetes, appellatur etiam à quibusdam vrinæ profluuium, eò quòd potus statim effluat, nulla penè in corpore mutatione accepta, vtriusq; virtutis alteratricis, & retentricis facultate læsa.

Dipsacus satiuus fullonum, Ad. Dipsacus, siuè Labrum Veneris Lugd. Dipsacus satiuus, Dod. vt Cord. hist. Ges. hor. Gerar. Dipsacus hortensis albus, Fuchs. Dipsacus satiuus C. Bauh. Carduus fullonum satiuus Trag. Labrum Veneris Matth. Cord. in Diosc. flore candido, Cæs. Galedragon Xenocratis, Anguil. Carduus fullonum, Lobel. & an Spina Selenitis Theophrasti, Guil. Græcis δίψακος. Italis Sgarzi, & Diffaco.

Dipsacus dicitur quoniam concauo foliorum sinu rorem, & pluuiam recipiat, quasi sitibundus διψάω .n. Græcis est sitio, vel quia aquam contra sitim paratam semper habeat. [Labrum Veneris nuncupatur, quia tota æstate in cauitate foliorum seruantur aquæ ad pulchritudinem veneream conciliandam, quasi in vase, quod labrum

DIPSACVS INDICVS MAXIMVS

Pluribus capitulis racematim dispositis.



brum Latinis dicitur. [Carduus fullonum nominatur, quia fullones pro pannis poliendis hoc Carduo vtuntur: vnde Carduus Fullonicus dictus.

Dipsacus satiuus alter, & Dipsacus syluestris maior, Lugd. Dipsacus syluestris, Dod. vt Tur. Cord. hist. Ges. hor. Thal. Dipsacus syluestris, aut Virga pastoris maior, C. Bauh. Labrum Veneris flore purpureo, Cæs. Labrum Veneris alterum Matth. Carduus fullonius erraticus, Trag. Carduus fullonum Brunf.

Dipsacus minor, Ges. hor. Thal. syluestris minor Lugd. Dipsacus tertius, Galedragon Plinij. Dod. Dipsacus syluestris capitulo minore, vel Virga pastoris minor, C. Bauh. Virga pastoris, Matth. Ad. Lob. Virga pastoris, & Dipsacus fatuus, Cam. Cardui fullonij tertium genus Trag. Molybdena, Plinij vulgò Dipsacus secundus capite rotundo, Dalech. in Plinium. [Virga pastoris dicitur, ob longas virgas, quas producit, nam ea parte quæ possit manu capi, Pastores a culeis nudant, reliqua aculeata gregem ducunt: ideo Virga pastoris nominatur. [Hic Lectoris oculis proponitur icon in anteced. pag. Dipsaci Indici maximi pluribus capitulis inuicem cohærentibus, & racematim dispositis, cuius descriptionem Lector in secundo Tomo partis primæ Phytologiæ legere poterit, capite de Dipsaco.

Diptamnum, & Diptamum Germanicum, est Dictamnum album, siue Fraxinella.

Dircea, lege Circæa Lutetiana.

Disturbio Ananienses Hyoscimum vulgò vocant, vtpotè quod mentem, & omnes corporis partes, & sensus disturbat in cibis sumptum.

Dodecantheon, Ang. lege Alisma pratorum, Col. ita nuncupatum, quia flos ex duodecim floribus sit compositum, vel quia omnium Deorum maiestatem cõmendet.

Dodecatheon Plinij, Gesnero, Cam. lege Pinguicula, siue Cucullata.

Dolichus Bellonio, Phaseoli Ægyptiaci species.

De Dolicho, siue Phaseolo, Synonyma, & Etymum.

Dolichus, siue Phaseolus, Dod. Lon. Dolicos, & Dolichos, Theophrasti, Anguil. Smilax satiua, siue lenis, vel Dolichus Cord. hist. Smilax hortensis, & Phaseolus hortensis, apud multos Authores. Phaseoli genus peregrinum, quos Phaseolos Turcicos vocant Cæs. Faba Turcica multicolor Nonnullorum. Smilax hortensis, siue Phasiolus maior, C. Bauh. Phaselus Brunf. Italis Fagioli Turcheschi. Græcis σμίλαξ κηπαία, λόβος, & λόβιον, Alijs.

Dolichus dicitur, nam apud Græcos δόλιχος est longus, & prolixus, & quoniam hæc herba in longitudinem, & latitudinem se diffundit, ideo Dolichus dicta. Phaseolus nuncupatur à Phaseolo insula Greciæ, vbi sponte, & copiosissimè crescit. [Smilax vocatur, nam quamdam similitudinem cum Smilace, siue Conuoluulo habere videtur: propter caules tenues, longos, ramosos, perticis, ac vicinis fruticibus se se circumuoluentes. [Hortensis dictus, quin in hortis solum colitur idcirco Græcis σμίλαξ κηπαία nominatur, nimirum hortensis, nam κῆπος est hortus. λόβος, & λόβιον a siliquarum magnitudine, nam apud Græcos λόβος dicitur siliqua, seu folliculus, quo semen veluti vagina clauditur.

Dolzolino, lege Cyperus esculentus, siue Trasi.

Donas Narbonensium est Narcissus medioluteus tertius comoso flore C. Bauh.

Donax Arundo, lege Arundo donax.

Dora Rauuolfio est Milium Æthiopicum Portæ, siue arundinaceum plano semine.

Dorchadium, lege Dictamnum Creticum.

morea, vel Doria, siue Herba aurea Narbonensium, lege Herba Dorea.

Dore-

Dorella. Cæſ. eſt Camelina, ſiue Myagrum ſatiuum.

Doracia, & Doracina, lege Perſicus in ſecunda parte Phytologiæ.

Doripetron, Pſeudoleontopodium Matth. nonnulli nominant.

Doricos Theophraſti Anguil. lege Dolichus.

Doriones Garz. Duriones, Acoſtæ Lugd. Darion. Goſtino Scalig. Duugoens ex Malaca, Linſc. par. 4. Ind. or. fructus eſt in Malaca proueniens, vt dicetur in ſecunda parte Phytologiæ.

Doris apud Plinium herba eſt Anchuſæ ſimilis, lanuginoſior tamen, & minus pinguis, tenuioribus folijs, & languidioribus, Pſeudoanchuſa appellatur, & à quibuſdam Enchuſa, aut Dorion, & Echium eſſe interpretantur,

De Doronico. Synonyma, & Etymum.

Doronicum maius Ger. Doronicum latifolium, Cluſ. pan. & hiſt. Doronicum primum Tab. Doronicum Romanum, Geſ. hor. Lugd. Doronicum, Ang. Cord. hiſt. & Aliorum Doronicum radice ſcorpij, C.Bauh. Aconitum pardalianches minus, Matth. Lugd. Caſt. primum Dod. Italis Doronico.

Doronicum vox eſt ab Arabibus petita, qui Doronigi, ſiue Durungi dicunt.

Doronicum brachiata radice, Lob. Lugd. Ger Doronicum radice ſcorpij brachiata, C. Bauh. an Doronicum radice nigra, Col. Aconitum pardalianches, Plinij, Matth. Dod. gal.

Doronicum plantaginis folio, lege Aliſma Matth.

Doronicum Auſtriacum alterum, Cluſ. pan. Cam Doronicum ſecundum longifolium, Tab. minus, Ger. Doronicum radice repente, Eidem. Doronicum radice dulci C. Bauh. Aconitum pardalianches Theophraſti, Matth. Lugd. Tab.

Doronicum Americanum laciniato folio, lege Aconitum Americanum.

Doronicum Arabum, Ponæ. Zinziberi affinis cortice ſquamato, C. Bauh. Mechini rara varietas, Ad. Lob. ico. Mechinum Penæ, vel Mechinum rarius, Lugd.

Doronigi, ſiue Durungi, lege Doronicum maius.

De Dorycnio. Synonyma, & Etymum.

Dorycnium Monſpelienſium, Ad. Lug. Cam. Dorycnium Lob. Hiſpanicum Cluſ. hiſp. & hiſt. Tab. Gerar. Dorycnium falsò dictum, Geſ. hor. Trifolium album anguſtifolium floribus, velut in capitulum congeſtis.

Dorycnium dicitur vt nonnulli crediderunt ἀπὸ τοῦ δόρατος nimirum ab haſta, δόρυ enim eſt haſta, vel iaculum: adfricabant enim cuſpides haſtarum Dorycnio herba venenata, ad feriendum læthaliùs, Alijs vero planta ſomnifera credita, ſed non experta. [Per Dorycnium verum plures antiquorum intellexerunt ſuccum quemdam venenatum, quo in prælijs cuſpides haſtarum, atque telorum illinentes venenabant, quo etiam Venatores ad feras interimendas in venatione vtebantur.

Dorycnium Dioſcoridis fortè Ponæ Ital. Iaceæ oleæ folio affinis, C. Bauh. Lagochimicæ nomine Honorij Belli.

Dorycnium, & granum cordis, Cord. in Diosc. & hist. est Halicacabum peregrinum Fuchsij, siuè Halicacabum repens Matth.

Dorycnium Imperati, Dorycnium ex Sicilia, Dorycnium quorumdam, est Cneorum album Dalechampij.

Dorycnio similis Ang. est Trifolium vesicarium, Clus. pan. Trifolium halicacabum siue vesicarium, Cam Cicer. sacerdotale, Nonnullorum. Lotus pentaphyllos vesicaria, C. Bauh.

Dorycnium Monspeliense, Ger. Dorycnium secundum, & non descriptum Alijs Dorycnij species, Tab. Dorycnio congener planta. Clus. hisp. & hist. & Lugd. Cytisus Columellæ, Camer. Eyst. Glaux Anguil. & P. Alpini. Lotus pentaphyllos incanus.

Draba, lege Araba, siue Arabis: ab alijs Braba dicta à verbo græco βραβεῖον præmium do certaminis, eò quia palmam ferat, superetquè sua præstantia reliquas plantas obsonio dicatas.

Draba, siue Arabis, Dod. Ges. hor. Lugd. est Thlaspi Candiæ.

Draba minima muralis Dioscoridis, Colum. est Bursa pastoris maior loculo oblongo, C. Bauh. Thlaspi Veronicæ folio, Richerio.

Draco herba, lege Dracunculus hortensis.

Draco arbor, lege in secunda parte Phytologiæ.

Draconis sanguis, lacryma est arboris ferro sauciatæ, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Dracontium maius, lege Dracunculus maior.

Dracontium minus, Dracunculus alter, siuè minor, lege Arum venis albis.

Dracontea, lege Dracunculus maior.

De Dracunculo hortensi, siue esculento. Synonyma, & Etymum.

Dracunculus hortensis Matth. Cast. Tab. Eyst. C. Bauh. Draco herba, Dod. Ger. hortensis, Ges. hor. seu acetarius, Lugd. Cam. Draco Ruellio, Dod. gal. Lob. Dragone vulgò. Cæs. Tarchon Auicennæ, & Sethi, Ges. hor. Tragum vulgare Clus. hist. Dragoncellus vulgo. Italis Dragone.

Dracunculus, Draco, Dracon, & Dragone dicitur, quia Tarchon Simeoni Sethi appellatur, vnde nomen videtur detortum. Sed reuera Tarechore, seu Tharechum Arabum est Nasturtium hortense folio crispo vt apud Petrum de Valle Epistolarum itin. To. 1. epist. 17.

De Dracunculo pratensi, Ptarmica dicto. Synonyma, & Etymum.

Dracunculus pratensis serrato folio, C. Bau. Draco syluestris, siue Ptarmica Dod. Draco aquaticus, & Tarchon syluestre, vel aquaticum Ges. hor. & col. Pyrethrum syluestre, Dod. gal. syluestre, ac paruum, Cord. in Diosc. Ptarmica Matth. Fuch. Tur. & Aliorum Ptarmica folio Taraconis, vel sternutamentaria, & Ptarmica pratensis, Cam. Ger. Pyrethrum Brunf. ico. Ptarmica vulgaris, Eyst. Tanacetum album, seu acutum, Trag.

Dracunculus pratensis, Ptarmica, & Ptarmice dictus eò quia sternutamenta moueat, nam Græcis πταίρω est sternuo, sternuto, & πταρμὸς sternutamentum, sternutatio, nam flores huius herbæ sternutamenta excitant.

Do-

Dracunculus pratensis flore pleno, C. Bauh. est Ptarmica vulgaris, pleno flore. Clus. hist.

De Dracunculo, siue Dracuntio. Synonyma, & Etymum.

Dracunculs maior, Trag. Lac. Fuch. Tur. Cord. in Diosc. Lon. Cam. Dracunculus polyphyllos, Cord. hist. C. Bauh. Dracunculus minor Matth. Cast. Tab. minorem dixerunt, eò quia maiorem effinxerunt, sed nondum vidimus. Dracunculus, siue Serpentaria maior, Lugd. Serpentaria Dracunculus maior verus, Ang. Anguina Dracontia, Ad. & Serpentaria colubrina, Lob. Dracontium maius Brunf. Dracontea Alijs. Græcis δρακόντιον Italis Serpentaria maggiore. Arabibus Lus.

Dracunculus dicitur, & Dracontium, & Dracontea à maculis purpureis, quæ in caule visuntur, itaut Draconem, nimirum anguem planè referat, & longitudine æquar. Vertex quoque sinuoso oris hiatu linguam exerens cruentam, & odore insuauem caput exprimit: vel quasi cauda rutila, & Draconis intorti modo convoluta. [Vel sic dicta, Plinio authore, quod è terra ad primas serpentum vernationes exeat, rursusque cum ijsdem se in terram recondat, nec omnino occultata ea appareat Serpens. [Polyphyllos verò nuncupata, idest multa habens folia ad differentiam Serpentariæ minoris nimirum Ari, vnicum producentis folium, nam πολὺς Græcis est multus φύλλον verò folium. Serpentaria, Anguina, & Colubrina vocatur, propter rationes superius adductas.

Dracunculus alter, siue minor, lege Arum venis albis.

Dracunculus henicophyllos, lege Arum venis albis.

Dracunculus polyphyllos, lege Dracunculus maior, siuè Dracuntium,:

Dracunculus aquaticus, Matth. Dod. Cast. Cam. & aliorum. Dracunculus palustris, Lug. minor Lon. Aron palustre, Ges. hor. Dracunculus Plinij tertius Fuchsij. Dracunculus palustris, siue radice arundinacea Plinij, C. Bauh. Anguina aquatica, siuè Dracunculus, Ad. Lob. Hydropiper rubeum, Fuch. ico. Dracontij genus in palustribus Germaniæ, Cæs. Nominum etyma, lege suo loco.

Dracunculus minor Brunf. est Colubrina, siue Bistorta maior.

Dragacanthi, lege Tragacantha laeryma in secunda parte Phytologiæ.

Dragoncellus, lege Draco hortensis.

Dragonal fructus, Dracunculi animalis effigiem exprimens, lege in secunda parte Phytologiæ.

Dragone vulgò, lege Dracunculus hortensis.

Drakena radix Clus. lege Bezoardica radix.

Drymopogon Tab. lege Barba Capræ floribus oblongis.

Dryopetes, Drypetæ, & Drypepes sunt oliuæ, vt dicemus in secunda parte Phyt.

Dryophanon Plinij: an sit Myrtus nemoralis, lege in secunda parte Phytol.

De Dryopteride, siue Filice querna. Synonyma, & Etymum.

Dryopteris, Matth. Ad. Lob. Cam. ep. Cord. in Diosc. Brunf. Dryopteris Tragi, & Pteridion fœmina, Cord. Thal. Filix querna, C. Bauh. Filix arborea, siue Dryopteris, Trag. Lugd. Filix querna, Osmundula Lon. Filicis genus paruum alterum in montibus, Gesf. Filicula petrea fœmina secunda Taber. Italis Felice quercina.

Dryopteris à foliorum figura, & loco natali nomen habet, idest Filix querna, nam apud Græcos δρῦς est quercus, πτέριον verò est Filix, nam nascitur in quercuum musco. Filicis, Pteridion, & Osmundulæ etyma, lege suo loco, nempe Filix.

Dryo.

Dryopteris altera, lege Filix mas, Matth.
Dryopteris candida eſt Adiantum album, ſiue Filicula fontana.
Dryopteris nigra, eſt Paronychia prima Matth. ſiue Ruta muraria.

Drypis Theophraſti, Ang. & ex eo Lob. Lugd. Tab. Drypis ab Anguillara deſcripta, fortè Ceanothus Col Græcis δρυπὶς.
Drypis dicitur à verbo græco δρύπτω lacero, vel lanio: hinc herba ita nuncupata quod aculeis ſuis attrectantes, & colligere volentes vulneret, & laceret.

Drypis Lugd. eſt Carduus aucnarius, Lonic. Carduus ſpinoſiſſimus ſegetibus frequens, C. Bauh.
Drys eſt quercus, & Dryos hyphear, genus viſci copioſiſſimè in quercu naſcens, vt dicemus in ſecunda parte Phytologiæ.
Droſera, & Droſium, lege Alchimilla vulgatis.
Droſion recentiorum, eſt Rorida, ſiue Ros Solis.
Droſomeli, ſiue mel roſcidum, lege Manna in ſecunda parte Phytologiæ,
Drupa, & Drupæ ſunt baccæ oliuarum maturitate nigreſcentes, & ab arbore mox caſuræ, vt in ſecunda parte Phytologiæ demonſtrabimus.
Dudaim in Biblijs, eſt arbor Palmæ ſpecies, vt dicemus in ſecunda parte Phytol.
Dulcichinum, lege Cyperus eſculentus, ſiue Traſi.
Dulcamara, & Dulcis amara, lege Amara dulcis.
Dulcis radix, lege Glyzyrrhiza, ſiue Liquiritia.
Dulciſcida Gazæ. lege Aglaophotis Æliani.
Dulepan Cæſalp eſt Lilionarciſſus polyanthos Lobel. Ornithogalum maximum, C. Bauh.
Dullaha Arabum, Cæſalp. eſt Anguria Ægyptia, Anguriæ noſtratibus maiores, cortice flauiore, quæ intus ſemina tantùm, & aquam dulciſsimam continent. Alpinus.
Duracina perſica, & Duracia ob carnem duriorem, ſic nominata quorum corpus ligno adhæret; vt dicemus in ſecunda parte Phytologiæ.
Duracinæ vuæ dicuntur à duris acinis, de quibus in ſecunda parte Phytolog.
Duriacon fructus in Iaua Pomo ſimilis fructu caſtaneæ aſperiore cuius hiſtoriam in ſecunda parte Phytologiæ paucis verbis exponam.
Duriaonen fructus Batan arboris, vt dicemus in ſecunda parte Phytolog.
Durion, & Duriones Acoſtæ, fructus ſimiliter arboris, de quibus in ſecunda parte Phytologiæ.
Durungi, ſiue Durunigi, lege Doronicum maius.
Dutroa, Durtoa, Hiſpanis, lege Datura Turcarum.

E



Banos Acostæ est lignum pretiosissimum, quod in Hispaniā vehitur, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Ebenus, & Hebenus rara arbor, cuius Historiam in secunda parte Phytologiæ pingui minerua tractabo.

Ebulus, siue Sambucus humilis in secunda parte Phytolog. non incuriosè hanc historiam percurram.

Ebiscus, siue Ibiscus, lege Althæa.

Ecbolas, adis est Ficus faciens abortum ab ἐκβάλλω eijcio, hinc Ecbolia medicamenta, quæ fœtus mortuos eijciunt.

Echinastrum à nonnullis nuncupatum fuit Geranium tuberosum, referente Codoneo, forsitan quia habet radicem tuberosam, & rotundam ad instar Echini animalis conglobati, & in se conuoluti.

Echinomelocactos, Lob. ico. Ad. Clus. Melocactos Eyst. Melocactus Indiæ occidentalis, C. Bauh. Melocarduus echinatus Penæ, Lugd. Tab. Ger. est Carduus exoticu, ex Melone, & Carduo compositus.

Echinophora maior platyphyllos purpurea, Col. Caucalis aruensis echinata latifolia, C. Bau. an Caucalis saturè rubente flore, Clus. hist. Echinus herba Gal.

Echinopoda Cretica, Echinopoda Plutarchi, & Athenei Hon. Belli epist. 2. ad Clus. est Genista spartium spinosum aphyllon alterum C. Bauh.

Echinopoda Cretica Ponæ est Asparago aculeato affinis, triplici semper spina, C. Bauh.

Echinopus, Ges. hor. lege Carduus sphoerocephalus latifolius vulgaris.

Echinion à nonnullis Hippophaes appellatur, sed inter nothas appellationes recensetur.

Echinus in plantis dicitur; quicquid numerosa congerie aculeorum stipatur, siue tegmen, siue caput, siue cacumen, sic dictus, quod globoso spinarum agmine Erinaceum animal mentiatur.

Echinus id est Tragacantha altera Alpini Caloscirrida Greci nominant teste eodem.

Echinus herba, Gal. lege Echinophora maior platyphyllos purpurea.

Echioides lutea minima Apula campestris, Colum. est Echium luteum minimum, C. Bauh.

Echioides parua alba amphibia, Col. est Echium pumilum album,

De Echio. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Echion medicamentum quoddam, apud Plinium, ita dictum à vipera, quam Greci ἔχιν vocant: Viperam enim viuam in fictili nouo comburere, addito fæniculi succo ad cyathum vnum, & thuris manna vna, atque ita oculorum suffusiones, & caligines inungere vtilissimum est medicamentum. Item Echion est herba de qua in præsenti.

Echium vulgare, Matth. Lob. Dod. Cast. Lugd. Lac. Ges. Bauh. Echium, siue Alcibiacum, Dod. gal. Echium, Buglossum agreste, Ad. Echium floribus purpurantibus rubellis, Lob. Anchusa syluestris Thal. Buglossum syluestre, Lon. Buglossum viperinum, Alijs Lycopsis, Cord. in Diosc. Pseudanchusa, Enchusa, & Dorion à quibusdam appellatur Echis, & Echin. Italis Echio. Græcis ἔχιον ἢ ἀλκιβιάδιον.

Echium dictum volunt, quod contra viperarum ictus sit vtile; nam Græcis ἔχις, ἔχιος est vipera mas, ἔχιδνα est vipera fæmina, vel quod florescat capitulis viperæ simi-

ECHIVM HISPANICVM

Flore purpureo, folio aspero tuberculis rubris insignito.



) similibus: vel quòd semina viperino capiti similia producat. [Alcibiacum fortè dictum ab Alcibio, seu Alcibiade quodam, qui cum à serpente ictus esset, hac herba plagæ imposita sanatus est.

Echium flore albo, Cam. ep. Matth. & hor. est Echium maius, & asperius flore albo, C. Bauh.

Echium palustre, Cordo, Thal. Echium Scorpioides palustre, C. Bauh. Scorpioides tertium maius, Dod. Eyst. Auricula muris, Matth. Dod. gal. Lac. Cast. Lugd. Myosotis Scorpioides partim repens, partim erecta Lob. ico. Scorpioides aquaticum, vel palustre, vel ceruleum, Ges. hor. Euphrasia cærulea, Trag. Tab. Ger. Cynoglossa maior, Brunf. Heliotropium maius, in palustribus, Cæs.

Echium Scorpioides aruense, C. Bauh. Echium minimum, vel Buglossum, Col. Alsine myosotis, siue Auricula muris cærulea, Tab. Scorpioides tertium minus Dodonei, Eyst. Scorpioides aquaticum, Ges. hor. Pilosella flore cæruleo, Ger. Heliotropium erectum Eidem. Heliotropium minus alterum, Cæs. tertium, Tab. Myosotis hirsuta reptans, Ad. Lob. Nominum Etyma, lege suo loco. In antecedenti pag. figuram exibemus Echij Hispanici flore purpureo donati, folijs crassiusculis, & asperiusculis, tuberculis rubris decoratis. Plantam hanc in Horto coluimus, cuius descriptionem in secundo Tomo partis primæ Phytologiæ Lectoris oculis subijciemus.

Edera arborea, lege Hedera arborea.

Edera terrestris, lege Hedera terrestris vulgaris.

Edera trifolia, & quinque folia Canadensis Iacobi Cornuti à nonnullis Vitis trifolia, & Quinquefolia Canadensis appellatur.

Edor ab Antiquis appellatum fuit Far, quod postea Ador vocauerũt, lege Adoreum.

Egano fortè Ebeni secunda species Theoph. lege Anagyris in secunda parte Phyt.

Eghelo, Dod. arbor est, de qua in secunda parte Phytolog. fiet mentio.

Eglenterium, rosæ caninæ species, vt dicemus in secunda parte Phytolog.

Egoletron, lege Ægoletrum.

Elaphoscorodon, lege Allium vrsinum.

Elaphoselinum nonnullorum, est Apium montanum folio ampliore.

Elaphoboscum satiuum, Tab. lege Pastinaca domestica Matth.

Elaphoboscum, Matth. Dod. Cast. Lac. Elaphoboscum erraticum, Tab. lege Pastinaca syluestris latifolia.

Elaphoboscum nigrum Lon. est Libanotis nigra, Dod. Ges. hor.

Elate, Palmæ species, quam Alij Spathen appellant, lege in secunda parte Phytol.

Elaterion, Elacterium, & Elatherium, siue Cucumer Elaterij, lege Agitatorum Gazæ.

De Elatine, siue Veronica fœmina, Synonyma, & Etymum.

Elatine Dioscoridis, Ad. Lob. Elatine prima Tab. altera, folio rotundo Thal. Elatine folio subrotundo, C. Bauh. Veronica fœmina, Matth. Fuchs. Ges. hor. Tur. Dod. Lon. Cæs. Cast. Lugd. Cam. Ger. Verbascum quorundam Lugd.

Elatine dicitur forsan à verbo græco ἐλάτινος quod significat abiegnus fortè quia Elatine Abietem resipiat. An quod planta iucundum quemdam odorem, qui palmeum vnguentum referat emittat: cum Elate Palmæ sit species? Veronicæ etymum lege suo loco.

Elatine Matth. Cast. Lugd. recta Lob. Elatine folio acuminato Thal. Elatine altera Dod. Lob. ico. Tab. Ger. Elatine folio acuminato in basi, flore luteo, C. Bauh, Linaria hederulæ folio Col.

Elatine tridactylites est Alsine omnium minima, ita dicta, nimirum tripollicaris, vel trium digitorum magnitudinem æquans.
Elatine tertia Taber. lege Aphaca, Ad.
Elatine Trag. Lon. lege Cynoglossum minus.
Elatine Dod. gal. Lac. Thal. prior Lugd. lege Alsine hirsuta Cam.
Elatine polyschides, lege Alsine folio Veronicæ.
Elæagnon Theophrasti, lege Vitex siuè Agnus Castus in secunda parte Phytol.
Elæagnus Matth. ep. Cam. ep. lege Olea Bohemica in secunda parte Phytol.
Elæagnus Dalechampij est Salix folio longissimo vtrinque albido, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.
Elæagnus Cordi, & Bellonij, est Rhus Myrtifolia Belgica de qua in secunda parte Phytologiæ.
Elelisphacos, est Saluia maior apud nonnullos à σφάκος quod exponitur Saluia.

Elemi, lege Gummi Elemi, seu Resina in secunda parte Phytologiæ.

Elephantosis apud nonnullos, referente Dodoneo est Arcium, siue Lappa maior.
Elæomeli in Syriæ maritimis ex arboribus manare Authores affirmant, & in secunda parte Phytologiæ apertius, & clariùs effabor.
Elæostaphylos fructus est ex olea in vitem inserta, vt in secunda parte Phytologiæ, agam haud obscurè.
Eleoselinum, lege Apium palustre.
Eleotrepton selinon idem quod Eleoselinon, lege Apium palustre.
Elæophyllum, Græcis ἐλαιόφυλλον dicitur oleæ folium, & est etiam herba oleæ quodammodo similia habens folia.
Elephas Campoclarensium, Col. Scordio affinis C. Bauh. ita appellatur Elephas ob florem: Elephantis quippe rostrum, cum capite perbelle exprimit.
Elepirnos Cretensium, Bellonio arbor est, cuius historiam in secunda parte Phytologiæ summatim exprimam.
Elhanne Alpini frutex, lege in secunda parte Phytologiæ.
Elhaire nonnullis, arbor, de qua in secunda parte Phytologiæ.
Elica, Græcis ἕλιξ est clauiculus, siue Coliculus, lege Capreolus.
Elicano, frutex est exoticus, qui Buna à nonnullis appellatur.
Elichrysum, lege Helichrysum.
Eliotriphyllon, est Trifolium paludosum, nempe in locis palustribus nascens.
Elisfoth barbara vox est, & per eam Gladiolum herbam intelligunt.
Elix, lege Ilex in secunda parte Phytologiæ.
Elixir ex plantarum partibus, vtpote radicibus, herbis, floribus, seminibus, fructibus, lignis, resinis, & similibus educitur, & halitu potius liquorem quemdam, quam aliquid aliud repræsentat: hincq; sibi nomen Elixir vendicat, ab eliciendo fortassis dictum.
Elium apud nonnullos est Lilium marinum, scilicet Pancratium marinum Scillæ species.
Elleboracea herba, est Aconitum luteum vnifolium, siuè Aconitũ hyemale nonnulli.
Elleborine, Cæs. est Aconitum vnifolium luteum bulbosum, ita nuncupatum, quia folia ad similitudinem Hellebori nigri producat.

Elle-

Elleborine recentiorum, lege Helleborine, siue Epipactis.
Elleborus, lege Helleborus.
Elleboraſtrum, lege Helleborus niger tenuifolius Buphtalmi flore.
Elpha eſt ſpartum herba, id eſt Gramen ſparteum, apud Hiſpanos hoc nomine decoratum.
Emblici, ſiue Emblegi ſunt Myrobalani, de quibus in ſecunda parte Phytolog.
Emerocallis, lege Hemerocallis.
Emerus vulgò Cæſ. lege Colutea ſcorpioides in ſecunda parte Phytologiæ.
Eminon apud Apuleium appellatur Draconrium, ſed inter peregrina nomina recenſetur.
Empetron phacoides, lege Alypum montis Ceti.
Empetron Ang. eſt Thymelæa folijs Kali lanuginoſis ſalſis.
Empetrum, Ad. ſiue Fœniculum marinum, lege Batis.
Empetrum Tragi eſt Polygonum minus Matth.
Enanthe, lege Oenanthe.
Enchuſa à nonnullis pro Anchuſa, & Pſeudanchuſa nominatur.

De Endiuia, ſiue Intybo. Synonyma, & Etymum.

Endiuia vulgaris, ſiue Intybus ſatiua latifolia, C. Bauh. Endiuia, Geſ. hor. hortenſis, Cam. Intubus, ſiue Endiuia Tragi. Intybus maior ſatiua, ſiue Cichorium domeſticum, Tab. Seris ſiue Intybum ſatiuum latifolium, Ad. Seris, ſiue Endiuia alba, Ang. Geſ. hor. Lob. ico. Intybus ſatiua maior, Caſt. Intybus hortenſis Lac. Intubum, & Seris hyberna Plinio. Intubum ſatiuum latifolium, Fuch. Dod. gal. Lob. Lugd. Intubum latifolium Italicum, Geſ. hor. Intybus ſatiua maior, Caſt. Intubus, Tur. maior Matth. Græcis *σέρις*. Italis Endiuia, & Indiuia.
Endiuia dicitur, quaſi Ediuia ab edendo, quoniam inter olera, eſt olus gratiſſimum, & palato iucundiſſimum. [Intybus, & Intybum, Intyba, & Intuba appellantur fortè à cauo caule, tubæ in modum conformato. [Seris vocata, quia cum hæc planta ſylueſtris eſſet, in hortis oleris cauſa ſereretur, quod verbum à græco *σείρω* manauit Varro. Vel Seris dicta à Syrios canicula, hæc enim eſt ſtella, quæ in maximo æſtu dominatur quo tempore huiuſmodi olere indigemus ad mitigandum, & compeſcendum calorem,

Endiuia, ſiue Intubus minor Matth. Intybus ſatiua anguſtifolia, C. Bauh. Intybus ſatiua minor, Caſt. Intybum ſatiuum anguſtifolium Fuch. Dod. gal. Lugd. Intybus hortenſis alter, Lac. Intybum anguſtifolium Seriola, aut Endiuiola, Ad. Serium, Cichorium ſatiuum minus, Tab. ico. Intybus minor primus, & Intybum minus alterum, Eidem Intybus ſatiua minor, Caſt. Endiuiola, & Seriola appellatur,, quaſi parua Endiuia, & parua Series.

Endiuia criſpa, Ger. Romana criſpa, Cam. Intybum criſpum, Lug. Intybus criſpa Matth. Tab. Seris, ſiue Intybus criſpa, Ad. Criſpa dicitur à folijs laiciniatis, & ſinuatè diſpoſitis.
Endiuia maior Tragi, & Lon. eſt Lactuca folijs Endiuiæ, C. Bauh. Lactuca Intybacea, Tab. Ger. Lactucæ quartum genus Matth.
Endiuiola, lege Endiuia, ſiue Intubus minor.
Endiuia officinarum quorundam eſt Scariola, ſiue Lactuca Sylueſtris.
Enger, lege Anil herba.
Englanteria, Eglenteria, Roſa ſylueſtris eſt folijs odoratis, vt dicemus in 2. p. Phyt.

En neadynamis Polonorum, lege Hepatica alba, siuè Gramen Parnassi.
Enneaphyllon Plinij, lege Helleborus niger fœtidus.
Enneaphyllon dicitur etiam Ranunculus Longifolius palustris, quia longa, & nouena folia habeat.
Ensis, siue Ensiculus, Nonnullorum est Gladiolus, siuè Victorialis.
Ensenda arbor mirabilis in Regno Congi, ficus Indicæ modo nascens, de qua in secunda parte Phytologię.
Enthusicum, lege Ceræfolium.

De Enula Campana, siue Helenio vulgari. Synonyma, & Etymum.

Enula Campana, Brunf. Cam. Inula, vulgò Enula campana Gesf. hor. Enula, Tur. Lon. Cæs. Elenion, Trag. Helenium, Matth. Dod. Lac. Gesf. Lob. Cast. Ad. Cam. Taber. Eyst. & Aliorum. Helenium primum Diosc. Ang. Panax Chironium, Theophrasti, Ang. Cord. Græcis ἑλένιον Italis Enola, Bononiensibus vulgò Liolla. Iella, & Erbella, Cast.
Enula dicitur quasi Elenia, nam Helenium dictum volunt, quòd è lacrymis Helenæ natum sit, & ideò in Insula Helena laudatissimum. Alij quòd contra serpentes ex eò primò ab Helena remedium inuentum sit, & Menelao secum in Aegyptum nauiganti ostenderet. [Alioquin οὖλα apud Græcos est caro gingiuarum, quæ dentes ambit, ab οὖλος tener, mollis, fortè hæc planta ita vocatur, quia habet radicem mollem, & edulem. [Vel ab οὔλιος salutifer, eò quia corporibus, commoda, & salubris radix, ad multa maximè vtilis, & varijs modis parata, vt dicemus in tertio Tomo partis primæ Phytologiæ, quando de virtutibus, & facultatibus huius herbæ verba fient.
Enula Comagenia, lege Costus officinarum amarus.
Enzanda Pigafettæ est arbor Indica admirabilis, vt dicetur in secunda parte Phytol.
Epatica, lege Hepatica.
Ephedra, Plinij, & Ephedron, siuè Vua maritima, lege Anabasis.
Ephemerum non lethale Matthioli, Lugd. Tab. Ephemerum Matthioli ex spurijs appositis plantis esse videtur Columi. Ephemeron, quod aliqui syluestrem Irin appellant, Matth. Lacun. Cast. desc. sed nondum vidimus. Ephemeri verò species est Digitalis rubra apud Columnam. Ephemeri etymum, lege Colchicum Matthioli.
Ephialtia, vel Ephialtion, à nonnullis, dicitur Pœonia, quia valeat contra Ephialtem morbum, Ἐφιάλτης dicitur ἀπὸ τοῦ ἐφάλλεσθαι, nempè, à conscendendo, cum quis somni initio supinus iacens, grandi se mole opprimi atque ab alio inuadi cùm conscensione imaginatur.
Epiacten est Cuscuta, quæ in Ebulo copiosa nascitur.
Epialypon est Cuscuta supra Alypum.
Epilobium, lege Antoniana, siuè S. Antonij herba.
Epimaiorana, dicitur Cuscuta, quæ maioranæ vulgari circumnascitur.

De Epimedio. Synonyma, & Etymum.

Epimedium, Dod. Lob. Lugd. Tab. Cam. Anguil. Lunaria quorumdam. Planta altera in montibus Liguriæ, Cæsalp. Epiminidium, Alijs. Quibusdam Epipetron, & Epimetrum; Græcis ἐπιμήδιον. Italis Epimedio. Lunaria del Core vulgò Boloniæ.
Epimedium dicitur fortè à verbo græco ἐπιμύω, quod est claudo, occludo, quia florem

rem inter folia occultet, & claudat. Vel ἐπὶ μηδία forsan, quia in Media regione frequens oriatur. Col. Epipetron, & Epymetron, appellatur, quasi auctarium, eò quia folia augeantur, supra florem. Lunaria del Core appellatur, quia folia figuram Cordis præ se ferunt.

Epimedium Dioscoridis, Col. est Lunaria racemosa, vel botrytis.

Epimedium Dod. Thal. est Caltha palustris flore simplici.

Epimedium Plinij est Ornithogalum maius spicatum flore albo.

Epimelis Galeni arbor, de qua in secunda parte Phytologiæ.

Epimelis altera Lugd. lege Cotonaster in secunda parte Phytologiæ.

Epimenidæ sunt scillæ marinæ à nonnullis ità vocatæ, nimirum cepæ marinæ.

Epimetrum, & Epipetron, lege Epimedium.

De Epipacte, siuè Elleborine. Synonyma, & Etymum.

Epipactis latifolia Eyst. Epipactis siuè Elleborine, Cam. ep. Helleborine Dod. Ad. Lob. Lugd. Tab. recentiorum secunda Clus. Helleborine latifolia montana, C. Bauh. Sigillum Salomonis, Cæs. Damasonium Calliphyllon, Cord. hist. Satyrium octauum Tragi. Italis Elleborina.

Epipactis dicitur, nam apud Græcos παχτὶς, & πηκτὸς est glacies, siue nix congelata, hinc Epipactis herba, quia nascatur in locis frigidissimis, quasi supra glaciem ἐπὶ enim est supra: [Elleborine dicta, idest paruus, Elleborus ob similitudinem foliorum, quam cum Helleboro albo habet. Aliorum nominum etyma, lege suo loco.

Epipactis angustis folijs, Eyst. Helleborine albo flore, Tab. Ger. Helleborine flore albo, vel Damasonium montanum latifolium, C. Bauh. Alisma quorundam Cord, hist. Alisma cymbalianthemon, Thal. [Cymbalianthemon dicitur eò quia habet florem concauum, & ad modum conchulæ, seu scutellæ efformatum: nam Græcis κύμβος exponitur acetabulum, idest conchula, seu scutella, qua acetum apponitur in mensa ad intingendas carnes, & ἄνθος, est flos.

Epipetron Gesneri, est Vrticæ marinæ species.

Epipolium est Cuscuta in Polio adnata.

Epistoebe est Cuscuta, quæ stoebe innascitur,

Epithymbrum, Æginetæ, Cord. hist. Epithymbron Cast. & Epithymbra est Cuscuta Thymbræ adnata.

Epithymum, à Romanis Inuolucrum appellatur, ad mentem Nonnullorum quia plantis inuoluatur, lege Cassutha minor.

Equapium Gazæ est Hipposelinum Theophrasti, siuè Smyrnium Diosc.

Equi cauda, lege Equisetum.

Equinalis, Equiselis, & Equisetis, lege Equisetum.

Equition à Nonnullis appellatur, Equisetum minus.

De Equiseto, siuè Cauda equina. Synonyma, & Etymum.

Equisetum primum, Matth. Lac. Ang. Cast, Lugd. Equisetum maius, Dod. gal. Lob. ob. Ger. Equisetum, & Hippuris prima Diosc. Tab. Equisetum palustre longioribus setis C. Bauh. Hippuris maior Brunf. Dod. Arnoldo Hipposeta. Caucon Plinij, Ang. Cauda equina, & equi cauda, Alijs, Equinalis, Equiselis, Equiseta, & Equisetis Nonnullis, & Pilus terræ, equinę setæ similis. Aliquibus Asprella, & Herba caballina. Italis Coda di Cauallo, Bononiensibus Gouoni. Græcis ἱππουρίς.

Equi-

Equisetum dicitur, & Cauda equina, eò quia folia setis equinis similia producat. Hippuris verò appellatur, nam Græcis ἵππος est equus οὐρὰ est cauda, id est cauda equina. Caucon vocatur quasi Chaunon, à laxa, & fungosa materia ex qua herba constat, Græcis enim χαῦνος est laxus, & fungosus. Asprella nuncupatur, quia tota planta ad tactum aspera, & scabra persentitur.

Equisetum palustre breuioribus folijs polyspermon, C. Bauh. Equisetum tertium, Cæs. Cauda equina fœmina, Ger. Polygonum fœmina Dioscoridi πολύγονον θῆλυ. Poligoni tertium genus, quod Oreon. Plin. Polygonum fœmina Matth. Eric. Cord. Ges. Ang. Lac. Cast. Lugd. Sanguinalis fœmina, Cord. in Diosc. Limnopeuce, Cord. hist. Polygonum fœmina semine vidua, Ad. Lob. ico. Polygonum fœmineum, Thal. [Sanguinalis appellatur à facultate quam possidet, quia sanguinem è naribus erumpentem sistit, & sanguinolenta vulnera glutinat. [Limnopeuce nominatur à loco natali, eò quia nascatur secus aquas in locis lacustribus, & paludosis; & à similitudine quam habent folia cum Pini, vel Piceæ folijs; nam Græcis λίμνη est stagnum, palus λιμναῖος paluster, lacuster, & πεύκη picea. [Polyspermon vocatur, quòd aliquando ad singulas articulorum commissuras dena, & plura semina adnascuntur; hinc Polyspermon dicta πολὺς enim apud Græcos est multus, σπέρμα verò est semen.

Equisetum alterum Matth. Cæs. Lac. Lugd. Equisetum longius Dod. gal. Equisetum palustre maius, Tab. Equisetum pratense longissimis setis C. Bauh. Hippuris maior, Thal. Hippuris fontalis, & Equisetum secundum Diosc. Lob. Hippuris, & Equisitum, Ges. cat. Hippuris altera Trag. Ama.

Equisetum segetale, Ger. Equisetum alterum, Cord. in Diosc. Lob. ico. Equisetum aruense longioribus setis, C. Bauh. Hippuris aruensis maior Tab. Hippuris altera, Ges. Cat. Hippuris minor Trag. Dod. Thal. Hippuris segetalis maior, & cauda Catti Gasp. Scuuenchfelt.

Equisetum nudum, Ger. Equisetum iunceum, Tragi, Lugd. Equisetum folijs nudum non ramosum, siuè iunceum, ἵππουρις ἄφυλλος C. Bauh. Hippuris sine folijs, & nuda, Tab. Hippuris maior Trag. maior, altera, Lon.

Equisetum fœtidum sub aqua repens C. Bauh. in Prodr. Equiseti quintum genus minimum Lugd. Equisetum Pini folijs simile apud Plinium, & Hippuris minima à Diosc. non descripta Dalech. in Plinium.

Equisetum palustre ramosum aquis immersum apud Nonnullos est Millefolium aquaticum Equisetifolium.

Eragrostis apud Nonnullos dicitur Gramen paniculosum.

Eranthemum Dod. lege Adonis recentiorum.

Erauuay Ricini pusillum genus, Clus. exot. Ricinus Americanus minor C. Bauh.

Erebinthos lege Lathyrus satiuus, flore fructuq; albo, siuè Cicercula.

Erechites, apud Nonnullos est Senecio apud Dioscoridem.

Ereuthedanon, lege Erythrodanum.

Ergen arbor folijs Myrti, lege in secunda parte Phytologiæ.

Erica, & Erice frutex eiusque species, in secunda parte Phytologiæ historias exarabimus:

Erica repens Nonnullorum, est Polygonum alterum pusillo vermiculato folio.

Ericoi-

Ericoides rubrum, lege Euphrasia pratensis rubra.
Ericoides luteum, lege Euphrasia pratensis lutea.

De Erigero, siue Senecione. Synonyma, & Etymum.

Erigerum Dioscoridis, ac Plinij. Erigeron secundum, Dod. gal. minus eidem. Senecio minor, Cast. Senecio minor vulgaris, C. Bauh. Senecio vulgaris, & prima Trag. Senecio, Matth. Fuch. Cord. in Diosc. Ang. Ges. Lob. Lugd. Cæs. Carducellus, Alijs. Grecis ἠριγέρον. Italis Senecione Bononiesio corrupto vocabulo Semenzone.
Erigerum dicitur quasi vernus senex, quòd flores Vere capillorum ritu canescant, & in lanuginem abeant. γέρων, γέροντος est senex, ἦρ ἦρος est Ver, quasi vernus senex. Senecio etiam vocatur, propter eamdem rationem, idest senex veris.

Erigeron primum, Dod. gal. maius eidem. Erigeron tomentosum alterum, Lob. Erigeron fætidum, seu maius, Thal. Senecio fætidus, Ges. hor. Lugd. Senecio incanus pinguis, C. Bauh. Iacobea Pannonica prima Clus. hist.

Erigeron tomentosum, & Senecio incana, Lob. Erigerum tertium, Dod. Senecionis species, Dodonei, Lugd. Senecio tomentosa tertia, Tab. Senecio hirsutus, C. Bauh.
Erigeron tertium, Dod. lege Conyza odorata.
Erigion ab Aliquibus pro Aloe nominatur.

De Erinacea planta, siuè humili Genista spinosa. Synonyma, & Etymum.

Erinacea Clus. hisp. & hist. Lugd. Belli. Genista spinosa humilis, Ger. Genistaspartium spinosum, folijs lenticulæ floribus ex cęruleo purpurascentibus, C. Bauh. Genistæ rotundæ alterum genus, Cæs. Spartum aphyllon fruticosum, iunceis aculeis, lanatis capitulis, Ad. Lob. Lugd. Scorpius quartus Taber. Spartium aculeatum aphyllon, eidem.
Erinacea dicitur hæc planta, quoniam Erinaceum animal aculeorum, & spinarum modo prorsus æmulatur. [Genista vocatur forsan à genuum flexibilitate, quia admodum genu sit flexilis, vel quia medeatur genuum dolori cum axungia suilla imposita. [Spartium verò appellatur fortè à verbo Græco σπείρω sero, semino: hinc σπαρτὸς seminatus, seu satu editus, vnde σπάρτον per antiphrasim, quasi non seminatum, quia seminari non potest, sed spontè nascitur. Aphyllon verò nominatur, idest sine folijs.
Erinaceus Lusitanorum, Arbor Indica, & fructus pomi ferè magnitudine aspera, & spinosa cute tectus, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.
Erineon apud nonullos pro Asphodelo ponitur, quasi Heroin, lege Asphodelus.

De Eryngio. Synonyma, & Etymum.

Eryngium vulgare, Cam. Dod. gal. Bauh. Eryngium montanum, siuè campestre, Matth. Cast. Lugd. Eryngium campestre, Dod. Cast. Vulgare Clus. hist. Eryngium campestre mediterraneum, Ad. Lob. Eryngium mediterraneum, Tur. Ges. hor. Ger. Eryngium, Fuch. Ang. Cæs. Tab. & aliorum, Iringus officinarum. Centum capita, & Capitulum martis Aliquibus, sed inter nomina notha collocatur. Græcis ἠρύγγιον, & ἤρυγη. Italis Eringio, & Rinzo.

Eryn-

Eryngium dicitur, quasi ἠρύγγιον; exponitur enim apud Græcos ventosa per os efflatio, quam ventositatem generant radices Eryngij comestæ, ἠρυγὴ Latinis est ructatio: inquiunt enim quòd Capræ, quæ morsu surculum Eryngii præciderint, vel degluriuerint cunctum gregem, quasi stupore attonitum sistunt, donec Eryngium ructu reiecerint. [Centum capita appellatur, eò quia caulis in complures alas diuisus numerosissima promit capitula spinosa, & horrida, & propterea capitulum martis dicitur.

Eryngium marinum, Matth. Dod. Ang. Tur. Ad. Lob. Cast. Lugd. & Aliorum. Eryngium maritimum, Gesf. hor. & Bauh. Eryngium rotundo folio Colum. Glyzyrrhiza spinosa, Lacunæ, est & Eryngium Borussicum dictum, quod in Borussia spontè nascitur locis maritimis.

Eryngium montanum cæruleum, Ad. Col Eryngium totum cæruleum, Cam. hor. Eyst. Eryngium caule, & flore cæruleo, Ang Eryngium montanum amethystinum, C. Bauh. Eryngium aliud in montibus, Cæs.

Eryngium montanum minimum capitulo magno, lege Carduncellus Penæ.

Eryngium planum, Matth. Cast. Lugd. Eryngium Pannonicum latifolium, Eyst. Clus. pan. Latifolium primum, eidem hist. Eryngium latifolium planum, C. Bauh. Eryngium spurium primum Dod. [Planum dicitur, idest læue, siuè non asperum.

Eryngium montanum tenuifolium ambitu profundè sinuatum, Lob. Eryngium aliud montanum, Dalechampij, Lugd. Eryngium magnis, latisque capitulis, Gesf. hor. ap. Eryngium alpinum cæruleum, capitulis Dipsaci, C. Bauh. Herba peregrina folijs Acanthi, Cæs. Eryngium capite Dipsaci, nobile dictum Gesnero, Cam. Eryngium Spurium primum Ger. ico.

Eryngium aruense folijs serræ similibus, & Eryngium montanum recentiorum, lege Chrithamus agrestis, Tragi.

Eryngium luteum Monsp. lege Ascolimbros.

Erinus Latinis, Græcis ἤρινος. Authores, circa hanc plantam varia dicunt, nam Erinus, Cæs. & Columnæ est Rapunculi minimi species. Erinus, vel Caprificus, Nicandro, & Plinio, est Esula dulcis, Tragi, vel altera Esula syluestris eiusdem, Aduers. Erinus est Ocimum, siuè Basilicum aquaticum, Cast. Erinus est Hieracium Sabaudum latifolium, Guiland.

Erinus dicitur, quia ἐρινεὸς, siuè ἐρινὸς est Caprificus arbor, & quoniam hæc planta more ficus lactescit, idcirco Erini nomine fuit decorata.

Erinus Matth. est Hieracium frutescens Latifolium polyanthos, Eyst. Hieracium fruticosum latifolium, hirsutum, C. Bauh. Lactaris Plinij, & Militaris Galeni, Guil.

Eriophorus, lege Bulbus Eriophorus Orientalis.

Eriophorus Nonnullorum, est Bombax, siuè Gossipium; etymum inuenies in Bulbo Eriophoro.

Eriphion est Fumaria tuberosa radice caua.

De Erysimo, siuè Irione. Synonyma, & Etymum.

Erysimum vulgare, Erysimum nostrate, Thal. primum, Tab. Erysimum Dioscoridis, Dod.

Dod. gal. Ger. Erysimum, Synapi sylvestris species, Ges. hor. Irio, Matth. Lac. Lugd. Lon. Cæs. Irio, siue Erysimum, Ad. Lob. Dod. Cast. Synapi alterum genus syluestre, Fuch. ico. Chamæplium nonnullis referente Dodoneo. Hierobotane fœmina Brunf. Verbena fœmina, & Sinapi septima, Tragi. Cleome Octauij, Ang. Græcis ἐρύσιμον. Italis Erisimo, & Irione.

Erysimum dicitur ἀπὸ τοῦ ἐρύειν idest à multiplici foliorum sectione: alijs ἐρυσιμον, quasi ἐρίτιμον, quod minimè pretiosum, & nobile sit: alijs ἀπὸ τοῦ ἐρύειν, quod ob suam caliditatem trahendi facultate præditum sit, nam Græcis ἐρύω, exponitur traho. [Irio nuncupatur fortè ab irruendo, Latini dixerunt, quod ignea vi, & feruido sapore præditum irruat in gustum, ideo à nonnullis Sinapis syluestris appellatur, Sinapi etymum, lege suo loco. Hierobotane etymum, lege Verbena.

Erysimum verum Ang. Erysimum polyceration, vel corniculatum C. Bauh. Irio alter, Matth. Lugd. Cam. Dentilaria alia, Irio aliquibus, Ges. hor. Irionis tertia species, Cæs. [Polyceration dicitur, idest multa habens cornicula, nam Græcis πολὺς est multus, κεράτιον est corniculum, siliqua, folliculus à corniculi similitudine.

Erysimum latifolium maius glabrum, C. Bauh. Irio Apulus alter læui folio Erucæ, Colum.

Erysimo similis læuis laciniata floribus luteis, lege Barbarea minor.

Erysimum Theophrasti, & cereale, lege Frumentum Sarracenicum.

Erysimum, Cam. Cast. est Rapistrum aruorum, Lob. Ad.

Erysimum verum, Lugd. est Eruca syluestris Fuch. & palustris minor, Tab.

Erysisceptron, à nonnullis Aspalathus appellatur: vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Erisitales, Ang. Lugd. flore luteo folijs Achanti, est Carduus pratensis folijs tenuibus laciniatis, C. Bauh. [Erisitales dicitur forte à verbo θάλλω vireo pullulo, ἐρι est particula, quæ in compositione intendit, & auget significatum; ἐρίθαλης significat valdè virescens, hinc herba ita appellata, quia plurimum germinet, & pullulet.

Erithales, lege Aizoum minus.

Erythranon hederæ genus, à colore rubro àcinorum ita appellatum.

Erithace, est Sandarachæ species, vt dicemus in secunda parte Phythologiæ.

Erythrodanum marinum, Lugd. est Rubia marina Narbonensium, Ad. Lob. Dod. Clus. hist. Tab. Rubia maritima, Cæs. [Erythrodanum dicitur propter ruborem radicis, eò quia habet radicem rubram ἐρυθρὸς enim apud Græcos est ruber.

Erytrolapathum est Lapathum sanguineum.

Erythros, lege Rhus, siue Sumach in secunda parte Phytol.

Erythronium, est Dens canis, siue caninus, species est etiam Orchidis, lege Orchis.

Erizambach Arabum, lege Asphodelus luteus.

Erogeton, Semperuiui species, lege Aizoum.

Ermellinus, Cæsalp. arbor est, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Erraticæ dicuntur plantæ, quæ sua sponte natæ omni humano cultu carent, nullaque olitoris lege coercita liberè vagantur, & errant, vt Papauer erraticum, Intubus erraticus, &c.

Eruanda, arbor in Regno Congo de ea in secunda parte Phytologiæ quid sentiam paucis explicabo.

Eruanga Gazæ apud nonnullos est Smilax læuis minor, siue Conuoluulus minor aruensis.

Eruangina, est Orobanche legumen apud Nonnullos.

Erucago Apula, Col. est Phyteuma Monspeliensium, Ges. Ad. Lob. Narbonensium, Lugd. Rhesedæ affinis, Phyteuma, C.Bauh. Sesamoides paruum Lac. tertiū, Cæs.

De Eruca satiua. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Eruca vermis est genus, qui olerum folia rodit: Est etiam herba de qua in præsenti.

Eruca satiua, Matth. Lac. Lob. Dod. Lugd. Eruca folio latiore, Cæs. Eruca maior, Cam. Eruca latifolia alba, satiua Dioscoridis, C. Bau. Eruca Brunf. Cord. in Diosc, Ang. Ges. hor. Cast. Eruca, siue Rucula maior, Trag. Sinapi hortense, Tur. Dod. gal. Lugd. ico. Erucula maior, Cord. hist. Sinapis alterum genus Fuch. Herba salax, Alijs. Græcis εὔζωμον. Italis Ruchetta, & Ruccola.

Eruca dicitur fortè ab erodendo, quod vellicando linguam; quasi erodat, nam si degustaueris eam os, & linguam satis acriter vellicat. Alij sic nominatam putant, quod vrendi licentiam nanciscatur quasi dicas Vrucam, V in E versa littera. Vel Erucam, quasi Esucam ab edendo dictam, nam facta S in R conuersione postmodum Erucam appellatam. [Vel ab Eruca animali dicta, eò quia folia semper erosa, & perforata videantur, & ab Erucis demorsa appareant: vel quia hæc insecta suo decursu spinosum quemdam gyrum efformant, Erucæ herbæ lacinias foliorum apprimè referentem. [εὔζωμον appellatur, nam ζῶμος est ius, seu liquor eorum, quæ cocta sunt adiectis condimentis: hinc εὔζωμος, habens gratiam in condiendo iure, vnde Eruca ista nuncupata propter hanc rationem, nempe ob suauitatem, quæ in condiendis obsonijs inest. Herba salax dicta, eò quia genitale semen auget, & Venerem excitat, nam ex humore salso citatur libido.

Eruca marina, Eruca Cakilida dicta, Eruca maritima Italica siliqua hastę cuspidi simili, lege Cakile Serapionis.

Eruca palustris Lugd. Eruca lutea latifolia, lege Barbarea Dod.

Eruca syluestris, Fuch. Tur. Lugd. Eruca syluestris minor luteo paruoq; flore Bauh. Eruca palustris minor, Tab. Sinapi palustre Ger. Erysimum verum Lugd.

Eruca muralis, Lugd. lege Arabis, seu Draba altera.

Eruca Nasturtio cognata tenui folia, Lob. est Nasturtium syluestre Erucæ affine, C. Bauh. Nasturtium syluestre Clus. hisp. & hist. Lugd.

Eruca peregrina, Clus. hisp. & hist. Lugd. est Leucoium marinum Patauinum, Lob. Leucoium marinum luteum maius, Tab. Ger. Leucoium incanum siliquis rotundis, C. Bauh.

Eruca cinerea, lege Cineraria, siue Artemisia marina.

Eruca peregrina, & Eruca Cantabrica nonnullorum est Rheseda.

Eruca syluestris Matth. Dod. Lob. Cast. Tab. Ger. Erucæ genus sponte nascens. Cæs. Eruca syluestris maior lutea caule aspero C. Bauh.

Eruilium Cæsalp. lege Clymenum Matth.

Eruilia, siue Ochrus, Lugd. lege Pisum minus Matth.

Eruilia, Ad. Lob. & Eruilia syluestris, Dod. lege Ochrus.

Eruum, Ges. hor. Guil. siue Mochus, Cast. Tab. verum Camer. lege Orobus, siue Eruum Matth.

Eruum Album satiuum, Fuchsij, & Eruum Laeunæ, lege Lathyrus satiuus flore fructuque albo.

Eruum candidum vel Faba Veterum, Trago. Est Vicia alba, Anguil. & Vicia satiua alba, C. Bauh.

Eruum syluestre, Fuchsij, lege Cicercula Turner.

Eschara coralloides, Clus. exot. est Corallinæ species.

Escu-

Esculus Plinij, arbor est, de qua in secunda parte Phytologiæ.
Eglentina purpurea nonnullis, lege Balsamum alpinum.
Eglentina Alijs est, Cynorrhodos montana, lege in secunda parte Phyt.

De Esula siue Pityusa, Synonyma, & Etymum.

Esula maior Cæsalp. Esula vulgaris maior, & quinta Tragi. Pityusa Esula vulgò dicta, Gef. hor. Pityusa, siue Pinea, Esula minor Officinarum, Ad. Lob. ob. Tithymalus folijs pini, fortè Dioscoridis Pityusa C. Bauh. Tithymalus pinea, Alijs. Tithymalus cupressinus, secundus, Tab. Ezula Aliquibus. Alscebra, aut Alscobra, & Scebra Arabum. Turbith. nigrũ Nonnullis. Esula Camæpytis Nic. Myrepf. Italis Esula.
Esula dicitur fortè, quasi Edula nempe edulis, eo quia inter omnes Tithymalorum species sit placidissima: vel ab origine Arabica, vt aiunt, Esula, vel Ezula deducta. [Pityusa verò dicta, nam πίτυς est Pinus apud Græcos, & quoniam hæc herba habet folia Pini folijs simillima, ideò Pityusa appellata, vel quia in Pinetis copiosissimè crescat, sic denominata. Tithymali etymum, lege suo loco.

Esula maior, & secunda Tragi. Esula maior Dod. Lugd. Esula maior Germanica, Ad. Lob. Lugd. Pityusa maior, Cord. in Diosc. Pityusa grandis; Thal. Tithymalus fruticosus Germanicus palustris, Cam. Tithymalus palustris, Cæsalp. Tithymalus maximus fortè Taber. Tithymalus palustris fruticosus, C. Bauh.

Esula dulcis, Trag. Gef. hor. Lon. Lob. ob. Lugd. Pityusa, siue Esula minor altera floribus rubris, Lob. Lugd. Erino cognata herba, Gef. hor. Ad. Tithymalus montanus non acris C. Bauh.
Esula Indica, & Syriaca, lege Apocynum Syriacum.
Esula rara è Lio Venetorum, Ad. Lob. Lugd. Tithymalus maritimus purpurascentibus floribus C. Bauh. Tithymalus corniculatus ex Lio Veneto, Alijs. Alypum fortè Anguil. Pityusæ species, Venetis. Turbith nigrum Nonnullis.
Esula rotunda, lege Peplus.
Ettalch, siue Etlach Scalig. Iuniperi species, vt dicemus in secunda parte Phy.
Etymodrys, quærcus species, de qua in secunda parte Phytol.
Euboicæ glandes, Castaneæ dicuntur, vt dicemus in secunda parte Phytol.
Eufragia, & Eufrasia, lege Euphrasia.
Eugeniæ vuæ, à generositate, sic dictæ, de quibus in secunda parte Phytol.
Eumeces Balsami genus vt in secunda parte Phytologiæ cap. de Balsamo verba locupletiora proferam.
Eunuchion, & Spadonium, εὐνούχιον à Pytagoreis dicitur quædam Lactucæ species, quia Veneri refragetur.
Euonymus, arbor est de qua in secunda parte Phytologiæ.

De Eupatorio cannabino Synonyma, & Etymum.

Eupatorium cannabinum vulgare, C. Bauh. Eupatorium vulgare, Matth. Tur. Dod. Lugd. Cast. Eupatorium adulterinum, Fuch. Eupatorium Auicennæ creditum, Ang. Gef. hor. Lac. Cam. Eupatorium aquaticum, Gef. col. Cannabina aquatica mas, Lob. siue Eupatorium mas, Colum. Trifolium ceruinum aquaticum, Gef Lon. Pseudohepatorium mas, Dod. gal. Thal. Herba S. Kunigundis, Trag. prima, Tab. Origanum palustre Gasp. Scuuencfelt. Terzola Sardis. Græcis εὐπατόριον. Italis Cannabina.

Eupatorij etymum, lege supra Agrimonium. Cannabina dicitur propter foliorum cum vera Canna bi similitudinem. Pseudohepatoriũ vocatur, idest falsum Eupatorium. Terzola nuncupatur, quoniam in febribus tertianis fugandis sit mirabilis.

Eupatorium Cannabinum fœmina Septentrionalium, lege Bidens folio non dissecto.

Eupatorium odoratum, C. Bauh. Eupatorium Dioscoridis odoratum, Cast. Eupatorium alterum odoratum, & aromaticum Colum. Agrimonia odorata, Cam.

Eupatorium Græcorum, à Nonnullis appellatur Lappula hepatica, lege Agrimonium.

Eupatorium Mesuæ, Matth. Trag. & Aliorum, lege Ageratum, Matth.

Eupetalon à Nonnullis Daphnoides, siue Laureola appellatur.

De Euphorbio, & Anteuphorbio. Synonyma, & Etymum.

Euphorbium, Dod. Lugd. Lob. Lon. Taber. Gezar. Euphorbia Cord. hist. Euphorbia dicitur herba, succus verò Euphorbium nominatur. Græcis εὐφόρβιον. Italis Euforbio.

Euphorbium ab Arabibus, & alijs nationibus, ita appellatum; vel vt alij volunt, ab Euphorbo medico Regis Mauritaniæ inuentore. [Anteuphorbium verò dictum: nam Græcis ἀντὶ est præpositio significans aduersus, contra: hinc herba sic appellata, quia nascitur iuxta Euphorbium. Vel ab ἀντιάω occurro, vel quia ἀντίος est aduersus contrarius, cum contrarijs Euphorbio qualitatibus constet, hoc enim aduersus Euphorbij acrimoniam indigenis remedio esse fertur.

Euphorbij arbor cerei effigie, lege in secunda parte Phytol.

De Euphrasia, Synonyma, & Etymum.

Euphrasia, & Eufrasia, Dod. Lob. Lugd. Tab. Fuch. Lac. Ges. Ad. Euphrasia vulgaris, Lon. Euphrasia Argentinensium, vel secunda, & sexta Tragi. Euphrasia officinarum, C. Bauh. Eufragia, Matth. Ang. Cæs. Gast. desc. Eufragia altera maior, Thal. Euphragia alba, Brunf. vulgaris, Col. Euphragium quibusdam Ophthalmica, siue Ocularia. Eric. Cord. Germanis Oculorum solatium Ocularis Aliquibus. Adhil, & herba Adil in Antid. Græcis εὐφροσύνη. Italis Eufragia, & vulgò Luminella.

Euphrasia dicitur, nam Græcis εὐφρόσυνη est lætitia, hilaritas, animi voluptas; hinc herba ita appellata, quia exhilaret mentem, & spiritus, & quoniam oculus est pars valdè spiritalis, hinc non est mirum, si Euphrasia respiciat oculos. [Ocularis, & Ophtalmica appellatur propter eamdem rationem, nam apud Græcos ὀφθαλμος est oculus.

Euphrasia pratensis rubra, G. Bauh. Euphrasia altera, Dod. Lob. Lugd. Col. Crateogonon Euphrosyne, Ger. Ericoides rubrum Thal. Odontites, Tab. Cristæ alterius generis prima Cæs.

Euphrasia pratensis lutea C. Bauh. Euphragia syluestris maior lutea angustifolia, Col. Sideritis pratensis lutea Lugd. Odontites secunda flore luteo, Tab. Ericoides luteum, Thal. Cristæ alterius generis altera, Cæs.

Euphra-

Euphrasia maior, Lon. Euphrasia gramen Trag. est Gramen floridum, Cam. in Matth. siue Gramen alterum, Matth.

Euphrasia cærulea, lege Echium plaustre.

Euphrosyne, lege Euphrasia.

Euphrosine nonnullorum, lege Borrago, siue Buglossa.

Euplea, sed rectius Euclea pro Anthirrino apud Aliquos vsurpatur.

Euzomum, & Euzomos lege Eruca satiua.

Exacon, Centaurij minoris species est, ita appellata, quod omnia mala medicamenta exigat per aluum.

Extæ tritici, dicuntur furfures ex crassioribus moliti tritici partibus excussæ, lege Canica.

Exupera, est Verbena communis cæruleo flore apud Nonnullos, sed inter nothas voces reperitur.

Ezula, lege Esula maior.

Faalim

F



Aalim, Theueti Lugd. est Helenio similis planta peregrina, C. Bauh..

Faba vulgaris, lege Bona, siue Phaseolus maior, Dod.

Faba syluestris fructu rotundo atro, lege Bona syluestris, Dod.

Faba minor equina, lege Bona, siue Phaseolus minor, Dod.

Faba purgatrix latissima ex Insula D. Thomæ, C. Bauh. Faba purgatrix Lugd. ico. Phaseolus noui orbis, Lob. Phaseolus Americanus purgans, Tab. Ger. Phaseolus maior, Clus. ad Monard. Lobus crassus ex Insula S. Thomæ, Clus. exot. Cor. D. Thomæ à forma, & quod in Insula D. Thomæ nascatur Clus. ad Monard.

Faba purgatrix Monard. Frag. Lugd. Faba Indica purgatrix, C. Bauh. Phaselus Peruanus Petri de Osma ad Monardem. Fructus peregrinus vndecimus, siue Phaseolus colore Macounæ similis, Clus. exot.

Faba Indica prælonga, C. Bauh. fructus peregrinus, Lugd. Tab. Ger. Fructus peregrinus, vel Phaseolus ex spadiceo nigricans, Clus. exot.

Faba arborescens, C. Bauh. huius differentias in secundo Tomo partis primæ Phyt. proponemus, sicuti, & Fabæ Brasilianæ.

Faba Ægyptia, & Pontica Nonnullorum, lege Arum Ægyptium.

Faba Ficulnea, lege Lupinus satiuus.

Faba Græca Plinio, & Faba Syriaca, Alijs est Lotus Africana latifolia, vt dicemus in secunda parte Phytol.

Faba crassa, & inuersa, lege Telephium vulgare.

Faba fresa apud omnes Authores exponitur faba fracta.

Faba inuersa Tragi, est Anagyris altera, Matth. & aliorum, de qua in secunda parte Phytologiæ.

Faba Maluccana Lusitanorum, lege Anacardium in secunda parte Phyt.

Faba Turcica, est Phaseolus vulgaris apud nonnullos.

Faba inuersa recentiorum, Cæs. lege Halicacabum peregrinum.

Faba Suilla, vel porcina, & Lupina Nonnullorum, lege Apollinaris siue Hyosciamus.

Fabago, siue Siliquastrum Bellonij, Ges. hor. est Siliqua syluestris rotundi folia, vt dicemus in secunda parte Phytol.

Fabago Belgarum, lege Capparis leguminosa.

Fabaria Matth. & aliorum, lege Telephium vulgare.

Fabium à nonnullis Chelidonium maius appellatur, sed inter nothas voces recensentur.

Fabulonia nonnullorum est Apollinaris, siue Hyosciamus, vel (vt alij legunt) Fabulouia, idest Faba lupina.

Fabulum, teste Gellio, & Festo, est Faba maior recentiorum.

Fachanapa Bononiensibus vulgò, est Lotus arbor, de qua in secunda parte Phytol.

Fauago Australis, est Alcyonium secundum Dioscoridis.

Fauarella, lege Chelidonium minus.

Fagara, & Fagaras Auicennæ est Cubebis affinis; Fagara maior, C. Bauh. vt dicemus in secunda parte Phytol.

Fagotriticum, & Fagopyron, lege Frumentum Sarracenicum.

Fagus, est arbor, de qua in secunda parte Phyt.

Fagus Sepiaria, & Fagulus Herbariorum, eius historiam in 2. p. Phyt. ponderabimus.

Far

Far, siue Triticum ruffum grano maximo, lege Adoream Veterum, vbi etymologiam inuenies.
Far antiquissimum, est Zea, vulgò Spelta, Ador posterioribus, & semen Adoreum, Dod.
Far clusinum, Lugd. Far. Gallicum Ruell. est Oryza Germanica Tragi, cui & Tragum cereale, & candidum Far. [Clusinum appellatum, ideſt candidum, à Clusio Etruriæ vrbe denominatum, vbi copiosissimè sereretur.
Far venniculum, ideſt, vernaculum nonnulli legunt.
Far factitium, eſt res factitia artisque non naturæ opus secundum aliquos.
Far halicaſtrum, & Amyleum frumentum Dod. eſt Triticum Amyleum Ger. Frumentum, vel Triticum Amyleum, Tab. Triticum trimeſtre, Cord. Olyra, Dod. gal. Lugd. Triticum secundum Trag. Fuchſ. Zea Amylea, vel Zeopirum Amyleum, C.Bauh. an Far halicaſtrum trimeſtre cognominatum, Gol. [Halicaſtrum, quaſi Alicaſtrum ab Alendo dictum, quod vehementer nutriat.
Farcta, lege Arundo farcta.
Farfannaccio, lege Arcium, siue Bardana.
Farfara, & Farfarella, lege Tussilago.
Farfarus Antiquorum arbor eſt, vt in secunda parte Phytologiæ eius hiſtoriam paucis complectar.
Farfium nonnullorum eſt Thora Valdensis, siue Aconitum Pardalianches alterum.
Farfugium, lege Caltha paluſtris flore simplici, ita nuncupatum eò quia folia quodammodo Farfaræ, nimirum Tussilagini similia habeat.
Farina eſt frumentum mola comminutum, & in puluerem redactum.
Farinifera arbor, lege Arbor farinifera in secunda parte Phytol.
Farrago Plinij quibusdam, lege Secale Matthioli.
Farrago eſt quædam mixtura, quæ ex recrementis Farris, admixta nonnum quam vicia serebatur. Alijs eſt prædensa series, quod ex multis satis, vt hordeo, vicia, & leguminibus fit pabuli gratia. Sed Farrago peculiariter appellatur id quod ex pluribus satis pabuli causa datur iumentis. Hanc fortè esse puto, quam Græci vocant Graſtin. Alij viride hordeum interpretantur. Alij fœnum semiaridum intelligunt.
Farreum, fasces, & manipulos ex Farragine compositos intelligunt ruſtici Galli.
Farranum apud nonnullos eſt Caltha paluſtris, apud Alios eſt Petasites.
Farnesiana, lege Helianthemum Indicum tuberosum.
Farnia, & Farnus Aliquibus, eſt arbor è genere quercuum, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.
Faselus, & Faseolus, eſt Smilax hortensis, siue Phaseolus.
Faſtigium in Plantis, eſt vertex, nempe cacumen caulis orbiculatum, quod longissimo à radice diſtat interuallo.
Fauagella Cæſ. lege Chelidonium minus, Matth.
Fausel Serapioni: Filsel, & Fulsel Auicennæ, eſt Palma cuius fructus sessilis Fausel dicitur, vt in secunda parte Phytologiæ clarius effabor.
Febrifuga, lege Centaurium minus, Matth.
Fegatella alpina eſt Trifolium hepaticum nonnullorum.
Fegopyron, Dodoneo, lege Frumentum Sarracenicum.
Felfel Alpino, eſt Piper longum anguſtissimum ex florida plantula peregrina, de qua in secunda parte Phytologiæ, verba locupletiora proferam.
Fel terræ, lege Centaurium minus Matth.
Fereola vitis cuiusdam genus eſt vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Ferra-

Ferraria quorundam, lege Scrophularia Matth. Ferraria Alijs est Caltha palustris flore simplici.

Ferraria minor, lege Agrimonia, seu Eupatorium veterum Græcorum.

De Ferro equino, siue Securidaca montana. Synonyma, & Etymum.

Ferrum equinum Matth. cui, & Securidaca montana, Ges. hor. Lob. Ger. Ferrum equinum vulgare ἁπλοκέρατον, Col. Ferrum equinum siliqua singulari, C. Bauh. Solea equina, Lugd. Sferra cauallo, Ad. Cæs. Camer. Lunaria minor, Cast. Lunaria Chymistarum, Alijs. Hedysarum, siue Ferrum equinum, Tab. Medicæ species, Ges. hor. Italis Sferra cauallo.

Ferrum equinum, & Solea equina dicitur, vel à siliquarum figura, quoniam siliquæ soleam, vel Ferrum equinum repræsentant; vel ab effectu nominatur, quod equi, qui diù plantam hanc virentem calcauerint, ferreis soleis exuantur. [ἁπλοκέρατον nominatur, nam Græcis ἁπλόος est simplex, κεράτιον est siliqua, hinc herba ita appellata, quia simplicem siliquam producat. Lunariæ, Hedysari, & Medicæ etyma, lege suo loco.

Ferrum equinum alterum πολυκέρατιον Colum. Ferrum equinum siliqua multiplici, C. Bauh. [πολυκέρατιον dicitur, idest multiplicem siliquam habens: nam Græcis πολὺς est multus.

Ferrum equinum capitatum, siue comosum, Col. Ferrum equinum Germanicum siliquis in summitate, C. Bauh. Sferra cauallo Sil. Germanicum, Camer. Hedisarum minus, Tab. Hedysarum glycyrrhizata, Ger.

Ferrum equinum Gallicum, siliquis in summitate, C. Bauh. Lotus enneaphyllos, Lugd. [Dicitur enneaphyllos eò quia folia in vno quoque folio nouena habere videtur; ἐννέα Græcis nouem significat, & φύλλον folium.

Ferruminatrix nonnullorum est Sideritis species.

Ferruminatrix, apud Indos, sunt arbuscula, vt dicemus in secunda parte Phytol.

Ferro equino Gallico affinis, C. Bauh. Astragalo persimilis palmaria pusilla planta, Ad. Lob.

De Ferula. Synonyma, & Etymum.

Ferula, Matth. Dod. Cast. Lugd. Tab. Cam. Cord. in Diosc. Ges. hor. Lon. Ad. Lob. Ang. Tur. Lac. &c. Ferula mas Cæs. Ferula fœmina Plinij, C. Bauh. Libanotis prima Dioscoridis Ferulacea, Ges. hor. Græcis νάρθηξ Italis ferula.

Ferula dicta est, apud Antiquos, non minus à feriendo, quam ferendo, eò quia magistri vterentur caule huius plantæ in verberandis pueris. Vel dicta Ferula à ferendo, propterea quod senes vterentur caule pro scipione, cum sit læuis, & exigui ponderis. Græcis νάρθηξ dicitur propter eandem rationem, nam apud ipsos exponitur bacillus, vel baculus.

Ferula fœmina, Ces. Ferula galbanifera, Lob. Lugd. Tab. Ferulago, Ges. Dod. Cam. Ferulago latiore folio, Ces. Bauh. Narthecia Theophrasti, & Thapsia Dioscoridis quibusdam. Nartheca Græci vocant in altitudinem assurgentem, Nartheciam verò semper humilem.

Ferula

Ferula Sagapenifera, lege Thapsia, Matth. &c. Ferulago, Tab. Ferulago tenuiore folio, C. Bau. Narthecium Theophrasti, Ferulago Gazæ Lugd.
Ferula syluestris, & Ferula fœmina, à Nonnullis appellatur Thapsia,
Ferus oculus, lege Asyla herba.
Festuca, lege Ægilops, & Festuca, Dod.

De Festucagine. Synonyma, & Etymum.

Festucago Gazæ, Festuca, & Auena Græca Lon. Festuca auenacea sterilis elatior, C. Bauh. Auena Græca Cæs. Auena sterilis, Ad. Thal. Ægilops prima, & Auena fatua, Tab. Ægilops prima, Matth. altera in comp. Ægilops, Lac. Vera, Ges. hor. Bromos herba, Dod. Lugd. Bromos sterilis, Lob. ico. Ger. Bromos, & Auena herba, Dod. gal. Βρῶμος Diosc. Alijs βρῶμος ποία ad differentiam Auenæ. Lolij primum genus Trag. Des.

Festucago dicitur, nimirum parua Festuca. Festucæ etymum, lege Ægilops. Aliorum nominum etyma, lege suo loco.

Festucæ Cordo; Alijs fusti, sunt pediculi oblongi à quibus flores Caryophyllorum aromaticorum dependent, vt dicemus in secunda parte Phytol.

Fibræ capillamentis germanæ, herbarum, arborumque minutiores sunt radiculæ, in quas velut extremas crassiores effusæ sparguntur.

Ficaria Brunf. lege Chelidonium minus, Matth. ab alijs verò est Scrophularia maior,

Ficus communis, Ficus Ægyptia, Cypria, Indica, Idęa, Pharaonis, & aliæ species variæ, in secunda parte Phytologiæ historias earum pingui Minerua tractabo.

Ficus infernalis Italorum, est Papauer spinosum, ab Authoribus propositum. Glaucium Dioscoridis Nonnullorum. [γλαύκιον succus est herbæ folijs ferè Papaueris corniculati, quæ crocei coloris succo copioso prædita sunt. Diosc. & huius papaueris folia succo flauescente instar Chelidonij maloris abundant. Sed quoniam hæc herba huiusmodi succo ad instar Ficus scatet, ideo Ficus appellara. [Infernalis verò dicta, quia est spinosa, & nullum fructum profert.

Ficus Inferorum, hist. Lugd. est Ricinus Americanus apud Hispanos ita appellatus.
Filaginis altera species, lege Gnaphalium vulgare maius, Thal.
Filago Dod. & Filius ante patrem, lege Gnaphalium vulgare Matth.
Filago germanica alia secundum folia, lege Gnaphalium vulgare maius, Thal.
Filsel, & Fulfel, lege Fausel Serapioni.
Filsil in Arabia est Piper nigrum rotundum, vt dicemus in secunda parte Phyt.
Filicastrum apud Nonnullos est Filix aquatica, siue Osmunda ab alijs dicta.
Filicula Aliquibus est Polypodium.
Filicula petrea, lege Dryopteris.
Filicula fontana maior, lege Adiantum album Plinij.
Filicula fontana minor, C. Bauh. Filicula fontana fœmina, Ger. Filicula fontana Taber. [Filicula dicitur à foliorum cum Filice similitudine.
Filicula alpina crispa, C. Bauh. Filicula Saxatilis crispa, Pon. an Pteriadion, Cord. hist.

De Filipendula, siue Oenanthe. Synonyma, & Etymum.

Filipendula, Matth. Dod. Trag. Ges. hor. Thal. Cast. Lugd. Tab. cui & Saxifraga rubra. Filipendula vulgaris Eyst. Filipendula vulgaris, an Molon Plinij, C. Bauh. Oenanthe vulgaris, Ad. Oenanthe Fuchs. Lac. Cord. in Diosc. Lob. Viti-

flora Gasp. Sehuuencfelt. Græcis οἰνάνθη. Italis Filipendola.

Filipendula dicitur à numerosis, & rotundis radicibus, quæ velut ex filo quodam pendere videntur. [Oenanthe nominatur, nam Græcis οἶνος est vinum ἄνθος verò est flos, quasi flos vinosus: hinc herba nuncupata, quia flores odore, & etiam colore non sint vitis floribus dissimiles. Vel potiùs dicta, quod cum vite floreat. ideò Vitiflora dicta.

Filipendula angustifolia, Ger. Filipendula, Cast. vel tenuifolia, Tab. Oenanthe angustifolia, Lob. Oenanthe species, Lugd. Oenanthe Apij folio, C. Bauh. Cyminum bulbosum Plinij, Col.

Filipendula tertia, Oenanthe Selinophyllos, Tab. Filipendulæ altera species, Gesf. hor. Oenanthe Cicutæ facie, Ad. Lob. Lugd. Oenanthe Chærephylli folijs, C. Bauh. [Selinophyllos dicitur, idest habens folia Selini, nimirum Apij.

Filipendula aquatica, vel palustris, Tab. Ger. Oenanthe aquatica, Lob. aquatica repens, Cam. Oenanthe quarta Matth. Lugd. Oenanthe aquatica, C.Bauh. Petroselinum syluestre vulgò, Cæs. Bulbocastanum fœmina, Lugd. Lauer minus, Lon. Sifer palustre Lugd. Iuncus odoratus aquatilis, Dod. Nominum etyma lege suo loco.

Filipendula montana, Dod. Tab. Ger. Filipendula montana flore Pedicularis, C. Bauh. Oenanthe, siue Filipendula altera montana, Ad. Lob. Lugd. Oenanthe alia Myconi, Lugd. Crista quædam in alpibus, Cæs. Alectorolophos primus, vel alpinus maior Clus. pan. & hist. Aliorum nominum etyma lege suo loco.

De Filice. Synonyma, & Etymum.

Filix fœmina, Matth. Lob. Cast. Lugd. Tab. Ger. Fuch. Dod. Lac. Filix fœmina prima, Thal. Filix mas maior, siue fœmina credita vulgò, Clus. pan. Filix Cæsalp. Filix syluestris Brunf. Filix ramosa maior pinnulis obtusis non dentatis, C. Bauh. Filicis maioris primum genus, Trag. Thilypteris Filix fœmina, Cord. in Diosc. Auia Columellæ. Græcis πτέρις, & πτέριον. Italis Felce.

Filix dicitur, quasi Felix, quia in locis incultis fœlicissimè proueniat, & luxuriet, vicinisque enectis plantis latissimè se diffundat. [Vel Filix dicta ex fio, & lix, idest aqua, nempè quod fiat ex aqua corrupta, nam lix propriè dicitur aqua cineri permixta, & herba hæc oritur in campis, & locis sabulosis, & sterilibus, quasi cinere obsitis. [Pteris, & Pterion nuncupatur ab alis auium, quarum speciem eius folia in ramulis disposita referunt; cum folijs pennatis sit Filix, nam ala Græcis dicitur πτέρυξ. [Thilypteris vocatur, id est fœmina, nam Græcis θῆλυς exponitur fœmineus, vel qui est sexus fœminei. Auia Columellæ dicitur, quia folia auium pennas præ se ferunt.

Filix mas, Matth. Lob. Cast. Lugd. Tab. Ger. Fuch. Dod. Tur. Lac. Lon. Ad. Filix mascula, Cord. in Diosc. & hist. Filix mas altera, Thal. Filix Brunf. vulgaris Trag. Filix non ramosa dentata, Bauh. Dryopteris Math. in ep. & Lugd. Filix monocaulis Gasp. Scuuencfelt. Italis Felce maschio. Filix monocaulis dicitur, idest vnicum habens caulem, nam Græcis μόνος est vnus.

Filix

Filix aquatica Dod. gal. Lugd. Filix paluſtris, Geſ. ap. Dod. Cæſalp. Filix latifolia Cord. hiſt. Filicis maioris alterum genus, Trag. Lugd. Filix ramoſa non dentata florida C.Bauh. Filicis genus rarius, Geſ. hor. Oſmunda, Ad. Lob. Lunaria maior, ſeu Filix lunâria, & Filicaſtrum Geſ. de Lunarijs. [Oſmunda eſt nomen Belgicum.

Filix paluſtris altera ſubfuſco puluere hirſuta, C. Bauh. Struthiopteris, Cord. hiſt. Thal. [Struthiopteris dicicitur eo quia habeat folia hirſuta paſſeris colorem imitantia, nam Græcis ϛρυθὸς Paſſer, & ϛρύθιος Paſſerculus exponitur.

Filix nuda, ſiue ſaxatilis, Trag. Lugd. Filix petræa Lon. Filix ſaxatilis corniculata, C. Bauh. Muſcus corniculatus, Taber. Ger. Holoſtium petræum, Tab. Ger. Holoſtium alterum, Ad. Lob. Adiantum ἀκρόσχιϛον ſeu fucatum, Thal. [Acroſchiſton dicitur, ideſt in ſummitate ſciſſum, & fiſſum, nam Græcis σχίζω eſt findo, ſcindo, σχιϛὸς Fiſſus, Sciſſus, vel Fiſſilis, ἄκρον verò eſt ſummitas, ſumma pars, vertex, & cacumen. Holoſtij etymum, lege ſuo loco.

Filix pumila ſaxatilis prima, vel mas, Cluſ. pan. & hiſt. Filix ſaxatilis ramoſa nigris maculis punctata, C. Bauh. an Filicula candida, & minor, Geſ. ap. Filix petræa Gaſp. Scuuencfelt.

Filix pumicula ſaxatilis altera, vel fœmina, Cluſ. pan. & hiſt. Filix ſaxatilis non ramoſa nigris maculis punctata, C. Bauh. an Filicula ſaxatilis, Cam. Huic ſimilis quam Geſnerus in hortorum appendice Claroſticton vocat cuius folia ſupina, punctis ad luteum, viridemque, & album colorem mixtis tendentibus notantur. [χλωρὸς enim Græcis ſignificat virens, herbidus, pallidus inſtar herbarum areſcentium, & ϛικτὸς, varijs notis compunctus, ſeu diſtinctus, nam ϛίζω eſt punctis diſtinguo.

Filix ſaxatilis folijs non ſerratis, C. Bauh. Filicis genus paruum primum in montibus, Cæſ. Filicula petrça fœmina Tab.

Filix ſpinoſa, ſeu aculeata, Filix aſpera mas, & fœmina Gaſp. Scuuencfelt. Filix aculeata maior, & minor, C. Bauh.

Filix querna, ſiue arborea, lege Dryopteris Matth. dicitur etiam Bryopteris, quia oritur in muſco, ideſt quercuum muſcoſis partibus nam Græcis βρύον eſt muſcus.

Filix florida, lege Filix aquatica.

Fimbriæ ſunt veſtium extremitates, à quibus, & fimbriata folia dicũtur, quę in ambitu in quaſdam fibras exeunt, ſicuti, & radices multæ fibris capillatæ necnon etiam capill amentis fibratæ pinguuntur, quæ veluti crinibus quibuſdã cirratæ comantur

Fimeteria, lege Atriplex ſylueſtris ſinuata.

Findens oculos ὀφθαλμορήγνυσα Caſt. quid ſit ignoratur.

Finochiella, vulgò dicitur Myrrhis, nam odore, & ſapore fœniculum imitatur: ab alijs verò Meum eſſe creditur, ob ſimilitudinem, quam habet tota planta cum folijs Fœniculi.

Fior capuccio, lege Buccinum, & Delphinium.

Fiſtici in Officinis, ſunt Piſtacia, vt dicemus in ſecunda parte Phytolog. quando de arbore Piſtaciorum verba fient.

Fiſtula ſcriptoria, vel Syringa ſcriptoria, lege Arundo ſcriptoria atrorubens.

Fiſtula paſtoris, & paſtoralis, Lon. apud. Germanos eſt plantago aquatica. Aliſma, ſiue Damaſonium dicta, Cord. in Dioſc. Fiſtula paſtoris nuncupata, quia ſingu-

 lari

lari scapo rudis fistulæ, & longitudinem, & effigiem videatur imitari.
Fistula pastoris Auicenæ, lege Digitalis lutea.

De Fistularia, siue Pediculari. Synonyma, & Etymum.

Fistularia, Dod. Pedicularis Lob. Cast. Tab. altera, Lon. Pedicularis pratensis purpurea, C. Bau. Pedicularia campestris prior, Trag. Crista galli altera, siue Phthirion Lugd. Alectorolophus Dod. gal. Thal. Alectorolophi tertium genus Clus. pan. & hist. Ruta pedicularis, Tab.

Fistularia dicta putatur, vt nonnulli opinantur, quod ad fistulas, & fistulosa vlcera vtilis esse credatur, [Pedicularis ab effectu nomen habet, si enim à pecoribus deuorata inter cætera pabula fuerit, pediculorum ingentem copiam procreat. [Vel vt nonnulli volunt, Pedicularis dicta eo quia enecat pediculos. Crista galli nuncupata à foliorum similitudine, nam folia gallinaccæ cristæ habet simillima; immò ob florum congeriem multiplicis, & densę Gallinacei cristæ modo fastigiatam recentiores dici putant. [Alectorolophos vocata propter eamdem rationem, nam ἀλέκτωρ, est Gallus λόφος verò est crista, hinc herba ἀλεκτορόλοφος dicta, id est Crista galli. [Phthirion verò nuncupatur, id est Pedicularis, quoniam sit apta ad procreandos pediculos, nam Græcis φθείρ, ρος pediculus exponitur. Rutæ etimum lege suo loco.

Fistularia lutea, Pedicularis pratensis lutea, vel Crista galli C. Bauh. Pedicularia lutea, Tab. Pedicularis campestris secunda, Trag. Crista galli, Lob. Dod. Thal. simplici caule, Cęs. Crista gallinacea, Dod. gal. Lugd. Clus. hist. Alectorolophos Ang.

Filum maritimum Germanicum, est Alga nigro capillaceo folio, C. Bauh.

Flabellum, & Flagellum dicuntur cymæ herbarum oblongiores, & productiores ab ipsis brachijs sursum ascendentes, dicta flabella, quæ ad cuiusq; venti flatum mouentur: sicuti in vitibus dicuntur teneriores palmites ex anniculis sarmentis enati, vt dicemus in secunda parte Phytol.

Flamma, & Flammula Iouis Nonnullorum est Lychnis coronaria.

Flammea Viola, lege Viola flammea.

Flammula, Ges. hor. est Lepidium Dentellaria dictum, quod sua acrimonia vrenti vlceret, & excoriet,

Flammula Iouis repens, lege Clematis, siue Flammula repens.

Flammula Iouis surrecta, lege Clematis altera vrens.

Flammula est etiam Ranunculus Flammeus longifolius palustris, ita appellatus, quia ad instar flammæ adurat, & pustulas in carne excitet adalligatus, lege Ægolethron.

Floccus, & Flocculus in ipsis herbis est lanugo quædam, veluti lanarum particula diuisa à velleribus inutiliter euolans.

Floers, in Bantam Cyperi genus in India idem est cum Caxumba, lege supra Caxumba.

Flomos, lege Phlomos, siue Verbascum.

Floribundio, est arbor, quæ solum flores, fructus nequaquam gignit, Flos Indicus arboreus liliorum specie, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Flos est id, quod ipsis plantis, & arboribus à natura accomodatur ad fructum concipiendum, pariunt enim cum florent, & flores dicuntur, quasi fluores, cum cito floreant, & decidant.

Flos Alcheiri est flos Violæ luteæ, siue lutei Leucoij.

Flos

Flos Adonis, lege Adonis Recentiorum.
Flos Africanus, lege Tanacetum Africanum.

De Flore Ambaruali, siue Polygala. Synonyma, & Etymum.

Flos Ambarualis, Dod. Polygala vulgaris, C. Bauh. Tab. Gesſ. Tur. Lon. Thal. & aliorum. Polygala recentiorum, Ad. Lob. Polygalon, Trag. an Thesion, Ang. Amarella Gesſ. ep. Crucis flos Eidem. Onobrychis vera Dioſcoridis Nonnullorum Polygala vulgaris minor, Cluſ. hiſt. Italis Poligala.

Flos Ambarualis dicitur, quia ambiat arua, eò quia festis Ambarualium diebus præcipuè vigeant. Ambarualia autem festa sunt, quę Romana Eclesia dies rogationum appellat, tunc enim arua à Sacerdotibus, & Populo lustrantur. Sicuti apud Antiquos Ambarualis hostia dicebatur ab ambiendis aruis: victimæ enim genus erat, quot annis pro frugibus sacrificari solitum. Solebant nempe huiusmodi hostijs antequam cęderentur arua lustrari. Nunc verò ex floribus huius herbę Rogationum tempore Christicolę crucibus, & Sanctorum imaginibus coronas texunt, & vndiq; floribus ornant; & hanc ob causam Flos Crucis etiam nominatur. Polygalę, & Onobrychis etymum lege suo loco.

Flos Amoris apud Germanos est Amaranthus: apud Nonnullos est Amaranthus pictus siue tricolor.

Flos Cancri lege Arundo Indica latifolia.

Flos Campesius, Agricolis fior Gampese est Cyanus campestris Baptisecula dictus eò quia frequentissimè crescat inter segetes; lege Baptisecula.

Flos caryophylleus Armeria à Nonnullis nuncupatur.

Flos Cheiri, lege Leucoium luteum vulgare.

Flos Cœli est Lychnis coronaria vulgaris, idem ac flos Iouis.

Flos coccineus Lugd. est flos Constantinopolitanus minor, Dod. Lychnis flore coccineo minor, C. Bauh. Ocymoidis peregrini species minor, Gesſ. hor.

De Flore Constantinopolitano, siuè Lychnide Byzantina Synonyma, & Etymum.

Flos Constantinopolitanus Dod. Lychnis Costantinopolitana Cast. ap. Cam. Lychnis Calcedonica, siue Constantinopolitana miniata, Ad. Lob. Lychnis fortè aliquorum coccineo colore splendens, Cęs. an flos Scarlati Lon. Lychnis Byzantina miniato flore Cluſ. hist. Lychnis hirsuta flore coccineo maior C. Bauh. Ocymoides peregrinum, Gesſ. hor. vel flos Hierosolimitanus, alijs Creticus, vel Croceus, eidem, ap. Sunt etiam qui Rosam Græcam Plinij velint: variat in colore vt in secundo Tomo partis primæ Phytolog. dicetur. Italis Lichnide di Constantinopoli ouer Ocimoide di Candia, & Scarlattea.

Flos Constantinopolitanus dicitur quoniam ex Constantinopoli primum allatus, flos coccineus vocatus quoniam Cocci splendore rutilat. Scarlattea quoniam Scarlatti purpura Italica colorem refert. Lychnidis, & Ocymoidis Etymum lege suo loco.

Flos coronarius Herbariorum est Syringa frutex, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Flos Creticus, lege flos Constantinopolitanus.

Flos Crucis Nonnullorum est Polygala vulgaris, siue flos Ambarualis, Dod.

Flos cryſtalli est Kali geniculatum maius, ita dictum eò quia Vitrarij vtantur radicibus huius herbæ ad cryſtallum, seu vitrum conficiendum.

De

De Flore Cuculi, siue Caryophyllo pratensi. Synonyma, & Etymum.

Flos Cuculi pratensis Trag. flos cuculi Lon. Ges. Col. Tab. est Caryophyllus pratensis flore laciniato simplici, siue flos Cuculi C. Bauh. Caryophyllus pratensis, Tab. Armerius syluestris, Dod. Armeria prat. syl. Lob. secunda syl. Lugd. Armeria pratensis, & fœmina Ger. Armoraria syluestris pratensis, Ad. Vetonica syluestris, Dod. gal. Odontitis simplici flore Clus. hist. Odontitis Plinij Ges. hor. quorundam Cam. ἰξόκαυλος altera, Thal.

Flos Cuculi nuncupatur, eò quia hæc planta cum incipit florere, & Cuculus incipit canere; similiter cum desinit florere ita Cuculus desinit canere. Cariophylli, Armeriæ, & Vetonicæ Etyma, lege suo loco. Odontitis dicitur ab effectu quandoquidem dolores dentium mulceat ὀδὼς est dens apud Græcos ab ἔδω quod significat comedo. [Ixocaulos vocatur quoniam caulem habeat viscosum, nam Græcis ἰξὸς viscum exponitur, sed hoc nomen propriè conuenit Lychnidi viscosæ.

Flos Cuculi, Dod. lege Nasturtium pratense.

Flos Cuculi syluestre genus Trag. lege Lychnis montana viscosa.

Flos Februarij est Leucoium bulbosum triphyllum minus.

Flos Farnesianus, lege Helianthemum tuberosum.

Flos farinæ, est pars purissima farinæ, quæ à furfuribus integrè expurgata est, Cornelio Celso Siligo nuncupata.

Flos frumenti, & Frumentorum, Flos segetum, lege Baptisecula.

Flos S. Georgij Nonnullorum est Leucoium luteum vulgare.

Flos hepaticus, Tab lege Hepatica alba, siue Gramen Parnassi.

Flos Hierosolymitanus, lege Flos Constantinopolitanus.

Flos S. Ioannis, est Chrysanthemum Matricariæ folijs, & Bellis syluestris capite folioso maior.

Flos S. Iacobi, à Nonnullis Iacobea indigitatur.

Flos Iouis Theophrasti, apud nonnullos est Cariophyllus syluestris flore simplici. Apud alios est Lychnis coronaria. Alijs verò est Iacea.

Flos Indicus, & Flos Indianus, lege Tanacetum Africanum.

Flos Mexicanus apud nonnullos est Tanacetum Africanum, ab Alijs verò est Admirabilis Peruana, alijs rursus Granadilla, seu Balsamina Indica repens trifolia.

Flos S. Magdalenæ est Nardus Celtica Dioscoridis.

Flos innatans, ab Alijs Ambra subalbida dicta, à Nonnullis sperma ceti, sed inter bitumina recensetur.

Flos noctis, lege Conuoluulus cæruleus hederaceo angulosofolio.

Flos omnium mensium est Caltha vulgaris, siue Calendula.

Flos Passionis, vel passionalis, lege Balsamina Indica repens triphylla.

Flos Persicus, Sisyrinchio congener, Clus. hist. est Sisyrinchium Persianum, C.Bauh.

Flos Petilius, est Tanacetum Africanum.

Flos Punicæ syluestris, est Balaustium, vt dicemus in secunda parte Phytolog.

Flos Regius, & equestris, lege Buccinum, siue Delphinum.

Flos Regius dicitur etiam Lilium non à Iunone Regina, sed à regia, quæ præstat celsitudine, nam tanta proceritate super alios flores attollitur, vt ad tria interdum cubita surrigatur. Flos Iunonis, & Rosa Iunonis etiam nuncupatur nam ex Deæ lacte progenitum creditur, hæc enim cum subiecto Herculi clam vbera admouisset, doloque statim cognito se retraxisset guttas lactis aiunt in terram decidisse ex quibus mox Lilia pullularunt, aliàs verò guttas cælum perfusum fuisse, & inde lacteum apparere in Cælo circulum.

Flos

Flos sanguineus Monardi, lege Nasturtium Indicum.
Flos Scarlati, lege Armeria altera, multis in latum orbiculum congestis floribus.
Flos Solis Matth. lege Chamæcistus vulgaris flore luteo, siue Helianthemum.
Flos Solis Peruuianus, Flos Solis prolifer, lege Helenium Indicum maximum, & ramosum.
Flos Solis Farnesianus, lege Helianthemum Indicum tuberosum.
Flos tinctorius, siue Tinctorum, lege in secunda parte Phytologiæ Genista tinctoria Germanica.
Flos tinctorius alter, lege Conyza odorata, Lugd.
Flos Trinitatis Matth. lege Viola tricolor hortensis.
Flos Trollius, est Ranunculus montanus glomeratus siue globoso flore.
Flos Tunetanus est Tanacetum Africanum.
Flos Tygridis, dicitur à figura floris varijs coloribus depicta, flos enim est quamplurimis maculis notatus. Nonnulli Iridis speciem faciunt, Alij inter Ari genera recensent, & Dracunculi peregrinam speciem esse asserunt: hoc tamen videtur esse ex bulborum generibus.
Flos venti à nonnullis Anemone indigitatur,
Fluida est Rhus ita dictus ab vsu, nam in fluidis affectionibus idest dysentericis adstringendi gratia vtuntur in obsonijs. Reperitur etiam fœmina, & dicitur Lantana, siue Viburnum, & propriè fluida Theophrasti est Rhus fœmina, vt dicemus in 2. p. Phyt.
Foca flos est Iunci odorati apud Persas ita nuncupati, Clus. exot.
Focot Guebit, est Arbor Populo similis resinosa, de qua in secunda parte Phytolog.
Fœnaria apud nonnullos est Filix mas, Iunius in nomenclaturis.

De Fœniculo. Synonyma, & Etymum.

Fœniculum, Matth. Lac. Cast. vulgare, cuius semen pallidum, siue luteum oblongum, Lugd. fœniculum acre, Ang. Fœniculum vulgare Italicum semine oblongo, gustu acuto, C. Bauh. Græcis μάραθρον Italis Finocchio.
Fœniculum dicitur quia fatum magno cum fœnore semen reddat. Vel Fœniculum dictum, idest paruum fœnum, nam arefactum in hyemem asseruatur ad condienda plurima. [Vel Fœniculum nuncupatum idest fouens oculum, nam oculis magno est adiumento vt dicemus in tertio Tomo partis primæ Phytologiæ. [Vel Fœniculum vocatum quasi Peniculum à pinnis quas extremæ foliorum partes æmulantur, vnde Italis dicitur etiam Pinocchio, & Panochia vocatur eius vmbella. [Marathron verò indigitatur ἀπὸ τοῦ μαραίνεσθαι à marcescendo, quod cum inaruerit condienda ad plurima commendatissimum sit μαραίνω enim Græcis est marcescere facio, marcidum, seu flaccidum reddo.

Fœniculum dulce Matth. Lob. Ges. hor. Ad. Cast. Ges. desc. Fœniculũ dulce semine maiore, gustu anisi, Lugd. Fœniculum hortense semine crasso in rotunditate oblongo, Cæs. Fœniculum, siue Marathrum vulgatius dulce, Ad. Lob. Fœniculum Romanum cuius semen pallidè luteum Tab. Fœniculum Italicum fortè hortense Veterum, Cam. ep. Matth.

Fœniculum erraticum, Matth. Lac. sponte virens in agris Narbonensium, Ad. an Hippomarathrum, Ang. [Hippomarathrum dicitur quia est satiuo grandius folijs maioribus ἵππος enim Græcis in compositione intendit, & auget significatum sicut etiam βοῦς.
Fœniculum rotundum, Tab. vulgare Ges. ico. Fœniculum semine rotundo minore C. Bauh. Fœni-

Fęniculum aquaticum tertium, Tab. lege Alga prima Trag.
Fęniculum aquaticum galericulatum, Tab. Millefolium aquaticum flore luteo galericulato Lob. ico. Lenticularia, & Meon aquaticum, Gef. col. [Lenticularia dicitur eò quia in aquis veluti Lens paluſtris proueniat.
Fęniculum ſylueſtre, Lon. & Fęniculum erraticum alterum eſt Caruifolia, C. Bauh.
Fęniculum aquaticum ſtellatum, Tab. eſt Stellaria aquatica, Lob. ico.
Fęniculum marinum, lege Batis, ſiue Crithmum primum, Matth.
Fęniculum montanum, Trag. eſt Pyrethrum verum Matth. Lugd.
Fęniculum porcinum, lege Peucedanum.
Fęniculum ſylueſtre Trag. lege Cicutaria paluſtris.
Fęniculum petręum, Taber. eſt Peucedano ſimilis Seleni ſemine Bauh.
Fęniculum tortuoſum, & Fęniculum petręum, lege Seſeli Maſſilienſe Fęniculi folio. Alijs Meum creditur.
Fęnum Burgundiacum, Ad. Lob. eſt Medica legitima Cluſ. hiſt. Medica, Dod. Lac. Ceſ. Cam. Caſt. & aliorum Medica vera, Geſ. hor. ſatiua Lugd. Medica flore purpureo, Ang. herba Lon. deſ. Trifolium ſiliqua cornuta, ſiue Medica, C. Bauh.

De Fœno Græco; Synonyma, & Etymum.

Fęnum gręcum, Matth. Lob. Dod. Caſt. Trag. Ceſ. Lac. Cam. Tur. Alpin. Lon. Ad. & Aliorum. Fęnum græcum ſatiuum, Ang. Lugd. Bauh. Fęnogræcum, Dod. gal. Fuch. Cord. in Dioſc. & hiſt. Siliqua Columel. Epiceros Hipp. Buceros Teoph. Telis Dioſc. Italis Fien greco. Græcis τῆλις.
Fęnum dicitur de herba in pabulum animalium reſecta, ita nominata à fęnore, quod ſine cura fęnus præbeat; fęnus enim eſt naturalis terræ fętus: vel à fętu nominatur, quod herbę eędem manentes quot annis nouas pariant. [Græcum verò appellatur, quia in Græcia copioſiſſimè creſcit, Græci enim à ſimilitudine ſiliquarum nomina deſumunt, hæ enim corniculis ſimiles ſunt hinc κεραίτης dicitur ſimpliciter à cornu, nam κέρας cornu ſignificat. βούκερος à bubuli cornu ſimilitudine, nam βοῦς eſt bos. αἰγόκερος à caprini, nam αἴξ dicitur Capra. καλλίκερος Alijs, pulchra, & elegantia habens cornua prò αἰγόκερος ſumitur, ideſt fęnum græcum. τῆλις Græcis an fortè quaſi τῆλε procul, quia naſcatur in locis longiſſimè remotis.

Fęnum græcum alterum, quod ſponte naſcitur, Ang. Fęnum græcum ſylueſtre Dalechampij, Lugd. Bauh.

Fęnum græcum ſylueſtre alterum Dod. Lugd. Fęnum gręcum ſylueſtre alterum polyceration Bauh. Fęnum græcum ſylueſtre, Lob. Cam. Hedyſarum minimum Lugd.. [Polyceration dicitur, id eſt multa habens cornicula nam πολύς exponitur multus.
Fęnum græcum ſylueſtre Tragi, eſt Glycyrrhiza ſylueſtris Geſ. & Aliorum,
Folium eſt id, quod humore, & carne concretum cernitur ipſam plantam, vel arborem veſtiens, atque exornans: hinc agere folia dicuntur plantæ, cum folia producunt: hinc foliati flores, qui conſtant multis folijs, Græcis φύλλα dicuntur, inde eſt ad nos hoc tamen per deriuationem tranſlatum, à φύω naſcor, nam folia naſcuntur ab ipſis ramis.
Folium Indi, Indum, & Indicum, lege Folium Indum in ſecunda parte Phytologiæ, ita dictum, quod ſine vlla radice innatans in Indiæ littoribus colligitur, vbi quid ſentiam paucis explicabo.

Folium

Folium leoninum eſt Leontopetalon Nonnullorum.

Folliculus, theca eſt rei cuiuslibet, quæ granum, vel ſemen continet inuolutum, ſic membranoſa cutis acini folliculus dicitur.

Fontilapathum puſillum, lege Alga ſecunda Tragi.

Forbeſina Bononienſium, lege Bidens folio tripartito.

Formentone, Cęſ. lege Frumentum Sarracenicum.

Fraga ſunt mora, quæ in Fragaria herba dicta naſcuntur, Mora terreſtria Seruij dicuntur.

Fraga arborea montana eſt Arbutus, vt dicemus in ſecunda parte Phyt.

De Fragaria Synonyma, & Etymum.

Fragaria Matth. Brunſ. Ad. Lob. Lugd. Ger. Caſt. Trag. Fuch. Dod. Fragaria maior, Thal. Fragaria vulgaris Bauh. Fraga fructu rubro Eyſt. Fragum, & Trifolium fragiferum Tab. Trifolium morarium; Fragula, Cord. hiſt. Trifolium alijs. Fragaria Brunſ. Rubus idæa minor, Lac. Rubus idæus non ſpinoſus quibuſdam. Herba Fragi. Gaſp. Schuuenckfelt ἀσμαρον Apuleij cenſetur Nonnullis. Italis Fragaria, Fragole, & Frole.

Fragaria dicta videtur à verbo fragro, ideſt odorem reddo, nam eius fructus ſuauiter olet. Comaron dicitur fortè, eò quia fructus rubros producit, veluti Arbutus arbor, quæ à Græcis vocatur Comaros, vt dicemus in ſecunda parte Phytol.

Fragaria fructu albo, Bauh. Fraga candida, Trag. Fragum album Alijs.

Fragaria ſterilis, Bauh. Geſ. hor. marem dixeris Eidem, col. Fragaria ſylueſtris minimè veſca, ſiue ſterilis, Lob ico.

Fraginoſa apud Nonnullos eſt Coniza, vnde ſit dicta neſcio.

Fragre Serapionis aſſimilatur Ciceri, habet interius granum paruum, nigrum rotundum de foris verò rubrum, ſed quid?

Fragula, lege Fragaria.

Frangula Matth. arbor eſt de qua in ſecunda parte Phytolog.

Frangula vulgò Lugd. lege Idæa Ficus noſtra in ſecunda parte Phytolog.

Fraſſinella, Ang. Cæſ. lege Poligonatum Matth.

Fraus, lege Apate Dalech.

Fraxinella, Cord. hiſt. lege Dictamnum album.

Fraxinagolum, eſt Lotus arbor dè qua in ſecunda parte Phytolog.

Fraxinea arbor Trag. lege Sorbus ſylueſtris in ſecunda parte Phyt.

Fraxinus bubula, eſt Sorbus ſylueſtris, vt dicemus in ſecunda parte Phyt.

Fraxinus, eiuſque ſpecies in ſecunda parte Phyt. erunt recenſendæ.

Fremium apud Nonnullos, eſt herba de genere Anemones.

Friſoles, Ioſeph Acoſtæ peculiare herbarum genus eſt quas eo ferè loco habent, quo nos Piſa, Lentes, & Fabas.

Frit illud eſt ſumma in ſpica iam matura, quod eſt minus quam granum, & vocatur Frit, quod in infima ſpica eſt minus quam granum, appellatur Vruncum. Sic Frit in ſummo ſpicæ cacumine, ſic Vruncum ima parte geritur: Varro de re ruſtica.

De Fritillaria. Synonyma, & Etymum.

Fritillaria, ſiue Lilionarciſſus purpureus variegatus, Lob. Fritillaria dilutior, Cluſ. pan. & hiſt. cui, & Lilium variegatum vulgo. Fritillaria vulgaris purpureò co-

lore, Suuer. Fritillaria, & Narcissus Caparonius ab inuentore, Cam. Fritillaria præcox purpurea variegata, C. Bauh. Meleagris, Dod. Meleagris flos, Lugd. Italis Fritellaria.

Fritillaria dicitur ab abaco, siue tabula, in qua scacchorũ ludus exercetur, quem Fritillum dici existimant, sic enim flos variatus, & signatus apparet. [Meleagris nuncupatur à Meleagridis auis plumis, quas si non coloris specie, tamen varietate, & dispositione, & macularum magnitudine refert. Huius plures obseruantur differentiæ, vt dicemus in secundo Tomo partis primæ Phytologiæ.

Frizoles Guateli nomine in Hispania, est Phaseolus peregrinus angustifolius: an idem cum Smilace hortensi minore.

Fromentone alterum genus Cæsalp. lege Gonuoluulus minor semine triangulo.

Frondiflora nonnullorum, est corallijs affinis, & potissimum porositate.

Frons, frondis propriè dicitur id, quod ipse ramus circumquaque producit, multa interdum folia habens, & quæ multis foliolis contexta est.

Fructus, sunt plantarum fetus, & est illud quod carne, & semine compactum est; frequenter tamen pro eo, quod inuolucro perinde quasi carne, & semine coactum est accipi solet, & fructus à fruendo dictus.

Fructus cholagogus, Monard. Lugd. est Castanea purgatrix, vt dicemus in secunda parte Phytolog.

Fructus exoticos ad arbores quibus consimiles sunt in secunda parte Phytologiæ recensemus.

Fructus Tembul, lege Malabathrum in secunda parte Phytol.

Fructus sub terra nascens Monardi, & Lugd. est tuberibus similis fructus Indicus, C. Bauh.

Fruges dicuntur quicquid ex fructu terræ sato in alimoniam nostram vertimus, & frugum duo sunt summa genera, frumentacea scilicet, & legumina.

Frumentum vulgare, lege Triticum.

Frumentum, vel Triticum amyleum Dod. lege Far halicastrum.

Frumentum Amyleum, lege Amylum.

Frumentum barbatum Ruellij est Oriza Germanica.

Frumentum fatuum, & Triticum temulentum, lege Aera Diosc.

Frumentum loculare, lege Briza.

Frumentacea sunt, quæcumque geniculato culmo, & harundinaceis constant folijs, semenque panificio, & pultibus aptum inspicis aut iubis producunt, ceu Triticum Hordeum, Milium, Panicum, & quotquot his similia existunt.


De Frumento Sarracenico. Synonyma, & Etymum.

Frumentum Sarracenicum, Matth. Lugd. Cast. Frumenti genus folio hederaceo, Cord. in Diosc. Frumentum vaccinum, Lonic. Formentone, Ang. cui Ocymum Veterum Trago. Ocymum cereale, Clus. pan. Tab. Tragotrophon, Fagotricum, Dod. gal. Fegopyron Dodoneo. Erysimum Theophrasti, Lobel. Erysimi alterum genus Theophrasti Cord. in Diosc. Tragopiron Gerard. Polygonum hederaceum, Col. Italis Formento Saracinesco.

Frumenti etymum, lege Triticum. Hæc autem herba frumenti nomine insignitur, quia multis modis editur, & præcipuè in pultibus, vt Tridentini affirmant, apud quos, est frequens. [τραγόπυρον, dicitur idest hircotriticum, nam Græcis τράγος est hircus πυρὸς verò est triticum, φηγόπυρον verò, nimirum fagitriticum, quod fagineam glandem forma triquetra, & colore sordido quodammodo referat, licèt multò minus sit. Tragotrophon nuncupatur, idest Hirci nutritor, nam Græcis τρέφω

FRVMENTVM INDICVM

Perenne, ſpica longiſsima articulata.



τρέφω est alo, nutrio, τροφεὺς altor, nutritor. hinc Frumentum ita vocatum cum sit propriè alimentum hircorum, non autem hominum. [Ocymum cereale dicitur, quia folia quodammodo ad ocymi, siue Basilici folia accedere videntur. Sarracenicum vocatum quia ex Africa primùm delatum credatur, Sarraceni enim sunt Populi Africæ, nam veteribus, vel non cognitum, vel non vsitatum, vel neglectum Dodoneus asserit.

Frumentum syluestre, Cast. ap. est Ægilops secunda Matth. Lugd. Festuca Italica Ger.

De Frumento Indico. Synonyma, & Etymum.

Frumentum Indicum, Mayz dictum. Frumentum Asiaticum. Frumentum ex Guinea. Frumentum Arabicum, quod Mays nominant. Frumentum Turcicum, Dod. Gesf. hor. cui, & Panicum peregrinum rectius, Tab. Ger. Turcicum Frumentum Trag. cui, & Typha magna Fuchs. Triticum Bactrianum, siue Indicum, Cord. hist. Gesf. hor. Milium Indicum Dod. cui, & frumentum Asiaticum, Tur. Lac. Gesf. cat. Milium Indicum Plinianum, Ruell. Gesf. Ad. Lob. cui, & Mays occidentalium Maizum Monardi. Maiz triticum Indicum potius, quam Frumentum Turcicum dicendum, cum non ex Asia, sed India primùm sit allatum, Cam. Mays, quod nulla specie cum Milio, quod Plinius ex India in Italiam importari scribit, conuenit Ioseph Acosta. [Mays dicitur apud Indos, nam Triticum ipsorum est ita appellatum. In antecedenti pag. in Lectoris Botanici gratiam figurã Frumenti Indici perennis, spica simplici longissima, ordine granorum articulatim superposito, proponimus, quandoquidem nusquam alibi conspectam. Descriptionem verò Lector habebit, in secundo Tomo partis primę Phytologiæ Capite de Frumento Indico.

Frutex est, qui plures emittit stipites, & ad iustam magnitudinem arboris non assurgit, & statura similis est multis herbis, sed non emoritur, nec velut herba perarescit, verùm perennis durat. Dicitur verò frutex, quod terram fronde tegat, ad differentiam arboris, quæ alta est, & quia producat ramos instar surculorum, qui in arboribus sustinent fructus.

Frutex coronarius Clusij, est syringa alba, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Frutex spinosus peregrinus Rauuolf. lege Lycium Indicum folijs Pruni in secunda parte Phytologiæ.

Frutilla in Chile, fructus Cerasorum ferè sapore, cuius historiam in secunda parte Phytologiæ breuiter enarrabo.

Fu, lege Phu, siue Valeriana maior.

Fubila Dionys. Halicarnass. est Zeę species, ab Alijs Olyra dicta.

Fucus, & Fuci dicuntur plantæ marinę, quæ nascuntur in mari, & plantis, herbis, fruticibus, arboribusue assimilantur, ita nuncupati, quia mentiuntur alienas figuras: nam fucus accipitur pro ficto, & simulato, à verbo fuco, depingo: vel quia ipsis tingantur lanæ, & vestes; lege Bryon.

Fucus folliculaceus, Lugd. est muscus marinus, siue Corallina officinarum, C. Bauh. Muscus marinus, Matth. & Aliorum Corallina Lob. Lon. Cam.

Fucus cupressinus Imperati. Fucus Cupresso similis. Bauh.

Fucus Fungularis Imperati Fungus Fungis affinis, Bauh.

Fucus ferulaceus, Lob. Lugd. Algę species Nonnullis. Fucus folliculaceus fęniculi folio longiore, Bauh. Phucus marinus folio fęniculi, Ang.

Fucus Linza dictus Imper. est Muscus lactucæ marinę similis Bauh.

Fucus marinus prior Dod. lege Bryon lactucę folijs.

Fucus marinus folijs Abrotoni maris, Lob. Fucus marinus tenuifolius, Tab. fucus Folli-

Folliculaceus Folijs Abrotoni C. Bauh. Muscus marinus folijs Abrotoni, Lugd. Gongularis marina, siue Abies marina, Theop. Imp.

Fucus maritimus bacciferus Bauh. Herba mari innatans folijs rutaceis, baccis iuniperinis similibus; mare ita herbidum efficiens, vt pratum referret, Lerio descript. Brasil. Salgazo Christ. Acostæ, & alijs.

Fucus Zoster, Lugd. Fucus longo, angusto, crassoque folio Bauh. Fucimaritimi secunda species, Dod. belg.

Fucus herba, apud nonnullos est Anchusa propter rubeum radicis colorem; lege Anchusa.

Fuga Dęmonum, lege Hypericum, Matth.

Fula, est liquor stillaticius, qui extrahitur ex Nuce Indica, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Fulsel, & Filsel lege Fausel Serap.

Fuligo ex Resinis paratur, de qua in secunda parte Phytologię, capite de Resinis arborum.

Fulle, Flosculorum genus apud Indos ex arbore quadam toto anno durans suauissimi odoris, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Fuluiana herba quædam vrinę ciendæ vtilis, à Fuluio inuentore nomen habens. Plinius. sed quid?

De Fumaria, siue Capnite. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Fumaria Capnites dicta, est enim Capnitis Cadmię species tenuissima, quæ è fornacibus, flamma atque flatu egesta cameris, lateribusque fornacum adheret. Item Capnias gemma est ex Iaspidum generibus, quodam veluti fumo infecta, vnde & nomen accepit. Similiter Capnos Fumus est; hinc ἄκαπνα, dicta sunt ligna, quæ sine fumo ardent. Item Capnias vinum dicitur, hoc est fumosum. Capnos etiam siue Capnion, & Capnitis est herba, de qua in pręsenti.

Fumaria maior, Cast. ico. Fumaria Officinarum, & Dioscoridis Bauh. Fumaria purpurea, & alba, Ger. Fumaria Matth. Dod. Lon. Trag. Fuch. Cord. Fumus terræ, Brunf. Cam. Thal. Capnos, Ang. Ad. Lob. Cerefolium selinum Gasp. Scuuenckelt. Græcis καπνός. Italis Fumaria, & Fumoterræ. Tuscis Fumosterno.

Fumaria dicitur, eò quia succus huius herbæ oculis inditus instar fumi oculos molestando, lacrymas moueat, & oculos mordicet. Capnos verò Græcis appellatur propter eandem rationem nam καπνὸς est fumus. Fumus terræ etiam nominatur eadem de causa.

Fumaria phragmites, Dod. gal. Lugd. Fumaria altera. Cæs. Fumaria viticulis, & capreolis plantis vicinis adhærens, C. Bauh. Phragmites dicitur, quia circa sepes nascatur φραγμὸς enim Græcis sepes nominatur.

Fumaria minor, Cast. ico. Fumaria tenuifolia, Tab. Ges. Eyst. Fumaria minor tenuifolia, Bauh. Fumus terræ, seu Fumaria tenuifolia: Clus. hisp. & Hist. Lob. Capnos minor, Ad. [Fumus terræ nominatur forsan, quoniam generatur ex crassa Fumositate terræ.

Fumaria lutea montana, Ad. Lob. cui, & Chelidonium capnites Aetij, Lugd. Ger. Fumaria Illyrica alba, Tab. Fumaria floribus albis, Ad. Fumaria montana, Ges. hor. Tab. Fumaria phragmitis altera Eidem, Fumaria corydalis, Quibusdam Split, Matth. Fumaria lutea, Bauh. Corydalis, Cast. Cam. Split vulgo Cæs.

Fuma-

Fumaria corydalis dicitur, quia flos repræsentat galeam, vel cristam Alaudæ, quæ Græcis κόρυς, & κορυδαλλὶς nuncupatur, vel ita appellata à foliorum Coriandri diuisura, & forma, Split verò Illyriorum lingua vocitatur.

Fumaria altera, Dod. Fumaria clauicularis donata, Bauh. Capnos altera Belgica albo flore, Clus. hist. Capnos alba latifolia, & Splith album quorumdam, Lob. Lugd. Capnos Plinij, & Phragmites, Dod. gal. Ges. hor.

Fumaria bulbosa Lugd. Fumaria altera, Matth. Cast. Fumaria bulbosa radice caua maior, G. Bau. Capnos phragmitis, Tur. Capnium, siue Fumaria phragmitis, Actio. Capnos Chelidonia, Lon. Capnos, siue Capnium phragmites maior, & pes gallinaceus, Cord. in Diosc. Chelidonia phragmites altera, Cord. hist. Chelidonium capnites quorumdam radice pertusa, Thal. Guil. Radix caua maior, Dod. Cast. Clus. hist. Radix caua herbariorum, Ad. Lob. Clus. pan. Leontopetali genus quibusdam. Leontopetalon alterum, Ces.

Fumaria bulbosa radice non caua maior, C. Bauh. Capnos siue Capnium phragmites minor, Cord. in Diosc. Chelidonium Capnites radice integra, Thal.

Fumaria bulbosa, seu tuberosa minor, Tab. Fumaria bulbosa radice non caua minor, C. Bauh. Radix caua minor, Dod. Cast. Clus. hist. Ger. Chelidonia phragmitis prima, Cord. hist. Capnos fabacea radice Lugd. fabacea radice capnos altera, Ad. Lob.

Fumaria bulbosa, tuberosa, minima lege Denticulata, Lugd.

Fumus terræ, lege Fumaria minor, siue tenui folia.

Fungus, vel dicitur à fugiendo, quia vitandi sunt, vel dicuntur à funere, nam vt plurimum periculosissimi, & interimunt. Fungorum enim species in particulari fungorum historia erunt recensendę.

Fungus Chirurgorum est fungus puluerulentus, vulgò crepitus lupi, ita dictus, quoniam Chirurgi eo vtantur ad cohibendum sanguinem in vulneribus.

Funis arborum dicitur Conuoluulus apud Nonnullos, eò quia arbores scandens eis se conuoluat, & eas liget.

Furfures sunt partes farinæ crassiores, sed furfurum duplex genus. Vnum quod tenuioribus, & quasi pulucris tritura constat, Vulgò, & Semolella Tridello κυρῆβια Græcis, Latinis Vtriculus & Exta farinæ, Palladio Cretura. Alterum genus crassioribus ramentis, Græcis πίτυρον Latini Furfur dicunt. Itali Crusca, & Semola. Veteres etiam Canicas, & Aplaudas.

Fusanus, Fusanum, Fusaria, Fusago arbor est, de qua in secunda parte Phytologiæ fiet mentio.

Fusterna est Abies fęmina: vel vt Alij volunt est pars Abietis superior durior, & nodosior, nam inferior minusque nodosa Sapinus dicitur, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Fusti sunt pediculi oblongi, à quibus flores Caryophyllorum aromaticorum, dependent, de quibus in secunda parte Phytologiæ.

Eusus agrestis, lege Atractylis syluestris, siue Carthamus syluestris.

Gabalium

G



Abalium fericatum, Gabalium cum Cinnamo, & Caffia nafci in Arabia fcribit Plinius. Sed quid?

Gagel Germanorum, & Myrtus Brabantica quibufdam, eft Rhus Myrtifolia, cuius hiftoriam in fecunda parte Phytologiæ non incuriosè percurram.

Gaiacum, & Guaiacum arbor eft, de qua in fecunda parte Phytologiæ.

Gaiderothymum Creticum, Hon. Bell. ep. ad Cluf. Stachys fpinofa, & Gaiderothymo, ideft afininum thymum, Cluf. ap. i. Stachys fpinofa Cretica, C. Bauh.

Galacton, antiquitus Glaux vocabatur, à copia lactis, quam generat cum, γάλα apud Græcos fit Lac.

Galla, & Gallæ, fructus funt quercuum, vt dicemus in fecunda parte Phytolog. capite de Quercu.

Galulæ apud nonnullos funt fructus Cupreffi de quibus in fecunda parte Phytolog.

Galactis, Tithymali fpecies eft, lege Tithymalus.

Galactobadalon, idem quod Galeobdolon, lege Galeopfis.

De Galanga. Synonyma, & Etymum.

Galanga maior, Matth. Ad. Lon. Lugd. Tab. Cæf. Cord. hift. Galanga craffior, Coftæo. Galanga craffa, Amato. Galanga Schœnanthi radicem, volunt Monachi in Mefuem. Acorus, feu Galanga maior, Fuch. comp. Corn. Acorus veterum Leoniceno, & Brafauolæ. Iridis genus Clufio in Acoftam. Lancuaz, Iauanenfibus, apud quos crefcit, Linfc. par. 4. Ind. or. Græcis recentioribus γάλαγγα. Italis Galanga.

Galanga dicitur, nam apud Græcos γάλα, & γάλαξ exponitur lac; herba ita appellata, quoniam huius radicis puluere Nutrices lac in mammis augent, & lacte implentur. Acori, & Iridis etyma, lege fuo loco.

Galanga, & Galanga minor officinarum, Matth. Cord. hift. Fuch. comp. Corn. cui, & Cyperus Babylonica, Ad. Lon. Lob. Lugd. Tab. Ger. Acoftæ. Galanga tenuis Coftæo. Galanga Indica Amato. Lauandou Chinenfibus, apud quos nafcitur. Per Piperis radicem apud Authores quandoque legitur.

Galaftiuida, fpinofa planta folijs Leucoij, floribus albis Honor. Belli epift. ad Cluf. fic vocata ob fimilitudinem, quam cum Stiuida, fiue Pimpinella fpinofa habet, & ob florem album Galam ftiuidam nuncupant.

Galaftiuida altera, Tithymali genus fpinofum, Honor. Belli.

Galation, idem quod Gallium, lege Gallium Matth.

Galatrum, apud nonnullos eft Auena nigra, vt refert Porta.

Galaxias, à quibufdam Carduus lacteus nominatur, ab albis maculis, & venis albidis, quafi lacte plenis, nam vt dictum eft Græcis γάλαξ, eft lac.

Galbanum, eft fuccus infpiffatus, fiue liquor ferulæ in Syria nafcentis, quam nonnulli Metopion vocant; Alij Ghalbanum dicunt.

Galbulæ, & Galulæ funt fructus, fiue nuces, vel pilulæ Cupreffi, vt fupra diximus, de quibus in fecunda parte Phytologiæ.

Galedragon Xenocratis, lege Diplacus fatiuus Fullonum.

De Galega, siue Ruta Capraria. Synonyma, & Etymum.

Galega, siue Ruta capraria, Matth. Cast. Cam. Ges. hor. Galega quibusdam. Fœnum græcum Syl. Dod. gal. Galega vulgaris, Clus. pan. C. Bauh. & aliorum Galega flore cinereo, & flore albo, Eyst. Ruta capraria, Tab. Ges. hor. Caprago vulgo, Cæsalp. Onobrychis, & Herba gallica Fracastorio. Italis Ruta capraria, & Galega. Tuscis Capraggine, & Lauanese.

Galega fortè dicitur, quia producat florem galeæ formam, & eius cristam quodammodo repræsentantem: vel Galega, quasi Gallica Fracastorio dicta putatur. Rutæ verò nomen illi inditum ab effectu, & viribus, non ab odore. Capraria, & Caprago nuncupata, forsitan quia à Capris libenter depascatur.

Galega Ægyptiaca siliquis articulatis, Bauh. Sesban Alpini, & Clus. ad Garz. cuius semen Anil nomine ex Alexandria accepit. Sesban, siue Sesban Indicum, Cam. Seysban, Honor. Belli ep. 4. ad Clus. Nomina sunt vernacula apud Ægyptios vsitata, quibus hanc plantam indigitare solent.

Galegę affinis Sophera dicta, Bauh. Sophera Galegæ proxima, Alpin. Sofera Lentisci folijs, Honor Belli ep. 4. ad Clus. Hoxocoquomaclit, Cam. cur. post.

Galega syluestris Dodonei, Thal. Galega altera, vel syluestris, aut Germanica, Dod. est Aracus, Taber. & Vicia multiflora, C. Bauh.

Galega montana Lugd. lege Orobus syluaticus.

Galeobdolos quibusdam, est Vrtica non mordax, siue Galeopsis.

De Galeopsi, siue Vrtica mortua. Synonyma, & Etymum.

Galeopsis, Lon. Cæs. Tab. Cord. in Diosc. Galeopsis vulgaris fętens purpurea, Ad. siue Vrtica non mordax, Lob. Galeopsis purpurea, Lugd. Cast. Vrtica labeo mas, Brunf. Vrtica mortua Ges. hor. Vrtica non mordax vulgaris fętens purpurea, Lob. ico. Vrtica iners altera, Dod. Lamium, Trag. Fuch. Dod. gal. Lugd. Lamium, siue Vrtica non mordax vulg. & fętida, Clus. pan. Lamium purpureum fętidum, folio subrotundo, siue Galeopsis Dioscoridis, Bauh. Galeobdolon, Alijs. Italis Ortica morta, & Galiopsi, Græcis γαλίοψις καὶ γαλιόβδολον.

Galeopsis dicitur, vel quia flos figuram galeæ repræsentat, vel quia γαλῆ apud Græcos est Mustela, ὄψις verò est facies, visus, aspectus; quasi quod flos repræsentet faciem, & aspectum mustelæ. [Vrtica non mordax, & mortua appellatur, eò quia folijs sit non mordacibus, & pungentibus, veluti Vrtica vulgaris. [Labeo vocatur, quia flos labrum quoddam præ se fert; nam, cui magna sunt labia, Labeo indigitatur. Lamium fortè dictum à florum figura, veluti cucullo laruatam quamdam lamiam repræsentante. [Galeobdolon nominatur, à verbo Græco βδέω quod fętere significat; item βδέλος fętor, hinc herba ita dicta, quoniam folia eius manu trita fętorem quemdam emittunt Mustelæ fętori simillimum.

Galeopsis flore verticillato, Thal. Lamium purpureum, vel album non fętens, folio oblongo, C. Bauh. Lamium purpureum, & album, Tab. rubrum, Ger. Lamium, siue Arcangelica flore albo, Ad. Lob. Lugd. Vrtica labeo fęmina, Brunf. Vrtica iners, siue Lamium primum, Dod.

Galeo-

Galeopsis flore luteo, vel Vrtica Labeo, Cam. Galeopsis flore croceo, vel Vrtica, sexta, Tragi. Lamium luteum, Ad. Lob. ico. Ger. Lamium folio oblongo luteum, C. Bauh. Vrtica iners tertia, siue Lamium flore luteo, Dod. Leucas montana Cæs. Vrtica fatua aquatica siue Lamium πολύμορφον, aut πολύχροον, Thal. [Polymorphon dicitur, id est multum hiatum oris habens, nam græcis πολὺς est multus μορφὴ verò est forma, & species oris; nam flos amplum oris hiatum præ se ferre videtur. [Polychroon vocatur, eò quia multos colores in superficie floris ostendit: χρόα enim apud Græcos est color, & superficies rei cui inductus color est, seu color cum ipsa superficie.

Galeopsis prima, Tab. Vrtica mortua maculis albis respersa, Col. Vrtica fatua λευκόστικτος, Thal. Lamium album, Ger. Lamium maculatum, C. Bauh. [Leucostictos dicitur nimirum albis punctis, seu maculis distinctus, albis notis compunctus, στιγμὴ enim Græcis punctum significat.

Galeopsis legitima, vel vera Diosc. Clus. hist. Vrtica syluana, Lon. Vrtica Heraclea, Lugd. Herculea, Tab. Vrtica fœtida maxima πορφυράνθεμον, Thal. Heraclea, vel Vrtica secunda, Trag. Lamium maximum syluaticum fœtidum, Bauh. [Porphyranthemum dicitur idest habens florem purpureo colore perfusum, nam πορφύρω Græcis est purpureo colore perfundo, & ἄνθος est flos. Lamij etymum lege supra Galeopsis.

Galeopsis secunda, Dod. lege Scrophularia aquatica maior.

Galeopsis Ang. lege Scrophularia folio Vrticæ.

Galeopsis lutea Dalech. Lugd. lege Colus Iouis.

Galerita Costi genus, Trag. lege Tussilago maior, Matth.

Gallæ Terebinthi, Gallæ quercus, Gallæ Myricæ in secunda parte Phytolog. historias exponam.

Galli crista. lege Pedicularis, siue Fistularia.

Galli crus Apulei, & Canaria Plinij, Ang. est Graminis species, nempe Gramen Ischæmon, lege Ischæmon.

Gallitricum satiuum, lege Horminum hortense Sclarea dictum.

Gallitricum vulgò, lege Horminum pratense folijs serratis.

De Gallio. Synonyma, & Etymum.

Gallium, Matth. Lac. Lob. Lugd. Cam. Ger. Cord. in Diosc. & aliorum. Gallium Luteum, Ad. Thal. Bauh. primum Tab. Gallij primum genus Trago. Græcis γάλλιον, γαλλίριον, γαλάτιον. Italis Gallio.

Gallium dicitur eo quia coaguli vice lac cogat, & coagulet γάλα enim apud Græcos est lac.

Gallium album, Lon. Tab. Ger. Gallium palustre album, C. Bauh. Gallion. palustre, Dod. Gallion flore candido in paludibus, Cæs. Cast. Aparine lenis palustris Thalio.

Gallium tertium Tragi, Gallium album latifolium, lege Mollugo.

Gallium tetraphyllon montanum cruciatum, Col. lege Rubia cynanchica.

Gallij alterum genus, lege Cruciata, Dod.

Galum, radix aquatica in Sunda valdè refrigerans, par. 4. Ind. or. sed quid?

Gamandrea, apud nonnullos est Teucrium pratense.

Gangei, seu Gagnei Arbor frutifera Ouiedo hist. lib. 8. c. 15. de qua in 2. p. Phyt.

Ganti radix, est zinziber ex China, qua Indi corpora sua fucant, par. 4. Ind. or.

Gaphet Arabicè est Eupatorium Græcorum, apud Columnam.
Garb, siue Garab Arabum, est Salix exotica, vt dicemus in secunda parte Phytolog.
Garyophyllus vulgaris, & Garyophyllorum species, lege Caryophyllus.
Garyophyllon Plinij, lege Caryophyllus aromaticus fructu rotundo in secunda parte Phytologiæ.
Garyophyllata nonnullorum, lege Geum alpinum recentiorum.
Gariofilata vulgò Cçs. & Gariofilago, lege Benedicta, siue Herba Benedicta.
Garipot, resinæ species est, vt dicemus in secunda parte Phyt.
Garnite, & Garnitre, fructus paruus, & subtilis Fragi similitudine, vt in secunda parte Phytologiæ clarius effabor.
Garosmus, & Garosmum, lege Atriplex fętida siue Vuluaria.
Gasteres, & Gasteras, Nonnulli Brassicas vocant.
Gato Gambar, fructus oliuis, aut Arecæ similis de quo in secunda parte Phytologiæ.
Gattaria vulgò, lege Cattaria herba.
Gausapium, & Gausipium, Aliquibus, vox videtur barbaræ originis Gausape indeclinabile, aut Gausapa; lege Bombax.
Geduuar Auicennæ, Garziæ, & Lugd. Geduuar Clus. lege Zedoaria Geiduar dicta
Gehuph arbor Indis, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.
Gelapo Massiliensibus, lege Bryonia Mechioacana nigricans.
Gelatophyllis Nonnullorum, est Apiastrum Cord. siue Ranunculus palustris apij folio, Apium risus dictus.
Gelbenech, Ang. lege Gratiola, Matth.
Gelosia, siue Celosia, lege Amaranthus pictus, siue tricolor:
Gelseminum hederaceum Indicum, lege Hedera Indica Iasmini folijs.
Gelseminum, lege Iasminum.
Gelsomoro, arbor est in Regno Congiano Pigafettæ, de qua in secunda parte Phytologiæ.
Gemez Mauritanis Palmæ species est, vt dicetur in secunda parte Phytologiæ.
Geminalis Nonnullorum est Horminum, siue Gallitricum.
Gemma in plantis, idem quod oculus, nomen formatum translatione à lapillis pretiosis sumpta: dicta autem est gemma à verbo gemo, quod significat lugeo, fleo, lacrymas emitto, quia instar lacrymæ existit, quando erumpit, vnde deberet scribi gema simplici M.
Geniculum, & genicula sunt nodi, qui in herbis, aut leguminibus aut etiam suffruticibus apparent, & totum id, quod multis interceptum est geniculis; vnde geniculatus cauliculus, & geniculatæ radices dicuntur, quæ nodis quibusdam interstinctæ protuberant rotundæ, & leuiter capitulatæ. Geniculi, quasi germiculi à germinando dicti, quia ex illis aliud germen oritur, quando planta prolem emittere curat.
Geniculata herba Nonnullorum, est Polygonatum latifolium vulgare.
Genicularis apud Aliquos est Lychnis coronaria.
Genipat Theueto, Pomo similis Brasiliana arbor, cuius historiam in secunda parte Phytologię breuiter exponam.
Genista, eiusque species in secunda parte Phytologiæ erunt recensendæ.
Genistella, tinctoria, infectoria, & aculeata, lege in secunda parte Phytologiæ.
Genista, Spartium, eiusque species, de omnibus erit sermo in secunda parte Phytologiæ.

De

De Gentiana. Synonyma & Etymum.

Gentiana ab omnibus ferè Authoribus hoc nomine insignitur. Gentiana maior, Matth. Gesf.hor. ap. Ad. Lob. flore luteo Cam. Gentiana maior lutea, Bauh. Gentianæ prima species Trag. Gentiana Veterum Clus. hist. Aloe Gallica Apulei, Cyminalis, Dod. & Basilica. Pestifuga Nonnullis, Matth. Græcis γεντιάνη. Italis Gentiana maggiore.

Gentiana dicitur ab Inuentore Gentio Illyriorum rege, qui primus in bello eius vires reperit aduersus pestem, ideo Pestifuga etiam nominatur. Aloe Gallica nuncupatur, quia amarissima est. Basilica verò quasi Planta Regia, eo quod à Rege, qui Græcè βάσιλευς dicitur inuenta fuerit.

Gentiana maior purpurea, C. Bauh. Gentiana puniceа, Gesf. purpureis floribus, Lob. ob. Gentiana maior alia Cam. ep. Gentiana maior flore purpureo, & prima, Clus. pan. & hist.

Gentiana maior cæruleo flore, Clus. hist. Gentiana maior flore punctato C. Bauh. Gentiana maior pallida punctis distincta, Clus. pan. & hist. variat enim floris colore pallido, & cæruleo.

Gentiana folijs hirundinariæ, Gesf. hor. siue Asclepiadis, Clus. pan. Gentiana minor altera, Dod. Gentiana Asclepiadis folio, C. Bauh. Gentiana secunda cæruleo flore, Clus. hist. Tab. Vincetoxicum primum Cæs.

Gentianella alpina, Gesf. hor. pumila Gesf. cat. Gentianella alpina angustifolia magno flore C. Bauh. Gentianella campanulæ flore purpureo, Ad. Gentianella Heluetica Lob. ico. Gentianella minima latifolia, Lugd. Helleborine Dalechampio, Ad. Diosc. Gentianella dicitur, idest parua Gentiana.

Gentiana minima, Ad. Lob. Cast. Gentiana fugax quarta, vel Gentiana decima, Clus. pan. & hist. Gentianella breui folio, C. Bauh. Vulneraria herba, Cast. ico. [Fugax dicitur idest annua.

Gentiana cruciata, Gesf. hor. Bauh. Gentiana minor Matth. Ad. Lob. Cast. Tab. Gentiana media, Cam. Cruciata Gentianella, Thal. Herba fullonum Brunf. Vincetoxicum alterum, Cæs. Cruciata, Trag. Fuch. Dod. Ang. Gesf. hor. Lac. Eyst. Lou. Lugd. [Cruciata dicitur, non solum quia folia cauli incumbentia cruciatim sint disposita, sed etiam quia radices in crucem scissas habere conspicitur.

Gentianella multiflora autumnalis è ceruleo purpurascens, Eyst. Gentiana autumnalis ramosa, C. Bauh. Gentiana septima, Tab. Gentiana fugax, siue annua prima, vel Gentiana septima Clusij, pan. & hist.

Gentiana angustifolia autumnalis maior, C. Bauh. Gentiana quarta, siue angustifolia secunda Clus. pan. & hist. Campanula autumnalis, Dod. Eyst. Calatiana viola autumnalis minor, Gesf. hor. Calathiana autumnalis, Gesf. cat. Pneumonanthe, Lob. [Pneumonanthe dicitur à verbo græco πνέω quod significat flo, spiro, πνεῦμα flatus ventorum, vel ventus, ἄνθος verò Flos, idest flos ventorum, quia vt plurimùm in summis montium iugis, & alpibus nascatur flatibus ventorum expositus.

Gentianella autumnalis folijs Centaureæ minoris flore cæruleo, Eyst. Gentiana angustifolia autumnalis minor, floribus ad latera pilosis, C. Bauh. Viola calathiana autumnalis prima, Thal. Pneumonanthe Cord. hist. desc. Ad. Gentianella nomen diminutiuum à Gentiana.

Gentianella cærulea cordata, Col. Gentiana vtriculis ventricosis, Bauh.

Gentiana pratensis flore lanuginoso, C. Bauh. Gentiana fugax altera, siue Gentiana octaua, Clus. pan. & hist.

Gentianella alpina, lege Calathiana verna.

Gentiana palustris angustifolia, C.Bauh. Gentiana angustifolia vel quarta Clus. pan. & hist. Gentiana minima, Matth. Cast. desc. Cruciata, siue Gentiana minima, Lugd. Pneumonanthe in humentibus ericetis; idest vbi Ericæ frequentissimè luxuriant. Lob. ob. Tab. Ger. Campanula pratensis, Lugd. Calathiana viola in pratis vdis: Dod. gal. Lugd. Calathiana viola autumnalis, Gesc. hor.

Gentiana palustris latifolia flore punctato, C. Bauh. Gentiana duodecima, & punctata, Clus. pan. & hist. Alisma folio glabro, C. Bauh. in Phytopinace.
Gepalu, & Gupalu, sunt pinei nuclei Malucani, de quibus in secunda parte Phytolog.

De Geranio. Synonyma, & Etymum.

Geranium primum Matth. Ang. Lugd. Cast. Geranium bulbosum Matthioli Tab. Geranium bulbosum Dioscoridis primum, Ad. Lob. Geranium tuberosum maius, C. Bauh. Cam. Geranium subrotunda radice, Diosc. Gesc. hor. Geranium tuberosum, Dod. Lugd. vel decimum, Tab. Rostrum Ciconiæ, Alijs. Græcis γεράνιον. Italis Geranio.
Geranium dicitur à Gruini capitis imagine, siue rostri effigie quod cacumen repræsentat, γέρανος enim apud Græcos est Grus. Recentiores verò à Ciconiæ rostri effigie, Rostrum Ciconiæ nominant.

Geranium batrachioides, Ger. Geranium, siue Batrachium cæruleum, Tab. Geranium batrachioides folio Aconiti C. Bauh. Geranij maioris species prima Gesc. hor. ap. Geranium secundum, vel batrachioides alterum Clus. pan. & hist. [Batrachioides dicitur idest ranunculaceum, quia in locis vdis, ranarum more, proueniat. βάτραξ enim apud Græcos est rana: vel quia frondes alicuius Ranunculi æmulas proferat nam Ranunculus Græcis dicitur βατράχιον; variat in colore floris, vt dicemus in secundo Tomo partis primæ Phytolog. in Tractatu differentiarum.

Geranium batrachioides alterum, Dod. Geranium batrachioides odoratum, C.Bauh. Geranium batrachioides longiùs radicatum Lob. Lugd. Geranium montanum, Gesc. col. Geranium macrochizon Cam. Eyst. Pes columbinus in syluis nascens alter, Cæs. Macrorhizon dicitur, idest habens radicem longam, nam Græcis μακρὸς est longus, prolixus ῥίζα verò est radix. Pes columbinus vocatur à figura folij, nam columbinum pedem perbellè imitatur.

Geranium hæmatodes, Dod. gal. Lugd. Clus. pan. Thal. Cam. Geranium septimum hæmatodes, Clus. hist. Geranium sanguineum maximo flore, C.Bauh. Geranium sanguinarium Eyst. Geranium gruinum sanguinale hæmatodes supinum radice

repri-

reptrice, Lob. ico. Geranium alterum maius, Gef. hor. Sanguinaria radix, & Geranium tertium Tragi. [Hæmatodes dicitur, ideft fanguineum, à fanguineo radicis colore αἷμα Græcis eft fanguis, αἱματώδης fanguineus, fanguine præditus. Vel à fiftendo fanguine, ideò Sanguinaria radix, & Sanguinale appellatur.

Geranium quartum, fanguinariæ radicis fpecies, Matth. Caft. Lugd. Geranium batrachioides, fiue magnum cæruleum, Aduerf. Geranium tertium batrachioides maius, Cluf. hift. Geranium batrachioides, Dod. Camer. Lugd. Thal. Geranium batrachioides, Gratia Dei Germanorum, Lob.

Geranium batrachioides, Collum Gruis Germanorum, C. Bauh. Geranium quartum Fuchfij. Gruinalis, Dod. Lugd.

Geranium batrachioides flore variegato, C. Bauh. Geranium Anglicum variegatum Eyftett.

Geranium nodofum, C. Bauh. Geranium fextum tuberofum, Plateau. Cluf. hift. Geranium quintum nodofum Plateau. Idem.

Geranium faxatile, Cam. Eyftett. Geranium faxatile ὑγροσκόπελον, Thal. Geranium alterum montanum faxatile rotundifolium, Col. Geranium argenteum, fiue lucidum faxatile, C. Bauh. [Higrofcopelon dicitur, eò quia nafcatur in locis mōtanis, & humidis, nam Græcis ὑγρος eft humidus, humectus, & madidus σκόπελος verò eft fcopulus, & locus editus, Lucidum, & argenteum vocatur, quia folia argenteo fplendore micant.

Geranium folio maluæ rotundo, C. Bauh. Geranium columbinum Tab. Ger. Geranium maluaceum, fiue balfaminum, Cam. Geranium alterum, Matth. Trag. Caft. Lon. Thal. & Aliorum Pes columbinus, Dod. Ad. Lob. Cæf.

Geranium folio Altheæ, C. Bauh. Geranium Malacoides, Ad. Lob. Ger. Geranium Altheodes, Cam. Geranium Monfpeliacum, Tab. Geranium fextum Matth. Caft. Lugd. Pes columbinus tertius Cæf.

Geranium Apulum Coriandri folio alterum odorum, Col. Geranium Coriandri folio odorum, C. Bauh.
Geranium mofchatum lege Acus mofchata.

Geranium mofchatum inodorum, Ger. Eyftett. Geranium minus, & primum, Trag. Geranium minus, vel aruenfe, Tab. Geranium Cicutæ folio minus, & fupinum Bauh. Mirrhida Plinij, & Roftrum Ciconiæ inodorum, vulgatum, Lob. ico. Herba Roperti, & Geranium quartum Brunf. Geranium Mirrhinum inodorum, Gafp. Scuuencfelt.

Geranium Robertianum, Ad. Lob. Dod. Cam. Tab. Geranium Robertianum primum, C. Bauh. Rupertiana vulgò, Cęf. & Robertianum Alijs, à rubro caule, & folijs rubris, vt placet Tabernamontano, primùm Ruberta dicta fuit. Gratia Dei, vel Geranium quibufdam Trag. Herba Ruperti, & Geranium fecundum Diofcoridis, Lugd.

Gera-

Geranium violaceum, Tab. Ger. Geranium gruinale, Dod. gal. Lugd. Geranium quartum Tur. Lac. Lon. quintum Matth. Geranium Robertianum alterum Bauh. Geranij Robertiani altera species, Ad.

Geranium Creticum, Cam. Tab. Ger. Clus. hist. Geranium latifolium longissima acu, C. Bauh. Geranium Creticum annuum hæmatodes, Lob.

Geranium triste, Iacobi Cornuti, ita nuncupatum, quod noctu solùm flos expansus sit, & oleat suauissimè.

Geranium Scandicophyllon, lege Acus Moschata.

Gerardi herba nonnullis, lege Angelica syluestris, siue erratica.

Gerau Palmæ species in America, de qua in secunda parte Phyt.

Germen, vel surculus est id, quod ex ipsis plantarum surculis primo vere exit, ex quo deinde folium producitur.

Gerontopogon flore luteo, γέρων τος Græcis dicitur senex, πώγων barba, idest barba senis, lege Tragopogon luteum.

Gethyllis, Gethion, & Gethyum Ceparum genus, lege Porrum sectile Matth.

Gethioides syluestre, Colum. ad Gethij familiam adscribendam esse, nempe ad Porrum sectiuum iuncifolium.

Geum alpinum, & quartum Ges. hor. Caryophyllata montana, Dod. Ger. Tab. Matth. Lugd. Caryophyllata maior rotundifolia Lob. Caryophyllata alpina, Cam. Caryophyllata montana secunda, Clus. pan. & hist. Garyofillatæ alterum genus montanum flore luteo, Cæs. [Nominum etyma, lege supra Benedicta, siue Herba Benedicta.

Geum riuale Ges. hor. Benedicta syluestris, Tragi. Garyophyllata aquatica, Cam. ep. palustris, Cam. Taber. Caryophyllata montana Dalech. Lugd. Eystett. Caryophyllata maior, seu purpurea, Thal Caryophyllata septentrionalium rotundifolia papposo flore, Ad. Lob. Caryophyllata montana prima Clus. pan. & hist. Caryophyllata aquatica nutante flore C. Bauh. [Geum riuale dicitur quod in riuo nascatur, nimirum iuxta aquas frequens reperitur.

Geum alpinum recentiorum folio hederaceo, siue Garyophyllata, Ad. Lugd. Lob. ico. Cotyledon tertiū Dalechampij, Lug. Sanicula montana rotundifolia, C. Bauh. Sanicula montana prima Clus. pan. altera Eidem hist. Eyst. Sanicula alpina Cam. ep. guttata, Eidem, hort. Sanicula alpina alia, Ges. hor.

Ghitta iamau, est succus exoticus laxatiuus ex flauo rufescens, vt dicemus in secunda parte Phyt.

Gigantea, lege Helenium Indicum maximum.

Gigantea Burgundis, lege Helianthemum Indicum tuberosum.

Gigarum, à Gallis antiquitus Serpyllum nominatum esse Authores quidam affirmant.

Gilda, apud Nonnullos, est Gith, siue Nigella.

Gymnocrithon hordeum Camer. lege Hordeum nudum, ita nuncupatum, quia apud Græcos γυμνὸς nudus exponitur, & κριθὴ est hordeum.

Gynecanthe, Aliquibus est Bryonia nigra, Latinis Vitis nigra dicta.

Ginge, apud Nonnullos, Phaseolus Indicus exponitur, Indica enim vox est.

De Gingidio. Synonyma, & Etymum.

Gingidium, Ang. Cord. in Diosc. & hist. Dod. gal. Clus. hist. cui, & Bisnaga. Gingidium

gidium vmbella oblonga, C. Bauh. Gingidium Hispanicum, Ger. Gingidium alterum, Dod. tertium. Tab. Seseli Massiliense, Fuch. Dod. gal. ico. Seseli Trag. Visnaga, Matth. Ad. Lob. Lugd. Cast. & Pastinaca syluestris maior. Cumini satiui alterum genus Cæs. Dauci genus tertium, Fuch. ico. Græcis γιγγίδιον Italis Gingidio, & Visnaga.

Gingidium dicitur, quasi γηγνίδιον. γῆ enim est terra, & γύδιον agellus, fundus exiguus: hinc herba ita dicta, quia tam in terra culta, quam inculta, & vbique passim crescat. [Visnaga, & Bisnaga appellatur in Syria, est enim olus illi regioni familiare, & tali nomine decoratur, cuius vmbellæ pediculi dentiscalpijs inseruiunt.

Gingidium Matth. Lugd. Cast. primum Tab. Gingidium folijs Chærefolij, C. Bauh.

Gingidium Dioscoridis, Rauuolf. Lugd. ap. Gingidium Syriacum Tab Gingidium folio Fœniculi, C. Bauh.

Gingidium folijs Baucię Syriacum, Lob. Lugd. Gingidium primum, Dod. secundum Tab. & latifolium, Ger. Gingidium folijs Pastinacæ latifoliæ, C. Bauh.

Gypsophyton Thal. lege Caryophyllus saxatilis folijs gramineis.

Gyp, succus splendens Anethi odore, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Gith, siue Melanthium, lege Nigella.

De Githagine, seu Pseudomelanthio. Synonyma, & Etymum.

Githago, Rosæ marianæ sextum genus, Trag. Pseudomelanthium, Matth. Lac. Lon. Ad. Lob. Cast. Lugd. Thal. Ger. Nigellastrum. Dod. Nigella Brunf. vulgaris, Lac. Lolium quibusdam flore paruæ rosæ, Cord. in Diosc. Lychnis aruensis, Tab. Lychnis alia inter triticum, Cæs. Lychnis segetum maior, C. Bauh. Gitton aliquibus. Italis Gittone, Bononiensibus Giottone, & Iuttone.

Githago dicitur eò quia semen nigrum, & quodammodo semini Nigellę simile producat: propterea etiam Nigellastrum vocatur. Nigella enim apud Aliquos Gith appellatur. Gith verò vox barbara est, & Arabica. [Pseudomelanthium, idest falsum Melanthium, nam Græcis ψευδὴς exponitur falsus, fictitius, simulatus. Melanthij etymum, lege Nigella. Aliorum nominum etyma lege suo loco.

Gitton, lege Githago, siue Pseudomelanthium.

Giula, & Giulia siue Herba Iulia, est Balsamira minor, lege Ageratum, Matth.

De Gladiolo. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Gladiolus est paruus gladius, & est etiam herba de qua in pręsenti.

Gladiolus nostras Cam. Germanicus, Tab. Gladiolus, Dod. Narbonensis, Lob. Gladiolus floribus vno versu dispositis maior C. Bauh. Victorialis rotunda, & Gladiolus verus, Ges. hor. Victorialis herba, Lon. rotunda, Eyst. Victorialis fęmina, vel Gladiolus syluestris, Cord. hist. Xiphion, & Phasganion, Alijs. Græcis ξιφίον, & φασγάνιον. Italis Gladiolo. Ensiculus Alijs. Elifloth Turcis.

Gladiolus dicitur à foliorum forma, quæ figuram gladij referunt. Xiphion appellatur, idest gladiolus, nam Græcis ξίφος est, gladius paruus φάσγανον similiter ensis, gladius exponitur. Victorialis forsan vocatur, quòd similiter folia producat Palmæ folijs quodammodo similia, & quoniam Palma, apud Antiquos, Victoribus dabatur, ideo hæc herba Victorialis appellata. Elifloth barbara vox est.

Gladiolus, Matth. Ang. Lac. Cast. Cęs. Lugd. Dod. gal. Ges. col. Gladiolus peregrinus, Cam. Gladiolus segetalis, quod inter segetes crescat. Lingua ceruina.

Apulei,

Apulei, apud nonnullos. Gladiolus vtrinque floriferus Dod. Gladiolus vtrinque floridus C. Bauh. Gladiolus Italicus binis florum ordinibus cinctus Lob. Gladiolus Italicus Tab. Gladiolus purpurouiolaceus Suuer. Xiphion Diosc. Ges. ap. Variant enim floris colore, vt in secundo Tomo Partis primæ Phytologiæ in Tractatu differentiarum abundè agemus.

Gladiolus cæruleus maior Trag. est Iris vulgaris Germanica.
Gladiolus cçruleus minor Trag. est Iris pratensis angustifolia.
Gladiolus fçtidus, lege Xyris Matth.
Gladiolus luteis lilijs, & Gladiolus aquaticus, lege Acorus adulterinus.
Gladiolus palustris, & Gladiolus aquaticus, lege Iuncus floridus.
Gladiolus palustris, Tab. est Sparganium.
Gladiolus palustris, Clus. est Leucoium palustre flore subcæruleo, Bauh.
Gladiolus indicus, lege Arundo Indica latifolia.
Glandes arborum fructus sunt, quamuis Latini aliquando glandis nomine omnem fructum complexi sint, vt dicemus in secunda parte Phytol.
Glandes terrestres, lege Astragalus aruensis.
Glans Virginea, est fructus exoticus glandis effigie, vt dicemus in secunda parte Phyt.
Glans vnguentaria, fructus est arboris Myricæ similis de qua in secunda parte Phytologiæ.
Glastiuida Cretensium, Belli ad Clus. hist. ap. Glastiuida prima Cretica, Ponæ Leucoium Creticum spinosum, Clus. hist. Leucoium Creticum spinosum incanum Luteum, C. Bauh.

Glastiuida altera Belli ep. 4. al Clus. Glastiuida secunda Cretica Ponæ Bald. Ital Tithymalus maritimus spinosus, Clus. hist.

De Glasto. Synonyma, & Etymum.

Glastum satiuum, Tur. Ad. Lob. Cam. Glastum vulgò Guadum, Cæs. Isatis domestica, siue Glastum, Matth. Cast. Isatis Græcorum, Nil Auicennæ, Indicum Officinarum, Fragoso. Isatis satiua, vel latifolia Bauh. Isatis satiua, Trag. Fuch. Dod. Cord. in Diosc. Ges. hor. Lac. Lon. Latinorum Lutea, & Glastum S. Philippi herba apud Nonnullos. Herba Infectiua Alijs Græcis *ἰσάτις*, Italis Guado.
Glastum dicitur, quia Germanicè nuncupatur Glast. hinc nonnulli Glasti detortum vocabulum volunt, quod vocabulum Itali in Guadum corrumpunt. [Isatis vero nuncupatur, nam Græcis *ἰσότης* æqualitas, seu æquabilitas exponitur, *ἰσόω*, & *ἰσάζω* æquo, adæquo, fortè quià hæc planta omnes colores adæquet, & hodie hanc plantam omnibus coloribus æqualiter addunt.

Glastum, siue Isatis syluestris, Ad. Glastum syluestre, Tur. Cam. Isatis syluestris Matth. Trag. Fuch. Dod. Lac. Lon. Lob. Lugd. Tab. Ges. hor. Isatis syluestris, vel angustifolia, C. Bauh. Isatis agrestis, Cord. in Diosc.
Glasto affinis, lege Anil herba.
Glasto similis inter segetes, Cçs. & Glastum Ang. lege Vaccaria rubra.
Glastum syluestre, Cæs. lege Dentellaria Rondeletij.
Glauca, vel Glaux quædam leguminosa Herbariorum Aduers. est Glycyrrhiza syluestris, Thal. alia, Cam,
Glaucium Dioscoridis, lege Ficus Infernalis.
Glaucium Dioscoridis, Alijs est solanum furiosum.

Glaux,

Glaux, vel Onobrychis, Gesf. lege Onobrychis. Alijs verò Glaux est fœnum græcum sylucstre, Trag. siue Glycyrrhiza syluestris. Alijs est Ciceri syl. minoris affinis. Glaux verò dicta quasi γαλαυξ à lacte, nam Græcis γαλαξ est lac, quòd lactis extincti vbertatem excitaret cum hordeacea farina, sale, & oleo adhibita.

Glaux Anguil. est Dorycnium Monspeliense.

Glichon nonnullorum est Pulegium Officinarum.

Glycypicra, & Glycypicron, lege Amara dulcis.

Glicilida, lege Aglaophotis Æliani.

Glycomela, lege Mala orbiculata in secunda parte Phytol.

Glis, apud nonnullos est Lappa fortè à glisco cresco, quoniam Lappa quò magis pertractatur, eò magis crescit, & dilatatur; vnde versus.

Glis animal, Glis terra tenax, Glis Lappa vocatur.

De Glycyrrhiza. Synonyma, & Etymum.

Glycyrrhiza, Matth. Lac. Cast. Dod. gal. altera, Anguil. Glycyrrhiza capite echinato C. Bauh. Glycyrrhiza echinata Dioscoridis, Ad. Lob. Lugd. Officinis Liquiritia, & Dulcis radix Græcis γλυκύρριζα, Italis Liquiritia, & Regolizia.

Glyzyrrhiza dicitur ideſt dulcis radix, nam Græcis γλυκὺς est succus dulcis, ῥίζα est radix, hinc γλυκύρριζα ideſt dulcis radix, quod nomen postea corrumpunt in Liquiritiam.

Glycyrrhiza altera, Matth. vulgaris, Dod. Cam. ep. Glycyrrhiza siliquosa, Ad. Lob. Glycyrrhiza siliquosa, vel Germanica C. Bauh. Glycyrrhiza læuis, Lac. non echinata, Lugd. Glycyrrhiza Germanica, Dod. gal. Glycyrrhiza Dioscoridis, Anguil. Dulcis radix, Trag. Tur. Gesf. hor. Liquiritia Brunf. Dipsas, & Radix Scythica Theophrasti Nonnullis. Dipsas fortè dicta, quia radix in ore detenta sitim leuare credatur, & Scythica, eo quod Scythe eam cõmanducantes lõgam ferent inediam.

Glycyrrhiza syluestris, Gesf. hor. Lugd. Cam. Glycyrrhiza syluestris floribus luteo pallescentibus, C. Bauh. Glaux, Tur. vulgaris, Ad. Lob. Clus. hist. Fœnum græcum syluestre, Trag. Clus. pan. primum. Dod. Polygalon Cord. in Diosc. & hist. Thal.

Glycyrrhiza Astragaloides, quibusdam est Trifolium alpinum flore magno radice dulci, C. Bauh. Trifolium angustifolium alpinum Ponæ.

Globularia cærulea, & Monspeliensium, lege Aphyllantes.

Globularia lutea montana, Colum. est. Caryophylli montani species.

Gluma est granum, & vtriculus in ipsis plantis; sed propriè gluma est grani folliculus, quod in spica continetur, vel grani theca, dicta est gluma à nomine græco γλύμμα quod significat sculptum celatum, vel quod sculptum est: hinc glumma, quia intus caua, & veluti sculpta apparet: videtur tamen etymum habere à glubendo quod eo folliculo deglubitur granum.

Gluten Abbotin, Auicennæ est Resina humida, Terebenthinæ species, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

De Gnaphalio. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Gnaphalon, est genus tomenti ex lana illa scilicet breui atque concisa, quæ vestibus à fullone, poliendo detrahitur, Græcis γνάφαλον. Item est herba, de qua in præsenti.

Gnaphalium vulgare, Matth. Tab. Lob. Ad. Lugd. Gnaphalium Fuchs. Lac. Tur. Cast. Ges. hor. Gnaphalium vulgare maius Bauh. Gnaphalium vulgare minus, Thal. Tomentum, Cord. hist. Centunculus, Tur. Filago, Dod. Ger. Impia Plinij, Ang. Filius ante patrem Alijs. Cartafilago, Ges. hor. Herba Impia, Cæs. Camæxylon, & Chamæzelon Plinij nonnullis. Græcis γναφάλιον. Italis Gnafalio.

Gnaphalium dicitur, eò quia Græcis κναφάλον, seu γνάφαλον est floccus detractus carduo fullonico ex panno inter pectendum, seu tomentum ex huiusmodi floccis quo culcitræ inferciri solent: hinc herba sic dicta, quia folijs teneris mollique lanugine obsitis, pro tomento vtantur, ac pro floccis seruiant ad implendas culcitras & propter eamdem rationem Tomentum appellatur. [Centunculus ea de causa nominatur à molli foliorum lanugine, qua ad infarciendos centones tomenti inopia suppleri potest; Gento enim pro vili, ac sordido stragulo accipitur. [Filago vocatur, nam cum sit planta tomentosa in filum potest conuerti nendo. [Impia dicitur, quoniam eius ramuli capitella gerunt, & in capitellis alij exurgunt ramuli, & sic Impia appellata, quoniam Liberi supra parentes excellant: Vel potius ita nuncupata, quod nullum animal eam attingat, cum sit planta tomentosa, & pauci admodum succi. [Cartafilago vocata, cum potius dicenda sit Ceratophilax, ad mentem Cęsalpini, quod partem oculorum Ceratoidem, id est corneam tunicam defendat, salutique percussam restituat. Chamęxylon, id est humile Gossypium, nam Græcis Gossypium, siue Bombax appellatur Xylon, cum hæc planta sit alba, & tomentosa Gossypij instar. [Chamęzelon verò, idest humilis inuidia; nam apud Græcos ζῆλος exponitur Inuidia, æmulatio, cum Liberi, vt dictum fuit supra, inuideant, & supra parentem excellant.

Gnaphalium maius angusto oblongo folio alterum, C. Bauh. Gnaphalium Anglicum, vel Belgicum folio longiore, Ad. Lob. ico. Gnaphalium maius, Tab. Anglicum Ger. Gnaphalij genus, Clus. hist. Pseudoleontopodium, Matth. Lugd. Leontopodium alterum vulgare, Matth. Camer. an Herba Impia in montibus, Ces. Chrysocome Germanica, Lob. obs. Chrysocome lanuginosa, an Impiæ species Lugd. [Leontopodium nominatur, idest pediculus, nimirum pes paruus Leonis, nam Græcis λέων λέοντος est Leo πόδιον est pediolus: hinc herba ita appellata, quia ob figuram, & lanuginem pedem Leoninum imitatur. Pseudoleontopodium Alijs dicitur, nimirum falsum Leontopodium. Chrysocome etymum, lege suo loco.

Gnaphalium vulgare maius, Thal. Gnaphalium maius angusto oblõgo folio, C. Bauh. Filago Germanica alia secundum folia florida, Ad. Lob. ico. Filaginis altera species, Dod. Heliochrysos syluestris, Trag.

Gnaphalium montanum purpureum, & album, Ad. Lob. Tab. Ger. Gnaphalium montanum variegatum Eyst. Gnaphalium montanum flore rotundiore C. Bauh. Gnaphalij genus, Ges. col. Lagopus secundus, Trag. Lagopiron Hippocratis, Ges. animal. Auricula muris, Lon. quarta, Trag. Pilosella minor; Fuchs. Dod. gal. Lugd. Thal. Nominum etyma, lege suo loco.

Gnaphalium alpinum, Ger. desc. Clus. pan. & hist. Gnaphalium alpinum magno flore, folio oblongo, C. Bauh. Leontopodium verum, Matth. Leontopodium Mattholi Lugd, Tab. Leontopodium, siue pes Leoninus, Ad. Leontopodium, Dod. Cast. Leontopodij etymum, lege supra Gnaphalium maius.

Gnaphalium maritimum, C. Bauh. Gnaphalium marinum, Ges. hor. Ad. Lob. ico.

Gnapha-

Gnaphalium marinum tomentosum, Lug. Gnaphalium, Matth. Lob. Lugd. legitimum, Clus. hist. Cottonaria vulgi, siue Bombax humilis, Tab. Ger. Cottonariæ etymum, lege supra Bombax, eò quia lanuginem in folijs producat similem lanugini, quæ extrinsecus in malo cotoneo reperitur.

Gnaphalium roseum hortense, C. Bauh. ita nuncupatum, quoniam in ramulorum summitatibus flos rosæ modo expansus disco luteo, etiam aureo foliolis vndique sustentatus insidet.

Gnaphalium Dioscoridis, Trag. est Gramen pratense tomentosum.

Gnaphalium Dioscoridis, Ponæ, lege Dictamnum falsum.

Gnaphalium marinum Dalechampij, Lugd. est Elichrysum syluestre flore oblongo, C. Bauh. Stoechas citrina altera inodora, Ad. Lob. ico. Lugd. Chrysocome quarta peregrina tertia Clus. hist. Chrysocome latioribus folijs, Cæs.

Gnaphos frutex est spinosus, ad mentem Nonnullorum, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Gniacardus est Carlina, siue Cardopatium, à Romanis ita appellatus, vt Nonnulli Authores affirmant.

Goan arbor, & fructus, lege in secunda parte Phytologiæ.

Goacan, & Goaconax est arbor ex quo conficitur Balsamum occidentale Ouied. lib. 10. c. 3. et in secunda parte Phytol. enarrabo.

Gombretum Plinij, lege Combretum.

Gomphrena, Lugd. lege Amaranthus tricolor, siue pictus.

Gor fructus castaneæ similis, sed amarus, de quo in secunda parte Phytologiæ.

Gordylium Æginetæ est Tordylium, nam γορδύλιον scribit.

Gorgonium est Lithospermum maius erectum, apud Nonnullos; Apud Plinium verò Gorgonia nihil aliud quàm Corallium, ita dictum, quod ex aquis exemptum, protinus in duritiem lapidis conuertatur, quemadmodum illi, qui Gorgonem aspexerant.

Gossypium, lege Bombax officinarum.

Gossypium arboreum, Gotne Msegiar appellatum, Alpin. Gossypium perenne, & arboreum, siue Asiaticum Bellonio: Gossypium arboreum caule leui, C. Bauh.

Gossypium Brasilianum Bellon. & Belli Gossypium arboreum caule spinoso, C. Bauh. Xyloa, stadio in Brasil. parte tertia Ind. occid. Xyliferæ arbores, Lesio parte tertia Ind. occ. Bombax Indica Ponæ Ital. de quibus omnibus in secunda parte Phytologiæ verba locupletiora proferam.

Gossypium muscus, Imper. est muscus Maritimus Gossypio similis, C. Bauh.

Gotne albi catartici nomine, Alpini; lege Holosteum creticum alterum.

Gotne rubri, & Botrio rubro nomine, est Psyllium minus, C. Bauh.

Gouone, vulgò lege; Equissetum primum Matthioli.

Græca, & Græcula rosa, Græca salix, & Græcula mala, lege in secunda parte Phyt.

Grain parte sexta Ind. or. Manigette Batauis, est frumentum Indicum grano Auellanæ magnitudine, C. Bauh.

Gralega, lege Galega, siue Ruta Capraria.

De Gramine Synonyma, & Etymum.

Graminum cum infinitus penè sit numerus, ab omnibus tamen Authoribus hoc nomine Graminis insignitur. Gramen igitur à gradiendo dicitur, quòd geniculatis internodijs mirificè se propaget, & ramulis serpat: vel à gignendi fæcunditate, cum crebrò à se radices nouas spargat. [Græcis ἄγρωστις vocatur, quasi agrestis quod in agris proueniat, & passim crescat ἄγρος enim est ager, rus, ἄγριος verò

est agrestis, ruralis. Italis Gramigna.

Gramen acerosum dictum, quia paniculas in summo culmo habet plures, molles, plumosas cuius glumis pluma adhæret ad instar purgamenti frumenti leuissimi, quod vento leui spirante secernitur, & Acer, Aceris nominatur; hinc acerosus quod confectum est ex huiusmodi paleis, & quasi aristis leuissimis.

Gramen aculeatum, Matth. Cast. Gramen album capitulis aculeatis Italicum, C. Bauh. Dicitur aculeatum, eò quia spicas asperas profert, quin & quasi aculeatas.

Gramen aculeatum, Lugd. Gramen palustre echinatum, Lob. ico. Gramen palustre aculeatum, vel minus Germanicum, C. Bauh.

Gramen aculeatum, Sanguinaria, Capriola, Leon. Ruel. Ama. Sanguinaria dicitur ab effectu, quòd naribus indita sanguinem eliciat, nam cacumine pueri è naribus sanguinem eliciunt, habet enim spicas in quibus semina oblonga, rubra, extremitate pungentia conspiciuntur. [Capriola nuncupatur fortè quòd Capris grata sit in pabulo, & libenter eam depascant.

Gramen acuminatum dicitur à foliorum primò prodeuntium forma, & est Gramen caninum Cynagrostis dictum.

Gramen agrostiuum, id est Gramen agreste, cum Græcis ἄγρωστις sit agrestis.

Gramen Alopecuroides, ἀλωπέκουρος, Theoph. Cauda Vulpis Monspeliens. speciosior, Ad. Cauda vulpina Cæs. Gramen Alopecurinum Aliquibus ἀλώπηξ Græcis est vulpis, οὐρά est cauda, quoniam spica huius graminis caudam vulpis imitatur.

Gramen Amoris, & Amourettes quasi amatorium, Clus. eo quia paniculis sit elegantissimis, & speciosissimis, & ob panicularum venustatem ab omnibus expetatur.

Gramen Anatum, eò quia anates huiusmodi gramine delectentur, cum in aquis stagnantibus, fossis, & riuulis reperiatur, quo anates syluestres alijquè aquatici volucres hyeme victitant.

Gramen anthoxanthon, Lugd. Gramen pratense spica flauescente, C. Bauh. anthoxanthon dicitur, id est habens florem flauum, nam Græcis ἄνθος est flos, ξανθὸς verò est flauus.

Gramen aquaticum paniculatum, palustre paniculatum, aquaticum harundinaceum paniculatum, quia in aquis, & secùs aquas nascatur.

Gramen Aristida, & Aristidia dictum, lege Holcus Plinij. Aristidia nuncupatum fortè, quia elicit è corpore aristas.

Gramen articulatum, id est folio articulato, folijs enim est paucis ceu fistulosis, angustis acuminatis, plurimis articulis distinctis ex magnis interuallis caulem geniculatum vestientibus ideo articulatum dictum.

Gramen aruense paniculatum, quia vt plurimum in aruis frequentissimè crescat.

Gramen arundinaceum, lege Calamagrostis.

Gramen auenaceum, eo quia paniculam habet palmarem auenaceæ instar explicatam.

Gramen aureum Dalech, Lugd. Gramen panicula pendula aurea C. Bauh. Aureum nominatur eò quia flos aurei coloris in panicula pendula producit.

Gramen bufonium dicitur, quod ijs locis, vbi bufones stabulantur proueniat.

Gramen bulbosum, à bulbosis radicibus, bulbosum appellant.

Gramen Calamagrostis, lege Calamagrostis prima, Trag.

Gramen caninum, Canaria, & Canarium dictum, quasi à Canibus inuentum, quia huiusmodi gramine delectentur, & eius esu morbos pellant, quo fastidium deducunt, vomitum cum pituita reijcientes.

Gramen Canariense, apud Nonnullos, est Phalaris.

Gramen capillaceum dicitur à radicibus oblongis, & capillaceis, nam radices, quasi crines longiores habet. Gra-

GRAMEN CAPITVLO

Globoſo foliaceo.



Gramen capitulo globoso foliaceo olim in Agro Bononiensi repertum, huius effigiem in antecedenti pag. adponimus, quæ in Horto nostro studiosorum olim fuit exhibita, & descripta herba; locupletiorem verò historiam Lector habebit in secundo Tomo partis primæ Phytologiæ.

Gramen caryophylleum; Tab. est enim Caryophyllatæ folijs, nimirum ad Caryophylli folia accedentibus, sed prædictis longioribus, & maioribus.

Gramen Cenchrodes, est Gramen panicula miliacea κέγχρος enim Græcis est semen panico simile, & Milium.

Gramen Chortinon, idest gramineum ad formam fœni accedens; nam Græcis χόρτος est fœnum.

Gramen Cilicium, quia in Cilicia nascitur, quod Indigenæ κίνναι appellant. Cinnam.

Gramen cornutum, cauliculi in capitulum membrancum finiunt, quod foliola bina terna, rarius quaterna angustissima in latus reflexa, & cornuta desinunt.

Gramen cristatum, vel spica cristata, eò quia spicam habet tenuem oblongam, pallidè virentem, quæ galli cristas plurimas, vel semen capitis gallinacei dictæ plantæ refert.

Gramen crucis dicitur à figura crucis, quam spicæ in modum crucis dispositæ efformant. Alpino Neiem el Msalib apud Ægyptios.

Gramen Cyperoides, vel cyperinum sic dictum, ad differentiam aliorum Graminum quod vel folijs, vel culmis, vel spica, vel radicibus similitudinem cum Cypero habet.

Gramen dactylon, & dactyloides, idest digitatum δάκτυλος Græcis est digitus, eò quòd spicam in quaternas, quinas, senas, & plures partes diuisam, quasi digitos manus expansos, habeat.

Gramen dulce, Lobel. Gramen caninum supinum paniculatum dulce Bauh. Dulce nominatur, eò quia radicem saporis suauissimi, dulcis & iucundi proferat.

Gramen dystachyophoron, Colum. Gramen spica gemina Millepedæ simili C. Bauh. δυςαχυόφορον appellatur, quia binas semper in culmine spicas speciosas profert, δύο enim apud Græcos significat duo, στάχυς spica, & φόρος ferens.

Gramen echinatum, idest spinosum, ab echino animali dictum ἐχῖνος est Erinaceum animal spinis vndique horrens: nam huiusmodi gramen habet spicam, siue paniculam ex vtriculis minutissimis compositam, aristas acutas, quasi spinas emittens ad instar Echini.

Gramen enode, quia culmi sunt erecti, & geniculis carent, nimirum illis eminentijs, vbi colligati caules, & folia apparent.

Gramen epigonatocaulon, idest habens in caule, & supra caulem genua, lege Holostium, Matth.

Gramen equinum, eò quia quadrupedia animantia libenter depascantur, & præcipue Equi hoc summopère delectentur. Hippogrostis dictum, nam Græcis ἵππος est equus, ἄγρωστις est Gramen.

Gramen eragostis; ἔρα significat in terra humilis, paruus, ἄγρωστις verò est gramen, vnde ἐράγρωστις, idest humile, & paruum gramen.

Gramen eriophoron, idest ferens lanam, nam ad caulis summum mollis candicans dependet lanugo, Græcis enim ἔριος est lana, & φορός ferens.

Gramen festuca dictum, à similitudine aristæ, quæ ex medio erumpit, cum sit festuca minima quæque res, & leuissima, & surculus herbæ parui momenti leuissimus.

Gramen filiceum, eò quòd panicula est speciosa, aliquando magis, aliquando minus sparsa ex laminulis numerosis oblongis, acuminatis, Filicis maris foliolis similibus, imparibus spatijs prodeuntibus ex atro virentibus, per maturitatem candidis

aspectu iucundis: hinc filiceum Nonnulli appellauere.

Gramen floridum, lege Gramen leucanthemum.

Gramen fluitans, eò quia cum nascatur in aquis, & folia angusta obtusa semper virentia, quæ singula seorsim posita sub initium Martij aquis innatant, ideo fluitans nuncupatum.

Gramen frumentarium, & triticeum, quia triticeam, siue frumentariam spicam proferat.

Gramen gemmeum est radicibus gemmeæ rotunditatis vnionum instar candidis, quatuor, aut quinque simul, ac si stilo essent transfixæ iunctis.

Gramen geniculatum, folia Milij herbam referunt, quæ neruo elato diuisa, & tactu aspera sunt, in culmis geniculatis spicæ raræ, asperæ, virides per maturitatem nigræ, ideo geniculatum dicitur.

Gramen glumosum, siue glumis varijs; hoc est folliculis grani frumentarij similibus, à glubendo dictum, quod eò folliculo deglubatur granum, hoc est decorticetur, ideo glumosum dictum.

Gramen holcus dictum, lege Holcus Plinij.

Gramen holosteum dictum, quasi totum osseum, ὅλος Græcis exponitur totus ὀστέον verò est os: hinc ὁλόστεον per antiphrasim, sic nominatum, quasi totum osseum, cum sit gramen molle, & delicatum.

Gramen hordeaceum, à spica hordeo simili vocatur, est enim tanquam hordeum sylueſtre.

Gramen hirsutum, vel villosum, propter folia vtrinque per latera pilosa, sic appellatum. Gramen Hispanicum est Gramen pictum, seu variegatum.

Gramen iubatum dicitur, quia radicem habet iubatam, & cincinnatam ad similitudinem crinium animalium à collo dependentium.

Gramen iunceum vocatur, vel quòd folijs sit iunceis, vel quòd enodes cauliculos iuncorum instar proferat mixtique sit generis cum Iunco, & Gramine.

Gramen Ischæmum dictum, hoc est reprimens sanguinem, & sistens, à verbo græco ἴσχω reprimo αἷμα sanguis: nam vulneribus recentibus mirabiliter mederi, sanguinemque sistere Authores testantur, ideo Gramen sanguinarium dictum.

Gramen lanatum, lege Gramen tomentosum.

Gramen lanigerum, & lanuginosum, nam culmi iuncei illi insunt in quorum summo glumæ rariores, albæ, lanuginosæ reperiuntur.

Gramen leporinum, & tremulum dictum, eo quia spicæ è summis culmis propendent, quasi ex tenui filo, sericeoque capillamento, ceu pediculo, quam ob causam penè continuò motu agitantur, & tremunt, ideo tremulum, & leporinum vocatum, nam lepores anxij trepidique viuunt, quòd hoc animal omnium prædæ expositum ne somnum quidem capit, nisi oculis apertis.

Gramen locustis rubris cuius glumæ locustarum instar ab vna parte sitæ sunt, foris ex nigro purpurascentes, intus verò albæ, in quarum medio vtriculus paruus, candidus, pedicello donatus semen continet.

Gramen loliaceum dictum propterea quod cauliculi plures, rotundi, duri, & etiam semipalmares folijs paucis angustis, & breuibus cincti, quibus spica angusta lolio similis insidet, ideo loliaceum nuncupatum.

Gramen lucidum, in summis culmis capitula rotunda splendentia insident, ideo lucidum dictum, & Herba luciola etiam vocatur, quia noctu luceat.

Gramen mannę, idest Cœli rorem, & mannam cælestem Germani vocant, fortè quia in eius folijs manna reperiatur: vel quia cum habeat semen conspicuum, oblongum, compressum, milio, panicoque minus quod à glumis, ac vtriculis repurgatum candidum est Oryzæ ferè modo, non minus suaui gustu, quam oryza, si in car-

in carnium iure coquatur, ideo hoc semen mannam appellant, & cum sponte in locis incultis nascatur; ideo Gramen mannæ nuncupatum.

Gramen Mariæ est Gramen montanum paniculatum odoratum, ita nuncupatum à Regiomontanis, quod in fasciculos collectum, propter odoris fragrantiam vestibus interserunt.

Gramen marinum, & maritimum dicitur, quod in locis maritimis proueniat,& crescat.

Gramen medicum est illud, quo frequentissimè vtuntur Medici,nempe Gramen commune, & vulgare.

Gramen miliaceum eò quia paniculam habet miliaceam, pedalem, rariorem, glumis exiguis donatam.

Gramen montanum, quia in montibus libentissimè proueniat.

Gramen murorum Dalecampij, Lugd. lege Ægylops. Murorum dictum, quia in tectis, & muris crescat.

Gramen myosurinum, idest cauda murina dictum, nam paniculam caudæ murinæ simillimam profert.

Gramen nemorale, & nemorosum, quod in nemoribus nascatur.

Gramen Niceum, quod circa Niceam exile crescit, quo Capræ pascuntur, & ad lanæ tenuitatem multum conferre certum est.

Gramen nigrum propter spicam nigram ita vocatum.

Gramen nodosum, & tuberosum dicitur, nam radicibus est crassis, crebrisque tuberibus nodosis, rotundis, compressis, ternis quaternis, etiam quinis, & velut multis nodis sibi inuicem insidentibus, ideo hoc nomen sibi vendicauit.

Gramen oxyagrostis,idest Gramen acutum ὀξὺς enim apud Græcos est acutus: hinc ὀξυαγρωστις, idest acutum gramen.

Gramen paniceum, nam spica asperiuscula ex pluribus paniculis alterno situ, summo cauli hęrentibus, Panici paniculis breuioribus, & tenuioribus est composita, ideò paniceum dictum.

Gramen panicula ramosa, eò quia panicula ipsa multos producit ramulos.

Gramen Parnassi, lege Hepatica alba Cord.

Gramen Parnassi Matth. & aliorum, lege Monophyllum.

Gramen pennatum, & pinnatum dicitur eò quia culmi multi, graciles, & pedales, simplices, rarius ramosi inter folia exurgunt, qui spicam alijs dissimilem, & communiter caudæ instar contortam ferunt, quæ in dodrantalem, aliquando longiorem, & mollem, velut pennulam subtilissimis hinc inde villis, plumarum ardeolarum instar capillatam sese diuidit, vel potius tenuioribus alarum auis illius Paradysi, siue Manucodiatæ nuncupatæ pennulis ferè respondentem definit, idcirco pennatum dictum.

Gramen Phalaroides eò quia spicam cæteris breuiorem, sed crassiorem squammarum stipatu Phalaridi similem producat. Vel quia φαλὸς Græcis significat eminentiam galeæ cui crista inseritur, quam spica huius plantæ imitatur, vnde ab alijs cristatum indigitatur.

Gramen Phœniceum dicitur à colore seminis phęniceo.

Gramen pictum est Gramen variegatum.

Gramen pilosum, lege Gramen hirsutum.

Gramen plumosum, hoc paniculam arundinaceam ramosam, palmarem, albam, mollem, splendentem, instar serici albi sustinet.

Gramen polystachion, idest multas habens spicas, nam Græcis πολὺς, est multus, στάχυς verò est spica.

Gramen pratense, quia in pratis vt plurimùm nascatur.

Gramen

Gramen Rabinum, vel Rauisium, hoc in Bernensium, aut Valesianorum montibus, Lactarij, & Opiliones, nimirum ouium custodes, Rabis, aut Rabinum, quasi præstantius, & præcipuum gramen dicas, cognominant, eò quod à pecoribus comestum magnam lactis copiam generat.

Gramen sanguinarium, lege Gramen Ischæmum. Dicitur etiam Herba sanguinea.

Gramen Schœnantium, idest Iunci flores habens, nam Græcis σχοῖνος est Iuncus ἄνθος est flos.

Gramen scoparium dictum, quia ex radicum cirris prælongis, tenuibus, rigidis, & albis cubito etiam longioribus scopulæ illæ vulgatissimæ, quæ frictionibus capitis adhibentur conficiuntur.

Gramen segetum, & Segetale, quia inter segetes in agris humidioribus proueniat.

Gramen Syluaticum, quia in altissimis, & vmbrosis syluis reperiatur.

Gramen Sorghinum, quia paniculam habet Sorghi effigie, vel Melicæ Italorum similem. Sorgo enim dicitur Melica.

Gramen Sparteum dictum, eo quia simile sit Sparto frutici, nimirum Genistæ, quæ etiam Spartum Hispanicum à quibusdam nominatur, Iuncispartum à nonnullis appellatur.

Gramen spicatum, quia spicam habet tenuem, oblongam, perbellè conformatam ad differentiam aliorum Graminum.

Gramen spica Brizæ, nam spicis est palmaribus multiplicibus vtriculis, aristis breuibus armatis, vt in briza, ideo spica brizæ nuncupatur.

Gramen spica gemina, millepedæ simili, eius enim culmi in summo binas spicas semper proferentes, ex vna parte dorso per medium discurrente, vtrinque pinnatas, ex alia verò quatuor angulis per longum, & in medio canaliculus, tribus, aut quatuor foliaceis fructuum ordinibus emicantibus constructus: spicæ verò, è dorsi parte Millepedam, siue Scolopendram ferè æmulari videntur.

Gramen spica foliacea, eò quia spicam crassam foliaceam, velut squamosam, & duram profert.

Gramen spica secalina; hoc ipsi Secali est simillimum, spicam enim habet longam oblongis aristis armatam.

Gramen spica triticea, siue triticeum, folijs frumentaceis, glumis aristis carentibus; est & alterum Gramen spica triticea diuulsa, quæ in spicas distinctas, & angustas diuulsa est, idest disiuncta, & separata, & earum vtriculi breuissimis aristis armantur.

Gramen squamosum, cuius summo capitulum, instar Phalaridis, squamosum in apicem desinens, ex albo leuiter rufescens insidet.

Gramen striatum, siue sulcatum eò quia culmos habet crassos, & striatos, nimirum strijs distinctos, & sulcis quodammodo exaratos.

Gramen supinum dictum eò quia pusillum est, humile, humique sparsum; tota herba per fœnisecium albet.

Gramen tomentosum dicitur in cuius summitate panicula tomentosa Gossypio mollior, & tenerior niueo candore liuens erumpit, lanatum, & lanigerum ab aliquibus etiam vocatur, quoniam similiter in summitate floccos lanæ similes producit.

Gramen Typhoides, & Typhinum spicam habet longam densamque, typhæ similem multis vtriculis densè, ac squamatim compactis, paruisque aristis donatam, & spicam Typhæ repræsentat.

Gramen Tremblites dictum, nam τρέω, & τρέμω Græcis significat tremo, tremulus sum, βλητὸν verò exponitur abijciendum propter inutilitatem, seu vilitatem; vnde Gramen tremblites, quasi gramen tremulum abijciendum propter inutilitatem, nam vnicū producit caulem quodammodo sine folijs, in cuius summitate reperitur

ſpica, quæ ſemper tremula videtur propter altitudinem, & à beſtijs reijcitur, & non comeditur idem cum Gramine tremulo.

Gramen tremulum dicitur eò quod à quouis vento, etiam leuiſſimo agitati facilè tremant glumi, cum longis filamentis adpenſi ſint. lege Gramen Leporinum.

Gramen triangulum, eò quia cauliculum habet triangulum, ſtriatum, geniculatum, ſimiliter folia, ſi non ſint expanſa, angulos tres oſtendunt.

Gramen Triglochin, ideſt tres cuſpides habens, nam Græcis γλωχὶς, vel γλῶχιν eſt angulus, acies, cuſpis, τρεῖς verò tres: hinc triglochin tres cuſpides habens, cum ſemen, ideſt fructus teli figuram imitatur inuerſis, & deorſum ſpectantibus cuſpidibus duabus, tertia ſurſum erecta minax, qua de cauſa Triglochin cognominatur.

Gramen triticeum, lege Gramen ſpica triticea.

Gramen tuberoſum, lege Gramen nodoſum.

Gramen Turcicum eſt Gramen variegatum, ſiue pictum.

Gramen variegatum, dicitur eò quia folia longitudine media glauca compluribus venis candidis. vel lineis ſplendentibus, rariùs rubentibus inſignita, itaut ligulas ſericeas ex albo, & viridi variegatas referant, & Gramen pictum aliquibus dicitur.

Gramen vermiculatum dictum, eò quia illi inſunt folia ſtricta, gracilia, acuta, & oblonga, vermiculorum inſtar.

Gramen xerampelinum, ideſt colorem habens vitibus ſiccis, & areſactis ſimillimum, nam apud Græcos ξηρὸς eſt ſiccus ἄμπελος verò eſt vitis.

Grana Solis eſt Milium Solis, ſiue Lithoſpermum vulgare.

Granadillos lignum ex Hauana, & inſula Cuba in Hiſpaniam vehitur, vt dicemus in ſecunda parte Phytologiæ.

Granadilla Monardi, lege Balſamina Indica cucumerina repens triphylla.

Granatum ſubſtantiuè, accipitur pro Malo granato, vt dicemus in ſecunda parte Phytologiæ.

Granum, propriè ſemen frugum dicitur, & ſimpliciter nominatum per antonomaſiam & excellentiam dicitur de frumento, & granum appellatur, quaſi graue, quia Triticum in comparatione, ad alia frumentacea grauiſſimum eſt ad pondus.

Granum Alzelin, Granum Zelin, & Habalzelin eſt Cyperus eſculentus.

Granum Aneſcen Auicennæ, lege Piper oblongum nigrum in ſecunda parte Phytologiæ.

Granum infectorium, & Granum tinctorium, lege Coccus infectoria.

Granum Kermeſinum, ſiue Myrti excrementum, lege Myrtus in ſecunda parte Phytologiæ.

Granum, ſeu ſemen Ficus, apud Græcos κέγχραμις dicitur, quoniam milij granum, & figura, & colore, & magnitudine refert, vt dicemus in ſecunda parte Phytologiæ.

Granum regium maius Meſueo, lege Ricinus.

Granum regium minus, eſt Cataputia minor, ſiuè Lathyris.

Granum tinctorium officinarum, lege Ilex Infectoria in ſecunda parte Phytologiæ.

Granum viride, lege Piper rotundum nigrum in ſecunda parte Phytologiæ.

Granum Nil Serapionis, & Arabum, lege Conuoluulus cæruleus hederaceo anguloſo folio,

Granum pedicularium, apud Nonnullos eſt Staphiſagria.

Granum Gnidium Aliquibus, eſt Thymælea folijs lini.

Grana Paradiſi Officinarum, lege Cardamomum maius Matthioli.

Graſtin, & Graſtis, lege Farrago.

Gratia

Gratia Dei Ang. lege Gratiola.
Gratia Dei Cæs. vel Gratiola cærulea, lege Lysimachia cærulea galericulata.
Gratia Dei, Gesf. hor. lege Chamæcistus vulgaris flore luteo.
Gratia Dei Gallis, lege Bupleurum latifolium.
Gratia Dei, vel Geranium quibusdam Trag. lege Geranium Robertianum.

De Gratiola. Synonyma, & Etymum.

Gratiola, Matth. Dod. Ad. Lob. Lgud. Cast. Cam. Ger. Tab. Gesf. hor. Gratiola, siue Centaurium aquaticum, fortè Polemonium paluſtre amarum Hippocrati veterinario, Gesf. col. Gratiola flore albo, & Gratia Dei Eyst. Gratiola vulgò dicta, quæ quibusdam verius Hyſſopum vulgare censetur, Col. Gratiola centauroides, C. Bauh. Gratia Dei Lac. altera Cæs. Gratia Dei cuius semen Gelbenech, Papauer spumeum fortè, Ang. Eupatorium Mesue Cord. Schol. Limnesium, siue Centauroides, Cord. hist. Italis Gratiola.

Gratiola dicitur, siue Gratia Dei propter singulares vires, tam per superiora, quàm per inferiora humores expurgandi, & recentia vulnera consolidandi, ideo hominum gratiam sibi conciliat. [Gratiola centauroides, & Centaurida ab alijs appellatur, nec malè, cum Centaurij minoris species esse videatur. Aliorum nominum etyma, lege suo loco.

Gratiola cærulea, lege Lysimachia cærulea galericulata.

Gratiola minor, Gesf. col. Hyſſopoides Cam. Hyſſopi folia C. Bauh. Grase poley Cord. ob. Anthyllis aquatica Nonnullis.

Grauelleta non est planta, vt Nonnulli perperam putant, sed est cinis tartari vsti.

Gregola vulgò est Cyanus minor, siue Baptisecula.

Grias herba, Apuleio est Iberis siue Nasturtium syluestre.

Gromphena, lege Gomphræna, siue Amaranthus pictus.

Grossi ficuum syluestrium fructus, Grossi dicti, quasi crassi, quia in illis non reperitur quicquam, quod non sit edule. lege Ficus in secunda parte Phytologiæ.

Grossularia, & Ribes Officinarum, in secunda parte Phytologiæ eius historiam paucis tantùm verbis notabo.

Grualdum apud Gallos, est edulium ex Auena leniter tusa, pinsitaque paratum.

Gruina, & Gruinalis Geranij species est à capitellis gruini capitis instar rostratis appellata.

Guacatane Monardi Lugd. Cast. plantula Polio montano haud absimilis, sed inodora. Guacatane, C. Bauh.

Guadarella vulgò Cæs. lege luteola, siuè lutum herba.

Guadum, & Guado vulgò Bononiensibus. lege Glastum satiuum.

Guagueij fructus arboris fructum similem ficui gerens, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Guaiacum, & lignum sanctum vulgò, in secunda parte Phytologiæ hanc historiam crassiore musa eximam.

Guaiacum Patauinum, est Lotus Africana altera Matth. de qua in secunda parte Phytologiæ dicetur.

Guama Ouiedi Arbor siliquosa, ex qua gummi elicitur, de qua in secunda parte Phytologiæ.


Guanabanus Ouiedi arbor pomifera fructu aculeato melonis magnitudine, vt in secunda parte Phytologiæ non incuriosè hanc historiam percurram.

Guanas, multi pro nuce iuglande habuerunt, & sunt nuces hispanicis similes, vt dicemus in secunda parte Phytol.

Guanauana Pyro similis fructus in noua Hispania. Guanauanus similiter fructus squamosus orbicularis de quibus in secunda parte Phytologiæ.
Guaiabara, seu Vucro Ouiedo, est arbor Ind. Occid. super cuius folia scribi potest. De ea in secunda parte Phytol. verba faciam.
Guayabo, & Guayaba, vel Guaiaua, & Guayauas, est arbor Indica pomifera de qua in secunda parte Phyt.
Guazuma Arbor fructifera apud Ind. occid. de qua fiet sermo in secunda parte Phytologiæ.
Gulioca, Gulioeas Iuglandium summa, & viridia putamina veteribus nominata vt in secunda parte Phytologiæ, capite de nuce ostendemus.
Gummi eiusque variæ species in secunda parte Phytologiæ erunt examinandæ.
Gutta Gamandra, est succus laxatiuus ex flauo rufescens, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Haba

H



Aba apud Veteres dicebatur Faba.

Hab-al-Nil Scrapionis, Dod. est Granum Indicum, siue Conuoluulus cæruleus hederaceo angulosо folio.

Habalzelin, Dod. est granum pingue Ciceris magnitudine, defertur ex terris Barbariæ boni saporis, lege Granum Alzelin.

Hab-aziz Portæ, lege Cyperus esculentus, siue dulcis.

Habbures, Cam. lege Holosteum Creticum alterum.

Habascon radix magnitudine, & figura Pastinacæ, quæ cum alijs coquitur in Insula Virginea pro cibis, Hariot.

Hab-el-mosch, lege Abelmosch.

Habelselin, apud Arabes, sunt Cyperi minoris edules radices, auellanæ magnitudine Vesling. obs.

Habhel arbor, & fructus lege in secunda parte Phytologiæ.

Habhasin, & Habhasis apud Arabes tuberis genus, vt dicemus in fungorum historia.

Habilculcul Serapioni, fortè Curcas Malauarensium fructus magnitudine Auellanæ, de quo in secunda parte Phytologiæ.

Habzeli Serap. est piper oblongum nigrum, vt dicetur in secunda parte Phytol.

Hachal Indi Clusij, lege Admirabilis Peruuiana.

Hacchic est arbor Indica, de qua in secunda parte Phytol.

Hacub est Sylibum quorundam, ab Halepensibus, ita nuncupatum.

Hadrobolum Bdelij genus est nigrum, & in offas conuolutum dictum Hadrobolum à glebarum crassitudine, nam ἁδρὸν Græci crassum, & opulentum appellant, vt dicemus in secunda parte Phytol.

Hadrosphærum, Nardi genus à folij amplitudine ita dictum, quemadmodum aliud genus, quod mediocri est folio microsphærum est appellatum Plinius; ἁδρὸς Græcis est magnus, μικρὸς paruus, μέσος medius.

Hadrosphærum, Alijs est Malabathri genus, vt dicemus in secunda parte Phyt.

Hæmatinomela, lege Mala, in secunda parte Phytol.

Hæmodorum, siue Limodorum, lege Orobanche Matth.

Hæmorrhoidalis, quæ ad Cariophyllorum syluestrium classem referri debet, Clus. hist. ap. Hemorrhoidalis, quæ à sanguine sistendo in hæmorrhoidibus, nomen habet. Polygono angustissimo folio affinis, C. Bauh.

Hemorrhoidalis, Cast. lege Cichorium bulbosum Dalechampij.

Hemorrhoidum herba Brunf. lege Chelidonium minus, Matth..

Hernia Serapionis, Piperi similis fructus striatus, vt dicemus in secunda parte Phytol.

Hajas Indiæ occident. similis Batate, nisi quod minor, & suauior sit, Benzon. par. 4. Amer. lege Ajes Clusio.

Hairi Theueti, est Palma Americana spinosa, cuius historiam in secunda parte Phytologiæ breuiter ennarabo.

Halbalzelin, Zelin, & Alzelin est, Cyperus esculentus, siue dulcis.

Haaldhadh Serapioni, & Auicennæ arbor est, vt dicemus in secunda parte Phytol.

Haleagnus, lege Elęagnus in secunda parte Phytologiæ.

Halicacabum vesicarium, lege Alkakengi, siue Solanum vesicarium.

De Halicacabo peregrino. Synonyma, & Etymum.

Halicacabum peregrinum, Fuch. Lugd. Dod. Gef. hor. Tab. Cam. Ger. Caput monachi, & Cardispermon, Nonnullorum. Dorycnium, & Granum cordis, Cord. in Diosc. & hist. Vesicaria, siue Halicacabum repens, Vesicaria altera Cast. Vesicaria nigra, siue peregrina, Trag. Dod. gal. Solanum peregrinum, Lac. Pisum cordatum, Ad. & Cor Indum, Lob. Eyst. Pisum vesicarium fructu nigro, alba macula notato, C. Bauh. Faba inuersa recentiorum, Cæs. Italis Bononiensibus, Sorine.

Halicacabi, & Vesicariæ etymum lege Alkakengi. Pisi etymum, lege suo loco. Cordatum verò dicitur, eò quia in semine figura cordis picta cernatur: & propter hanc rationem Cor Indum nominatur, quia in India potissimum nascatur.

Halica, lege Alica.

Halicastrum, est Zea, Bryza dicta, vel monococcos apud Nonnullos.

De Halimo. Synonyma, & Etymum.

Halimus vulgaris, Matth. Eyst. Halimus primus tenuiori folio Cæs. Halimus, seu Portulaca marina, C. Bauh. Halimus tertius Clus. hisp. & hist. Halimi alia species, Sandalida Cretensium, Ang. Portulaca marina, Dod. Ad. Lob. Lugd. Tab. Tur. Lem. Salsola in Apulia, Græcis ἄλιμος, Italis Alimo.

Halimus dicitur, id est marinus, eò quod in maritimis proueniat. ἅλς enim est mare: vel à salso humore nomen inuenit, hinc Salsola in Apulia dicta, quod salsum habeat saporem. [Vel Halimus ἀπὸ τῶ ἅλος id est à Sale, & sic cum aspiratione debet scribi. Vel Halimus dicitur id est pellens famem, nam Græcis λίμος est fames; hinc ἄλιμος id est pellens famem, fortè quia Incolæ regionum in quibus nascitur in penuria annonæ hac herba pellant famem, & tunc scribitur sine aspiratione Alimon.

Halimus alter latiore folio, Cæs. Halimus Dioscoridi, Alimus mitius, Plin. Halimus, Ad. Lob. primus, Clus. hisp. & hist. Halimus latifolius, siue fruticosus Bauh. Portulaca marina, Dod. ico. Atriplicis fruticosi species, Col.

Halimus secundus Clusij hisp. & hist. desc. Halimus angustifolius procumbens, C. Bauh.

Halimus Lacunæ, est Ligustrum Germanicum, vt dicemus in secunda parte Phytol.

Halimus Trag. Chamæcerasi species in secunda parte Phytologiæ pauca de hac historia carptim delibabo.

Halymos oleraceus est Alkali, siue Kali minus Soda nuncupatus.

Haliphleos, quercus genus calice hispido, de hoc quid sentiam in secunda parte Phytologiæ paucis explicabo.

Halmades, dicuntur oliuæ muria asseruatæ, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Halmyris, Brassicæ syluestris species, fortassis dicta, quod locis salsis proueniat, vel quia suauitate cæteras antecellat. Græci enim ἁλμυρος salsus, & salsuginosus exponitur.

Halus, & Halum, lege Alum, siue Consolida maior.

Hamamelis Athenei est arbor de qua in secunda parte Phytol.

Handal, & Alhandal, lege Colocynthis.

Haounay

HARVNDO VVLGARIS

Cypria fruticosa.



Haounay arbor in America, de qua in secunda parte Phytologiæ.
Harbatum Arabibus est Peucedanum.
Harar apud Arabes, arbor est de qua in secunda parte Phytologiæ verba fient.
Harcoma apud Arabes, est Melica, siue Milium arundinaceum, Sorgo dictum.
Hareomen Arabum apud Alios est Milium Æthiopicum Portæ, siue Milium arundinaceum plano semine.
Harmola, & Harmel est Ruta syluestris, siue canina. Harmel etiam secundum nonnullos est semen Cicutæ: hinc videndum ne confundantur voces in compositione medicamentorum.
Harundo, lege Arundo: & quoniam apud Authores Arundo sine aspiratione, & Harundo cum aspiratione scribitur, idcirco figuram ad viuum expressam Harundinis vulgaris Cypriæ ramosæ, sub hoc nomine nobis missæ, huic loco inseruimus: subijci enim debuisset hæc Arundinis species superius in Dictione Arundinis, si iconem insculptam habuissemus ideò in antecedenti pagina illam apponere non piguit. In Horto enim publico crescit, & ramos non in ipsis nodis inter folia emittit, vt aliæ plantæ, sed in internodijs emergunt, & vt diffusiùs agemus in secundo Tomo partis primæ Phytologiæ capite de Arundine Cypria.
Harundo Laconica Theophrasti. Arundo Indica variegata Iacobi Cornuti, lineæ enim in folijs apparent varijs coloribus insignitæ. Laconica verò dicta, fortè in Laconico sinu inuenta.
Hastula regia, Trag. lege Asphodelus.
Hastula regia Apuleij, est Malua rosea fruticosa, siue arborescens.
Hatilig. Serapioni, & Arabibus medicis Myrobalani intelliguntur, de quibus in secunda parte Phytol.
Hatle radix in Florida, ex cuius farina in annonæ penuria panis fit, par. 2. Americ.
Haur Arabum Rauuolf. est Populus alba, vt dicemus in secunda parte Phyt.
Hausegi, siue Rhamnus, huius historiam paucis tantum verbis notabo in secunda parte Phytologiæ.
Hayl, seu Kakola hil, vel Cacolahail apud Arabes, sunt siliquæ in quibus grana Cardamomi includuntur.
Hazar vocabulum Hebraicum est, quod Apud Latinos opitulatio dicitur. Succus est ex varijs herbis paratus, seu potiùs essentia media inter Tincturam, & magisterium.
Hebenus arbor lege Ebenus in secunda parte Phytologiæ.
Hebulben Turcarum, semina sunt arboris in officinis Turcarum venalia, forsitan Staphilodendri de quibus in secunda parte Phyt.
Hecateis Ouidij, Iun. in nomenc. est Aconitum Ponticum, luteum Luparia appellatum, & Lycoctonum dictum.
Hederalis Ruellio, lege Asclepias, siue Hirundinaria.

De Hedera Arborea. Synonyma, & Etymum.

Hedera arborea, Matth. Lugd. Ges. hor. C. Bauh. Hedera maior, Cast. Hedera nigra Fuchs. Dod. gal. Lac. Lonic Hedera muralis Alijs. Hedera corymbosa communis, Lob. Tab. Ad. Ger. Hedera baccifera, Gasp. Scuuencfelt. Græcis κισσὸς, & κιτ῀ὸς. Italis Edera arborea.
Hedera dicitur, quia Capris ad abundantiam lactis pro Hædibus præberetur à Priscis. Vel Edera scribitur sine aspiratione, & tunc dicitur, quia edita petat, vel quia id, cui adhæret edat, depopulatur enim humiditatem substantificam arborum quibus

quibus adhæret. Græcis κισσὸς appellatur à pusione Cisso, quem à Baccho adamatum Poetæ fabulantur, & postea in hanc plantam conuersum. Vel Cissos dicicitur ἀπὸ τοῦ κίος, ideſt à verme, ſeu Cucurlione κὶς enim authore Theophraſto,in hordeo,& tritico naſcitur,cui natura eſt ſemina illa cuſpide potius, quam ore exiguis foraminibus tetebrare; ſic κισσὸς nuncupatur Hedera à textura poroſa ligni, & ſpiraculis innumeris ferè peruia, & quaſi terebrata.

Hedera Helix Matth. Brunf. & minor Fuch. Dod. Lac. Lon. Lugd. Cæſ. Cam. Tab. Ger. Hedera minor, quæ Helix, Caſt. Hedera ſterilis, Anguil. Hederæ arboreæ ſylueſtre genus, Geſ. hor. Hederæ ſpecies tertia Helix vocata, Thal. Hedera maior ſterilis, C. Bauh. Helix ſiue prouoluta ſterilis Hedera, Ad. Lob.
Hedera helix dicta ab hærendo, quia hęreat tenaciter omnibus rebus quibus adhæret: vel helix dicta, eo quòd Serpens circumuoluitur arboribus, & lineas helices, ſeu ſpirales deſcribit; ſterilis etiam dicta, quia fructum non gignit.

Hedera Dionyſias, & Chryſocarpos Dalech. Lugd. Hedera poetica C.Bauh. [Dionyſias, aut Bacchica dicta, idem enim Dionyſius, qui, & Bacchus: nam Bacchum fuiſſe coronatum hedera teſtantur Hiſtoriæ. Poetica nuncupata, quod ex ea Poetarum coronæ conſuerentur. [Chryſocarpos appellata à fructus, nempe acinorum colore aureo, cum apud Græcos χρυσὸς ſit aurum κάρπος verò ſit ſemen.

Hedera humi repens, C.Bauh. Hedera minor σπίγειος κισσὸς, Dod. Hederula, Trag. [Spigios dicitur, eò quia ſuper terram ſe extendat, nam Græcis σπίζω ſignificat extendo, expando, γαῖα verò eſt terra.

Hedera arborea recta, Ad. Orthociſſum nonnulli Antiqui nominabant. Græcis enim ὀρθὸς eſt rectus, ideſt erectus, in rectum tendens.

Hedera Indica arborea, ſiue muralis Iaſmini folijs, & floribus. Gelſeminum hederaceum Indicum Iacobi Cornuti. Iaſminum Indicum flore phœniceo Io. Bap. Ferrarij.

De Hedera terreſtri vulgari. Synonyma, & Etymum.

Hedera terreſtris, Matth. Tab. Thal. Ger. Brunf. Dod. Lugd. Cæſ. Hedera terreſtris vulgaris, C. Bauh. Chamæciſſos, Trag. Fuch. Dod. gal. Lac. Cam. Chamæclema Cord. hiſt. Humilis hedera, Ad. Corona terræ Lob. Malacociſſos, Lugd. Elatine Brunf. Græcis χαμαίκισσος. Italis Edera terreſtre.
Hedera terreſtris dicitur, eò quia à terra ſe non attollit. Chamæciſſos dicta, ideſt humilis hedera, χαμαὶ Græcis ſignificat humi in terra. [Chamæclema, ideſt humilis Clematis, nam more Clematidis ſerpit. Corona terræ, eò quia ſerpendo terram coronat. Malacociſſos, μάλακος eſt mollis, quaſi mollis hedera. Elatine etymum, lege ſuo loco.

Hedera ſaxatilis magno flore, C. Bauh. Aſarina, ſiue ſaxatilis hederula, Ad. Lob. ico. Aſarina ſterilis, Lob. ob. Aſarina Lobelij, Lugd.
Hedera Cilicia nonnullorum, eſt Smilax aſpera.
Hedera mollis, lege Hedera terreſtris.
Hedera humilis, lege Hedera terreſtris.
Hedera rigens Plinij, lege Aquifolium in ſecunda parte Phytologiæ, eſt enim arbor.
Hederula Tragi, lege Hedera humi repens.

Hederula palustris, Tab. Hederula aquatica, Lob. belg. Ger. Lenticula aquatica trisulca, C. Bauh. Trinitas aquatica quorundam. Ranunculus hederaceus aquaticus Alijs.

Hederalis, lege Asclepias, siue Hirundinaria.

Hederæ lacryma Plinij. Gummi hederæ C. Bauh. κισσοῦ δάκρυον Diosc. idest Hederæ lacryma, nam Græcis δάκρυ, & δάκρυον est lacryma. E' maiore Hederæ trunco vulnerato, & interdum sponte lacryma quædam, & gummeus succus exit, ex flauo rubescens, odore grauis, sapore acer.

Hedygeon apud Aliquos est Cucumer, quasi dicas suauitas terræ, nam Græcis ἡδὺς, suauis, & iucundus exponitur γαῖα, γαῖη est terra, tellus.

Hedyosmos nonnulli mentham vocant ab odoris suauitate dicta. Plinius.

Hedypnois, lege Aphace Dalechampij. Lugd.

De Hedysaro. Synonyma, & Etymum.

Hedysarum, Ges. hor. Lac. Lon. siue Securidaca maior, Ad. Lob. Hedysarum primum Dodonei legitimum Clus. pan. Hedysarum maius, Lugd. Cam. Securidaca maior, Matth. Cast. Securidaca Anguil. Cæs. vera, Clus. hist. Securidaca lutea maior, C. Bauh. Securidaca secunda Dod. gal. Pelecinus, Ges. hor. Securina Gazæ Securiclata Alijs. Græcis ἡδύσαρον, & πελέκινον. Italis Edisaro, & Securidaca.

Hedysarum dicitur propter odoris suauitatem, nam Græcis ἡδος, ἡδεος suauis exponitur, hinc ἡδύσμα, quod suauitatem conciliat vnde ἡδύσαρον herba ab Vnguentarijs expetita, vt inquit Dioscorides: propter odoris suauitatem, vel ita nuncupatum per antiphrasim, cum semen sit amarissimum. [Securidaca nuncupatur, quoniam siliquæ angulosam aciem securis effigiant, vnde Securiclatæ, quasi Securiculatæ ab Alijs nomen inditum. [Similiter Pelecinus vocatur, nam apud Græcos πέλεκυς est securis bipennis, hinc πέλεκινος herba, quoniam producat semen habens effigiem ancipitis securis, ideò Romani Securidacam vocant.

Hedysarum alterum, Dod. Hedysarum minus Lugd. Securidaca minor, Matth. Ad. Lob. Cast. Cam. Securidaca lutea minor corniculis recuruis, C. Bauh. Securidacæ similis, quædam Cæsalp. Astragalus Monspeliacus, Clus. hisp. & hist. ico.

Hedysarum purpureum, Taber. Hedysarum maius, Ger. Hedysarum Scorpiuron, Camer. Securidaca altera, vel alterius prima species, Clus. pan. & hist. Securidacæ alterum genus, Cæs. Securidaca dumetorum maior flore vario siliquis articulatis, Bauh. Ornithopodium secundum, vel quoddam maius, Dod. Melilotus quinta, Tragi. Loto enneaphyllo non dissimilis Lugd.

Hedysarum clypeatum flore suauiter rubente Eystet. Hedysarum alterum clypeatum Lob. Lugd. Securidaca clypeata Camer. Onobrychis altera Dod. Onobrychis semine clypeato aspero maior, C. Bauh. [Clypeatum dicitur, eò quia semen habet planum, & rotundum, & quodammodo formam clypei præseferre videtur. Onobrychis etymum, lege suo loco.

Hedysarum minus Tab. lege Ferrum equinum capitatum.

Hedysarum minimum, Lugd. lege Fœnum græcum syluestre alterum, Dod.

Hedysarum tryphyllum Canadense Iacobi Cornuti, Trifolium Asphaltites Canadense Nonnullorum.

Heil apud Aliquos, est Cardamomum minus.

Helbane Arabum est Cardamomum minus, Cord. in Diosc.

Helenium

Helenium vulgare, lege Enula Campana.
Helenium Comagenium, lege Costus Officinarum amarus.

De Helenio Indico maximo. Synonyma, & Etymum.

Helenium Indicum maximum, Bauh. Helenium Indicum Cæs. Flos Solis maior, Ger. Eyst. Flos Solis, Gigantea, Corona Regia, Crater Iouis, Amoris tuba, Rosa Hiericuntis, Frag. Flos à Sole dictus Ioseph Acostæ. Helianthemum Peruuianũ, Cam. ep. Herba Solis Monardi. Planta maxima Cortuso in epist. ad Matth. Sol Indianus, Lon. Solis flos Peruuianus Lob. Corona Solis Tab. Chrysanthemum Peruuianum, Dod. Lug. Planta prægrandis flore Calendulæ forma ex cuius semine panem, & pultes in Virginia conficiunt in descr. Virgineæ. Italis Girasole.

Helenium Indicum dicitur, quia formam Helenij vulgaris perbellè repræsentat, Indicum verò quoniam ex India primum allatum. Flos Solis, Herba Solis, Sol Indianus nuncupatur, eò quod flos ad Solem se vertat, & illum semper respiciat, [Gigantea, Planta maxima, Herba prægandis, propter immensam magnitudinem in comparatione ad alias sui generis plantas. Corona regia, & Corona Solis, quia flos cum se vertat ad Solem illum circumdat, & coronat. [Crater Iouis propter floris amplitudinem, nam vasis ampli similitudinem repræsentare videtur. Helianthemi etymum, lege supra Helenium. Chrysanthemi etymum, lege suo loco. Peruanum verò dictum, quod in Peru, & alijs Americæ Prouincijs repertum sit.

Helenium Indicum ramosum, Corona Solis secunda Tab. Flos Solis minor Ger. Flos Solis ramosus, Cam. Flos Solis prolifer, Eyst. Helianthemum Peruuianum proliferum, Cam. ep. Chrysanthemum Peruuianum alterum, Dod.
Helenium Indicum minus, Corona Solis minor fœmina, Tab. Flos Solis minor fœmina, Ger.
Helenium odorum Theophrâsti, lege Marum, siue Sampsuchus.
Heleoselinon, lege Eleoselinon, siue Apium palustre.

De Helianthemo Indico tuberoso. Synonyma, & Etymum.

Helianthemum Indicum tuberosum, C. Bauh. Chrysanthemum latifolium Brasilianum, Bauh. Chrysanthemum è Canada quibusdam. Canada, & Artischoki sub terra, Alijs. Flos Solis Farnesianus, siue Aster Peruuianus tuberosus, Col. Farnesiana Nonnullis. Asteratticus Peruanus Aliquibus, Gigantea Burgundis.

Helianthemum dicitur eò, quia flos ad Solem se vertat, nam Græcis ἥλιος est Sol, ἄνθος verò flos. Chrysanthemi etymum, lege suo loco. [Artischoki sub terra vocantur, quoniam radices crudæ, & coctæ cum sale, & pipere saporem Cinaræ præ se ferunt. Aster Peruuianus tuberosus, quia florem Asteris attici æmulatur, tuberosus verò, quia radices Tuberum formam imitantur. [Farnesiana, & Flos Farnesianus dicitur, quia primum in Italiam radices delatæ, Romæ in Horto Farnesiano vitales habuerunt auras. Gigantea appellata, quia ad tantam altitudinem excrescit, vt formam giganteam æmulari videatur.

Helianthemum, siue Flos Solis, Lugd. lege Chamæcistus vulgaris flore luteo.
Helianthemum peregrinum angustifolium, lege Chamæcistus folijs Thymi.
Helianthemum Peruuianum, lege Helenium Indicum maximum.
Helianthos, & Heliocallis, Nonnullorum, est Chamæcistus vulgaris.
Helicanthe, lege Chamæcistus vulgaris, flore luteo.
Helice est Salix parua, vt dicemus in secunda parte Phyt.

De Helichryso. Synonyma, & Etymum.

Helichrysum Matth. des. Cast. Helichrysum primum,& Helichrysi primi altera icon. Tab. Helichrysum Creticum, Matth. ep. ico. Helichryson, Ad. an Helichryson, quod vulgò in Creta Lagochymithia appellare solent, Bellon. Elichryson, Ang. Lac.Dod.Lob. Clus. hisp.& hist. Lug. Cam. Elichryson folijs Abrotoni, C.Bauh. Coma aurea, & Helichryson, Ger. Aurelia Gazæ Nonnullis. Italis Elichriso. Græcis ἑλίχρυσον.

Helichrysum dicitur,& Elichrysum, quia Græcis ἕλειος est palustris in paludibus nascens, χρυσὸς verò est aurum, hinc ἑλειόχρυσος, ideſt aurum palustre, ita dictum propter aureum colorem floris,& quia in locis aquosis nascatur, nimirum circa fluuiorum ripas. [Coma aurea appellatur propter flores aureo colore splendentes. Lagochymithia in Creta, quòd Leporibus cubilia grata præbeat. Aurelia etiam indigitatur ab aureo floris colore.

Helichrysum, & Amaranthus Galeni, Cæs. Elichrysum, seu Stœchas citrina angustifolia, C. Bauh. Chrysocome, aureaue coma, Ad. Lob. Chrysocome prima vulgaris, Clus. hist. Coma aurea, Lob. ico. Ageratum, Aurelia Dod. gal. Amaranthus luteus Fuch. Lac. Lon. citrinus, Tur. Stœchas citrina, Matth. Lac. Ges. hor. Dod. Cast. Lugd. Officinarum, Tab. desc. [Stęchas citrina dicta, ideſt spica à citri similitudine, siue colore dicta, nam Stęchas, quasi Stachyn, στάχυς Græcis est spica.

Helichrysum Creticum, Eyst. Elichrysum Orientale, C.Bauh. Eliochrysum Belli, ep. prima ad Clusium,Stęchas citrina comis grandioribus,Cam.ep.Chrysocome Dioscoridis, cui & Chrysitis, Plinij.

Helichrysum Italicum, Matth. est Millefolium luteis floribus.

Heliochrysos syluestris, Trag. lege Gnaphalium vulgare maius, Thal.

Heliochrysos nonnullorum, est Linaria aurea, Tragi.

Helion Aliquibus, Ebulus interpretatur, vt dicemus in secunda parte Phyt.

Helioscopion,Tithymali genus est, lege Tithymalus helioscopius.

De Heliotropio. Synonyma, & Etymum.

Heliotropium maius, Matth. Ang. Dod. Ges. hor. & Scorpioides album Lac. Ad. Lob. Cæs. Lugd. & Verrucaria, Cast. Tab. Cam. Ger. Clus. hist. Heliotropium maius Dioscoridi, C. Bauh. Herba Cancri, Lon. Solaris herba, Gazæ. Heliopus & Heliostrophon, Alijs. Græcis ἡλιοτρόπιον. Italis Eliotropio, & Tornesole.

Heliotropium dicitur, quòd folia cum Sole circumagat etiam nubilo die, vel quod æstiuo Solstitio floreat, quo tempore Sole ab æquinoctiali circulo digressus ad ipsum rursus conuersionem facit. ἥλιος enim Græcis est Sol τρέπω vero, & στρέφω verto, flecto τροπὴ conuersio, & hanc ob causam solaris herba nominatur,& Heliostrophon. [Scorpioides,& Scorpiuros vocatur,quod ramuli cum floribus,scorpionum caudæ modo inflectantur. Verrucaria appellatur à similitudine tuberculorum in corpore existentium sine sensu; vel quia verrucas tollat, vel fortè dicta, quasi Erucaria littera V sublata, nam flores in cacumine incuruati, Erucarum modo propendent. Herba Gancri appellata, nam foliorum succus carcinomatis, ac contumacibus vlceribus mirificè auxiliatur illitus.

Heliotropium minus primum, Tab. Heliotropium minus supinum, C. Bauh. Heliotropium

tropium supinum, Dod. Clus. hisp. Her. descr. Heliotropium humi sparsum, Lugd.

Heliotropium minus secundum, Tab. Heliotropium minus, Lob. ico. Ger. repens, Ad. Heliotropium minus folio Ocimi, Ges. col. Heliotropium supinum alterum, C. Bauh. Verrucaria altera minor Lugd.

Heliotropium minus, Matth. Lac. Gast. Lug. Dod. Cam. ep. & hor. cui & Herba Clytiæ. Heliotropium minus tricoccum, Ges. hor. Clus. hisp. & hist. Heliotropium paruum Dioscoridis, Lob. Heliotropium tricoccum, Cæs. Lugd. Tab. Ger. C. Bauh. Heliotropium vulgare, Tornesol Gallorum, siue Plinij tricoccon. Ad. Tricoccum dicitur, nam semen profert, in quo tria insunt grana à quibus tricoccos dicta; τρεῖς Græcis tres exponitur, κόκκος verò est granum. Clytia nuncupata est hæc herba à Clytia nympha ab Apolline adamata, quæ amoris impatientia cibo, & potu abstinens, mane orientem Solem, & Vespere occidentem spectans Apollinem, vnde tandem fame, & dolore consumpta mutata est in Heliotropium herbam.

Heliotropium erectum, lege Echium scorpioides aruense.

Helix, Hederæ genus est, lege Hedera helix.

Helleboraster, & Helleborastrum, est Helleborus niger.

De Helleboro nigro, Synonyma, & Etymum.

Helleborus niger, Brunf. Helleborus niger nostras, Cord. hist. Helleborus niger hortensis flore viridi, C. Bauh. Helleboraster alter Ad. Elleborus niger vulgaris, Ges. hor. Cæs. Elleborus niger alter, Matth. Elleborus niger adulterinus domesticus, Trag. Elleborus niger tertius. Dodonei, & Matthioli, Lugd. Elleborus niger adulterinus hortensis, Fuchs. Veratrum nigrum, Cord. in Diosc. secundum Lac. Dod. Clus. pan. & hist. Tab. Consiligo, Tur. minor Lugd. Consiligo Plinij videtur. Pseudoelleborus niger Dod. gal. Græcis ἐλλέβορος. Italis Elleboro.

Helleborus dicitur, quod esu perimat. ἐλλείω enim apud Græcos est constringo, coarcto, βορὰ est pabulum, vel cibus, quia si in cibo sumatur coarctet, & suffocet: hinc εἴλω vinculum, quia esu ad instar vinculi constringat, si maiori quam par sit dosi exhibeatur. Niger vocatur ob radices nigras. [Veratrum nuncupatur à vertenda mente, nam sumptum motam mentem in sanitatem reducit. Consiligo nominatur, quia semina Siligini quodammodo similia producat.

Helleborus niger alter, vel Helleborine maior. Cord. hist. Helleborus niger fœtidus, C. Bauh. Helleboraster, Ad. maximus, Lob. Ger. Helleborastrum magnum, Tab. Helleborus niger syluestris adulterinus, Trag. Fuch. Lugd. Eneaphyllon. Plinij, Cæs. Consiligo Ruellij, Ges. hor. Lon. Ger. Consiligo syluestris, Tur. Veratrum nigrum tertium, Dod. Clus. hist. Pedicularia fœtida tertia, Trag. [Enneaphyllon dicitur, quod longa folia nouena habere videtur, ἐννέα Græcis nouem significat, & φύλλον folium.

Helleborus niger, Ad. Lob. niger secundus Dodonei, Lugd. Helleborus niger flore roseo, C. Bauh. Elleborus niger flore magno purpureo, Ges. hor. Elleborus niger annuus, Ang. niger legitimus, Clus. hist. niger verus Ger. Ellebori nigri alterum genus, Cæs. Veratrum nigrum, Dod. legitimum, Clus. pan. Stiriacum, Tab. Planta Leonis, Dod. gal. [Melampodium Nonnullis, à Melampode inuentore, quem alij diuinationis peritum, alij pastorem fuisse tradunt, nomen traxisse videtur. Vel

Melampo-

HELLEBORVS NIGER FOLIIS,

Phyllitidis instar, diuisis.



Melampodium dictum ideſt nigrum pedem cum folium habeat nigrum, & quodammodo pedem belluæ exprimentem, nam Græcis μέλανος eſt niger ποδίον verò pediculus. [Planta Leonis appellatur eò quia folium expanſum plantam Leonis, præ ſe ferre videtur.

Helleborus niger Saniculæ folio maior, C.Bauh. Elleborus niger Dodonei, Lugd. Veratrum nigrum Dioſcoridis, Dod. Lac. Eyſt. nigrum ſecundum Cluſ. pan. Aſtrantia nigra, Geſ. hor. Ad. Lob. Ger. Imperatoria nigra, Tab. Sanicula fęmina, Fuch. Geſ. hor. Lugd. Cluſ. hiſt. Sanicula fęmina adulterina, Trag. Oſteritium montanum Eidem. [Aſtrantia dicitur, nam folia ad formam aſteris nimirum ſtellæ ſint efformata. Oſteritium verò eſt vox Germanica. Saniculæ etymum lege ſuo loco.

Helleborus niger tenuifolius Buphthalmi flore, C.Bauh. Helleborus ferulaceus, Ad. Helleborus niger ferulaceus, Theoph. Ad. Lob. Helleborus Hippocratis, Tab. Elleborus niger verus Trag. Lon. Hellebori nigri ſpecies, quibuſdam, Geſ. hor. Elleborum alterum, Caſt. Elleboraſtrum nigrum, Geſ. hor. Cam. Pſeudoelleborum Matth. Lugd. Buphthalmum, Cluſ. pan. & hiſt Ang. Dod. Lugd. Cam. Helleborine tenuifolia, Cord. hiſt. Hic inter Ellebori nigri ſpecies Lectoris oculis proponitur icon in pagina antecedenti Hellebori nigri laciniatis folijs Phyllitidis inſtar diuiſis. Planta enim olim à DD. de Campis nobis fuit communicata, cuius deſcriptionem Lector in Horto noſtro Studioſorum legere poterit.

De Helleboro albo. Synonyma, & Etymum.

Helleborum album, Matth. Ad. Lob. Cæſ. Caſt. Helleborus albus flore ſubuiridi, C. Bauh. Elleborus albus, Lon. Lugd. Cam. Brunſ. Trag. Fuchſ. & aliorum. Elleborus albus flore herbaceo, Eyſt. Helleborus Candidus Græcorum, & Conſiligo Vegetij, Abſyrti, Columel. & Plinij, Guil. Veratrum album Dod. gal. Tur. Lac. Cord. in Dioſc. [Helleborus albus, & candidus dicitur à radicibus albis.

Helleborum album floribus atrorubentibus præcox, Lob. Helleborus albus Ger. Flore atrorubeſcente, Eyſt. mas, Tab. ico. Helleborus alter floribus nigricãtibus, Dod. flore ex purpura nigricante, Cluſ. hiſt. Ellebori albi alterum genus, Gæſ. ex radicibus Ellebori albi, Hiſpani venenum conficiunt de Baleſtera, & de Ierua vocatum, & herbam de Baleſtera, & Baliſtriam appellant.

Helleborine latifolia montana, lege Epipactis latifolia.
Helleborine flore rotundo, lege Calceolus mariæ, ſiue marianus.
Helleborine flore albo, lege Epipactis anguſtis folijs.
Helleborine altera atrorubente flore, C. Bauh. Aliſma botryoides, ſeu racemoſum, Thal.
Helliocalis herba hodie quid ſit ignoratur: plerique tamen Helianthemum, ſiue Solis florem, Chamæciſtum dictum eſſe putant.
Helmingobotanum ἑλμιγγοβότανον herbæ genus aduerſus lumbricos, ἕλμινς, υἱος eſt lumbricus, forte eſt Abſynthij ſemen Sementina dictum.
Helmus apud Hollandos Graminis ſpecies eſt Carex etiam appellatus, lege Carex.
Helxine Matth. lege Parietaria Officinarum.
Helxine ciſſampelos, lege Smilax lęuis maior.
Helxine ciſſampelos altera Atriplicis effigie, lege Conuolulus minor ſemine triangulo. Ciſſampelos dicitur quod folio ſit hederæ, & viticea propagine vicinis ſeſe obuol-

obuoluat more Conuoluuli, nam κισσὸς Græcis est Hedera ἄμπελος verò est vitis, & vinea.

Helxine syluestris, siue fluuiatilis, lege Circea Lutetiana.

Helxine stans Guilandino, lege Conuoluulus minimus spicæ folijs.

Hemeris, Quercus species est, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Hemerocallis Bizantina, Lob. ico. Hemerocallis miniata, siue Lilium rubens, seu miniatum Chalcedonicum Gasp. Scuuencfelt. Hemerocallis Constantinopolitana phœnicea vnico flore Lugd. Lilium Bizantinum miniatum, C. Bauh. Lilium rubrum, siue miniatum Bizantinum, Clus. hist. Lilium Chalcedonicum miniatum serotinum Lob. ad par. alt. Lilium rubrum Zuphiniare, siue miniatum Chalcedonicum Clus. pan.

Hemorocallis Chalcedonica purpurosanguinea polyanthos, Lob. Cam. Hemerocallis altera, Matth. Lugd. quam cum Lilio Zufiniani eamdem vult, Clus. Lilium syluestre alterum Dod. ico. Lilium purpurosanguineum flore reflexo, C. Bauh.

Hemerocallis Valentina, Clus. lege Pancratium floribus rubris.

Hemerote, teste Apuleio, Centaurium magnum appellatur.

Hemionion, lege Asplenium, quamuis Aliqui Hemionitim esse credant.

De Hemioniti, siue Lingua Ceruina. Synonyma, & Etymum.

Hemionitis, Leon. Fuch. Ruel. Manar. Lingua ceruina, Cæs. Ericio. Cord. Lonic. Lingua ceruina officinarum, C. Bauh. Phyllitis Matth. Ad. Lob. Thal. Tur. Cord. Dod. & Aliorum. Phyllitis vulgaris, Cam. Clus. hist. Phyllitis, siue Lingua ceruina, Tab. Scolopendrium Brunf. Herba Mula nonnullis, Græcis φυλλῖτις, & ἡμιονῖτις. Italis Lingua ceruina, & Erba milza.

Hemionitis dicitur Latinis, Græcis similiter, quasi mulariam dicas, ἡμίονος enim est mulus: hinc herba, quia mulis, cum alijs sit gratissima. Lingua ceruina appellata propter folia Linguam ceruinam æmulantia. Phyllitis, quasi foliosam dicas, cum nil nisi foliosus cespes appareat, nam caulis, floris, & seminis est expers. Scolopendrię etymum, lege Asplenium.

Hemionitis laciniato folio. Phyllitis laciniata, Dod. Clus. hisp. & hist. Phyllitis, Cast. ap. mucronata, Cam. Phyllitis folijs laciniatis, Tab. Phyllitis multifido folio, Lob. multifida, Ger. Lingua ceruina multifido folio, C. Bauh.

Hemionitis, Matth. Lob. Cæs. Lugd. Lac. Dod. Ang. Ges. hor. Hemionitis vera Clus. hist. Hemionitis vulgaris, C. Bauh. Hemionitis, siue sterilis, Lob. Splenium aliquibus nominatur, quod folia sicut, & Phyllitidis medicorum splenia, nimirum oblongas plagulas forma imitantur: vel potius ab eorum vsu, quod spleni medeantur, siquidem ex aceto pota lienem absumunt.

Hemionitis peregrina, Dod. Clus. hist. Lug. Hemionitis, Cast. altera peregrina, Lob. Hemionitis minus vulgaris, C. Bauh.

Hemionitis altera Dalechampij, Lugd. Hemionitis multifida G. Bauh. Lingua ceruina ramosa, Colum.

Hemodoron, lege Orobanche, Matth.

Hemorrhoidalis, lege Hæmorrhoidalis.

Hęmolapathum, lege Lapathum sanguineum.

Hendelkraut Tragi, est Alsines tridactylitis species, siue Elatine triphyllos.

Henne

Henne Arabum est Cyprus Plinij, siue Aleanna, vt dicemus in secunda parte Phyt.
Henequen, herba est è qua fila trahunt in India Occident. Ouiedo hist. lib. 7. c. 10.
Hennicophyllos Cordi est Arisarum latifolium.
Hennophyllum, lege Monophyllum, siue Vnifolium.
Henphistide nonnullorum est Hypocistis.

De Hepatica. Synonyma, & Etymum.

Hepatica Brunf. Lon. prima, Tab. Iecoraria, siue Hepatica fontana Trag. Lichen petreus latifolius, siue Hepatica fontana, C. Bauh. Lichen Matth. Dod. Lac. Tur. Cast. Lugd. Cæs. & Aliorum. Lichen prima, Lob. petrea, Ger. Muscus saxatilis, vel Lichen Alijs. Bryon Nonnullis. Græcis λειχὴν. Italis Hepatica, Figadella, & Ficatella.

Hepatica dicitur, & Iecoraria, quoniam eius folia æmulantur lobum hepatis, quem vulgus pinnam vocat, vel quia hepati medeatur. [Lichen verò vocatur, quia Lichenes, idest impetigines curat. Græcis enim λειχὴν est asperitas cutis, Latinis impetigo; hine herba ita appellata, quia Lichenas serpentis morbi genus imposita sistat, & sanet. Bryon verò dicta, quod petris adhæreat, vt Muscus, nam Muschus Bryon dicitur.

Hepatica secunda, Tab. Ger. Lichen petreus stellatus, Bauh. Lichen secundus, Lob.
Hepatica tertia, Tab. Lichen petreus vmbellatus, Bauh. Lichen. tertius, Lob. Lugd.
Hepatica aurea & nobilis, lege Trifolium aureum hepaticum.
Hepatica fontana, est Lichen Hepatica, Lob. Lichen petreus, siue saxatilis Gasp. Scuuencfelt.

De Hepatica alba, siue Gramine Parnassi. Synonyma, & Etymum.

Hepatica alba, Cord. hist. Gramen Parnassi, Dod. Ges. hor. Lob. ico. Eyst. Gramen Parnassi hederaceum recentiorum, Ad. Lob. obs. Gramen Parnassi minus Gerar. Gramen Parnassi albo simpliei flore C. Bauh. Gramen hederaceum; Flos hepaticus, Tab. Vnifolium palustre, Ges. collect. Enneadynamis Polonorum, Ges. hort. Italis Gramigna di Parnaso. Hepatica pratensis alba, & Pyrola pratensis recentiorum Gasp. Seuuencfelt.

Hepaticæ, etymum, lege supra. Gramen Parnassi dicitur à loco natali quod in monte Parnasso frequentissimè proueniat. Enneadynamis fortè appellatur, quoniam Græcis ἐννεὸς significat mutus, & aliquando gemino ν scribitur ἐννεός verò est consilium: hinc herba ita appellata, quia eum in monte Parnasso nascatur vbi Musæ Iouis, & Memoriæ filiæ inhabitant; forsan commanducata mutum consilium nimirum doctrinam, & literas memoriæ subministrat, vel ab ἐννέα, quod est nouem, & δύναμις, idest virtus, quia sit herba nouem Virtutum, nimirum nouem Musarum, cum inibi, & vbique passim oriatur.

Hepatica palustris Nonnullorum, lege Saxifraga aurea.
Hepatica stellata, lege Asperula, & Asperula odorata.
Hepatica trifolia; lege Trifolium hepaticum.
Hepatorium Græcorum, lege Agrimonium.
Hepatorium aquatile, lege Bidens folio tripartito diuiso.
Hepsema Recentiores Sapam, siue vinum, vel mustum ad tertiam partem decoctum appellant.
Heptaphyllum Fuch. lege Tormentilla.
Heptaphyllon Clus. lege Argentaria petrea.

Heptapleuros. Plantaginis species est, septem costas, id est neruos habens.
Heracantha, Tab. lege Atractylis, siue Carthamus syluestris.
Heraclea, vel Vrtica secunda Tragi, lege Galeopsis legitima, vel vera.
Heracleon, Panacis species est.
Heracleos, est Lithospermon aruense maius erectum, apud Nonnullos.
Heraclion quibusdam, lege Nymphea lutea.
Heraclium, lege Origanum Heracleoticum.
Heranthemum, siue Eranthemum, lege Adonis recentiorum.
Herba est arbore, frutice, & suffrutice tenerior, & mollior, quæ à radice folia profert antequam caulem edat, ita dicta ab hærendo, quia arctè terræ hæreat, & insideat. Græcis βοτανὴ à verbo βόσκω pasco, quia omnes ferè bestias pascat.
Herba Abiga, & Aiuga, lege Abiga.
Herba Adil, siue Adhil, lege Euphrasia.
Herba S. Alberti, Cæs. lege Barbarea minor.
Herba alba in Valesia, est Absynthium album folijs Seriphij Bauh. Alijs dicitur Absynthium Lauendulæ folijs.
Herba alba Plinij, apud nonnullos est Gramen Paniceum, siue Panicum syluestre.
Herba Alleluia, lege Alleluia, siue Trifolium acetosum.
Herba amoris, lege Æschinomene, siue Herba viua.
Herba amoris, Cæs. lege Scorpioides Matth.
Herba Amoris, siue Flos amoris est Amaranthus pictus, siue tricolor.
Herba Amoris Nonnullorum, est Scorpioides Matth.
Herba S. Antonij, & Antoniana apud nonnullos est Lysimachia Chamænerion dicta. Apud alios verò est Scrophularia aquatica maior, & apud aliquos est Isatis satiua quò eius succo vlceratæ partes illitæ, colorem ignis sacri mentiantur qui Antonianus dicitur. Nonnullis est Dentellaria Rondeletij, & Alijs est Ruta syluestris Harmel dicta.
Herba Apollinaris, lege Apollinaris, siue Hyoscyamus.
Herba Apostematica nonnullis, est Scabiosa maior syluestris.
Herba Articularis Tab. lege Been album.
Herba aurea, siue Indorata, lege Cetrach, siue Asplenium.
Herba Aurea Narbonensium est Panaces Chironium, siue Flos Solis.
Herba Aurea Narbonensium Penæ est Virga aurea, siue Herba Dorea.
Herba Aurita, lege Asarum, siue Baccaris officinarum.
Herba de Balestra, est Herba Balistica, lege Helleborum album flore atrorubente.
Herba S. Barbaræ, lege Barbarea Dod.
Herba Basilica, est Ocymum, siue Basilicus.
Herba Bella donna vulgò, lege Bella donna.
Herba de Bengala, est herba exotica, quæ in fila instar Cannabis diducitur, Linsc. par. 2. Ind. or.
Herba Benedicta, & S. Benedicti, lege Benedicta.
Herba Bianca, Nonnullis est Calendula.
Herba Bona, est Herba Iudaica, siue Tetrahit.
Herba Borissa, Aliquibus est Nummularia, Alijs verò est Scorpioides Matth.
Herba Brusca, lege Acetosa.
Herba Caballina, lege Equisetum primum Matth.
Herba Cancri, Lon. lege Heliotropium maius.
Herba Cancri minor, lege Polygonum minus, siue Millegrana.
Herba Camphora nonnullorum est Abrotonum mas.
Herba Calicularis Apuleio, est Melongena, siue Mala insana.

Herba

Herba Canis, & Canaria, lege Gramen caninum.
Herbacantha, est Acanthus aculeatus.
Herba Cattaria, est Cattaria, siue Mentha Felina.
Herba Canicularis, est Apollinaris siue Hyoscyamus: lege Canicularis herba.
Herba Caua, Imper. est Fuci species, nimirum Fucus cauus.
Herba S. Catherinæ, est Balsamina fœmina.
Herba Casta, lege Aglaophotis, siue Pœonia.
Herba Carrara, lege Coronopus repens.
Herba Cassiana, famem sitimque retardans, an eadem cum Nicotiana, siue Tabaco.
Herba Centonia, lege Abrotonum fęmina.
Herba Centuncularis, est Gnaphalium vulgare.
Herba Cæphea nonnullorum, Cordo, est Portulaca syluestris.
Herba Cerui, lege Ceruaria.
Herba Chrysippea, est Scrophularia maior.
Herba S. Christophori, lege Christophoriana.
Herba Cincrea, est Cineraria, siue Artemisia marina.
Herba Ciciliana, siue Siciliana, lege Androsęmon.
Herba S. Claræ, est Valeriana campestris, siue Phu minimum.
Herba Clauellata, est Iacea.
Herba Clauorum nonnullis est Pilosella, eò quia equis dum ferreas soleas à Fabris accipiunt hoc præstat auxilij, ne cadere possint, quouis modo equis administrata. Mizaldus cent. 7.
Herba Clytiæ, lege Heliotropium minus, Matth.
Herba Cohoba inebrians, fortè est Nicotiana, siue Tabacum.
Herba Columbaris, lege Verbena communis.
Herba Comitissæ Belg. Dod. est Coronopus, Matth.
Herba Cocca, lege Alkakengi.
Herba Costa, Cæs. lege Pseudocostus Matth.
Herba Costus, est Costus hortensis, siue Herba S. Mariæ.
Herba Comagena, lege Costus officinarum amarus.
Herba Coxendicum, lege Acetabulum, siue Vmbilicus Veneris, herba coxendicum appellata, eò quia folia prę se ferunt ossa caua habentia acetabula, quibus ossium fęmoris capitula inferuntur.
Herba Crassula offic. est Faba inuersa siue Telephium.
Herba S. Crucis, lege Nicotiana, siue Tabacum.
Herba Cupressus est Abrotonum fęmina.
Herba Cynocephalea, lege Antirrhinum.
Herba Delicata, lege Herba Mimosa.

De Herba Dorea. Synonyma, & Etymum.

Herba Dorea Lob. Cæs. Dorea Narbonensis, quasi aurea, Ad. Eyst. Dorea, siue herba aurea, Lugd. Doria fortè Panaces Chironium Ges. hor. Herba aurea, Ponæ, & Lobelij Lugd. Virga aurea maior, vel Doria C. Bauh. Limonium aliud Lugd. Panax Chironium Theophrasti, Tab. Pharmaceum Plinij Alijs. Italis Herba Doria.
Herba Dorea dicitur, quasi aurea à colore Floris luteo, siue aureo; vel vt alij volunt nomen accepit ab Andrea Doria Genuensi Duce, triremium classis imperatoriæ Præfecto, qui eam ex Africa cum classe attulit, quod valdè efficax esset ad vulnera, tam externa, quam interna consolidanda. Aliorum nominum etyma, lege suo loco.

Herba Draco, lege Draco hortensis.
Herba Equinalis, lege Equisetum.
Herba Felis lege Cattaria, siue Mentha felina.
Herba Ficarella nonnullis, est Hepatica.
Herba Fortis, aliquibus est Herba bona, siue Herba Iudaica. Alijs verò est Solidago Sarracenica.
Herba Fragi, lege Fragaria.
Herba Fullonum Brunf. est Gentiana cruciata. Alijs est Saponaria. Alijs est Dipsacus.
Herba Gattaria, & Herba Felis, lege Cattaria.
Herba Gallica, lege Galega, siue Ruta Capraria.
Herba Gerardi Dod. lege Angelica syluestris siue erratica. In Brabantia est Imperatoria.
Herba Helleboracea, est Aconitum hyemale.
Herba Hieracia, est Hieracium Accipitrina dictum.
Herba Hollerij, est Herniaria, siue Millegrana.
Herba Hungarica, est Alcea vulgaris, Alijs est Hypecoum Matth.
Herba Hydnophyllon dicta, lege Hydnophyllon.
Herba S. Iacobi, & Herba Iacobea, lege Iacobea vulgaris.
Herba Impatiens, est Persicaria siliquosa.
Herba infectiua, lege Glastum.
Herba insana est Hyoscyamus, dicta autem Insana, quia si bibatur, vel edatur insaniam facit.
Herba S. Ioannis, apud Italicos sunt variæ herbarum species in fasciculos D. Ioannis festo collectæ, quæ sacris illi diebus lumbos cingunt.
Herba S. Ioannis secundum aliquos est Hypericon, siue Perforata. Alijs verò est Sclarea, siue Horminum hortense.
Herba Ioannis Infantis, Monardi Lugd. Frag. Cast. Acetosæ folijs similis Villosa herba, C. Bauh.
Herba Iudaica, lege Sideritis vulgaris hirsuta.
Herba Iudaica altera, lege Lysimachia cærulea galericulata.
Herba Iulia Ang. lege Ageratum, Matt..
Herba S. Kunegundis, lege Eupatorium cannabinum.
Herba Lactaria, est Tithymalus, Lactuca caprina Columel. Lattarola vulgò Bononię.
Herba Lanaria, & Herba luteola, est Struthium, siue Luteola.
Herba Lassulata, est Herba S. Mariæ, siue Costus hortensis.
Herba S. Laurentij, est Consolida media Matth.
Herba Leonina, & Herba Lupa, est Orobanche dicta, siue Anblatum, ita nuncupata, quia more Leonis cæteras plantas suffocat, & enecat sicuti Leo, & Lupus cætera animalia interimunt, vel quia tota planta caudam Leonis imitatur.
Herba Leonis, siue Pes Leonis, est Alchimilla.
Herba Leporina, est Sonchus latifolius leuis laciniatus.
Herba Luciola, est Ophioglossum. Est etiam gramen lucidum apud nonnullos.
Herba Lumbricorum, est Tanacetum.
Herba Lunæ, est Lunaria Chymistarum.
Herba Lutea, lege Luteola, siue Pseudostruthium.
Herba Malauarica frutex, folio mali persicæ, vt dicemus in secunda parte Phytolog.
Herba Malhorquiana Belgis, est Corallina.
Herba Malucana Acostæ, in Maluco abunde nascitur.
Herba Margarita, & Margaritini, est Bellis minor hortensis flore pleno. Consolida minima Herbariorum dicta.

Herba

Herba S. Mariæ vulgò, lege Costus hortorum.
Herba Marina nonnullorum, est Crithmum marinum.
Herba Marmoraria, lege Branca vrsina, siue Acanthus Matth.
Herba Mazeatensis apud Indos, est Iuncus rotundus aromaticus.
Herba Mercurij, lege Mercurialis.
Herba Miliaria Plinij, Trag. est Gramen paniceum, siue Panicum syluestre, Miliaria appellata, quia necat Milium, cum inter Milium oriatur.

De Herba Mimosa. Synonyma, & Etymum.

Herba Mimosa, Lugd. Clus. Herba molle, & Herba delicata vulgò, Acostæ.
Herba Mimosa nuncupatur, quoniam manu admota senescit, contrahitur, & marcescit, manu verò remota pristinum virorem, & formam recipit, sed non adeò celeriter, vt prior. Vel mimosa dicta, quasi ridicula, quoniam si quis eam apprehendit folia illicò contrahit. An eadem cum Æschinomene?
Herba Mirabilis Peruana, lege Admirabilis Peruana.
Herba Molle, lege Herba mimosa.
Herba Mora, est Harmel siue Ruta canina syluestris, ita dicta à colore nigro foliorum. Alijs est Scrophularia. Aliquibus est Tithimali species.
Herba Mortem, aut vitam in morbis prænuncians, Monard. Lugd. sed quid?
Herba Moschata, lege Acus pastoris, & Acus moschata.
Herba Mula, lege Hemionitis, siue Lingua ceruina.
Herba Muralis, lege Parietaria officinarum.
Herba Napello similis, est Anthora.
Herba Ocularis est Euphragia.
Herba Origano similis, lege Acinos.
Herba Pagana, lege Bislingua.
Herba Papagalli, lege Amaranthus tricolor, siue pictus.
Herba Paralysis, & Paralytica, lege Alisma Pratorum, Col.
Herba Paris Matthioli, & aliorum, lege Solanum quadrifolium bacciferum.
Herba Pedicularis, lege Staphisagria.
Herba Peti, est Nicotiana, siue Tabacum.
Herba S. Petri, est Crithmum, lege Batis.
Herba Perforata, lege Hipericum vulgare.
Herba Peruuiana vulgi, est Admirabilis Peruuiana.
Herba Phœnicea est Lolij species, lege Phœnix Matth.
Herba S. Philippi est Glastum satiuum.
Herba pyramidalis est Campanula maior lactescens.
Herba Pinnula nonnullorũ est Apollinaris, siue Hyoscyamus vulgaris pinnula nuncupatus, eo quia vascula in quibus semen continetur, pinnas murorum, nempe summitates perbellè repræsentant, vulgò Merli, vnde pinnula, idest parua pinna.
Herba Pituitaria est Staphisagria, quia commanducata feruore suo multam pituitam trahit.
Herba Porcina, siue Suilla est panis porcinus, siue Arthanita.
Herba pudica, Lugd. lege arbor pudica. in secunda parte Phytol.
Herba pulicaris, lege Psyllium.
Herba Quatrina est Numularia.
Herba Querzola, lege Chamedris.
Herba Quinquenerula est Plantago quinquenerula.
Herba Radioli Apuleij, lege Polypodium.

Herba

Herba Rena, & Reni vulgi, lege Astrantia,
Herba ad Renum morbos vtilis Monardi, & Lugd. Lactucifolia renalis, Bauh. sed quid?
Herba Regia, est Artemisia, siue Olus regium mater herbarum lege Artemisia.
Herba Reginæ, est Nicotiana, siue Tabacum.
Herba Roberti, & Robertiana, lege Geranium robertianum.
Herba Rotta, & della Rotta Alpinorum in Pedemontio, & alibi sic vocatur, Agerati fortè species.
Herba ad rupturas vtilis Monardi, & ex eo Lugdunensis historiæ, nondum vidimus.
Herba Sacra, Sancta, & Sanasancta Indorum, lege Nicotiana maior.
Herba Sacra quorundam, Dalech. lege Lamium montanum Melissæ folio.
Herba Sacra Agrippæ, est Saluia.
Herba Sacra Ang. Tur. lege Verbena communis.
Herba Salax, lege Eruca satiua.
Herba Salutaris, lege Rhamnus catharticus in secunda parte Phytol.
Herba Salutaris secundum Isid. orig. est Strichnon, siue Solanum hortense, propter quod dolorem capitis, & stomachi incendium mitigat.
Herba Sagminalis est Verbena, quæ quia apud Antiquos ex ara aut sacro loco sumpta à Prætore secabatur Sagminalis fuit appellata.
Herba Sanguinea, & Sanguinaria, lege Gramen sanguineum, est etiam Bursa Pastoris sanguinaria appellata.
Herba Sanguis draconis vocata, est Lapathum sanguineum.
Herba Sagittalis, lege Sagitta.
Herba Saliuaris, est Pyrethrum.
Herba Sardoa nonnullorum, est Pulsatilla vulgaris.
Herba Sardinia, & Sardoa Guil. lege Apiastrum Cord. siue Ranunculus palustris Apij folio.
Herba Scanaria, est Pecten Veneris, siue Scandix.
Herba Scalogna vulgò est Orobanche, siue Anblatum Cord. hist.
Herba Scelerata, lege Apiastrum Cord. siue Ranunculus palustris.
Herba Sclauonica, est Capnos alba latifolia.
Herba Scripta, lege Carduus lacteus.
Herba Scorbuti nonnullis, est Cochlearia.
Herba Scythica apud aliquos, est Glicirrhyza.
Herba Sentiola, & Herba viua, lege Æschinomene.
Herba Septem temporum dicta, est Lotus satiua, Bataius ita appellata, quod septies in die dum viret, & crescit odorem mutare credatur quem amisisse, & denuò recepisse singulo die arbitrantur.
Herba Simeonis, lege Alcea vulgaris maior.
Herba Siminina est Antirhinum, quia conceptaculum seminis caput Simiæ imitatur.
Herba Sine costa idest sine neruis in folio, est Ophioglosum, siue Lingua serpentina.
Herba Solaris est Heliotropium maius.
Herba Sophia, est Sophia Chirurgorum.
Herba Spiedi vulgò vocata, est Herba mucronatis siliquis in Lio Venetijs nascens; ad Cakile Serapionis referenda esset, nisi semina differrent.
Herba Stellaris, lege Asperula, & Asperula odorata.
Herba Stella, siue Cornu ceruinum, lege Coronopus, Matth.
Herba Stella alijs, est Pentaphyllum alpinum, Nonnullis verò est Alchimilla.
Herba D. Stephani, lege Circea Lutetiana.

Herba

Herba Stridola, Col. Phytobaſ. eſt Chondrillæ ſpecies, ita appellata, quia folia ſunt fractu facilia, & tunc ſtridentia.
Herba Studioſorum, lege Beluedere Geſ. ſiue Oſyris.
Herba Terræ Iunij in Nomencl. eſt Chamępitys, ſiue Iua arthetica.
Herba Terribilis Narbonenſium, lege Alypum montis Ceti.
Herba Thora veneſica, Nonnullis eſt Napellus.
Herba Tora eſt Orobanche Matth.
Herba Trientalis, lege Alſineanthemos.
Herba Trinitatis, lege Viola tricolor hortenſis. Alijs verò eſt Trifolium hepaticum.
Herba Tunica, & Tunice quibuſdam, lege Caryophyllus domeſticus Matth.
Herba Turca, lege Polygonum minus, ſiue Millegrana. Alijs eſt Carduus benedictus.
Herba Turca montana, lege Polygonum montanum niueum minimum.
Herba Venerea, lege Acorus, ſiue Calamus aromaticus officinarum.
Herba Venti, lege Anemone.
Herba Venti Tragi, lege Pulſatilla vulgaris recentiorum.
Herba Venti Monſpelienſium, lege Parietaria Monſpelienſium.
Herba Vitri, lege Alkali.
Herba Vngarica Lon. lege Hypecoum Matth. Alijs verò eſt Alcea vulgaris.
Herba Vulneraria, lege Bupleurum anguſtifolium.
Herba Vulneraria Tragi eſt Solidago Sarracenica.
Herba Vua, lege Botrys.
Herba Vuia paſſa in Guaiaua abundans, radicem habet Gingiberi, quoad ſaporem non diſſimilem, & ad diarrhæam ſedandam vtilis par. 8. Ind. occid. ſed quid?
Herbatum Canadenſium Iacobi Cornuti, ſiue Panaces moſchatum, nam flos albus eſt, vt Panacis vulgaris, odore præcipuus, qui è longinquo quemque inuitat halitu moſcho gratiore.
Herbicida Nonnullis, eſt Porrum.
Herbutum eſt Senecio ſiue Erigerum, Dod. ſed inter nothas appellationes reponitur.
Herculania, eſt Verbena ſed vox eſt ſpuria.
Herculis ſanguis eſt Helleborus albus.
Herigeron maius, lege Iacobea maior.
Hermaphroditica, ſiue Orchis ſphegodes, eſt Teſticulus vulpinus diphyllus dictus.
Hermodactylus Meſuei, lege Dens canis, Geſ. hor.
Hermodactylus quorumdam Trag. lege Cyclamen radice exigua.
Hermodactylus vulgò, lege Colchicum Matth.
Hermodactylus verus Matth. Lugd. Tab. lege Iris tuberoſa folio anguloſo.
Herniaria, & Herniola, lege Polygonum minus, ſiue Millegrana.
Heroin, & Heroion, lege Aſphodelus.
Herpillus aliquibus, apud nos ſerpillus, ſiue Serplllum vocatur.

De Heſperi, ſiue Viola matronali. Synonyma, & Etymum.

Heſperis hortenſis, C. Bauh. tertia Cluſ. hiſt. ico. noſtra, Cam. Viola matronalis, ſiue Damaſcena, Ad. Lob. Viola matronalis Geſ. hor. Dod. Viola Damaſcena flore vario, Alijs Viola purpurea, & alba, Lugd. Viola ſylueſtris alba, & purpurea, Cæſ. Viola alba perſica Hermolai, Trag. Leucoium, & Viola purpurea Fuch. Leucoium Dioſc. album purpureum Fuch. ico.
Heſperis dicta cenſetur, cum hæc Viola noctu magis oleat. Matronalis verò nuncupata, quòd à matronis in hortis colatur. Damaſcena etiam vocata tanquam ex Da-

Damasco primùm delata. Violæ,& Leucoij etymum lege suo loco. Variat colore floris candido, dilutè purpureo, rubro vario, vt dicemus in secundo Tomo Partis primæ Phytologiæ capite de differentijs.

Hesperis Syriaca, lege Leucoium Syriacum.

Hesperis siliqua corniculata, lege Leucoium corniculatum.

Hespericum malum, lege Malum Hespericum in secunda parte Phytologiæ.

Hetich Indis, & Aetiopibus, Dalech. in Plinium Hetich Americum Theueti Lugd. Lerio desc. Brasil. est Rapum Americanum folijs Bryoniæ.

Hexastichum hordeum, dicitur cuius spicæ sex ordines habent, sicut distichum duos tantùm habent ordines.

Hiacinthus, lege Hyacinthus.

Hiberis, lege Iberis, siue Lepidium.

Hibiscus, lege Althæa, siue Ibiscus.

Hicacos arbor fructifera apud Indos Occid. vt Ouiedus hist. lib. 8. c. 9. de quo in secunda parte Phytol. verba faciam.

De Hieracio. Synonyma, & Etymum.

Hieracium maius Matth. Lac. Dod. Fuch. Hieracium magnum, Cæs. Hieracium maius folio Sonchi, vel Hieracium Sonchites. C. Bauh. Taraxacon maius Lon. Græcis ἱεράκιον, Nõnullis Accipitrina Hieracia Plinij Alijs. Italis Ieracio, & Radichiella.

Hieracium dicitur ab Accipitre, qui Ἱέραξ nuncupatur, quoniam Accipitres scalpendo eam, succoque oculos tingendo obscuritatem cum senſere discutiant, & oculorum aciem acuant. Radicchiella verò, eò quia sit Cichorio similis maximè.

Hieracium minus dentis leonis folio subaspero, Bauh. Hieracium minimum Colum. Hypocheris porcellia, Tab. Ger. [Hypocheris etymum, lege supra Cichorium syluestre Dod. vel ita vocatur à verbo græco ὑποχαίρω latenter gaudeo, hinc planta ita nuncupata, quia latentem lætitiam adferat, sanguinem purificando, necnon etiam aspectu dum floret oculum exhilarando.

Hieracium macrorrhizon, lege Apargia Dalechampij.

Hieracium Dentis leonis, folio obtuso, & Hieracium longius radicatum, lege Apargia Dalechampij.

Hieracium arborescens palustre, Bauh. Sonchus arborescens, Tab. Ger. Sonchus tertius Clusij, leuis altissimus, vel Austriacus Eidem hist.

Hieracium folijs, & floribus dentis leonis bulbosi, Lob. ico. Hieracium asperum flore magno dentis Leonis, Bauh. Viperea, vel Scorzonera Italica, Cast. ico.

Hieracium minus folio subrotundo C. Bauh. Hieracium minimum, vel octauum Clus. pan. & hist. Hyoseris latifolia, vel mascula Tab. Hyoseris mascula, Ger. [Hyoseris dicitur quia Græcis ἠὼς est aurora. Seris verò est species Cichorij; idest Cichorium in aurora florens, quasi dicas matutinum Cichorium.

Hieracium minus Matth. Ang. Trag. Fuch. Lac. Ges. Cast. Tab. minus alterum Dod. Hieracium minus præmorsa radice, Ad. Lob. Hieracium Chondrillæ folio glabro radice succisa maius Bauh. Hieracium leporinum Ger. Succisa tertia Tragi, Sonchus Lon. Picris Dalechampij Lugd.

Hieracium Chondrillæ folio glabro Radice succisa minus, Bauh. Lactuca leporina Apuleij, Ang. Lagopus tertius, vel Lactuca leporina Trag. Hieracium quintũ Dod.

Hiera-

Hieracium falcatum, Ger. Hieracium Narbonenſe falcata ſiliqua, Lob. Lugd. Hieracium Monſpeliacum, & Narbonenſe, Tab. Hieracium ſiliqua falcata, C. Bauh. Rhagadiolus, Cæſ.

Hieracium echioides, capitulis Cardui benedicti C. Bauh. Hieracium echioides, Tab. Hieracium montanum folio Lycopſis, Ad. Bugloſſum luteum, Cam. Ger. Bugloſſum echioides luteum Hieracio cognatum, Lob. ico.

Hieracium alpinum latifolium hirſutie incanum flore magno C. Bauh. Hieracium phlomoides, Tab. Hieracium latifolium Pannonicum, Cam. Hieracium primum latifolium Cluſ. hiſt.

Hieracium Tragopogonis folio, Bauh. Hieracium ſeptimum, vel pumile Cluſ. pan. Scorzonera quarta Eidem.

Hieracium murorum folio piloſiſſimo, C. Bauh. & Hieracium maculatum, lege Pulmonaria Gallorum flore Hieracij.

Hieracium fruteſcens, ſiue fruticoſum latifolium, lege Erinus Matthioli.

Hieracium fętidum tertium Columnæ eſt Dens Leonis tenuiſſimo folio, Bauh. in Prodromo.

Hieranzuni Ponæ, lege Ierazuni.

Hierobotane mas, vel Verbenaca ſupina mas, lege Teucrium pratenſe.

Hierobotane mas Brunſ. lege Verbena communis, ſiue Verbenaca.

Hierobotane fœmina eidem, lege Eryſimum vulgare.

Hierobotane fœmina, Lugd. Dod. lege Veronica ſupina facie Taucrij pratenſis.

Hierobulbus, & Hieribulbus eſt Iris bulboſa latifolia.

Hignero, eſt fructus peregrinus, vt dicemus in ſecunda parte Phytol.

Higuero Ouiedo, eſt arbor Indica, fructu cucurbitæ forma, & ſapore, de qua in ſecunda parte Phytol.

Hilum, & Hylum putant eſſe quod grano fabæ adhæret, & eſt punctum illud nigrum, quod in ſumitate fabæ cernitur. Vel, vt alijs placet eſt ſubſtantia quædam ſub cortice, mentulæ ſpeciem habens.

Hippace non eſt herba, vt nonnulli opinantur, ſed eſt caſeus ex equino lacte concretus.

Hiphear Arcadum, lege Hyphear.

Hippagroſtis, lege Gramen equinum.

Hippia Cord. lege Alſine Matthioli.

Hippion, lege Hippophaes.

Hippocoum vinum ex Inſula Coo, ita dictum ex agro generoſo, cui nomen Hippa; vt dicemus in ſecunda parte Phytol. Capite de Vite.

Hippoglottion, lege Biſlingua, ſiue Hippogloſſum.

Hippogloſſum Lugd. lege Polygonatum latifolium ramoſum.

Hippogloſſum Matth. & aliorum, lege Biſlingua Cluſ.

Hippogloſum Valentinum Cluſij, lege Alipum montis Ceti.

Hippomanes Crateuę quibuſdam eſt Nux Metel Officinarum, vt dicemus in ſecunda parte Phytolog.

De Hippophae. Synonyma, & Etymum.

Hippophaes quibuſdam ἄκανθα καθαρτικὴ, ideſt ſpina purgatrix, Anguil. Hippo-

phaes ex Codice Cæsareo, Dod. Lugd. Hippophaes, & Hippion, Nonnullis: Hippope, & Echinion, sed inter nothas appellationes recensentur.

Hippophaes dicitur fortè, nam Græcis ἵππος est equus φυῶ verò est gigno, nascor, quia nascatur accomodata naturæ equorum, cum in illorum medicinis adhibeatur. Radices lacteo succo madere dicunt. Nondum vidimus.

Hippophae Dioscoridis fortè Col. est Rhamni species, vt in secunda parte Phytologiæ hanc historiam non incuriosè percurram.

Hippophaes Anguil.& Hippophestum quorundam, Lugd. est Rhamnus catharticus folio Oleæ vt dicemus in 2. p. Phyt.

Hippophestum, vel Hippophaes Dioscoridis, Col. lege Calcatrepola Matth.

Hippolapathum syluestre, Matth. lege Lapathum hortense folio oblongo.

Hippolapathum latifolium, Hippolapathum rotundifolium, lege Lapathum latifolium, & Lapathum rotundifolium.

Hippomanes Crateuæ, Ang. lege Barycoccalon. Hippomanes dicitur fortè à verbo græco ἵππος quod est equus, & μανία furor, insania, eò quia hæc herba pota, nimirum semen, quatuor granorum pondere cum vino, fortem facit ebrietatem, & quasi equo furenti assimilatur.

Hippomarathrum, Ang. lege Fœniculum erraticum Matth.

Hippomarathrum, cuius semina magna Cachry similia, Hon. Belli est Hippomaratrum Creticum, Bauh. in Prodromo.

Hippomarathrum putatum, Cam. hor. quibusdam est Fœniculum nostrum vulgare, Fœniculum Germanicum C. Bauh.

Hippomarathrum sphærocephalum Alpini, ab vmbellis in orbem versis nominatum.

Hippope, lege Hippophaes.

Hippophtalmum, lege Asteratticus luteus.

De Hipposelino. Synonyma, & Etymum.

Hipposelinum, Dod. Cord. hist. Fuch. Lac. Ang. Ges. hor. Ad. siue Olus atrum, Lob. Tab. Cord. in Diosc. Ges. hor. Hipposelinum Theoph. vel Smyrnium Diosc. C. Bauh. Smyrnium Matth. Cord. in Diosc. Ges. hor. Cast. Lugd. Cam. Col. qui Dioscoridis vult. Petroselinum Alexandrinum Trag. Macedonicum verum Ger. Petroselinum Macedonicum quibusdam. Lon. Cæs. & Macerone Vulgi. Alexander, Tur. & Herba Alexandrina. Equapium Gazæ Græcis ἱπποσέλινον. à nonnullis γρίνλον. Italis, & Officinis Macerone.

Hipposelinum dicitur, quasi Apium maius, & Apium grande, nam Græcis ἵππος est equus σέλινον verò est Apium, quoniam Græci ad augendum significatum particulam illam apponere solent nominibus, ab equi scilicet magnitudine sicuti etiam βοῦς à bouis magnitudine, & quia reliquas Apij species magnitudine superat, hinc Hipposelinum dicitur. [Olus atrum appellatur, quia inter olera recensetur, atrum verò dictum, quasi nigrum, & obscurum, vel à semine copioso atro, vel à radice nigra, nam radicis cortex foris niger, intus verò viridis, aut subalbidus apparet. [Smyrnium à loco natali dictum, nempe à Smyrna vrbe in qua frequentissime crescit: vel ab odore Myrrhæ, vnde illi nomen. Petroselinum Macedonicum, Alexandrinum, Alexandrium, & Alexander nominatur, nempe ex Macedonia, & Alexandria allatum; Macerone vulgò corrupto vocabulo, quasi Macedonicum. Equapium, idest Apium equinum, nimirum grande.

Hipposelinũ, Lugd. est Leuisticũ Brunf. Lob. Laserpitiũ Germanicum vulgare Matth.

Hipposeta, lege Equisetum Matthioli.

Hipposisma, pro thure aliquando accipitur, vt dicemus in secunda parte Phytolog.

Hippo-

Hippotraphaxis, lege Atriplex fatiua.
Hippuris maior Brunf. lege Equifetum Matthioli.
Hipparis faxea Clufij exot. eft Equifeto fimilis faxea Bauh.
Hirci barba, lege Tragopogon.
Hircotriticum, lege Frumentum Sarracenicum.
Hirculus, lege Nardo Celticæ fimilis hirculus.
Hirculus Frificus Chamæcifti genus, eft Chamæciftus Frificus folijs Nardi Celticę.
Hirundinaria minor, lege Centimorbia.
Hirundinaria Trag. lege Afclepias.
Hifginum, plantæ genus apud aliquos, quo color tingitur coccineo fimilis, fed quid?
Hifpanac Arabibus, & Serap. eft Spanachium, & dicitur Hifpanicum olus.
Hifpidula, eft Æluropus, fiue Pes cati, Pilofella montana hifpida, ita nuncupata, quia tota eft tomentofa, maximè verò flofculi, lege Æluropus.
Hiftricea apud nonnullos, eft Scorpius fiue Genifta fpinofa, de qua in fecunda parte Phytologiæ.
Hobus, fiue Houus arbor Indica Pruni effigie. Hobos Linfch. nuces iuglandes Hifpanicis fimiles. Harum hiftoriam pingui minerua tractabo in fecunda parte Phytologiæ.
Hoyri, Theueto Carduo Ananc fimilis C. Bauh.

De Holco, fiue Hordeo murino. Synonyma: & Etymum.

Holcus Plinij, Ariftida Alijs Ang. Hordeum murinum, Tur. & Cæf. Hordeum, fiue Triticum murinum, Dod. Hordeum fpontaneum fpurium, Lob. Hordeum fpurium, Tab. Ger. Gramen hordeaceum, Lugd. Gramen hordeaceum minus, & vulgare, Bauh. Graminis loliacei tertium genus, Thal. Lolium tertium Trago.
Holcus dicitur, quafi Holus à verbo græco ὅλος tener, mollis, eò quia fpicis fit longis, Hordeo fimilibus, tenuioribus, ac mollioribus; fimiliter ariftis in cacumine tenuibus. [Vel Holcus à trahendo dictus, nam ὁλκὴ eft tractus ἕλκω verò eft traho, quia ariftas è corpore educat, & trahat, & hanc ob caufam Ariftidam nuncupant. [Ariftidæ etymum, lege fupra Gramen Ariftida dictum. Hordeum murinum nuncupatum, quia nafcatur potiffimum in muris, ædificiorum ruinis, & macerijs, vel quia feminibus eius inter tegulas mures vefcantur, & quia fpicas edit hordeo fimiles ideo Gramen hordeaceum etiam appellatur.
Holoconitis Hippocratis, lege Cyperus efculentus, Ger. fiue dulcis Theophrafti
Hololiuchi, Hort. Farnef. eft Conuoluulus Peruuianus perpetuus.

De Holofchæno, fiue Iunco maximo: Synonyma, & Etymum.

Holofchænos Theophrafti, Lugd. Iuncus maximus, fiue Scirpus maior: quamuis Veteres Scirpum à Iunco diftinxiffe videantur. Iuncus aquaticus maximus, Ad. Lob. ico. Ger. Iuncus grandis, Holofchænos, Gef. cat. Dod. Iuncus tertius holofchænus, Ang. Caft. Iuncus lęuis Ger. ico. Iuncus lęuis aquaticus maximus, Thal. Iuncus, & Scirpus Lon. Iuncus paluftris maior, Trag. Tab. Scirpus, Iunci tertia fpecies Lac. Iuncus rotundus tertius, Cęf. Marifcus Plinij Græcis ὁλόσχοινος. Italis Sirpo, & Giunco maggiore.
Holofchænos dicitur, eò quia Græcis ὅλος fignificat totus, σχοῖνος verò funis, hinc herba ita appellata, ideft tota funis, cum pro loris, & funibus poffit inferuire. Iunci etymum, lege fuo loco. [Scirpus nuncupatur fortè à ferpendo, quia inter alias Iunci fpecies maximè ferpat, vel Scirpus, quafi Scrupus, per antiphrafim,

quia sine vllo scrupo, vel nodo reperiatur. [Vel à scirpando, hoc est à ligando, & vinciendo dictus. Mariscus Plinij vocatur fortè à verbo græco μαραίνω marcescere facio, marcidum seu flaccidum reddo, eò quia cum hæc herba nascatur, & moretur in aquis, nunquam tamen marcescit.

Holoschænos maior, Lugd. Iuncus acutus maritimus alter, Ad. Iuncus acuminatus, Ama. Iuncus acutus maritimus capitulis rotundis, C. Bauh.

De Holosteo. Synonyma, & Etymum.

Holosteum maius, Tab. Holosteum Salmanticum prius, Clus. hist. maius Eidem, Lob. Holosteum Salmanticense Clusij, Lugd. Cam. Ger. Holosteum hirsutum albicans maius, C. Bauh. Holosteum quorundam, Cam. in Matth. Plantago angugustifolia albida, Dod. Græcis ὁλόστεον. Italis Olostio.

Holosteum dicitur, idest herba sine duritia, ὁλόστεος verò exponitur, qui totus est osseus, nam ὀστέον Græcis est os, & ὅλος totus; hinc herba per antiphrasim dicta, quia sit sine osse mollis, & tenera.

Holosteum paruum Monspeliense, Ad. Lob. Ger. Holosteum Salmanticense minus, Clus. hist. Holosteum hirsutum albicans minus. C. Bauh. Holosteum Monspeliacum, Tab.

Holosteum quorundam, Lugd. Holosteum hirsutum nigricans, C. Bauh. an Lanceola montana, Ges. Lanceola dicta eò quia folium lanceæ cuspidem imitatur.

Holosteum, siue Leontopodium Creticum, C. Bauh. Leontopodium legitimum, quod Catanance creditum Imperato. Leontopodium Creticum, Clus. hist. Leontopodium Catanance non est Belli epist. prima ad Clus. Leontopodij etymum, lege suo loco.

Holosteum Creticum alterum, C. Bauh. Leontopodium Creticum aliud Clus. hist. Gotne albi catartici nomine Alpinus. Habures, Cam. Planta Plantagini similis, Lugd. ap.

Holosteon, Lon. Lugd. lege Cauda muris, Dod.

Holosteo affinis, Cauda muris, C. Bauh. lege Cauda muris.

Holosteum strictissimo folio maius, lege Serpentina Matthioli.

Holosteum strictissimo folio minus, lege Serpentina omnium minima.

Holosteum Massiliense, lege Serpentina minor, Ger.

Holostium, Matthioli, Holosteum Matth. Lob. ico. Lugd. Gramen epigonatocaulon, Tab. Gramen iunceum Ger. Gramen iunceum sextum, vel bufonium, Tab. Gramen nemorosum caliculis paleaceis, Bauh. ἐπιγονατόκαυλον dicitur, quia illi insunt frequentissimi cauliculi, frequentissimis geniculis cincti, nam Græcis ἐπὶ significat in, γόνυ genu, καυλὸς caulis, hinc herba ita dicta, quia geniculos habeat in caule.

Holostium alterum, siue petræum, lege Filix nuda, siue Saxatilis Trag.

Holostium caryophylleum, Tab. lege Cariophyllus holostius.

Holothuria, Arist. Plin. Rondel. est Vrticæ marinæ species.

Hordeolum, lege Hordeum causticum.

De Hordeo. Synonyma, & Etymum.

Hordeum Matth. Brunf. Lob. Lon. Dod. Cast. Lac. Cæs. & aliorum Hordeum maius Tragi Hordeum primum, Ang. Hordeum polystichum, Fuch. Tur. Dod. cui & Hordeum cantherinum. Lugd. Tab. Hordeum polystichum hybernum, Bauh. Hordeum secundum hyemale, Cord. in Diosc. Græcis κριθὴ. Italis Orzo, & Orgio.

Hordeum dicitur, quasi aridum; quia primum inter segetes arescat. Vel ab ordine granorum dictum quòd eius spica ordines habeat, & tunc legitur Ordeum sine aspiratione. [Vel Hordeum appellatum ab horrore, propter aristas, nam eius arista mordacior est Tritici arista. Vel ab antiquo verbo hordus hordeum nuncupatum, quod apud vetustissimos significabat grauidum. Græcis dicitur κριθὴ à verbo græco κρίνω secerno, idest quasi secretum, & separatum ab alijs segetibus, tum quia celerrimè oriatur, & inter alias segetes primum crescat, tum etiam quia multo labore glumæ secernendæ sint.

Hordeum senis versibus Matth. Cam. Hordeum polystichon vernum, Lob. ico. Brunf. Hordeum Septentrioni notissimum Polystichon Lob. obs. Hordeum polystichum æstiuum, & Hordeum trimestre polystichum, Tab. [πολύστυχον dicitur quia in multos versus spicatur. Græcis enim πολὺς est multus, στάχυς verò est spica.

Hordeum binis versibus, Matth. Cam. Hordeum distichum, Dod. Cord. in Diosc. Lob Lugd. Fuch. Tur. estiuum, & trimestre minus, Tab. Hordeum δίστιχον Galaticum, Columellæ. Hordeum distichon, quòd spica binos ordines habeat Plinio. Hordeum minus Trag. Hordei alterum genus, Cæs. Hordeum Cantherinum Ruellio. [Distichum dicitur quia in duos ordines spicatur δὶς enim est bis. Galaticum nuncupatur, quoniam ex Galatia primum allatum. Cantherinum appellatum fortè quoniam Græcis κάνθων, & κάνθαρος exponitur asinus, & generaliter pro quolibet iumento accipitur: hinc Hordeum cantherinum vocatum, quia propriè sit pabulum iumentorum; vel cantherinum nominatum, quod folliculo castratum nascatur sponteque granum gluma excidat: Cantherij enim dicuntur equi, qui castrati sunt.

Hordeum quod magnum, & plenum, spicamque erectam gerit ἀχιλλὴις κριθὴ, ab Hippocrate, & Theophrasto ἀχιλλὴς nominatur, & Galenus exponit hordeum plenum, & magnum, ab Achille quoddam sic nuncupatum, & hoc ærugini, monente Theophrasto, maximè obnoxium.

Hordeum quod incuruatur, idest spica curua ἐτιόκριθος dicitur nimirum annuum hordeum, nam Græcis ἔτος annuus exponitur, & cum incuruum nascatur, si imber decidat, minus ab ęrugine infestatur.

Hordeum ἑξάστιχον dictum, est quod sex versibus constat. ἓξ enim est sex apud Græcos, eo quia senis spicarum versibus existit.

Hordeum Bosmoron dictum, quoniam huius hordei portio tritico mista, vt nonnulli volunt egregia cibaria familiæ præbere potest. Græcis enim βόσις est pastus, cibus, μόρος verò portio.

Hordeum

Hordeum causticum, dicitur, quia vrente vi præditum est, sed à similitudine, quam cum nostro hordeo habet. Hordeum appellatur, & longè alijs facultatibus præditum. Hordeum Causticum à C. Bauh. Hordeolum Monardis, Lugd. Ceuadilla idest Hordeolum, Monardi & Frag. Orzada ex Hispania noua Monardi Cast.

Hordeum nudum, Gesf. hor. Ger. mundum Cæs. Hordeum mundatum, Aduers. Hordeum deglubitum, Matth. Hordeum glabrum, Cord. hist. hexastichon, hodie Hordeum sine tunica, Cord. in Diosc. Hordeum alterum Ang. Hordeum γυμνόκριθον, Cam. Zeopyrum, seu Tritico speltum, quod naturam habeat Zeæ, & tritici Zeopyron, Dod. Aduers. Lob. Tab. Lugd. Speltæ species tertia Trag. ζεόπυρον καὶ γυμνόκριθον, Galeno. [Gymnocrithon dicitur, idest nudum hordeum. Græcis enim γυμνὸς nudus exponitur.

Hordeum murinum Lob. Tab. lege Phœnix Matth.

Hordeum murinum, spontaneum, & spurium, lege Holcus Plinij. Differentiæ Hordei sumuntur à spicarum forma, magnitudine, & granorum numero: quoddam binos, quoddam ternos, quaternos, quinos; cumque plurimum senos versus habet: sic aliud rotundius, & minus, aliud oblongius, & maius, aliud candidius, aliud nigrius, vt dicemus in secundo Tomo partis primæ Phytologiæ in Tractatu differentiarum.

Hordei vitium, est Ægilops prima Matth. Festuca sterilis. Vitium Auenæ, C.Bauh.

Hordylon Æginetæ, est Meum Officinarum.

Horei & Horæum per simplex r dicuntur fructus omnes, qui æstate colliguntur ἀπὸ τῦ ὥρας hoc est à pulchritudine, quod fructus eo tempore collecti pulchritudine, & bonitate cæteris præcellant.

De Hormino. Synonyma, & Etymum.

Horminum Matth. Dod. Lob. Ad. Cæs. Ang. Lac. & aliorum, satiuum Dod. C. Bauh. Horminum syluestre folijs purpureis, Ger. Orminum verum Gesf. hor. minus Lon. Italis Ormino.

Horminum dicitur, nam Græcis ὁρμὴ est impetus, ὁρμάω, concito impetu feror; quoniam hæc planta ad Venerem stimulet.

Horminum hortense, Eyst. Sclarea dictum. Horminum Sclarea dictum Bauh. Horminum syluestre primum Clus. hist. Orminum satiuum Fuch. Tur. Cord. in Diosc. Gallitricum satiuum Trag. Gallitricum Dod. Lugd. Cam. Ger. Sclarea Matth. Cam. Cast. Tab. vulgò, & Centrum Galli Guil. Sclarea Æthiopis, Ang. Sclarea hortensis, Gesf. ap. Sideritis Heraclea Fracast. cui & Alysson Galeni. Scordium alterum Plinij Dalech. in Plinium. Oruala Dod. Cast. Matrisaluia maior Col. Horminum odoratum nonnullis. Saluia Turcica, seu transmarina, Ruell. Italis Sclarea, Bonon. Schiaria.

Horminum Sclarea dictum, quasi Clarea a clarificandis oculis, nam Italæ mulieres seminis granum oculis caligantibus intromittunt, nec inde auferunt nisi caligine soluta. [Gallitricum nuncupatur, nam τρίχωμα Græcis est capillamentum pilosum villosumque tegmen, hæc enim herba ita vocatur, quia eius coma florida Galli cristam, & capillamentum imitatur. Oruala est vox gallica, secundum Doloneum. Aliorum nominum etyma, lege suo loco.

dminum pratense folijs serratis, C. Bauh. Horminum syluestre Fuch. Dod. Ad. Horob. Cord. in Diosc. Tur. Lugd. Cam. maius Thal. Horminum syluestre secundum,

dum, vel ſylueſtre quartum flore violaceo Cluſ. pan. Hormini quarti ſpecies prima Eidem hiſt. Gallitricum vulgò, Cæſ. Sclarea ſylueſtris, Tab. Oruala ſyluestris ſpecies quarta, Dod. Saluia agreſtis, Brunf. flore purpureo Eyſt. Saluia ſylueſtris vera Trag. ſylueſtris Geſ. hor. Huius differentiæ florum colore nonnihil differentes, vt flore cæruleo, violaceo, rubicundo obſeruantur, de quibus in ſecundo Tomo partis primæ Phytologiæ erit ſermo.

Horminum pratenſe niueum folijs incanis, C. Bauh. Horminum ſylueſtre Ger. Horminum ſylueſtre quartum niueo flore, Cluſ. pan. Horminum ſylueſtre quartum altera ſpecies, Cluſ. hiſt. Saluia agreſtis flore albo Eyſt. Sclarea ſylueſtris flore albo, Tab.

Horminum ſylueſtre Lauandulæ flore, C. Bauh. Hormini ſylueſtris ſecundi ſpecies tertia Cluſ. pan. quarta ſpecies, Eidem hiſt. Gallitricum alterum Ger. Sclarea Hiſpanica, Tab.

Horminum ſylueſtre ſaluifolium maius, vel maculatum, Bauh. Horminum ſylueſtre Matth. Cæſ. Caſt. Lugd. Hormini ſylueſtris tertij altera ſpecies, Cluſ. pan. Hormini ſylueſtris quinti altera ſpecies Eidem hiſt. Verbaſcum ſaluifolium Ad. Lob. ob. Lugd. Oruala altera Dod.

Horminum luteum glutinoſum, lege Colus Iouis.

Hortus dictus quod ſemper ibi aliquid oriatur, ὀρθὸς Græcis ſignificat rectum, quoniam plantæ in hortis rectè diſponantur, & ambitus hortorum recti ſint: vel dicitur ab ortu Solis cum in terra orientem Solem ſpectante Horti ſint conſiti, & tunc ſcribitur ortus ſine aſpiratione.

Horuala, lege Oruala, ſiue Horminum.

Houos fructus in noua Hiſpania, Mirobolanis flauis ſimilis fructus, vt dicemus in ſecunda parte Phytolog.

Hoxocoquomaclit, lege Galegæ affinis, Sophera dicta.

Hubiola, eſt Lupulus ſalictarius voce ſumpta à Germanis, qui hanc plantam vocant Hopfen.

Humibuxus, & Humirubus, lege Buxus, & Rubus in ſecunda parte Phytol.

Humi Cupreſſus eſt Tithymalus cupreſſinus.

Hyacinthoaſphodelus, Lob. ico. lege Ornithogalum anguſtifolium maius.

De Hyacintho. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Hyacinthus gemmæ nomen eſt, colorem habens Amethyſto gemmæ non abſimilem, eſt etiam floris nomen de quo in præſenti.

Hyacinthus primus Matthioli, Cluſ. hiſt. Hyacinthus ſylueſtris Cord. hiſt. Hyacinthus comoſus Dioſcoridi, Hyacinthus cæruleus maximus, Fuch. fol. Hyacinthus cæruleus maior, mas, Fuch. ico. Hyacinthus magnus, & Bulbus vomitorius, Lon. Hyacinthus primus Ama. Fuch. Ger. hor. Hyacinthus maximus, Tur. maior Lugd. Tab. Hyacinthus quartus & maior, & Hyacinthus rubens Virgilij, Trag. Hyacinthus Neotericorum, ſiue comoſus ſpurius tertius Dod. Hyacinthus comoſus maior, Lob. Cam. Lugd. Bulbine prima Plinij. Bulbus, Ang. Bulbi ſylueſtris primum genus, quem Pothos Theophraſti, ſuſpicatur Cæſ. Bulbi eſculenti genus Dod. Lugd. Græcis Cepa bouis, & cepa agreſtis Aliquibus. Græcis ὑάκινθος. Italis Giacinto ſaluatico.

Hyacin-

Hyacinthus dicitur, quasi ἴανθος, ideſt flos coloris, violacei, vel violaceus, ἴον enim Græcis eſt Viola, & ἄνθος flos, nam coloris eſt Violæ vernæ, colore obſcuræ purpuræ. Vel vt alij ſcribunt ἴα κυνθίου, ideſt Viola Cynthij, ſeu Apollinis. [Vel nomen traxit à Hyacintho puero dilecto ab Apolline, quem imprudens diſci iactu interfecit, & in hunc florem mutatus creditur. Comoſus vocatur, quia comam habet procumbentem florum purpureorum plenam incuruamque. Bulbine etymum, lege ſupra Bulbus.

Hyacinthus racemoſus cæruleus maior, C. Bauh. Hyacinthus botryoides maior, Eyſtet. Hyacinthus botryoides cæruleus, Cluſ. pan. Hyacinthus botryoides cæruleus amænus, Lob. ico. Hyacinthus botryoides odoratus, Cam. Hyacinthus botryoides cæruleus maior, Tab. [Botryoides dicitur, quia producit racemum ad inſtar vuæ βότρυς enim Græcis eſt vua.

Hyacinthus racemoſus cæruleus minor latifolius, Bauh. Hyacinthus botryoides primus, & maior, Cluſ. pan. & hiſt. Hyacinthus cæruleus, maior, Fuch. Tur. Lugd. Hyacinthus botryoides cæruleus, Eyſt. Hyacinthus minor Lon. Bulbi eſculenti genus minus Dodoneo, Lugd. Bulbina Plinij videtur.

Hyacinthus cæruleus minor iuncifolius, Bauh. Hyacinthus cæruleus minor, vel ſextus, Tab. Hyacinthus neotericorum primus, Dod. flor. Hyacinthus comoſus minor, Lob. obſ. Lugd. Hyacinthus botryoides odoratus, Cam. Hyacinthus racemoſus, Dod. Hyacinthus botryoides vulgaris, Lob. ico. Hyacinthus botryoides cæruleus, Ger. Hyacinthus botryoides primus, & minor Cluſ. hiſt. Hyacinthus primus, vel Hyacinthus vernus exiguus, Trag. Bulbus ſylueſtris, & Bulbus coronarius, Theoph. Cæſ. Bulbine flore cæruleo, Geſ. hor. minor eidem col. Allium caninum exiguum, Trag. Pancratium alterum Dodonei, Geſ. cat. Bulbine, & Bulbi etymum, lege ſupra Bulbus coronarius. Pancratij etymum, lege ſuo loco.

Hyacinthus & Coſmoſandalos Poetarum, Dod. & Portæ, lege Lilium purpureum Dioſcoridis.

Hyacinthus racemoſus moſchatus, lege Bulbus vomitorius, Matth.

Hyacinthus botryoides Calcedonicus moſchatus, & Hyacinthus peregrinus, Tab. lege Bulbus vomitorius, Matth.

Hyacinthus botryoides Chalcedonicus luteus, Tab. Hyacinthus racemoſus moſchatus luteus, Bauh. Dipcadi flauum, ſiue Muſcari Conſtantinopolitanum, ſiue Chalcedonicum, Lob. ico. Muſcari Flauo flore Cluſ. hiſt. Flauum Ger. Luteo flore Eyſt. Muſcari Turcarum flore luteo Cam. [Dipcadi, & Muſcari etymum, lege ſupra Bulbus vomitorius.

Hyacinthus racemoſus luteus præcox. Tipcadi lutei varietas, ſiue Muſcari luteum præcox, Lob. ad. par. 2. Tipcadi etymum, lege ſupra Bulbus vomitorius.

Hyacinthus Belgicus non ſcriptus, Cam. Hyacinthus Anglicus, Ad. Ger. Eyſt. & Belgicus, Lob. Hyacinthus oblongo flore cæruleus maior, Bauh. Hyacinthus non ſcriptus, Hyacinthus Dioſcoridis Dod. Lugd. Hyacinthus Hiſpanicus, Cluſ. hiſt. [Variat floris colore, vt dicemus in ſecundo Tomo partis primæ Phytolog. capite de Differentijs.

Hyacin-

Hyacinthus Mauritanicus, cui flores viceni plures obsoleti, & fusci Lob. ad par. 2. Hyacinthus Mauritanicus, Clus. hist. ap. prima, & cur. post. Hyacinthus oblongo flore fusco, C. Bauh.

Hyacinthus Hispanicus obsoleto flore, Cam. Hyacinthus obsoletior Hispanicus, Clus. pan. obsoleti coloris Hispanicus serotinus Eidem hist. Hyacinthus obsoletior Hispanicus semine compresso Pancratij Monspel. maritimi Lob. ad partem secundam. Hyacinthus maximus Eyst. Hyacinthus obsoleto flore C. Bauh.

Hyacinthus Orientalis Matth. Ges. hor. Dod. Cast. Lugd. Clus. hist. & Aliorum. Hyacinthus Constantinopolitanus, Cam. Hyacinthus orientalis caule maculato, Bauh. Hyacinthus orientalis græcus, Ad. Lob. Lugd. Variat in colore floris, vt dicemus in secundo Tomo partis primæ Phytolog.

Hyacinthus Orientalis πολύκλαδος Clus. hist. est Hyacinthus orientalis ramosus C. Bauh. [Polyclados dicitur, ideſt multos ramos habens. Græcis πόλυς est multus κλάδος est ramus.

Hyacinthus orientalis caule folioso C. Bauh. Hyacinthus caule folioso Suuer. Hyacinthus Asiaticus φυλλοφόρῳ caule Clus. cur. post. Phyllophoros dicitur, ideſt foliosum habens caulem, nam Græcis φύλλον est folium φόρος ferens.

Hyacinthus Tripolitanus, circa Alepum, exoticus flore Phalangij, lege supra Ayr.

Hyacinthus orientalis serotinus, & serotinus striatus; similiter variant in colore floris, vt dicemus in secundo Tomo partis primæ Phytol.

Hyacinthus exoticus flore Phalangij, & Tripolitanus, lege Ayr.

Hyacinthus orientalis flore duplici, ab alijs dictus flore pleno, vel flore multiplici similiter variat in colore floris, vt dicemus suo loco.

Hyacinthus Stellaris bifolius Germanicus, C. Bauh. Hyacinthus ceruleus minor, mas, Fuch. ico. Hyacinthus, seu Bulbus syl. Gesl. col. Hyacinthi Germanici liliflori minor species Lob. ob. Narcissus cæruleus, & Hyacinthus alius, Trag. Narcissus martius Brunf. Bulbus sylvestris quidam bifolius, Ges. hor. Satyrium trifolium Dod. gal.

Hyacinthus Stellatus, Clus. hist. Flore cæruleo, Cam. Eyst. Hyacinthus Stellaris trifolius, Bauh. Hyacinthus cæruleus mas minor, Fuch. Lugd. Hyacinthus Germanicus liliflorus stellaris, vel Flos martius stellatus Germanicus, Lob. Hyacinthus cæruleus minor, Tur. minor fœmina, Fuch. ico. Satyrium erythronium Dod.

Hyacinthus stellaris albicans serotinus, Lob. Lugd. Hyacinthus diphyllos Fuchsij Floribus candidis, & purpureis; Cord. obs. Hyacinthus albicans Botanicorum, Lob. ad partem secundam. Hyacinthus Stellaris albus, Bauh. Hyacinthus stellatus flore albo, Cam. Hyacinthus niueus Fuch. Narcissus candidus, Trag. Bulbus vomitorius albo flore Lon.

Hyacinthus stellaris lilifolius, Lob. Lugd. Ger. Hyacinthus lilifolius flore cæruleo pallido, Suuert. Hyacinthus Stellaris folijs & radice lilij, Bauh. Hyacinthus stellatus λιριόφυλλος, Clus. hist. ideſt habens Lilij folia λείριον Græcis est Lilium φύλλον verò folium.

Hyacinthi Stellaris, vel Stellati multo plures obseruantur species, vt dicemus in secundo Tomo partis primæ Phytologiæ.

Hyacinthus Stellatus Peruanus Clus. hist. Lob. Hyacinthus Stellatus Boeticus Clus. cur. post. Hyacinthus Indicus bulbosus stellatus, Bauh. Hyacinthus Peruanus flore cæruleo multiflorus, Suuertio.

Hyacinthus Indicus tuberosa radice, Clus. hist. Hyacinthus Indicus tuberosus, flore Hyacinthi orientalis, Bauh. Hyacinthus orientalis Indicus, Simoni Touar. Hyacinthus minor Indicus tuberosa radice albus, Suuert. Bulbus Indicus flore albo Hyacinthi orientalis æmulo, Paludano.

Hyacinthus comosus calamistratus Iacobi Cornuti, ideſt filamentis contortis, & intricatis, pulchrèque punicantibus ornatus, videtur enim imitari comam calamistratam, nimirum calamistro ornatam, & crispatam.

Hyacinthus floribus campanulæ vno versu dispositis, Bauh. Hyacinthus totus albus, Campanilla, Lob.

Hyacinthus floribus campanulæ vtrinque dispositis. Hyacinthus Neapolitanus, Suuer.

Hyacinthus aruorum Ornitogaloides, Colum. lege Ornithogalum Neapolitanum flore interius candido.

Hyacinthus de Padre nostro Italorum Clus. lege Ornithogalum vmbellatum maximum.

Hyacinthus Poetarum Hispanicus, Lob. lege Iris bulbosa angustifolia tricolor.

Hyacinthus Virgilij, Columellæ & Palladij, lege Iris latifolia vulgaris cærulea.

Hyacinthus scriptus est Lilium purpureum.

Hyacinthus liliaceus, siue liriophyllus, lege Hyacinthus stellaris lilifolius.

Hyacinthus vua ramosa maior, Hyacinthus ramosus botryoides ceruleus, Bauh. in Florilegio du Bry.

Hyacintho-Asphodelus, fortè Galeni Asphodelus Hyacinthus, & Asphodelus fœmina Dod. est Ornithogalum maius primum Clus.

Hyberis Fuch. lege Nasturtium pratense.

Hyboucouhu Americanus fructus, Theueti, de quo in secunda parte Phytol.

Hydnophyllon herba à nonnullis Cistus annuus appellatur, eò quia vbi nascitur tubera crescant, nam Græcis ὑδνόφυλλον folium tuberis dicitur, ideſt herba, quæ tuberi supernascitur, nam ὕδνον est tumor terræ, φύλλον verò folium.

Hydrophagos, est Lens palustris.

Hydropica apud Nonnullos est Elaterium, siue Cucumis asininus, ita nuncupatus, quia de ventre hydropicas ducit Elaterion vndas.

Hydrolapathum magnum, siue aquaticum, lege Lapathum aquaticum folio cubitali.

Hydropiper Fuch. lege Persicaria vrens.

Hydropiper lanceolatum, Lugd. est Ranunculus gramineus, Tab. Ger. Ranunculus montanus folio gramineo Bauh. Ranunculus pumilus gramineis folijs, Ad. Lob. ico.

Hydropiper rubeum, lege Dracunculus aquaticus Matth.

Hydropiper, Lugd. lege Bidens folio tripartito diuiso.

Hydropteris est Filix aquatica, siue Osmunda.

Hydroselinum est Apium aquaticum, siue Eleoselinum.

Hyoph-

Hyophtalmon eſt Aſteratticus apud Nonnullos.
Hyoſcyamus vulgaris, vel niger, lege Apollinaris, Cord.
Hyoſcyamus albus, lege Apollinaris tertia Cord. in Dioſc.
Hyoſcyamus peregrinus Dalechampij Lugd. eſt Solanum peregrinum fructu rotundo, Bauh.
Hyoſcyamus Peruuianus, Cord. hiſt. lege Barycoccalon, ſiue Solanum pomo ſpinoſo rotundo.
Hyoſcyamus Peruuianus, Dod. & Hyoſcyami Peruuiani tertia ſpecies, Geſ. lege Nicotiana, ſiue Tabacum.
Hyoſcyamus aureus Alpini à colore floris aureo ita nuncupatus.
Hyoſcyamus albus Ægyptius Alpini, quod ſemina alba produeat, albus appellatus.
Hyoſcyamus Virginianus Alpini à nonnullis Lyſimachia Virginiana appellatur ex Virginia noui orbis regione aducta.
Hyoſceris latifolia, vel maſcula, Tab. lege Hieracium minus folio ſubrotundo.
Hyoſceris Plinij, Ang. lege Iacea nigra laciniata.

De Hypecoo Matth. Synonyma, & Etymum.

Hypecoum Matth. Lac. Lugd. Cæſ. Caſt. Hypecoum alterum ſpurium Geſ. hor. Herba Vngarica Lon. Alcea Veſicaria, Dod. Alcea peregrina, Geſ. hor. Tab. Ger. Soliſequa, Ad. Lob. Alcea Bononienſis Geſ. hort. Alcea Veneta, Trag. Dod. Lugd. Eyſt. Alcea veſicaria Bauh. Malua Veneta Alijs.
Hypecoum dicitur fortè ab ὑπηχέω reſono, nam ſemina in veſiculis profert, quæ manibus contrectatæ reſonant. Aliorum nominum etyma, lege ſuo loco.

Hypecoon Geſ. hor. Dod. Bauh. Cluſ. hiſp. Hypecoon legitimum Eidem hiſt. Cuminum corniculatum, Ger. Cuminum ſylueſtre alterum, Matth. Caſt. Lugd. Tab. Cam. Cuminum ſylueſtre alterum Dioſc. Italorum, Lob. ob. Cuminum ſylueſtre alterum ſiliquoſum, Eidem icon. Cumino ſiliquoſo perſimilis, Ad. Nominum etyma lege ſuo loco.

De Hyperico Synonyma, & Etymum.

Hypericum Matth. Brunf. Fuch. Ang. Tur. Lac. Tab. Ger. Lon. Dod. Ad. Lob. Eyſt. Cæſ. Lugd. Cam. Caſt. Hypericum vulgare Bauh. Herba perforata, & Hypericum vulgare Trag. Androſæmum minus Geſ. col. Aſcyron Dod. gal. Cord. hiſt. Fuga Dæmonum, nonnullis. Corion Alijs, teſte Plinio. Perforata vulgò, & Poroſa. Græcis ὑπερικόν Italis Perforata.
Hypericum dicitur quoniam Græcis ὑπὲρ ſignificat ſupra, εἰκὼν verò eſt imago, quia hæc herba valeat aduerſus ſpectra, & imagines; & hanc ob cauſam vocatur etiam Fuga Dæmonum. Perforata nominatur, nam folia Soli obiecta innumeris foraminibus ſcatere videntur: qua de cauſa quidam Poroſam nominarunt. Corion dictum à verbo græco κορέω, verro, mundo, purgo, curo, quia curet faſcinationes, & Dæmonum incantationes. Androſæmi, & Aſciri etymum, lege ſuo loco.

Hypericum minus erectum, Bauh. Hypericum pulchrum, vel quartum, Trag. an Hyperici minoris ſpecies, Thal. Androſæmum Lon.

Hypericum minus ſupinum, vel ſupinum glabrum, Bauh. Hypericum minus Geſ.

col. Hypericum exiguum, & primum Trag. Hypericum minimum supinum septentrionale, Lob. Hypericum supinum tertium minimum Clus. hist.

Hypericum supinum tomentosum maius, vel Hispanicum, Bauh. Hypericum supinum, Clus. hisp. tomentosum Hispanicum, Eidem hist. Hypericum humistratum, Lugd. Hypericum minimum supinum Septentrionalium Lob. obs. Ico. Ruta syluestris Dioscoridis, Nonnullorum, sed inter nomina notha à Ruellio recensetur.

Hypericum supinum tomentosum minus, vel Monspeliacum, Bauh. Hypericum supinum, Dod. Hypericum alterum tomentosum, Ad. Hypericum tomentosum secundum Clus. hist. Hypericum tomentosum Lob. Lugd. Tab. Ger. Androsæmum album Dalechampij Lugd.

Hypericum bifolium glabrum non perforatum, lege Ascyrum.

Hypericum in dumetis nascens, primum Trag. lege Ascyrum.

Hypericum Ascyron dictum, lege Ascyrum supinum villosum.

Hypericum in dumetis nascens secundum Trag. Hypericum, Dod. gal. Androsæmum hirsutum, Bauh. Androsæmon alterum hirsutum Col. Ascyrum Matth. Fuch. Ang. Dod. Ad. Lob. Cast. Cam. Cæs. Thal. & aliorum.

Hypericum frutescens Robini. Frutex est Pruno syluestri affinis folia Rutæ Hypericoidi similia habens, vt dicemus, in secunda parte Phytol.

Hyphear Arcadum, Visci genus vt dicemus in secunda parte Phytologiæ Capite de Quercu.

Hypnum, & Hypnus, lege Muscus.

Hypochæris Dalechampij, Lugd. lege Cichorium syluestre, Dod.

Hypochæris porcellia, Tab. lege Hieracium minus dentis leonis folio subaspero.

Hypocistidos, & Hypoquistidos, lege Hypocistis.

De Hypociste. Synonyma, & Etymum.

Hypocistis, Matth. Clus. hisp. & hist. Ad. Lob. Lugd. Tab. Ger. Lon. Cast. Cæs. & aliorum. Hypocistis sub Cisto Bauh. Limodori genus, quod Hypocistis, Dod. Succus etiam, qui extrahitur, Hypocistis, & officinis Hypocistidos nominatur, Græcis ὑποκισίς, Italis Ipocisto.

Hypocistis dicitur, cum è Cisti radicibus, veluti germen quoddam expullulet, nam Græcis ὑπὸ significat sub; idest sub Cisto. Limodori etymum, lege suo loco.

Hypodrys. Fungus rubens, ad Quercus radices, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ, capite de Quercu.

Hypogenista, lege Orobanche Matth.

Hypogeson, lege Aizoum, siue Semperuiuum maius.

Hypoplomon apud nonnullos est Mandragora.

Hyssopifolia, & Hyssopoides, Cam. lege Gratiola minor.

Hyssopoides nonnullorum, & etymum, lege Chamæcistus vulgaris flore luteo.

De Hyssopo. Synonyma, & Etymum.

Hyssopus vulgaris, Ges. hor. Dod. Clus. hist. Hyssopus hortensis Fuch. communis, Ang. Dod. gal. Hyssopus satiua, Cord. hist. Lugd. Hyssopus Arabum, Ad. Lob. Ger. Hyssopus Officinarum cærulea siue spicata, Bauh. Hyssopus, Lon. Tab. Cam. & aliorum flore cæruleo, Eyst. Græcis ὕσσωπος. Italis Isopo.

Hyssopus dicitur Græcis à verbo græco ὑσσωπον, ab ὕω pluo, irrigo... ipsa pluendi

pluendi actio, & ὀπτομαι video, quia in sacrificijs puluis huius herbæ aspergeretur supra caput, & oculos, veluti nunc vtimur aqua benedicta: vel quia ex huiusmodi herba aspergilia fierent, & sic fasciculis Hysopi aspergebantur, qui mundari volebant.

Hyssopus Arabum, Tab. Hyssopus rubro flore Bauh. Hyssopus Arabum flore rubro Lugd. Cam. Ger. Eyst.

Hyssopus vulgaris alba, Bauh. Hyssopus flore albo, Lugd. Cam. Eyst. Hyssopus albis floribus vtrinque digestis Lob. ico.

Hyssopus minor angustifolia, Bauh. Hysopus parua angustis folijs Lob. ico. Hysopus Hispanicus minor, Clus. hist. Hysopus alter, Dod.

Hysopus folio Origani Dalechampij, Lugd. est Hysopus rotundifolia spicata fortè Dioscoridis Bauh.

Hysopus montana, Matth. Lugd. Cast. an Hysopus montana odora, Cam. Hysopus angustifolia montana aspera, Bauh.

Hysopus Hæbreorum quibusdam, lege Rosmarinus hortensis.

Hysopus campestris Tragi, & Hysopus montanus, siue campestris, Lon. lege Chamęcistus vulgaris flore luteo.

Hysopus Dioscoridis, Ang. lege Origanum Creticum.

Hysopus genuina Græcorum, Ad. Hysopus legitimus, & Mesuæi, Scarsa Pepe Hetruscis, Cæs. lege Origanum Heracleoticum.

Hysopus nemorensis, & lutea Lugd. lege Melampyrum luteum latifolium.

Hyucca, lege Yucca.

Hyuouraĥe Theueto, & Brasilianis, Guaiaci species, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

labora

I



Herba apud Indos Occid. vt habet Ouied. hist. l. 11. c. 3.
Iabora, Hebræis est Mandragora, Schroder. Pharmac.
Iaca Garz. est Palma fructu aculeato ex arboris trunco prodeunte, vt in secunda parte Phytol. exarabimus.
Iaca maior Cast. est arbor pomifera, fructu aculeato, melonis magnitudine, cuius historiam in secunda parte Phytologiæ pauculis verbis complectar.
Iace, in Persico mari vocatur Corallium.

De Iacea. Synonyma, & Etymum.

Iacea nigra pratensis latifolia, Bauh. Iacea nigra Tab. Ger. flore purpureo Eyst. Iacea alia nigra, Lugd. Centaurij pratensis species, Ger. hor. Cyanus syluestris angustifolius, Thal. Cethia nigra Scaligeri, Gesf. hor. Scabiosa vulgaris pratensis, vel quarta, Tragi. Italis Iacea.

Iacea dicitur fortè à iacendo, quòd humi iaceat, & non assurgat, & hoc nomen propriè conuenit Violæ tricolori, siue Martiæ. Vel ἀπὸ τοῦ ἴυ dicta, nimirum à Viola, quòd ianthino sint flores colore, siue violaceo, instar Violæ martiæ. Iacea nigra nuncupatur ad differentiam tricoloris violæ, quę Iacea etiam appellatur. Aliorum nominum etyma, lege suo loco.

Iacea nigra squamoso capite minor, C. Bauh. Iacea squamoso capite montana secunda, Clus. hist. Iaceæ Austriacæ primæ aliud genus, vel Iacea montana squamoso capite minor, Clus. pan.

Iacea nigra laciniata, Bauh. Iacea Austriaca tertia, Clus. pan. ac sexta in hist. Iacea pannonica Clusij hirsuto capite, Cam. Hyosiris Plinij, Ang. Iacea nigra, Dod. & Lugd. vulgaris, Ad. Lob.

Iacea latifolia capite hirsuto, Bauh. Iacea Austriaca villoso capite, siue quarta elatior, Clus. hist. Iacea Austriaca secunda, vel Iacea montana villoso capite elatior, Clus. pan. Iacea pannonica capitulo crispo, Cam. in Thal. Cyanus syluestris montanus integrifolius, & Cyanus syluestris κυνογλωσσοφυλλος Thal. idest habens folia Cynoglossæ.

Iacea fruticans Pini folio, lege Chamæpytis fruticosa Cretica.

Iacea maior lutea, Ad. Lob. ico. Tab. Ger. Eyst. Lugd. Iacea lutea Clus. hist. & hisp. Lugd. desc. Iacea lutea capite spinoso, Bauh. Carduus stellatus capitulis spinosis, Lob. Carduus eriocephalus Dod. Lugd. ico. Spina Solstitialis altera, Dod.

Iacea Cyanoides echinato capite, & Iacea montana echinato capite lege Cyanoides flos.
Iacea maior folio multùm laciniosо, lege Cyanoides flos.
Iacea montana incana capite pini, & Iacea montana, siue acanophora, lege Chamæleon non aculeatus.
Iacea montana Narbonensis, Lob. Iacea montana, Ger. Iacea montana incana odora, Bauh. Iacea muscata, & quinta, Tab.

IACEA HVMILIS, INCANA

Pratenſis folio integro.



Iacea incana Cyani capitulis, C. Bauh. Iacea incana Lugd. Iacea incana altera, Cyani, aut Iaceæ capitulis Ad. Stoebe i ic. na altera, Lob. ico. Cyano similis quædam, Cæs.
Iacea oleæ folio capitulis simplicibus, lege Ptarmica Austriaca.
Iacea pusilla incana altera folio oleæ, Lob. Iacea incana folio oleæ, Lugd. Iacea oleæ folio capitulis compactis Bauh. In antecedenti pag. damus Iconem Iaceæ humilis pratensis incanæ folijs integris lanugine quadam alba obsitis, aranearum telę non dissimili nuper in pratis Agri Bononiensis obseruatæ, vt dicemus in secundo Tomo partis primæ Phytologiæ, in Tractatu differentiarum.
Iaceæ oleæ folio affinis, lege Dorycnium Dioscoridis.
Iacea aculeata, seu tuberosa, lege Carduus pratensis Asphodeli radice.
Iacea Babylonica, est Iacea latissimo laciniato folio C. Bauh.
Iacea, siue flos Trinitatis, Matth. Iacea maior, siue Viola tricolor, Cast. lege Viola tricolor hortensis.
Iacea alba, Tab. Iacea flore albo, Ger. est Stoebe calyculis argenteis minor, C. Bauh.
Iaceros in Calecut, est Palma fructu aculeato ex arboris trunco prodeunte, vt dicemus in secunda parte Phytol.

De Iacobæa vulgari. Synonyma, & Etymum.

Iacobæa vulgaris laciniata, Bauh. Iacobæa Dod. Ger. vulgaris Clus. hist. Iacobæa Senecio, Ad. Lob. Senecio maior, siue Flos S. Iacobi, Matth. Cast. Lugd. Herba Iacobæa, Tab. Herba S. Iacobi Fuchs. Ges. Cæs. Flos S. Iacobi Bruns. Trag. Lon. Artemisia πολύκλωνος Dodonei, Thal. Senecio maior, Cam. Italis Iacobea, & Senecione.
Iacobæa, Herba Iacobæa, & Flos S. Iacobi dicitur fortè quia propè templum S. Iacobi primo fuerit inuenta. Senecionis etymum, lege Erigerum. Artemisiæ etymum, lege suo loco, Polyclonos appellatur, eò quia multos producat ramos.
Iacobæa maritima, vel marina, lege Cineraria.
Iacobæa alpina folijs rotundis serratis, est Conyzæ alpinę genus.
Iacobæa Pannonica prima Clus. lege Erygeron primum Dod. gal.
Iacobæa alpina laciniata flore buphthalmi, est Iacobæa tertia Clus. pan. & Iacobæa Pannon. tertia latifolia eidem hist.
Iagra est liquor, qui extrahitur ex Nuce Indica, vt dicemus in secunda parte Phytol.
Iaiagua, & Iaiama, lege Aberas fructus exoticus Brasilianus.
Ialapa, & Ialapium, Chelapa, Salapa, Gelapium, Gelapo, lege Bryonia Mechoacana nigricans.
Ialaue Malays arboris fructus glandis magnitudine, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.
Iambolonis, & Iambolones Acostæ, Frag. Lugd. est arbustum simile Myrto folijs Arbuti, vt explanatiùs proloquar, in secunda parte Phytol.
Iambos Arabibus, est fructus Malacensis de quo in secunda parte Phytol.
Ianalis virga ex quanam arbore fieret, lege in secunda parte Phytol.
Iangomas, & Iangomi, fructus Pruni facie, vt dicemus in secunda parte Phytol.
Iarus, & Iarum, lege Arum venis albis.
Iasione Theoph. Cæsalp. lege Aquilegia, siue Aquilina. Iasionem Poetæ Ligustrum vocant. Alij verò Campanulæ syluestris speciem esse indigitant.
Iasme montana, Lugd. Sedum alpinum hirsutum, lacteo flore, C. Bauh. Sedum minus decimum, siue alpinum quartum, Clus. hist. Sedum alpinum Clus pan. Alijs verò Iasme est Leucoij species fruticans.

De

Iaruma arbor fructifica in Ind. Occid. Ouied. l. 8. c. 10. vt dicemus in 2. p. Phytolog.

De Iasmino. Synonyma, & Etymum.

Iasminum album, Tab. Lugd. Ger. flore albo Eyst. Iasminum Dod. cui, & Apiaria Cord. in Diosc. Iasminum vulgatius flore albo Bauh. Gelseminum, vel Iasminum Matth. Gelseminum vulgatius, Ad. Lob. Cæs. cui Smilax leuis Dioscoridis. Gesminum Anguil. Iasme, & Sambac. Ger. hor. Arabes Zambach, & Sambach, Serapione Authore, appellant. Iasmina Viola alba, Gasp. Scuuencfelt. Italis Iasmino, Gesmino, & Gelsomino.

Iasminum dicitur, & Ieseminum à Iasme græca voce. Iasme autem dicta fuit, quasi medicatus odor, aut immutata litera Iosme, idest Violæ odor, & erat enim apud Antiquos vnguentum, quod spirabat odorem violæ albæ Ιον apud Græcos est Viola: hinc ιασμη. nimirum odor Violæ.

Iasminum millefolij folio, C. Bauh. Gelseminum Indicum pennatum flore sanguineo. Ponæ Ital. Gelseminum alterum rubrum, Cæsalp. Quamoclit, Cam. Quamoclit, siue Iasminum Americanum, Clus. cur. post. Conuoluulus pennatus exoticus, Col.

Iasminum humile luteum: Iasminum luteum, Lob. ico. Tab. Ger. flore luteo, Eyst. Gelseminum luteum, Ad. Gelseminum humilius alterum flore luteo Cæs.

Iasminum candiflorum, Tab. maius Ger. Iasminum intus candidum auersa parte rubens, Nonnullis. Iasminum puniceum Dalech. Lugd. Iasminum humilius magno flore, Bauh. Gelseminum Catalonicum Cam. ep. siue Hispanicum Eyst. Gelseminum humilius primum, Clus. Gesmini tertia species, Ang. Chamægelseminum grandiflorum, Lob.

Iasminum luteum vulgò dictum bacciferum, C. Bauh. Iasmini species trifolia, Colum. Trifolium fruticans, Dod. Tab. Polemonium Monspeliensium, Ges. Ad. Lob. Lugd. Cam. Eyst. Ruta baccifera, siue trifolia Tab. Ruta Capraria Gallorum Monspel. Ges.

Iasminum cæruleum Serapioni, Iasminum cæruleum, Tab. Ger. an Arabes Ligustrum orientale, quod aliàs Syringa cærulea dicitur intellexerint, Cesalpinus dubitat: nos vero Syringam cæruleam Iasmini foliis esse credimus, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ, capite de Syringa.

Iasminum rubrum Dalechampij. Iasminum Indicum, Cam. & Iasminum Indicum flore albo & variegato, lege Admirabilis Peruuiana.

Iasminum Indicum flore phœniceo Ferrar. lege Hedera Indica arborea Iasmini foliis, & floribus.

Iasminum, siue Gelseminum Arabicum est Sambac Arabum.
Iauanos fructus in Bantan in secunda parte Phytologiæ de illis erit sermo.
Iberica herba nonnullis est Spartum apud Antiquos.
Iautia, & Iabutia, est herba esculenta apud Indos Occid. hist. l. 7. c. 6.

De Iberide, siue Nasturtio syluestre. Synonyma, & Etymum.

Iberis, & Lepidium, Matth. fig. maior Iberis Cardamantica, Ger. Iberis Nasturtij folio, C. Bauh. Iberis Cast. secunda Tab. Lepidium campestre, Ang. Græcis ἰβηρὶς ἢ καρδαμαντική. Italis Iberide, & Nasturtio syluestre.

Iberis dicitur fortè ab Iberia regione, quæ est pars Asiæ ibi enim copiosissimè crescit. Lepidium nominatur, quod lepidas, idest maculas, & squammas in corpore deleat. λεπίδες Græcis sunt squammæ. Cardamantica appellatur, eò quia saporem Nasturtij retinet, acris enim est veluti Nasturtium, nam Græcis Nasturtium vocatur κάρδαμον. Nasturtii etymum, lege suo loco.

Iberis, & Lepidium Matth. fig. min. Iberis Cardamantica Lob. cui, & Lepidium. Iberis Lugd. Dod. Lac. Ges. hor. Cæs. cui Lepidium syluestre fortè Columellæ. Iberis latiore folio, C. Bauh. Iberias Pauli Lepidium hortense, Ang.

Ibiga, lege Abiga, siue Chamæpitys.

Ibio, est Ebulus, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Ibiscus, lege Althæa.

Ichthyothiros, lege Cyclamen, siue Cyclaminus.

Idæa Ficus nostra, lege Ficus in secunda parte Phytologiæ.

Idæa radix. Idæa vitis, Myrtillus Matth.

Iecoraria, siue Hepatica stellata. lege Asperula, siue Rubeola montana.

Iecoraria est etiam Hepatica fontana.

Iella, lege Enula campana.

Ierazuni Ponæ in Creta ἱεραζῦνι. Loti, siue Trifolij species Lotopisum, & Lotus esculentus ab eo nuncupatus. Lotus pentaphyllos siliqua cornuta Bauh.

Iesemin nonnullis dicitur Iasminum, siue Gelseminum.

Ignames, Lob. lege Batat, siue Batatas.

Ilatrum, Cæs. est arbor, de qua in secunda parte Phytologiæ.

Ilex eiusque species in secunda parte Phytologiæ erunt recensendæ.

Illecebra maior. lege Aizoum, siue Semperuiuum maius.

Impatiens herba Dod. lege Noli me tangere.

Imperatoria maior, lege Astrantia.

Imperatoria minor, Bauh. est Imperatoria, vel Astrantia alpina Cam. ep.

Imperatrix in Apulia vt Matthiolus refert, est Meum.

Impia Plinij, lege Gnaphalium vulgare Matth.

Inarculum virgula erat ex malo punico incuruata, quam Regina sacrificans in capite gerebat, Festus. lege Malus punica in secunda parte Phytol.

Incardium est Palmæ medulla, Cefalinum dictum, quasi cerebrum Palmæ, de quo in secunda parte Phytol.

Incensaria, Cam. lege Abrotonum mas. Dicitur etiam Abrotonum nigrum.

Incensaria, Cæs. lege Aster luteus radice odora.

Incensum, Thus, Holocaustum dicitur, quia ab igne totum consumitur, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ, & Incensum, & Thus an differant, lege in secunda parte Phytologiæ.

Indiamas fructus in Gr[illegible], lege in secunda parte Phytol.

Indicum officinarum, lege Glastum satiuum.

Indigo, siue color Indicus, lege Anil herba.

Indiuia vulgò, lege Endiuia vulgaris.

Inguinalis, Scroder. Pharmac. est Eryngium primum, Trag. Lon.

Ingui-

Inguinalis, & Inguinaria Alijs, lege Asteratticus.
Inguinaria Plinij, lege Cruciata, Dod.
Igname, Clus. siue Inhame, est Rapum Brasilianum, siue Americanum, Iniamas in Guinea nuncupatum, cibus Nigritarum vulgatissimus, quo & panis loco vtuntur.
Insana apud Nonnullos est Apollinaris herba, siue Hyoscyamus.
Internodium est interuallum inter bina genicula, quale in culmis, & arundinibus cernitur.
Interuenium dicitur spatium quod inter venas intercipitur, scilicet in herbis neruos.
Intybolachanum, Cichorium olus vocat Galenus.
Intybus maior, minor, & satiua, lege Endiuia vulgaris maior, & minor. Intubum verò nonnulli vocem Romanam esse autumant.
Intybus ἀφυλλόκαυλος minor, Thalio, est Hieracium pratense latifolium non sinuatum minus, C. Bauh. Aphyllocaulos dicitur, idest habens caulem sine folijs.
Intybus πλατύφυλλος Harcynia, Thal. lege Sonchus alpinus cæruleus.
Intybus syluestris, seu Erratica acutis folijs, lege Sonchus asper maior, Cord.
Inturis, lege Capparis folio acuto.
Inula rustica Nonnullorum, lege Consolida maior.
Inula Campana, lege Enula Campana.
Inula Comagena, est Costus Officinarum amarus.
Inuolucra, sunt vascula, quæ semina herbarum includunt.
Inuoluulus Aliquibus, est Conuoluulus.
Iolo suchil, idest flos cordialis, figura, & magnitudine cor repræsentans. Ioseph. Acosta. Flos Indicus C. Bauh. nondum vidimus.
Iondraba alissoides Apula spicata, Golum. est Thlaspi biscutatum asperum minus, C. Bauh [Iondraba dicta eò quod luteæ violæ sit affinis, folijsque, & caule Drabæ sit adsimilis, ἴον enim Græcis appellatur Viola. Alyssoides, nam habet fructus Alyssi modo dispositos, & duplices.
Ionthlaspi luteo flore, incanum montanum discoides, Colum. Thlaspi saxatile incanum luteum Serpylli folio minus C. Bauh.
Ionthlaspi dicitur, quia mediam inter Violam luteam, & Thlaspi effigiem repræsentat, & à fructu orbiculato ambitu disco simili δισκοϊδὴς dicta.
Iosmenum apud Arabes, est Iasminum.
Iosquiamus, lege Apollinaris herba, siue Hyoscyamus.
Iosyris glans lege Iuglans in secunda parte Phytol.
Iouis barba Plinij. Alij Oleam syluestrem folio molli incano esse volunt, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.
Iouis flos Theophrasti, lege Lychnis coronaria Diosc. satiua.
Iphyon Theophrasti, lege Asphodelus luteus, Ges.
Iphyum Plinij Aliquibus, lege Lauandula.
Irache, sunt olera Esculenta apud Indos occid. de quibus Ouied. hist. lib. 7. c. 11.
Iraituch, & Aiaue succus ex America Musæ folijs inuolutus, succus Aloes facie, vt dicemus in secunda parte Phytol.
Ireos in Officinis dicta est Iris Illyrica.
Iringus, & Iringium Officinarum, lege Eryngium vulgare.
Irion Fuch. lege Rapistrum aruorum, Ad. Lob.
Irio Matth. lege Erysimum vulgare.

De Iride. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Iris fuit Thaumantis filia, Iunonis ministra. Iris quoq; est Arcus cælestis. Insuper Iris

est Fluuius minoris Asiæ in Euxinum Pontum se exonerans. Iris etiam apellatur pars Insulæ Britānicę apud Diodorum lib. 5. Item Iris est herba, de qua in pręsenti. Iris vulgaris Germanica, siue syluestris, Bauh. Iris syluestris maior, Matth. Iris Germanica Fuch. cærulea Dod. Iris latifolia maior vulgaris, Clus. hist. Iris Brunf. Ges. Cast. Lugd. Tab. syluestris prima Aduers. Iris biflora Ger. ico. Gladiolus cęruleus maior, Trag. Gręcis ἶρις, Italis Iride, & Giglio azurro, Tuscis Giagghiuolo. Iris à cælestis Arcus similitudine nomen accepit, propter varietatem colorum in flore existentium, & Arcum cælestem imitantium.

Iris latifolia vulgaris cærulea Eyst. Iris Germanica, Trag. domestica Matth. Lac. Cast. Lugd. Iris communis Ges. hor. vulgaris, Lob. Ger. Iris nostra satiua, Cord. hist. Iris maior cærulea, vel purpurea, Cam. Iris Hyacinthus Virgilij Columellæ, & Palladij, Ang. Cam. Iris hortensis latifolia, C. Bauh.

Iris Chalcedonica variegata, Lob. Tab. Iris Susiana flore maximo, ex albo nigricante, Bauh. Iris Chalcedonica latifolia Eyst. Iris Susiana, Clus. pan. Iris latifolia maior, prima Clus. hist. Iris Pharaonis, vel nigra Cretica quibusdam.

Iris maior latifolia, Clus. hist. Iris latifolia Germanica ochroleuchos, ided coloris albi pallidi nam Græcis ὠχρὸς est pallidus λευκὸς verò est albus.

Iris biflora Lusitanica, Dod. Lob. Iris biflora flore minore, odore Lilij conuallij, Bauh. Iris biflora Clus. hisp. Lugd. an Raphanitis Plinij, & Astragalites Aetio.

Iris pratensis angustifolia humilior. Iris minor, seu tenuifolia, Dod. Iris tenuifolia, Cord. hist. Ges. hor. Iridis angustifoliæ altera species. Clus. pan. & hist. Xiphion, seu Gladiolus cærulæus minor, Trag. Xyris minor, Camer. [Xiphion etymum, lege Gladiolus. Xyris etymum lege suo loco.

Iris angustifolia prunum redolens minor. C. Bauh. angustifolia humilior, Clus. hisp. Iris angustifolia minor, Eidem pān. Iris perpusilla syluestris angustifolia, Lob. obs. Iris peregrina Illyricā vulgò, Cæs. Illyrica dicta, quia in Illyride, siue Sclauoniæ optima proueniat. Iris Florentina, Alijs. Iridis angustifoliæ sextæ species altera Clus. hist. Iridis Illyricæ nomine ostensa Hermolao. Chamæiris, Dod. & Lugd. odoratissima, Cam. Chamæiris, vel Iris humilis, Cam. in Matth. Chamæiris tenuifolia Ger. Chamæiris angustifolia minor, Tab. Eystet. an Rhizotomos Plinij.

Iris perpusilla latifolia, Lob. obs. Iris syluestris minor latifolia Tab. Iris violacea, Ger. ico. Iridi humili latifoliæ similis, Clus. hisp. Iridis perpusillæ latifoliæ varietas, Eidem ico. Chamæiris variegata, Bauh. Chamæiris, seu alia perpusilla Iris latifolia, Lugd. Chamæiridis latifoliæ genus primum, Clus. hist.

Iris bulbosa lutea inodora, Bauh. Iris bulbosa flore pallido, Ger. Iris bulbosa lutea, Clus. hist. Tab. Cam. Suuert. luteo flore Dod. Iris bulbosa angustifolia luteo flore, Clus. hisp. Lugd. Eyst. Lirium mas, aut Lirium verum Dodonei Lugd. Lirium dicitur, quasi Lilium.

Iris tuberosa folio anguloso, Bauh. Iris tuberosa Lob. Lugd. Eyst. Iris tuberosa obscurè viridi colore, Suuer. Iris bulbosa præcox, Clus. hist. Hermodactylus verus Matth.

Matth. Tab. Lugd. Lonchitis maior, Cast. Lonchitis prior, Diosc. Satyrium, Cæs.
Iridum species complures esse colore floris differentes in secundo Tomo partis primæ Phytologiæ ostendemus. Similiter multas differentias agnoscemus, nam alia radice est geniculata, alia est bulbosa, aliæ verò foliorum latitudine, angustiaue florisque colore, & ratione loci natalis variant, vt dicemus similiter in secundo Tomo Capite de Iride.
Iris agria, siue Iris syluestris fœtida, est Spatula fœtida siue Xyris.
Isatis satiua, domestica, & syluestris, lege Glastum satiuum.
Isatis montana Bauh. Glastum montanum Dalechampij Lugd: quid est?
Isatis syluestris Vaccaria dicta, lege Vaccaria rubra.
Iscari à Nonnullis vocatur Kali.
Ischæmon vulgare, Ad. Lob. Ger. Ischæmon, Ges. eat. Clus. hist. Tab. Ischæmon Plinij, Clus. hist. quoad iconem Gramen Ischæmon Plinij. Lugd. Gramen dactylon folio latiore, Bauh. Canaria Plinij, & Galli crus Apulei, Ang. Sanguinaria Neuenaræ, Trag.
Ischæmon etymum, lege Gramen Ischæmon, nam ita appellatur à facultate, quam habet reprimendi sanguinem, in vulneribus recentibus, & hanc ob causam Sanguinaria etiam nominatur. Galli crus dicitur eo quia spicam in quaternas partes diuisam quasi gallinaceos digitos expansos habeat.
Ischas, Raphani agrestis genus, quod Alij Agrioraphanum appellant, Plinius.
Ischas alter, Clus. hist. est Tithymalus tuberosa oblonga radice Bauh. ita dictus quod ἰσχάδα idest Caricam, seu Ficum aridam radix referat, Dodoneo monente.
Ischades fici aridi appellantur, teste Polluce, vt dicemus in secunda parte Phytol.
Iscæ spongiosa, quædam corpora, in Quercubus, & nucum regiarum arboribus nascentia, vt dicemus in secunda parte Phytol.
Isidis plocamos Plinij frutex in mari Corallinæ species.
Isocinnamon frutex est præstantissimi odoris, vt dicemus in secunda parte Phytol.
Isoetes, lege Aizoum minus.
Isophyllon, lege Bupleurum angustifolium.
Issopus, lege Hyssopus.
Isopyrum Diosc. Col. lege Aquilegia, siue Aquileia.
Isopyrum Matth. lege Nigella angustifolia flore maiore simplici cæruleo.
Isopyron Cæsalp. lege Ochrus syluestris, siue Eruilia.
Isopyrum Dod. gal. Ges. hor. lege Trifolium palustre.
Isos, vel Oesos frutex est, de quo in secunda parte Phytol.
Itea nonnullis dicitur Hippuris.
Iua moschata Monspeliensium, Ad. Tab. Ger. Chamæpitys moschata folijs serratis: an prima Dioscoridis? Bauh. Chamæpitys spuria prior, siue Anthyllis altera Dod. Chamæpytis altera, & maior Cæs. Chamæpytys species Monspelij Ges. hor. Anthyllis Chamæpitydes minor, Lob. Anthyllis altera Clus. hisp. & hist. Cast. Lugd. nominum etyma, lege suo loco.
Iua moschata Rhætis, Tanaceto cognata herbula, Ges. hor. Tanacetum alpinum, Bauh. Tanacetum paruum alpinum, Lugd.
Iua archetica officinis, lege Abiga, siue Aiuga.
Iuba in plantis est arundinacea coma laxè effusa qualis in milio, metaphora desumpta à iubis, hoc est crinibus animalium à collo dependentibus.
Iucca Benzoni, lege Yuca Peruana.
Iudaica arbor Ioannis Bauhini eius historiam in secunda parte Phytolog. examinabimus.
Iuglans, lege Nux iuglans in secunda parte Phytol.

Iuiubæ

Iuiubæ, siue Ziziphus arbor, in secunda parte Phytolog. eius historiam exponam.
Iuiuba sylvestris apud Nonnullos est Paliurus Africanus, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.
Iuliana nonnullis est Thymbra S. Iuliani dicta.
Iuliola Calabris, lege Alleluia, siue Trifolium acetosum.
Iulus in arboribus prælongus velut vermiculus dependet, & nihil esse videtur, quàm florum stamineorum series; Græcis ἴουλος, ἴουλοι enim apud Græcos nominantur bestiolæ quędam, multipedes, prælongæ, vnde illud quod fructum præcedit Iulus nominatur ob figuram huiusmodi bestiolis simillimam, vt dicemus in secunda parte Phytol.
Iuncaria Tab. Iuncaria Salmanticensis, Clus. hisp. & hist. Lob. Ger. Rubia linifolia aspera Bauh. Synanchichæ species Lugd.
Iuncellus omnium minimus, Ad. Iuncellus inutilis, Bauh. Chamæschænos, Ges. Iuncellus dicitur, ideſt Iuncus paruus. Chamæschænos, ideſt humilis Iuncus.
Iuncispartum nonnullorum, est Gramen sparteum dictum.
Iuncus Auellana, lege Cyperus esculentus.
Iuncus odoratus aquatilis Dod. lege Filipendula aquatica, vel palustris.

De Iunco. Synonyma, & Etymum.

Iuncus odoratus Plinio, Matth. Hermol. Ruel. Cæs. Cast. Lugd. Lac. Tur. Ad. Lob. Clus. in Garz. Iuncus rotundus odoratus, Marcell. Ama. Corn. Iuncus rotundus, Cælso. Iuncus odoratus, siue aromaticus, C. Bauh. Schoenus, & Iuncus odoratus teres, ac rotundus, Cord. Schoenanthum, Mesuæo, Lon. cui, & Cyperus rotundus, Tab. & Iuncus aromaticus, Cam. & Iuncus floridus, siue aromaticus, Acostæ. Squinanthum, Varroni, Ang. Guil. & Officinis, quasi σχοίνου ἄνθος ideſt Iunci flos. Adhar, & Adhir Arabibus. Sachbar, Arabiæ incolis. Palea de Mecha, & pastus Camelorum vulgò Græcis. σχοῖνος. Italis Gionco odorato, Officinis Squinanto.
Iuncus dicitur à iungendo, quoniam aliæ res Iunco simul iungantur, & vniantur, vel quòd iunctis, & simul implicatis radicibus hæreat. Vel quia eius vsus ad iuncturas sit vtilis. Græcis σχοῖνος est funis: hinc herba à loris, & funibus, ita appellata.

Iuncus acutus, Ang. Cord. in Diosc. Cast. acuto cacumine Ges. cat. Iuncus acutus capitulis Sorghi ὀξύσχοινος Diosc. Bauh. Iuncus maritimus primus, Ad. Iuncus rotundus alter Cæs. Oxyschœnos dicitur, nimirùm acutus, nam virgas profert acutis cuspidibus mucronatas, ὀξὺς Græcis est acutus.

Iuncus, seu Scirpus Indicus, C. Bauh. Iuncus Indicus porosus, Clus. cur. post.

Iuncus maximus, siue Scirpus maior, lege Holoschænos Theophrasti, Lugd.

Iuncus læuis, seu lenis Cord. in Diosc. Dod. Lugd. siue Oxyschœnos vulgò. Iuncus Oxyschœnos, Ang. Iuncus lęuis panicula sparsa maior, Bauh. Iuncus vulgaris alter, Trag. Iuncus læuis vulgatior, Ad. Thal. panicula sparsa Lob. ico.

Iuncus Matth. Lac. Cast. Iuncus læuis glomerato flore Lob. ico. Iuncus læuis Lugd. Iuncus lęuis panicula non sparsa Bauh. Iuncus palustris minor, Tab. Iuncus rotundus primus, Cęs. Iuncus lęuis, Lugd.

Iuncus

Iuncus exiguus montanus mucrone carens. C. Bauh. Iuncus Lychnanthemos tenuis, Thal.

Iuncus acumine reflexo maior. C. Bauh. Iuncus melancranis, & Iuncus Oxyschœnos fœmina Lugd. an Iuncus Lychnanthemos tenuis maior, Thal. [Melancranis dicitur, ideſt atriferum à colore atro, ideſt nigro, nam Græcis μέλας eſt niger, ater, χρόα verò eſt color.

Iuncus capitulis Equiſeti maior, C. Bauh. Iuncus clauatus Dalech. Lugd. Iuncus aquaticus minor capitulis Equiſeti, Lob. Iuncus alius fœcundus, Eidem. [Clauatus dicitur, nam in extremo faſtigio exiguam veluti clàuam profert.

Iuncus capitulo lanuginoſo, ſiue ſchenulaguros, C. Bauh. σχοινολαγουρον dicitur, quia capitulum vnicum oblongum, molle, lanuginoſum, haud multum leporum caudæ diſſimile inſidet, nam Græcis λαγωὸς eſt Lepus.

Iuncus bombycinus alpinus, C.Bauh. ita nuncupatus, quia capitulum paruum habet lanugine alba, & quaſi goſſypina ornatum.

Iuncus floridus, Matth. Caſt. Lugd. Iuncus floridus maior Bauh. Iuncus cyperoides floridus paludoſus, Lob. Iuncus cyperoides paludoſus, Eyſt. Iuncus cyperinus floridus, Tab. Butomos Theophraſti, Cæſ. Calamagroſtis ſecunda Tragi, prima Lugd. Gladiolus paluſtris, Cord. hiſt. Gladiolus aquaticus, Geſ. cat. Dod. Carexalterum, Lon. Iuncus Mariſcus Plinij, Alijs. Nominum etyma, lege ſuo loco.

Iuncus odoratus, & aromaticus eſt Squinanthum apud Nonnullos.

Iuncus enodis, eſt Scirpus.

Iuncus angùloſus, triangularis, quadratus, eſt Cyperus.

Iuncus aſper Dod. Lugd. lege Typha paluſtris maior.

Iuncus petroſus, lege Corallina fruticoſa recta alba.

Iunipa paeyma, fructus pomo ſimilis Braſiliana, vt dicemus in ſecunda parte Phytol.

Iuniperus arbor, ſiue frutex; eius hiſtoriam in ſecunda parte Phytol. non incurioſè percurram.

Iunonia Roſa, lege Lilium album.

Ivraca, Ivreum, & Ivrum eſt Lolium, ſiue Zizania apud Nonnullos, ſed vox gallica.

Iuſael Auicennæ eſt Nux Indica, ſiue Palma nucem ferens, vt dicemus in ſecunda parte Phytologiæ.

Iunſa planta, quæ in Angra inſtar frumenti ſeritur, ad cuius radices grana rotunda Piſi magnitudine, Piſtaciorum ſapore Linſc. par. 8. Ind.

Iuſquiamus, lege Apollinaris, ſiue Hyoſcyamus.

Iuub. Cluſ. exot arbor exotica folijs alatis, apud Amazones naſcens, de qua in ſecunda parte Phytologię.

Ixia, & Ixos eſt Viſcum vt dicemus ſuo loco.

Ixia planta, apud Nonnullos eſt Chamælon, ſiue Carlina.

Ixine Theophraſti, lege Carlina Herbariorum, Ad.


Ixocaulon, Hęſperis quorundam, Tal. lege Lychnis ſylueſtris viſcoſa rubra anguſtifolia.

Ixocaulos altera Thal. lege flos Cuculi pratenſis, Trag.

Ixopus, Cord. hiſt. Chondrillæ viſcoſæ affinis, Bauh. Seris Longifolia Mutoni, an Chondrilla altera Dioſc. Lob. ob. quid eſt? Ixopus dicitur fortè quoniam viſcoſa eſt planta, nam ἰξὸς Grecis eſt viſcum.

Kaauuy

K



Kaauuy potus in Brasilia ex Auati fructu paratus, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.
Kaate arbor in India ex cuius ligno pastillos concinnatos cum Betello comedunt par. 4. Ind. or. vt in secunda parte Phytol. pinguiore formula loquar.
Kabua, & Cabuia Herba, ex qua Ind. Occid. filum robustissimum extrahunt. Ouied. hist. lib. 7. c. 10.
Kacco, & Cacco fructus adinstar Amygdalæ in Mexicana regione, quo incolæ vtuntur loco monetæ. Cortesius rel. 2. De eo, & eius Arbore Kacauate in 2. p. Phyt.
Kave Baka, Clus. exot. est fructus Nerij siliquę figura, de quo in 2. p. Phytol.
Kaischuopenauk radix alba oui gallinacei magnitudine, & forma, qua elixa Indi vescuntur, Hariot.
Kalef Auic. est species Salicis, vt dicemus in secunda parte Phyt.
Kamaca Auic. est Calamus Aromaticus.

De Kali; siue Alkali. Synonyma, & Etymum.

Kali album, Dod. Kali minus Ad. Lob. ico. Lugd. Eyst. Kali minus album, semine splendente, C. Bauh. Kali alterum, seu minus, Cam. Alcali minus, Ges. hor. Anthyllis altera, Borda quibusdam Dod. gal. Lugd. Salsola quædam in maritimis Cæs. Halimos oleraceus Nonnullis dictus. Nominum etyma, lege supra Alcali.
Kali minus alterum, C. Bauh. Kali paruum folijs oblongis, lege Anthylloides Thal
Kali gramineo folio, Bauh. Salsolæ congener semine Polygoni, Cæs.
Kali floridum repens, Aizoides Neapolitanum Col. Kali Crassulæ minoris folijs, C. Bauh. Kali secunda species, Anthyllis quibusdam, Alp.
Kali geniculatum vermiculatum, Ad. Kali geniculatum maius, C. Bauh. Kali, siue Sedum marinum, Lemnio. Kalli primum Kellu Ægyptijs, Alp. Anthillis constans veluti tritici granis; Cord. ob. syl. Salicornia, Dod. Lugd. Salsolæ genus aliud, Cæs. Salicorniæ, & Salsolæ etyma, lege supra Alkali.
Kali chrysanthemum nonnullorum, est Crithmum chrysanthemum, siue maritimum flore Asterisattici.
Kali spinosum, lege Tragum, siue Tragos.
Kali geniculatum alterum, vel minus, C. Bauh. Kali Arabum secundum genus, Rauuolf. Lugd. ap. Kali articulatum Nonnullis.
Kasbàs Auic. est Papauer.
Katàs eiusdem est Atriplex.
Keiri, vel Cheiri, lege Leucoium luteum vulgare.
Keisim Auic. est Leuisticum.
Keisum eiusdem, est Abrotonus mas.
Kermes fructus est Ilicis cocciglandiferæ, vt dicemus in secunda parte Phytol.
Kerugha, & Keruagh. Nonnullis Arabibus est Ricinus vulgaris.
Kessuth, & Kassuth, lege Cassutha.
Ketmia Syrorum quibusdam, est Alcea Syriaca, Eyst. Alcea arborescens Syriaca, C. Bauh. Alcea arborescens, Rauuolf. Cam. Althæa frutex, Clus. hist.
Kinkinna, & Kinakina arbor ex noua Hispania, vt dicemus in secunda parte Phytol.
Kitian in officinis quibusdam Pix liquida appellatur, vt dicemus in 2. p. Phytol.
Knauel Tragi, lege Polygonum minus.

Karob filiqua dulcis eſt arbor, vt dicemus in ſecunda parte Phytologiæ.
Kernab, & Karnub apud Arabes eſt Karob nuncupata ſiliqua dulcis.
Karaet etiam aliquibus eſt Siliqua dulcis, ſiue ceractonia ab Arabum Charumb, & Græcorum Charuba deductum, de qua in ſecunda parte Phytol.
Kakile Serapionis, lege Cakile Serapionis.
Kellu Ægyptijs, lege Kali geniculatum.
Kerua Mauritanis, lege Ricinus vulgaris.
Kerua minor, lege Lathyris, Matth.
Kiki Dioſc. & Plinij ſecundum Scroder. Pharmac. eſt Ricinus.
Krinon, lege Lilium album.
Kroton, lege Croton Tragi. Latinis eſt Ricinus.
Kobes, lege Cobes Maluæ eſt ſpecies.
Kiſmiſen, & Keſmezin, lege Acacalis in ſecunda parte Phytolog.

L



Abdanum, lege Ladanum, est enim liquor ex Cisti folijs exudans, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Labeonia, lege Marrubium Matthioli, quamuis Alij Marrubium nigrum esse indigitent.

Lablab, Alpini Phaseolus niger Lablab vocatus. Phaseolus Ægyptiacus nigro semine, C. Bauh. Phaseolus peregrinus Lebiab, Clus. hist. Phaseoli genus, Leplap siue Lablab Clus. pan.

Labrum Veneris, lege Dipsacus satiuus fullonum.

Labrusca, lege Vitis vinifera in secunda parte Phytolog. ita dicta, quod in marginibus terræ, ceu labris quibusdam oriatur.

Laburnum arbor, de qua in secunda parte Phytologiæ.

Lacara, vel Lacata Theophrasti, arbor est, cuius historiam in secunda parte Phyt. examinabimus.

Lacca Arabum, & Officinarum, an lacrymarum, & reliquarum Gummi modò ex arbore vi Solis sponte exudet, & circum ramulos tenuiores concrescat in secunda parte Phytol. manifestabimus.

Lac lunare, & Lac Lunæ, nonnullis est Agaricus, à substantia alba, & spumosa ita dictus, vt in secunda parte Phytologiæ quando de Fungis arborum verba fient, manifestabimus.

Lacryma est humor è plantis tum sponte effluens, tum facta incisione crumpens, & maximè in arboribus de secto caudice, vel ramo prosilit, & apparet, & lacrymæ arborum dicuntur, quæ vbi destillarunt in gummi concrescunt, vt dicemus in secunda parte quando de Arboribus verba fient.

Lacryma Iobi, lege Lithospermum arundinaceum.

Lacryma Ioppi Ang. arbor est, de qua in secunda parte Phytol.

Laciniæ particulæ sunt extremæ foliorum, particulatim decoris causa, concisæ orarumque summarum cæsuræ à lacerando dictæ, vnde folia membratim per flexuras digesta, vel natiuis segminibus discreta, laciniata vocitantur à verbo græco λακίζω lacero, quoniam folia lacerata videntur.

Lactaria, Lactaria solsequia, & Lactuca caprina dicuntur variæ Tithymalorum species à lactis simili humore, qui secto, aut vulnerato folio, caule, aliaue parte defluit. Lege Tithymalus.

Lactaris, siue Lactoris Plinij, lege Erinus Matth. siue Hieracium frutescens latifolium. Dicitur autem Lactaris, & Lactoris, quia disrupta planta copiam lactis fundit.

Lactariola, lege Cichorium syluestre luteum.

Lacteron, siue Lactucella, lege Sonchus asper maior.

De Lactuca. Synonyma, & Etymum.

Lactuca hortensis, & satiua Dod. Lugd. Tab. Cord. in Diosc. Ang. Lactuca florescens, Matth. Lac. Lactuca capitata Fuch. Tur. Lactuca rotunda, Lon. ico. Græcis θρίδαξ. Italis Latuca.

Lactuca dicitur, quòd copia Lactis exuperet, à lactei succi quem fundit, dum abrumpitur, vbertate dicta, lac enim auget dum nutrientes fæminas implet. θρίδαξ fortè Græcis appellata à verbo θρίζω siue θερίζω æstatem transigo, æstiuo: vel quia æsta-

æstate folum proueniat, vel quia hac vti frigida æstatem transigere debeamus.

Lactuca capitata, Matth. Dod. Cast. Tab. Ger. Lactuca capitata crispis Brassicæ folijs, Lob. ob. Lactuca caputia cognominata, Cæs. Lactuca satiua maior, quæ in caput coit, Trag. Lactuca sessilis, Ges. hor. Lon. Lactuca satiua sessilis, siue capitata, rugosis crispis Brassicæ folijs, Ad. Lob. ico. [Sessilis dicta, quasi sedens, hoc est, quæ ita humi proiecta est, vt sedere videatur, neque sursum recta est, aut in sublime ascendit.

Lactuca polycephalos est Lactuca capitata, quæ ex pluribus capitibus conglobatis constat. πολὺς Græcis est multus κεφαλὴ vero est caput.

Lactuca crispa, Matth. Dod. Cæs. Lugd. Bauh. Lactuca crispa non capitata, Ad. Lob. Lactuca satiua crispa Fuch. id est folia habens crispa.

Lactuca folijs Endiuiæ, C. Bauh. Lactuca Intybacea Tab. Ger. Endiuia maior. Trag. desc. & Lon.

Lactuca caprina, apud Columellam Tithymalus vocatur.

Lactuca Romana, Matth. Ges. hor. Lactuca maculosa, C. Bauh. Lactuca rubra. Cæs. Lactuca fusci, ac rubente purpurei coloris, rubens Plinij, Dod.

Lactuca Romana dulcior, nigriore, & Scariolæ hortensis folio, Ad. Lactuca, folio obscurius virente, semine nigro. C. Bauh. Lactuca nigra, Cæs. Lactuca Romana, Cast.

Lactuca crispa altera, C. Bauh. Lactuca Intybacea crispa, Tab.

De Lactuca syluestri. Synonyma, & Etymum.

Lactuca syluestris, Matth. Ang. Dod. Lac. Lon. Fuch. Tur. Lactuca syluestris vera, Lugd. desc. Lactuca agrestis, Cord. in Diosc. & hist. Lactuca syluestris, Diosc. Theoph. & Plinij, quæ Thridacine Galeni videtur. Lactuca syluestris costa spinosa, Alijs. Seris domestica altera Lactucina Dioscoridis, Ad. Endiuia syluestris, Lon. desc. Scariola, & Seriola, Eric. Cord. Italis Scariola.

Lactuca syluestris Thridacine dicitur, quoniam suis villis, ac pilis mordet, ac pungit, nam Græcis τρὶξ est pilus, & setæ δάκνω verò significat mordeo, pungo, vro. [Scariola nominatur. quasi Serriola, id est serrula, nimirum parua seris, eò quòd dorsum folij sit in modum serræ, acutas spinas habens.

Lactuca agrestis, Scariolæ hortensis folio, Lactucæ flore, opij odore, Ad. Lactuca syluestris odore viroso, C. Bauh. Lactuca syluestris Anglica odore opij similis Cam. Lactuca syluestris verior, & Thesion, Lugd. ico. Lactuca agrestis, Cord. hist. ico. Lob. ico.

Lactuca montana purpuro cærulea maior, C. Bauh. Lactuca syluatica, Cord. hist. cap. de Soncho. Lactuca syluestris ἐρυθράνθεμος. Thal. Lactuca syluestris purpureo flore, Ges. hor. Sonchus arborescens puniceo flore, Ges. hor. Sonchus montanus purpureus τετραπέταλον. Col. Libanotis Theophrasti sterilis Tab. [Erythranthemos

themos dicitur idest flore rubro, nam Græcis ἐρυθρος est ruber ἄνθος verò est flos. Tetrapetalon vocatur, eò quia folia quaterna in flore habeat τέτρας Græcis est quaternarius numerus πέταλον verò est folium, & propriè de folio floris dicitur.

Lactucella, & Lacteron dicitur Sonchus ab aliquibus, eò quia caule dissecto lac copiosum defluat, lege Sonchus.

Lactuca domestica, lege Lactuca hortensis.

Lactuca agrestis, nonnullorum est Primula Veris, lege Alisma Pratorum, Col.

Lactuca agnina. lege Album olus, siue Valeriana Campestris.

Lactuca leporina, lege Hieracium Chondrillæ folio glabro, quamuis alij Sonchum esse existiment.

Lactuca syluestris costa spinosa, lege Lactuca syluestris.

Lactuca caprina, est Herba lactaria, nempè Tithymalus.

Lactuca murorum, Cæs. lege Sonchus leuis laciniatus muralis paruis floribus.

Lactuca petræa, lege Petromarula Ponæ.

Lactuca marina Tab. lege Bryon lactucæ folijs. Alijs verò est Tithymalus Paralius dictus.

Lactucarum multò plures obseruantur species, de quibus in secūdo Tomo partis primæ Phytologiæ erit sermo, Capite de differentijs.

Lactucella, & Lacteron lege Sonchus aspera, maior.

Lactucella syluestris repens, lege Pilosella maior repens minus hirsuta.

Lactucula est parua, & omnium minima lactuca, & præcipuè dicuntur lactucæ ex semine ortæ, & è terra erumpentes.

Lacuturis, lege Brassica capitata Matth.

Lada, Ladon, & Ladanum, lege Cistus Ladanifera in secunda parte Phytologiæ.

Ladanum segetum Plinij, & Tetrahit angustifolium, lege Sideritis aruensis flore rubro. Ladanum segetum nuncupatur à foliorum cum Ladano similitudine. Ladani etymum lege in secunda parte Phytol.

Laeophyllos Brassicæ genus est à læuore foliorum nuncupatum vbique nascens nullam respuit regionem.

Lagena Lupi. lege Alisma Matth. dicta est Lagena Lupi fortè, quia cum hæc herba loca aquosa amet, & in syluis reperiatur vbi Lupi stabulantur, idcirco quando sitiunt ad hanc herbam tanquam ad lagenam confugiunt, cum inibi semper aquam inueniant.

Lagenulæ Americanæ, Clus. exot. sunt Cucurbitæ lagenariæ Americanæ, C. Bauh.

Lageos, genus vuæ, quæ & Leporaria dicitur, de qua in secuuda par. Phytol.

Lagochimica, est Dorycnium Dioscoridis fortè Ponæ.

Lagochymithia, lege Helichrysum Matth.

Lagochymeni, lege Cuminum syluestre primum Matth.

Lagopiron Hippocratis Ges. lege Gnaphalium montanum purpureum, & album.

Lagopyron, lege Lagopus, siuè Pes leporinus Matth.

Lagopodium flore luteo, Tab. est Anthryllis leguminosa, Ger.

Lagopus, siuè Pes leporinus Matth. Fuch. Dod. vt Lac. Lob. Lagopus maior, Cæs. minor, Cam. Lagopus, & Lotus campestris Trag. Lagopus vulgaris Lugd. Lagopus, & Lagopyron, Ad. Lagopodium. Tab. Ger. Trifolium aruense humile spicatum, siuè Lagopus, C. Bauh. λαγώπους Dioscoridi λαγόπυρον, Hippoc. [Lagopus dicitur nimirum pes leporis, nam Græcis λαγωός est Lepus, πούς verò est pes ab hirsuta spica leporino pedi simili, ita appellatus. Alijs Cuminum leporis nominatur.

Lagopus maximus folio, & facie Trifolij pratensis, Ad. Lob. Lagopus maximus Lobellij,

bellij, Clus. pan. & hist. Lugd. Lagopus maior folio Trifolij Dod. maior flore rubro, Cam. Lagopus peregrina Eyst. Trifolium spica subrotunda. C. Bauh.

Lagopus altera folio pinnato, Lob. Lugd. Lagopus maior Eyst. alter, Dod. Trifolium montanum spica longissima rubente C. Bauh. Trifolium spicatum. Thal. Trifolij maioris tertij altera species, Clus, pan. & hist. Cytisus, Trag. Lugd. Pes Milui Pandect. Cytisus Columellæ, Lon.

Lagopus altera angustifolia, Ad. Lob. ico. Lugd. an Lagopus minor Cæs. Trifolium montanum angustissimum spicatum, C. Bauh. Alopecuros graminea, Dalech. Lugd. dicitur. I

Lagopus primus Trag. lege Lotus pentaphyllos Ges. hor.

Lagopus secundus Tragi, lege Gnaphalium montanum purpureum, & album. I

Lale Chalcedonicum, inter Lilia connumeratur.

Lama Mastiches species apud aliquos, vt dicemus in secunda par. Phytol. I

Lamina nucis est putamen fissile, vt in secunda parte Phytol. demonstrabimus.

Lamium Astragaloides I. Cornuti, ità nominatur, quia folia Astragaloidi similia producat.

Lamium peregrinum, lege Cassida Fabij Columnæ. I

Lamium, siue Vrtica non mordax vulgaris, & fœtida, lege Galeopsis vulgaris fœtens purpurea. [Lamium fortè appellatur, quia eius flos guttur Lamiæ piscis repræsentare videatur, λαιμὸς est gula, & guttur; & Lamia piscis inde dicitur à nimia voracitate, quia hominem loricatum quandoque deglutiuerit, & est forsan id genus piscis quod Ionam deglutiuit, & à Germanis sua lingua dicitur Sagenarum Præfeca.

Lamium montanum Melissæ folio Bauh. Melissa Fuchsij, Lob. ico, Cam. Eyst. Melissa prima Tragi ico. syluestris Lon. Melissa altera, Cæs. Melissophyllum Fuchsij, Ges. hor. Lob. & Herba sacra Agrippæ Lugd. Melissophyllum verum Fuchsij syluestre, Cord. Melissophylli species, Dod. gal. Herba sacra quorumdam Dalechampij, Lugd.

Lamium alba linea notatum Bauh. Lamium Plinij, Ang. Cam. Lamium Plinij montanum Campoclarense, Col. Lamium Aequicolorum Eidem. Vrtica lactea Matth. Leucas Diosc. fortè Cæs. Lienaria Solinand. Vrtica fatua, Alijs Milzadella, & Milzatella vulgò. [Milzadella dicitur, quia aduersus splenis duritiem, & obstructionem est efficax, propterea lienaria etiam dicta, quia lienosis egregiè opituletur. Leucostictos Alijs, id est alba linea notata, nam Græcis λευκὸς est albus, στικτὸς verò punctus, siue varijs notis, & lineis distinctus. I

Lamium folijs caulem ambientibus maius Bauh. an Lamium Pannonicum tertium Clus. hist. an Lamium tertium, vel peregrinum Clus. pan. Alsine hederula altera Ger. Alsines species, Tab. Ballote crispa maior Lugd. Marrubium χαμαιπετὲς Thal. id est Marrubium humile habens folia circa caulem aperta & explicata, à verbo Græco πετάω aperio, explico, pando.

Lamium folio caulem ambiente minus Bauh. Ballote crispa minor, Lugd. Morsus gallinæ folio hederulæ alterum, Lob. ico. Leucas quarta, Cæs.

De Lampsana. Synonyma, & Etymum.

Lampsana, Lob. Lugd. Ad. Dod. Thal. Lampsana quibusdam Napium Dod. gal.

Lampsa-

Lampſana, Cam. cui, & Papillaris in Ruſſia Soncho affinis, Lampſana domeſtica Bauh. Sonchus ſyluaticus, Ger. Sonchis cognatum Geſ. hor. Sonchus ſylueſtris primus, Tab. & tertius Eidem ico. Chryſolachanum Plinij Ruel. Cichorium, vel Sonchi genus Geſ. col. Italis Lampſana.

Lampſana dicitur potius per antiphraſim ἀλάμψανης, ideſt herba minimè illuſtris, cū ſit vilis, & abiecta, vel Lampſana dicta quaſi Lapſana à verbò Græco λαπάσσω euacuo, inanio, quia aluum inaniat, & euacuat. Papillaris in Pruſſia vocatur, quòd ſanet exulceratas papillas. Aliorum nominum etyma, lege ſuo loco.

Lampſana Matthioli, lege Rapiſtrum aruorum.

Lampſana vera nonnullorum eſt frumentum Sarracenicum, ſiue Ocymum cereale.

Lampuca, nonnullis apud Dodonæum Hieracij ſpecies eſt, nempè Hieracium maius Sonchi folio.

Lanaria vulgò Neapoli eſt Saponaria Lychnidis folio, Lanaria radix etiam appellatur.

Lanaria herba Alijs, eſt Struthium, ſiue Luteola. Nonnullis verò eſt herba fullonum, ſiue Dipſacus, ob eximium in laneis pannis poliendis vſum. Alijs verò eſt Verbaſcum latius, ob denſam lanuginem in folijs exiſtentem, & apud Alios eſt Saponaria.

Lana pratenſis Herbariorum, Gnaphalij ſpeciem eſſe nonnulli autumant.

Lanata Cordi eſt Aria Theophraſti, vt dicemus in ſecunda parte Phytol.

Lanca fructus in India prunis cereis ſimilis de quo in ſecunda parte Phytol.

Lancea Chriſti, vel Luciola, lege Ophiogloſſum.

Lancea Chriſti Geſ. hor. Lege Marrubium paluſtre Dod. gal. Lon.

Lanceola, & Lanceolata maior, & minor Cæſ. eſt Plantago lanceolata, ſiue anguſtifolia.

Lanceola montana, Geſ. lege Holoſteum quorumdam Lugd.

Lancuaz Iauanenſibus, lege Galanga maior, Matth.

Langoas Io. Bodei à Stapel in Theophraſtum, flos eſt oblongus Phoeniceus galericulatus, eius enim deſcriptionem in ſecundo Tomo, partis primæ Phytologiæ aſferremus.

Lanifera arbor peregrina Cluſ. eſt Goſſypium Iauanenſe Salicis folio, vt dicemus in ſecunda parte Phytologiæ.

Lantana, eſt arbor de qua in ſecunda parte Phytologiæ.

Lantor Palmæ Indicæ genus, vt dicemus in ſecunda parte Phytol.

Lanugo in herbis, atque arboribus lanata quædam eſt hirſuties ex floribus, aut fructibus decidua, & aliquando inſidet in folijs, & pilulis plantarum, eſt enim mollis foliorum, aut fructuum lana, qua folia coliculique caneſcunt. Xylon etiam, ſiue Goſſypium, Lanugo ab Aliquibus nominatur.

Lapathi genus apud Nonnullos eſt Perſicaria mitis maculoſa.

De Lapatho. Synonyma, & Etymum.

Lapathum hortenſe folio oblongo, ſiue ſecundum. Dioſcoridis Lapathum hortenſe Geſ. hor. Lugd. Lapathum ſatiuum Ang. Dod. deſ. Hippolapathum ſylueſtre, Matth. Lugd. Rumex hort. vel ſecundus Tragi ſatiuus, Cord. in Dioſc. Græcis λάπαθον. Italis Lapatio, & Rumice Anaxyrida Nonnullis, & Sicla ſylueſtris, ideſt Beta.

Lapathum dicitur ab effectu ſiquidē foliorum decoctum aluum emollit, λαπτῷ enim apud Græcos eſt euacuo. Rumex Latinis nominatur, fortè quia folium huius plantæ præ ſe fert figuram Rumicis: eſt enim Rumex genus teli ruſticorum, ita

appel-

appellatum, ab Italis Spiedo dictum, vel Rumicem appellarunt fortè, quod ab ea succus non aliter, atque mamma quam rumen veteres dixerunt, sitientibus exugi soleat, nam foliorum acor quibusdam hauritur, vt lac ab agnis qui in suis matribus subrumantur, sed de Acetosa hoc debet intelligi. Anaxyrida vocatur ab ἀναξύω abrado, & abstergo, quia Lapathum abstergendo lubricat aluum.

Lapathum acutum, Trag. Lob. Dod. Lapathum acutum, siue acuti folium, Ad. Lapathum acuto folio plano, C. Bauh. Lapathum, seu Rumex, Lon. Cast. Cæs. Lapathum syluestre Ges. hor. satiuum Cam. Oxylapathum Matth. Lac. Cast. Fuch. Dod. gal. Diosc. & Plin. Rumicis primum genus Tur. Rumex acutus, Cord. in Diosc. [Oxylapathum dicitur, nimirum Lapathum acutum, nam Græcis ὀξὺς est acutus, ideo nonnullis Lapathium nominatur, & Lapathiolum.

Lapathum sanguineum, Ad. Lob. Cam. rubens Dod. Lapathum rubrum Cam. in Matth. Lapathum folio acuto rubente C. Bauh. Lapath. tertia altera species, siue Lapathum nigrum, Dod. gal. Rumicis species folijs rubentibus venis distinctis, Cord. ob. Rumex variegatum Nonnullorum, Lapathum Cretense, Cam. Sanguis Draconis herba, Ges. hor. Lon. Hemalapathum Aliquibus, idest Lapathum sanguineum, nam Græcis αἷμα est sanguis. Erythrolapathum, & Lapathum maculatum Renod. pharmac. Italis Lapacio sanguigno.

Lapathum folio minus acuto, Lob. ico. Lapathum folio subrotundo, C. Bauh. Lapathum folio retuso, Ad. Lapathum syluestre, Ang. folijs ferè rotundis, Ges. hor. Hippolapathum syluestre, Tab. Hydrolapathum magnum Ger. ico. Rumex agrestis Cord. in Diosc.

Lapathum latifolium, Cam. Lapathum satiuum Dod. gal. hortense, Lac. Lon. maximum Ges. hor. magnum, Cæs. Hippolapathum Dioscoridi, Galeno, Plinio, latifolium Bauh. Rumex vrbana Theophrasti. Bulapathum nonnullorum. Hippolapathum Matthiolo satiuum. Cast. Tab. Hippolapathum satiuum latifolium, Ad. Lob. & Patienza vulgi. Hippolapathum, siue Rhabarbarum Monachorum, Ang. Dod. Rhabarbarum Monachorum Franciscanorum, Trag. Ges. hor. Cam. [Hippolapathum, & Bulapathum dicitur, idest Lapathum magnum, nam ἵππος, & βοῦ Græcis est particula augens significationem nominum, quibus præponitur ab equi, & bouis magnitudine, cum ἵππος apud Græcos equum, & βοῦς Bouem similiter denotet. Rhabarbarum dicitur quoniam radicem ad similitudinem Rhabarbari habet effigiatam, & etiam Rhabarbari facultatem possidet. Patientia vulgi forsitan appellatur quoniam cum folia ineunte Vere statim e terra erumpant Pauperes illis coctis vtuntur pro opsonijs, præcipuè tempore quadragesimali, ideo Patientia nominatur, cum cætera olera nondum sint nata, & illis indigeant.

Lapathum rotundifolium, Clus. pan. Camer. Lapathum rotundum Ang. hor. Cæs. Hippolapathum rotundifolium, & Pseudo Rha recentiorum. Ad. Lob. Lugd.

Lapathum aquaticum folio cubitali, C. Bauh. Lapathum primum Ang. palustre, Tab. Hippolapathum, Dod. Matth. Ges. hor. Lon. Hippolapathum syluestre Matth. desc. Cast. Thal. Hydrolapathum maius. Lob. Lugd. Rumex palustris Trag. Rumicis quintum genus, Cord. in Diosc. [Hydrolapathum dicitur, idest Lapathum aquaticum, nam Græcis ὕδωρ est aqua, hinc herba ita appellata, quia in aquis viuit.

Lapathum acutum crispum, Tab. Lapathum folio acuto crispo C. Bauh.
Lapathum acetosum, & Lapathum oxalida, lege Acetosa.
Lapathum vnctuosum, lege Atriplex caninus, siue canina.
Lapathum rubrum, & nigrum, lege Lapathum sanguineum.
Lapathum maculatum Cretense, lege Lapathum sanguineum.
Lapathum hortense, siue domesticum, seu Spinacia semine spinoso, lege Spinacia, Matth.
Lapathum Ægyptiacum lactescens, lege Apocynum Syriacum.
Lapathiolum, lege Lapathum acutum.
Lapdanum, est vox corrupta à Ladano, nam Officinæ corruptè Lapdanum enunciant, vt dicemus in secunda parte Phytol.
Lappa maior, lege Arcium, ab arcendo dictum, quia cum habeat capitula leuiter hamata ab illis debemus cauere, ne vestibus adhæreant, arcet enim propulsat, & prohibet, ne hanc herbam tangere debeamus.
Lappa minor, lege Arctium minus.
Lappa agrestis Trag. lege Caucalis alia vulgaris Lugd.
Lappa boaria Plinij Lugd. Caucalis secunda Tab. Caucalis Monspeliaca echinato magno fructu, C. Bauh. Daucus Echinocarpos, aut Xanthiocarpos maior Thal. Echinophora altera asperior πλατύκαρπος, Col. [Lappa boaria dicitur, eò quia fructus huius herbæ cruribus boum adhæret. Aliorum nominum etyma inuenies in Caucalide secunda Tab.
Lappa syluestris Tragi, lege Circæa Lutetiana.
Lappa inuersa, lege Agrimonia, siue Eupatorium Græcorum.
Lappago, est Aparine vulgaris, siue Asperugo, ita nuncupata, ab asperioribus folijs, nam more lappaginis vestes apræhendit.
Lappago Plinij Ang. est Alsine hirsuta.
Lappago Plinij, Cæs. lege Rubia syluestris leuis.
Lappula canaria, vel canina lege Caucalis alia vulgaris.
Lappula rusticorum, Lugd. lege Cynoglossum minus.
Lappula hepatica est Eupatorium Græcorum, siue Agrimonia.
Lapsana, lege Lampsana.
Larga, resinæ species est à Larice dicta, vt dicemus in secunda parte Phytol.
Larigna lacryma, lege Larix in sec. parte Phytol.
Larix est arbor, cuius historiam in sec. parte Phytol. exarabimus.
Laser succus est Laserpitij, lege Laserpitium.

De Laserpitio. Synonyma, & Etymum.

Laserpitium Plinio. Laserpitium Veterum, C. Bauh. Altith Auicennæ. Asa quibusdam, Silphion Dioscoridis, & Theophrasti Græcis σίλφιον Italis Laserpitio.
Laserpitium species est Panacis, & dicitur, quasi Lactipicium, quia lac, seu succus huius herbæ picem redoleat. Nuncupatur etiam Cyrenaicum à loco natali, nam Cyrene est insigne Lybiæ oppidum. Ad nos succus adfertur, & Laser nominatur, sed propter odorem vehementem Asafætida dicitur. Asa enim est nomen corruptum à Laser; & Laser medicum, & Asa fœtida appellatur: hic enim succus primùm dictus Lactir, quoniam manat in modum lactis, deinde vsu deriuante Laser nominatum est. [Silphion dicitur Græcis, quasi σίλφον, σίλφος enim apud ipsos Græcos est odiosus, & quoniam gummi, quod exudat ex hac planta odiosum est naribus, ideo Silphion fortè dictus.

Laser-

Laserpitium, Ad. Lob. siue Sylphium Lugd. Laserpitum Gallicum C. Bauh. Laserpitium Massilioticum, Tab.
Laserpitium Lac. est Angelica satiua Matth.
Laserpitium Germanicum vulgare,& Laserpitium Ang. lege Leuisticum.
Lasimalum, Hesych. est Malum lanuginosum, nempe Cydonium lanuginosum, vt in secunda parte Phytol. dicetur.
Lassulata nonnullorum est Costus hortorum, nescio vnde.
Lata est fructus exoticus Clus. vt dicemus in secunda parte Phyt.

De Lathyride, siue Cataputia minore. Synonyma, & Etymum.

Lathyris, Matth. Dod. Lugd. Lon. Cam. Cast. Fuchs. Brunf. & aliorum. Lathyris, siue Cataputia minor secunda Trag. Lathyris maior C. Bauh. Cataputia vulgaris, Tartago Hispanorum Eyst. Cataputia Brunf. Cæs. minor, Lob. Tab. Granum regium minus Mesuæo, Alijs & Kerua minor. Græcis λάθυρις. Italis Cataputia minore.
Lathyris dicitur, nam λάθυρος est Cicercula: hinc Lathyris dicta, quia producit semina in folliculis more Cicerculæ. Vel ita appellata, nam aliqui hanc herbam τιθύμαλον vocant,& Tithymalorum numero ascribunt, quia lacteo turget succo. [Cataputia nuucupatur, nam Catapotion Græcis est medicamentum, quod deglutitur, καταπίνω est deglutio, hinc καταπότια, quia eius semina more pilularum degluti antur à Rusticis ad subducendam aluum, maiora, & minora aliquando producit folia: hinc Lathyridis, siue Cataputiæ maioris, & minoris nomine duæ figuræ apud Authores exhibentur, vt in secundo Tomo partis primæ Phyt. disseremus.

Lathyris minor Dalechampij Lugd. Lathyris minor conglomerato flore, C. Bauh.
Lathyris minima, Bauh. Cataputia pusilla, Cæsalp.
Lathyris leguminosa, lege Lathyrus satiuus.

De Lathyro, siue Cicercula. Synonyma, & Etymum.

Lathyrus satiuus flore fructuque albo, C. Bauh. Lathyrus Cicercula Dod. gal. Lathyrus satiuus angustifolius, Lugd. Lathyrus alter flore albo, Camer. Lathyris leguminosa angustifolia, Tab. Lathyris angustiore gramineo folio, Ad. Lob. Eruum Lacunæ album satiuum Fuchs. Pisum Græcorum satiuum, Trago. Phaseolus minor, aliquibus. Eruum angulosum, Cord. in Diosc. Cicercula, Ang. Lon. Cæs. Cast. Aracus alter, siue Lathyrus minor Dod. Græcis λάθυρον. Italis Cicerchia.
Lathyri, & Cicerculæ etymum lege Cicercula. Erui etymum lege Orobus. Aliorum nominum etyma lege suo loco.

Lathyrus syluestris, Dod. lege Cicercula Turner.
Lathyrus aruensis repens tuberosus, lege Astragalus aruensis.
Lathyrus flore purpureo, Cam. Lathyrus satiuus flore purpureo, C. Bauh. Aracus, siue Cicera Dod.
Lathyrus syluestris minor est Catanance, Ges. hor. Lugd.
Lathyrus angustifolius semine maculoso, lege Cicercula Ægyptiaca.
Lathyrus angustissimo folio Americanus, C. Bauh. Lathyrus peregrinus è cæruleo purpurascente flore, & suauiter rubescens Eyst. Orobus Americanus, Alijs.
Lathyrus syluestris floribus luteis, Thal. Lathyrus syluestris luteus folijs Viciæ, C.

Bauh. an Aracus flore luteo Aduer. Glandibus terrestribus congener flore luteo, Clus. pan. Legumen terræ glandibus simile, Dod.

Lathyron, lege Lathyrus satiuus, siue Cicercula.

Lauacrum, siue Labrum Veneris, lege Dipsacus satiuus.

Lauandou Chinensibus, lege Galanga, & Galanga minor Officinarum.

De Lauandula. Synonyma, & Etymum.

Lauandula maior, Cord. in Diosc. & hist. Lauandula mas, Lugd. latioribus folijs Cam. Lauandula altera longiore folio, & spica, Clus. hist. Lauandula latifolia, C. Bauh. Lauandula, Ang. cui. & Cneorum Theophrasti, Gef. hor. Dod. Ad. Lauanda, & Lauandula Alijs. Pseudonardus Matth. Cast. mas Fuch. at in icon. fœmina. Nardus Italica Matth. Lob. Germanica, Lon. Spica Nardus Germanica, Trag. Casia alba, Theoph. Dalech. in Plinium. Casia odorata herba Virgilij Nonnullis. Lauandula flore ceruleo, & Stœchas, siue Spica hortulana, Ger. Lauandula prima, & Spica hortulana flore albo, Tab. Iphyum Plinij Aliquibus. Italis Lauanda.

Lauandula dicitur, quoniam balneis, & hominum lauacris expetatur, omnibus rebus lotis, si permisceatur suauem relinquat odorem, & propter formam, & propter nomen cum Sthœchade Arabica, Stœchas, & Spica, & Nardus appellatur. Aliorum nominum etyma lege suo loco.

Lauandula minor, Cord. fœmina Lugd. Lauandula breuiore folio, & Spica Clus. hist. Lauandula angustifolia, C. Bauh. Spica Nardi, Cam. Spica Italica, & domestica Cæs. Spica Ad. Lauendula, Lob. Nardus vulgo dicta, Ges. hor. Stachys, Ang. Pseudonardus fęmina, Matth. Fuchs. flore est cæruleo habetur, & albo. Spica lauendula, & Lauendula alba Lob. ico. Spica vulgaris flore cæruleo, & flore albo, Eyst. Lauandula alba, & Spica alba, Tab. Lauandula flore albo, & Lauandula hortensis minima, Ger.

Lauendula multifido folio, Clus. hisp. & hist. Lob. Lugd. Lauandula folio dissecto, Cæs. Bauh. Lauandula secunda Tab. Stœchas multifida, Ger.

Lauendulæ folio arbor, Clus. exot. Frutex est Indiæ orientalis Lauendulæ folio, Bauh.

Laudanum est liquor ex Cisti folijs exudans, lege Cistus ladanifera in secunda parte Phytologiæ.

Lauer, lege Sium verum Matth.

Lauer minus, Lon. Lege Filipendula aquatica, vel palustris.

Lauer, siue Sium Dod. gal. & Lauer odoratum, lege Nasturtium aquaticum.

Laurentiana, & Laurentina vulgò, siue Herba S. Laurentij; lege Bugula.

De Laureola. Synonyma, & Etymum.

Laureola semper virens flore viridi, quibusdam Laureola mas. Laureola Brunf. Ges. hor. Dod. Daphnoides, siue Laureola, Ad. Lob. Lugd. Daphnoides Dioscoridis, Cæs. cui & Mezereon Arabum. Thymelæa folijs viridibus, Mesuæo. Thymelæa Trag. an Chamædaphne Matth. Lon. Lacun. Cast. cui & Laureola minor. Laurus pusilla Alijs, & Laureago, Renod. Græcis δαφνοειδὴς χαμαιδάφνη. Italis Lauriola, & Oriola.

Laureola dicitur à similitudine cum Lauri folijs. Daphnoides similiter, quia Græcis

εις δάφνη significat Laurus ob foliorum cum cum vera Lauro similitudinem. Chamedaphne appellatur, ideſt humilis pumilaque Laurus.

Laureola folio deciduo, flore purpureo. Officinis Laureola fęmina, Laureola fęmina, Laureola fęmina,& Daphnoides crocea, Lugd. Daphnoides noſtrum vulgare, Geſ. hor. Daphnis alterum,Lon. Chamedaphne, ſiue puſilla Laurus,Ad.Chamælea, ſiue Mezereon, Trag. Chamælea Germanica, Dod. Cam.Thal. Meſereum Germanicum, Lob. Laurus puſilla Eidem icon. Piper montanum, Ang. Geſ. hor. Thymelæa Cord. in Dioſc. Granum Cnidium quod Coccognidium appellatur, Cord. Alijs Cneorum album Theophraſti. nominum etyma,lege ſuo loco.

Laurus arbor eiuſque ſpecies in ſecunda parte Phytol. erunt recenſendæ.

Laurus regia Italorum, lege Laurus in ſecunda parte Phyt.

Laurus Tinus, lege Laurus ſylueſtris in ſecunda parte Phyt.

Laurus taxa, & Laurus Alexandrina, lege Bislingua.

Laurus Alexandrina nonnullorum eſt Polygonatum latifolium ramoſum.

Laurus puſilla, lege Laureola.

Lauroceraſus frutex, lege in ſecunda parte Phytol.

Laurio, à Gallis antiquitus nominatum Serpillum Authores affirmant.

Lea eſt Braſſicæ genus latis folijs è caule exeuntibus, lege Braſſica.

Lechyas fructus Prunis ſimilis, vt dicemus in ſecunda parte Phyt.

Lecithos Nonnullis eſt Piſum, quòd eius color vitello, nimirum oui luteo non ſit abſimilis, nam Græcis λέκιθος eſt vitellus, ideſt oui luteum. Alijs verò exponitur pulmentarium ex leguminum farina, ſiue leguminum lomentum elixatum.

Lectipes eſt Clinopodium vulgare Matthioli, ſiue Acinos.

Ledum, & Ledon frutex, & eius ſpecies in ſecunda parte Phyt. pauculis verbis complectar.

Legumen leoninum Ruellij, lege Orobanche Matth.

Legumina dicuntur iuxta Varronis mentem, quoniam non ſecantur, ſed vellendo leguntur, & propriè appellant ea ſemina cerealia ex quibus panis non fit,& ex terræ ſatis in ſiliquis naſcitur.

Lemna, & Lemma Theophraſti Lugd. lege Lenticula paluſtris Tab.

Lemonia malus, lege Malus limonia in ſecunda parte Phytol.

Lemonium, lege Limonium Matth.

Leimodoron Cluſ. hiſt. lege Limodorum.

De Lente. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Lens ouum eſt pediculorum capillis adhærens,ex quo poſtea pediculi generantur. Item eſt herba de qua in pręſenti.

Lens, Matth. Ang. Lob. Cęſ. Caſt. Lens maior, Bauh. Lens Italica Camer. Lens ſatiuus, & lenticulæ alterum genus, Trag. Lens maior Geſ. hor. Tab. Ger. Græcis φακός. Italis Lente.

Lens dicitur forrè ab effectu, nam qui ea veſcuntur, lenes, ac moderati fiunt. Vel quia humida, & lenta ſit, cum ſemper humi adhæreat. Vel Lens, quaſi lenis dicta, ideſt ſine ſtrijs,& rugis. [φακὸς Græcis appellata, quaſi φάος, nam φάος eſt lumen, lux, vel oculus, Lentis ènim ſemen figuram humoris criſtallini repræſentat: vel quia comeſta oculorum aciem hebetare credatur.

Lens minor, Lob. Dod. Lugd. Cam. epit. Ger. Lens vulgaris Bauh. Lens vulgaris, ſiue agreſtis, & lenticulæ primum genus, Trago. Lens Tab. Lon. Fuch. & aliorum.

Lens maior repens, Tab. lege Trifolium syluestre luteum siliqua cornuta.
Lens palustris, & Lacustris, lege Lenticula palustris.
Lentago, lege Laurus tinus alter in secunda parte Phytologiæ.
Lentibularia, lege Fœniculum aquaticum galericulatum, Tab.

De Lenticula, siue Lente palustri. Synonyma, & Etymum.

Lenticula palustris, Trag. Lenticula, Ad. Lenticula aquatica, Brunf. Thal. Lenticula palustris vulgaris, C. Bauh. Lens palustris, Dod. Lens palustris, Matth. Lac. Lob. Lugd. Ger. Lentigo aquatica Vueck. Muscus lenticulæ similis Diosc. Io. Bauh. Græcis ὑδρόφαος Italis Lente palustre, Pauarina, Pauarella.

Lenticula dicitur, quod foliolum sit lenticulæ forma, muscus scilicet lenticulæ similis. Hydrophaos dicitur quia in aquis viuat, nam ὕδωρ est aqua φάος verò est vita. Pauarina, & Pauarella appellatur, quia nascatur in locis vbi Anseres libenter degunt.

Lenticula palustris secunda, Tab. Lenticula palustris quadrifolia C. Bauh. Lens palustris altera Matth. Lac. Lugd. Cast. ap. Lenticulæ alterum genus, Gæs. Lemma, siue Lemna Theophrasti Lugd. & hæc altius mergitur in aqua. [Dicitur autem Lemma, quasi lepida λέπη enim dicuntur piscium squamæ, sicut λέμμα Græcis est cortex, & quoniam hæc herba longissimis, & tenuissimis, veluti filis ex profundo aquæ in summum emergentibus, in quorum fastigijs quaterna spectantur foliola squamis piscium simillima, ideò hoc nomine fuit insignita hæc planta.

Lenticula aquatica trisulca, lege Hederula palustris.

Lenticula palustris bifolia fructu tetragono, lege Callitriche Plinij, Colum.

Lenticula palustris latifolia punctata, C. Bauh. Stratiotes aquatica Dioscoridis, Cæsalp

Lenticula palustris Ægyptiaca, siue Stratiotes aquatica folijs Sedo maiore latioribus. Hayhalem elmaora, quasi dicas aquosum sedum, Stratiotes Dioscoridis, Alp.

Lenticula marina serratis folijs, Lob. Lugd. Tab. Vitis marina Theoph. Alga prima, Lem. occul. Fucus folliculaceus serrato folio, C. Bauh. Sargazo Acostæ Lugd. Acinariæ marinæ tertia species, Imper. [Lenticula marina dicitur à copiosis baccis quas profert lenticulis similibus.

Lenticula marina Serapionis, Tab. & Vua marina, quorundam, Lob. Lugd. Fucus folliculaceus linariæ folio.

Lenticularia, & Lenticularis Herbariorum, est Lens palustris.

Lentigo aquatica, lege Lens palustris.

Lentiscus, arbor est de qua in secunda parte Phytol. simpliciter, & apertè dicam.

Leo herba, lege Orobanche, Matth.

Leo Carduus ferox, lege Acarna minor, caule non folioso.

Leoninum folium, lege Leontopetalon.

Leontice, lege supra Cacalia.

Leontion apud Plinium, est Lithospermon, siue Milium Solis.

Leontobotanos, lege Orobanche, Matth.

De Leontopetalo. Synonyma. & Etymum.

Leontopetalum, Matth. Lob. Lon. Lugd. Lac. Cast. Cæs. Dod. Ges. hor. Ang. Eyst. Leontopetalon, idest Leoninum folium Aduers. Rhapeion Plinij. Nonnullis Bru-

maria

maria: Alijs verò Pata Leonis. Græcis λεοντοπέταλον, Italis Leontopetalo.

Leontopetalum dicitur, ideſt leoninum folium, nam Græcis λέων eſt Leo, πέταλον verò eſt folium, eò quia folium huius herbæ pedem leonis expanſum æmulatur. Rhapeion fortè dictũ quòd radices rapis ſimiles producat. Brumaria verò dicta, quoniam Bellonius bruma flores proferre ſcripſit. Pata fortè vocata quoniam πάθος Græcis eſt via calcata, ſeu trita, ſiue publica, hinc herba, quia naſcatur in locis, & vijs meridiem, ac orientem verſus ſpectantibus in Creta alijſque Prouincijs, Vel Pata Leonis, ideſt planta Leonis.

Leontopetalo affinis, lege Chryſogonum Dioſcoridis.

Leontopetalon alterum, Cæſ. lege Fumaria bulboſa.

Leontopodium vulgare, Matth. lege Gnaphalium maius.

Leontopodium Dioſcoridis Gnaphalium eſſe cenſetur, & à Plinio Cemos appellari, nonnulli exiſtimant; lege ſupra Cemos.

Leontopodium Creticum, lege Holoſteum, ſiue Leontopodium Creticum.

Leontoſtomum, lege Aquilina. Alijs Antirrhinum coronarium.

Lepides, lege Lepidium, ſiue Piperitis.

De Lepidio. Synonyma, & Etymum.

Lepidium, ſiue Piperitis, Matth. Trag. Cam. Lepidium Plinij, Lob. Dod. Lepidium Pauli, & Plinij Matth. Lugd. Cæſ. Lepidium magnum Fuchſ. Tur. maius, Cord. hiſt. Lepidium latifolium Bauh. Lepidium Æginetæ Geſ. hot. Tab. Raphanus ſylueſtris Officinarum, Lob. Ger. Piperitis Lon. Brunf. Dod. gal. Græcis λεπίδιον, Italis Piperite.

Lepidium dicitur, quod lepidas, ſeu ſquamas, & maculas in facie, & in quauis corporis parte deleat, & repurget λεπίδες enim Græcis ſunt ſquamæ. Vel ἀπὸ τοῦ λεπίζειν dictum, eò quia ſua acrimonia vrenti vlceret, & excoriet, eaque facultate, vel ferro notas fronti ſeruotum inuſtas deleat: nam λεπίζω, & λέπω apud ipſos Græcos eſt decortico, ſiue pellem detraho. Piperitis nuncupatur à ſapore Piperis, nam comeſta linguam mordet, & fauces ſicuti Piper inurit.

Lepidium annuum Lob. Lugd. eſt Lepidium glaſtifolium, Bauh.

Lepidium Dentellaria dictum, lege Dentellaria Rondeletij.

Lepidium ſylueſtre, ſiue campeſtre, lege Iberis, & Lepidium Matth.

Lepidium Dioſcoridis, quibuſdam eſt Coſtus hortorum, ſiue Mentha Græca, vel Sarracenica.

Lepidium minus, lege Naſturtium pratenſe magno flore.

Leblab, & Leplab, lege Lablab, ſiue Phaſeolus niger.

Leporina herba, & leporis palatium, eſt Sonchus leuis Laciniata, quod hoc animal, vt ab æſtu vindicetur, & caloris propulſet incommoda ſoleat ſub ramis eius decumbere.

Leporis auricula, Cæſ. eſt Scorpioides Bupleuri folio.

Leporis cuminum, lege Lagopus.

Leporinus pes, lege Lagopus.

Leptocarya Græcis dicuntur Auellanæ, vt in ſecunda parte Phytol.

Leptocentaurium eſt Centaurium minus, lege ſupra Centaurium minus.

Leptorages vuæ quædam dicuntur, & Leptoryges de quibus in ſecunda parte Phythologiæ.

Leucacantha, Dod. gal. eſt Carlina elatior Cluſ. hiſt.

Leucacantha, Lac. lege Carduus lacteus Matth.

Leuca-

Leucacantha Monspeliensium, Lugd. est Carduus tomentosus capitulis echinatis, Bauh.
Leucacantha quorundam Lugd. lege Carduus Solstitialis, Cam.
Leucanthemum Chamæmelum, lege Anthemis vulgatior.
Leucanthemum alpinum, Clus. pan. & hist, Pyrethrum alpinum Ges. hor. Chamæmelum alpinum inodorum, Bauh. [Leucanthemum dicitur à flore albo, nam Græcis λευκὸς est albus ἄνθος verò est flos.
Leucas, Cæs. & Leuce lege Galeopsis, dicitur etiam Mesoleucon à nonnullis, quod per medium folium linea alba transcurrat.
Leucas, & Leuce apud Alios dicitur Polium ab albido totius plantæ colore.
Leucena à nonnullis Castanea appellatur, vt dicemus in secunda parte Phytol.
Leuceron Alijs dicitur Leontopodium ab albido scilicet foliorum colore.
Leucographis Plinij, Lugd. lege Carduus lacteus, Matth.

De Leucoio bulboso. Synonyma, & Etymum.

Leucoium bulbosum Theophrasti Ges. hor. Thal. Leucoium bulbosum primum Tab. Leucoium bulbosum præcox maius Clus. pan. & hist. Leucoium bulbosum vulgare, C. Bauh. Viola alba Theophrasti Trag. cui, & Hemerocallida Dioscoridis, Fuch. Ges. cat. Viola alba bulbosa Fuchsij Lugd. Narcissus, & Viola alba, Tur. Narcissus aquaticus, Cæs. Narcissi candidi genus, Cord. in Diosc. Leuconarcissolirion pratense vernum paucioribus floribus, Ad. Leuconarcissolirion paucioribus floribus, Lob. Leuconarcissolirion vulgare, & Opition Theophrasti, Cam. in Matthiolum. Græcis λευκόιον. Italis Viola di Teofrasto.
Leucoium bulbosum dicitur à radice bulbosa, nimirum rotunda membranis suis tunicata, nam bulbi sunt radices rotundæ. [Leuconarcissolirion dicitur, quasi Lilionarcissus albus. λείριον Græcis est Lilium. [Opition nuncupatur eò quia Græcis ὀπήτιον est subula, qua aliquid perforatur, & quoniam flos à tenui pediculo dependens, tanquam à subula, quæ è vaginula oblonga erumpit, ideo tali nomine forsan fuit insignita hæc viola.
Leucoium bulbosum polyanthemum, Dod. Leucoium bulbosum maius Ger. Leucoium Serotinum maius, Clus. pan. Leucoium bulbosum maius, siue multiflorum, quod aliqui Acrocorion Plinij statuunt. Narcissoleucoium maius, Hispanicum, Suuer. Leuconarcissolirion pratense vernum, Ad. Lob. Acrocorion etymum, lege supra Acrocorion.

De Leucoio non bulboso. Synonyma, & Etymum.

Leucoium album, Matth. Lob. ob. Lugd. Tab. Ger. Leucoium candidum maius Dod. Leucoium album hortense fruticosum, Cam. Leucoium incanum maius, C. Bauh. Leucoium incano folio hortense. Viola candida, Trag. Viola alba, Lob. ico. Viola domestica, Ang. Viola matronalis alba, Tur. Fuch. [Leucoium album, & Viola alba dicitur, non ratione florum, sed potius à canitie, cinericioùe, & albo foliorum colore, nam flores quidem variant in colore: folia verò in omnibus Leucoijs alba apparent, λευκὸς Græcis est albus. Quamuis Violæ differentias in floribus ostendant, ratione diuersorum colorum, sed etiam ratione multiplicitatis, vt dicemus in secundo Tomo partis primæ Phytol. in Tractatu differentiarum.
Leucoium purpureum. Matth. Lugd. Dod. gal. Tab. Leucoium purpureum, vel rubrum, Bauh. Leucoium rubrum, & purpureum, Cam. Leucoium flore rubro simplici,

plici Eyſt. Leucoium purpureum, & aliud violaceum, Tab. Viola matronalis purpurea Fuch. Tur. Viola matronalis floribus rubentibus, aut ad purpuram inclinantibus, Cæſ.

Leucoium candidum minus,& annuum, Dod. Leucoium incanum minus Bauh. Viola alſioſa, & minor Trag. Alſioſa dicitur eò quia facilè à frigore læditur, & candidum leucoium à foliorum non florum colore nuncupatum.

Leucoium marinum latifolium, Ger. marinum aliud, Cam. Leucoium maritimum latifolium, Leucoium maritimum minus. Heſperis quorundam Lugd. Tripolium, Ang. Staurophora alijs, ſeu Crucifera.

Leucoium creticum Spinoſum, lege Glaſtiuida Cretenſium.

Leucoium montanum lunatum, & Leucoium Alyſſoides clypeatum lege Alyſſon, Dod.

Leucoium incanum ſiliquis rotundis, & marinum luteum, lege Eruca peregrina, Cluſ.

Leucoium luteum vulgare, Bauh. Leucoium aureum, Matth. Lugd. Leucoium ſatiuum luteum, Cluſ. Leucoium luteum Dod. Ad. Lugd. Caſt. Keiri, vel Cheiri, Geſ. hor. Lon. flos Keiri ſimplex minor, Eyſt. Viola lutea Trag. Fuch. Cæſ. Ger. Viola petrea lutea, Tab. Keiri, vel Cheiri, & Alcheiri vox eſt Arabica, & violam luteam ſignificat.

Leucoium luteum flore multiplici, Dod. Leucoium flore luteo pleno Eyſt. Leucoium ſiue Keiri duplici flore Ad. Lob. ico. leucoium luteum pleno flore Bauh. Viola petrea lutea multiplex, Tab.

Leucoium luteum ſylueſtre anguſtifolium, C. Bauh. Leucoium ſylueſtre flore luteo, Bry. Viola lutea ſylueſtris Trag. Leucoium ſylueſtre minus, Geſ. hor. Leucoium ſylueſtre Cluſ. hiſt. Ger. Cam. Viola muraria, & Viola ſaxatilis, ſiue Cheirella Alijs.

Leucoium paluſtre flore ſubceruleo, lege Gladiolus paluſtris.

Leucoium corniculatum ſaxatile, Col. Heſperis ſiliqua corniculata flore obſoleto, Bauh.

Leucoium montanum, Thal. lege Thlaſpi clypeatum.

Leucoium Alyſſoides vmbellatum montanum, lege Thlaſpi clypeatum.

Leucoium Syriacum, Cam. Leucoium melancholicum quibuſdam. Heſperis Syriaca, Cam. Cluſ. hiſt. Rauuolf. Heſperis peregrina ſiliquis articulatis,

Leucoium Andromachi apud nonnullos eſt Heſperis, & Heſperus humilis Hiſpanica repens, Chamæheſperus Alijs.

Leucoium cæruleum apud Dioſcoridem, Hermolaus putat eſſe Cyanum cæruleum ſegetum.

Leuconarciſſolirion, lege Leucoium bulboſum.

Leuconarciſsus æſtiuus, Bauh. Pſeudonarciſſus gramineo folio Eidem.

Leucophlæos Dalechampij arbor eſt, de qua in ſecunda parte Phyt.

Leucophyllos, dicitur planta albis veſtita folijs, nam Græcis λίυκος eſt albus φύλλον verò folium.

Leuicaules plantæ, dicuntur, quæ nodis geniculiſque carent.

De Le-

De Leuistico. Synonyma, & Etymum.

Leuisticum Brunf. Lob. Laserpitium Germanicum vulgare, Matth. Dod. Ad. Cæs. Lybisticum vulgare, Fuch. ico. Ligusticum Ges. hor. Lon. Tab. satiuum Trag. Cord. hist. vulgare, Dod. gal. Cam. Ligusticum vulgare, an Libanotis fertilis Theophrasti, C. Bauh. Laserpitium, Ang. Ger. Smyrnium Lac. Fuch. Hipposelinum, Lugd.

Leuisticum, Lybisticum, & Ligusticum nuncupatum, quia in Liguria potissimum crescat, & ibi sit laudatissimum, aliorum nominum etyma, lege suo loco.

Libadion Plinij apud aliquos, lege Centaurium minus Matth.

Libanium, & Libauium Nonnullis appellatur Borrago, nescio vnde.

Libanios, est vua odore thuris Plin. vt dicemus in secunda parte Phyt.

De Libanotide. Synonyma, & Etymum.

Libanotis alba maior, Tab. Libanotis latifolia maior, C.Bauh. Libanotis Theophrasti maior, Lob. Lugd. Ger. Rosmarinus Theophrasti, Ang. an Ligusticum alterum Matth. Cast. Elaphoboscum album Lon. Ceruaria alba nonnullis. Seseli Æthiopicum secundum, Clus. pan. & hist. Græcis λιβανῶτις.

Libanotis dicitur, quod radix thus redoleat λίβανος enim Græcis est thus, vel vt alij volunt à Libanotide puero in talem plantam mutato. Aliorum nominum etyma lege suo loco.

Libanotis alba minor, Tab. Libanotis Theophrasti minor, Lob. Libanotis panacea, Thal. Libanotis minor Apij folio, C.Bauh. Daucus angulofo caule, Cord. hist.

Libanotis alba Ges. hor. Tab. Libanotis tertia Dodonæi Lugd. Libanotis latifolia altera, siue vulgatior, Bauh. Libanotis Theoph. Dodonço gal. Ad. Lob. altera Thal. Libanotis minor, Ger. Seseli Æthiopicum herba, Dod. Dauci alterum genus Fuch. Tur. Lugd. Seseli primum, Trag. Æthiopicum, Matth. ico. Lac. Lon. Clus. hist.

Libanotis coronaria, lege Rosmarinus hortensis angustiore folio.

Libanotis nigra Dodonçi, Gæs. hor. Libanotis nigra communiter Ceruaria nigra Thal. Libanotis Theoph. nigra Tab. Ger. Libanotidis alterum genus, Dodon. gal. Lugd. Daucus Selinoides secundus Ad. Lob. Trag. Matth. Lugd. Daucus montanus Apij folio maior Bauh. Elaphoboscum nigrum, Lon. Seseli pannonicum, Clus. pan. montanum Eidem, hist. Seseli Peloponnense Fuch. ico. Cam. Ges. hor. Saxifragia Venetorum Ad.

Libanotis Ferulæ folio, lege Libanotis, seu Rosmarinum Matth.

Libanotis Theophrasti sterilis, Tab. lege Lactuca montana purpurea maior.

Libanotis latifolia Aquilegiæ folio, Bauh. prodr. Seseli Æthiopicum alterum, Cam.

De Libanotide, seu Rosmarino Matth. Synonyma, & Etymum.

Libanotis, seu Rosmarinum Matth. Lac. Lugd. Libanotis prima Dod. vel Cachryfera, Cam. Libanotis candida, Cæs. Libanotis ferulæ folio semine angulofo, Bauh. Cachryferior Libanotis Galeni, Lob. Rosmarinum primum, Ang. Cast. Rosmarinum ferulaceum fertile, Diosc. cuius semen Cachrys dicitur, Ad.

Libanotis etymum, lege supra Libanotis alba. Cachrys verò dicitur, nam Græcis κάχρυς est hordeum in furno tostum, vt facilius in farinam redigi possit: hinc plan-

planta ita appellata, quia semen producat hordeo tosto quodammodo simile. [Rosmarinum nuncupatur, eò quia folia subtilia, & densa, ad similitudinem fortè Rosmarini coronatij efformata apparent: ferulaceum verò dictum, quoniam tota planta ferulacea est,& Ferulam tota facie refert.

Libanotis nigra, Cæs. Libanotis secunda Dod. Tab. Libanotis fœniculi folio semine foliaceo, C. Bauh. Panax Asclepium, Ang. Cam. Rosmarinum alterum ferulaceum Dioscoridis, Lob. ob. Panacis Asclepij etymum, lege suo loco.

Liber in plantis propriè dicitur pars corticis interior, quæ pressius ligno adhæret quibus scribimus libris nomen dedit, ita dictus à liberato cortice, idest ablato. Est autem medium quoddam inter corticem,& lignum,vt diffusius agemus in secunda parte Phytol.

Libysticum vulgare Fuch. lege Leuisticum.

Libysticum, Leuisticum, & Ligusticum in officinis est Imperatoria.

Lichen Matth. & aliorum. Lichen petræus, & saxatilis, siue Lichen petræa, lege Hepatica Brunf.

Lichen arboreus, lege Muscus pulmonarius.

Lichen petreus vmbellatus, lege Hepatica tertia, Tab.

Lichen petreus stellatus, lege Hepatica secunda, Tab.

Lichen Dioscoridis, & Plinij alterum Col. Muscus crustæ modò arboribus, & petris adnascens, Bauh. Procura Valesianorum, Alijs. vt diffusius agemus in secunda parte Phytologiæ, quando de arboribus muscum generantibus erit sermo.

Lichen marinus Clus. hist. Corallina latifolia, & Opuntia marina Cortus. Fucus folio rotundo, Bauh. Sertolaria Imperati.

Lichen Plinij primus pileatus, Col. Lichen petreus cauliculo pileolum sustinente, Bauh.

Lichen primum Plinij, & Semperuiuum montanum lege Cotyledon altera Dod.

Licinia est genus oliuæ, quæ & Liciniana dicitur, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ. Apud Apuleium verò Licinia dicitur Verbena supina.

Licondo arbor vastæ magnitudinis in India, cuius historiam in secunda parte Phyt. manifestabimus.

Licopersicon Galeni Nonnullorum, lege Lycopersicon.

Lienosa aliquibus est Lingua ceruina, siue Hemionitis.

Lienaria Alijs, lege Lamium alba linea notatum.

Ligilium genus herbæ est apud Scriptores rei rusticæ, sed quid sit ignoratur.

Lignum in ipsis herbis dicitur illa pars, quæ in ligni duritiem concrescit, & siccatur, & quæ lignosum caulem proferrè dicuntur. In arboribus verò est pars arboris interna præcipuè in caudice quæ fissilis est, & dura: & lignum à legendo dictum, quia ligna caduca in agris legebantur, quibus ad focum vterentur. Vel lignum quasi λύχνος, nam lumen est Græcis, & aptum est flammis, & luminibus, vt dicemus in secunda parte, quando de arboribus erit sermo.

Lignum crucis, apud nonnullos, est Visci lignum, scilicet Viscum quercinum, & nomen hoc duxit à figura foliorum, quæ instar crucis vnà cum ramusculis quibus folia adhærent conspiciuntur, sicuti etiam ramulos crucis formam exprimere videmus. Alij verò lignum crucis, lignum Aloes interpretantur hoc est Agallochum, quæ arbor non immeritò lignum crucis, & Paradisi est appellata cum ex eo ligno fortasse arbitrati fuerint Saluatoris nostri Crucem sanctissimam confectam, & fabricatam fuisse. Sed de his copiosius agemus in secunda parte Phytolog.

Lignum sanctum, lege Guaiacum orientale in secunda parte Phytol.

Lignorum exoticorum variæ species in secunda parte Phytol. erunt examinandæ.

Ligulata, & Linguata Penæ, lege Bislingua.

De Ligustico. Synonyma, & Etymum.

Ligusticum, Matth. Cast. Lugd. Lac. verum Dod. gal. Ges. hor. Tab. sub Leuistico vulgari, Ger. ico. Ligusticum, quod Seseli Officinarum, Bauh. Seseli vulgò Siler montanum, cum nullo Seseli conueniens Ges. hor. Seseli Italicum Cast. Seseli Massilioticum, Cord. in Diosc. Siler montanum, Trag. Guil. Ad. Lob. Dod. Clus. hist. Siler montanum Seseli Peloponense Cæs. Græcis λιγυστικὸν, Galeno λιβυστικὸν. Italis Ligustico.

Ligusticum dicitur, quia vt plurimum in Liguria nascitur, Panacem aliqui vocant. Siler vocatur nomine à Sile deducto, quia pro Seseli semine vtuntur, ac veteres ipsum Seseli etiam Sili, & Seli vocabant.

Ligusticum folijs Cicutæ Bauh. Siler Creticum, Cam.

Ligusticum Ang. lege Astrantia Brunf.

Ligusticum montanum Herbariorum, & Belgarum, lege Seseli montanum Cicutæ folio.

Ligusticum alterum Matth. lege Libanotis alba maior.

Ligusticum vulgare, lege Leuisticum Brunf.

Ligustrum eiusque species in secunda parte Phyt. erunt recensendæ.

Ligustrum marinum apud Aliquos, est Halimus, quia folia ligustro similia producat.

Lilac Matthioli, lege Syringa cærulea in secunda parte Phyt.

Liliago Cord. lege Phalangium paruo flore non ramosum.

Lilialis, Iridis species est, & plerique syluestrem Iridem nominant à similitudine Lilij.

De Liliasphodelo luteo. Synonyma, & Etymum.

Liliasphodelus luteo flore, Clus. hist. Cam. Liriosphodelus luteus liliflorus, Ad. Lob, Liliago minor asphodelo affinis, Hemerocallis Dioscoridis videtur, Cæs. Lilium luteum Asphodeli radice, Bauh. Lilium non bulbosum luteum, Dod. Lugd. Ger. Asphodelus Liliaceus, Eyst. luteus Tab.

Liliasphodelus dicitur, quia participat naturam Lilij, & Asphodeli in flore lilium repræsentat in radice Asphodelum imitatur.

Liliasphodelus puniceus, Clus. hist. Liriosphodelus phæniceus, Lob. Lilium rubrum Asphodeli radice, Bauh. Lilium rubens arundinaceum, Ges. hor. Lilium rubrum non bulbosum Lugd. Lilium non bulbosum obsoleto colore rubens, Dod. Lilium non bulbosum siue arundinaceum; Cam. siue phœniceum, Ger. Lilium fatuum Eyst. Asphodelus liliaceus rubens, Tab. Liliago maior Asphodelo affinis, Cæs. Hemerocallis Diosc. Theoph. & Plinij.

Liliastrum à nonnullis appellatur Conuoluulus, fortè quia producat florem album, & quodammodo lilio similem.

Lilionarcissus luteus, sanguineus, puniceus, purpureus, lege Tulipa.

Lilionarcissus Orientalis Hemerocallidis Valentinę facie, est Narcissus Illyricus liliaceus.

De Lilio albo. Synonyma, & Etymum.

Lilium album Trag. Fuch. Lugd. Tab. Ges. hor. Ang. Lon. Lilium album vulgare, Cam.

Cam. Lilium candidum Cord. in Diosc. Ad. Lob. Dod. Lilium album flore erecto, & vulgare Bauh. Lilium siue Rosa Iunonis Apuleio. Lilium Matth. Lac. Cast. Cæs. Tur. Ambrosia, siue Lilium Nicandri, Ang. Flos regius Alijs. Græcis κρίνον καὶ λείριον. Italis Giglio bianco.

Lilium dicitur, Latinis, Græcis λείριον, quasi λεῖον, nempe læue, tersum, & politum, quia inter alios flores sit admodum læue, & lucidum, nam Græcis λεῖος exponitur læuis, non asper. [κρίνον etiam vocatur, quasi κρίμνον, idest farina. nam flos farina aspersus esse videtur. Rosa Iunonis, lege Flos regius.

Lilium album byzantinum πολυανθὲς Clusio, Lilium album floribus dependentibus, siue peregrinum, Bauh. Lilij albi species alia, Cam. Lilia candida Martagonis Constantinopolitani nomine insignita, Lob. Martagon album, Lilium candidum Byzantinum, Lob. ico. Sultan Zambach, siue Martagon Constantinopolitanum Clus. hist. Eyst. [Polyanthes dicitur idest multos habens flores.

Lilium purpureum Dioscoridis, Rubens Plinij. Lilium rubrum, siue aureum, Bruns. Lilium rubens, vel croceum alterum, Ges. hor. Lilium croceum, Fuch. Lon. croceo flore, Cæs. Lilium rufum Trag. Dod. gal. Lilium aureum maius Tab. Lilium purpurocroceum maius, Bauh. an Bulbus cruentus, Hippocrati. Hyacinthus, & Cosmosandalos Poetarum Dod. & Portæ Hemerocallis Diosc. Matth. Amat. Cast. Ang. Lac. Hemerocallis prima Matth. Cam. & Lugd. Martagon, Cast. ico. Martagon Chymistarum Lob. ico. Martagon radice alba, Ang.

Lilij etymum, lege supra. Cosmosandalos dicitur fortè eò quia ad ornamentum tantũ sit aptum, & ornamenti causa seritur, nam Græcis κόσμος est ornamentum, & ornatus. [Hemerocallis vocatur, idest flos vnico die seruans suam pulchritudinem, nam Græcis ἡμέρα est dies, καλὸς est pulcher. Martagon vox est apud Chymistas vsitata, fortè quia Chymistæ hac planta vtantur in suis compositionibus.

Lilium cruentum bulbos maiusculos squamatim compactos gerens, summo alis diuiso caule, Lob. ico. Lilium cruentum bulbos gerens, Lugd. Lilium bulbosum latifolium maius Bauh. Martagon rubrum, Tab. Martagon bulbiferum maius Clus. pan. vel primum Eidem hist.

Lilium cruentum quartum secundùm caulem bulbulis donatum, Lob. cruentum aliud, Lugd. Lilium cruentum bulbiferum, Eyst. Lilium purpureum tertium, Dod. Lilium rubens seminiferum, Ges. hor. Lilium bulbiferum minus, Bauh. Lilium rubens, vel croceum alterum, Alijs Hemerocallis prima, Matth. Bulbifera, Cam. Martagon bulbiferum minus, vel pratense, Clus. pan. Martagon bulbiferum tertium, vel Lilium puniceum bulbiferum tertium, Clus. hist.

Lilium montanum, Ad. Lob. siue syluestre secundum minus Clus. hist. Lilium montanum flore purpurascente punctatum, Eyst. Lilium alterum, Martagon Italis, quod Petilium Plinius appellat, Ama. Lilium floribus reflexis montanum Bauh. Lilium syluestre purpureo flore, Cæs. Lilium purpureum Fuch. Hyacinthus Poetarum, vel quintus Trag. Hemerocallis, Dod. gal. Cord. in Diosc. Ges. hor. Lon. Martagon, Matth. Lac. Lugd. Cast. desc. Marragon primum Ang.

Lilium montanum flauo flore, Lob. Lilium montanum magis flauo flore, & atrioribus maculis, Clus. cur. post. Lilium flauum angustifolium, Bauh. Lilium montanum

flore luteo punctatum, & non punctatum Eyst. Lilium montanum flauo flore maculis distinctum, & non distinctum, Clus. hist. Martagon, siue Hemerocallis punctata flauo flore, & Martagon non punctatum, flore flauo, & Martagon, siue Lilium de Canada auri colorem referens, flore intus nigris maculis asperso, Bry.

Lilium Sarracenicum, Tab. Lilium purpureum mas Gef. hor. Lilium syluestre primum, & maius Clus. pan. & hist. Lilium floribus reflexis alterum lanugine hirsutum Bauh.

Lilium Byzantinum, Calcedonicum, Zuphiniary dictum, lege Hemerocallis Bizantina.

Lilium, siue Corona Imperialis, lege Corona Imperialis.

Lilium persicum, Dod. & Hyacinthus spurius, Lob. Lugd. Tab. Cam. Eyst. Suuer Bry. Lilium Susianum Clus. pan. & hist. Pennacchio Persiano Italis.

Lilium gramineum, lege Phalangium non ramosum paruo flore.

Lilium inter spinas, lege Peryclimenum, siue Matrisylua.

Lilium luteum Asphodeli radice, & Lilium non bulbosum luteum, lege Liliasphodelus luteo flore.

Lilium non bulbosum, siue arundinaceum obsoleto colore rubens, lege Liliasphodelus puniceus.

De Lilio Conuallium. Synonyma, & Etymum.

Lilium conuallium, Matth. Trag. Gef. hor. Dod. Cam. Tab. Ger. Clus. hist. Cæs. Cast. Lugd. Lilium Conuallium, vel vernum Theophrasti, Ad. Lob. Lilium conuallium album, Bauh, Lilium conuallis, vel syluestre Brunf. Callyonimus, vel Chamæcytinus, Gef. hor. Ephemerum non lethale Fuch. Flos Maij Germanis, quia circa calendas Maij floreat. Gallis Muget, tanquam moschatum ob suauitatem odoris. Italis Lilio conuallio.

Lilium conuallium dicitur à loco natali, quia in conuallibus crescat, nempe in locis montibus, collibusque ex omni parte comprehensis. [Callyonimus vocatur, nimirum pulcher, & vtilis, nam Græcis καλὸς est pulcher ὄνειος vtilis, idest flos pulcher, & vtilis. Chamæcytinus nominatur, idest humilis cytinus nam huiusmodi flos quoad figuram tantum capitulum Mali punici repræsentat; κυτινοι enim Græcis flores mali punici nuncupantur, & χαμαὶ est humi, in terra, sed cum huiusmodi flores oriantur in terra Chamæcytini nominantur ad differentiam florum Mali punici, qui in sublime attolluntur.

Lilium conuallium rubrum, Tab. flore subrubro, Cam. Lilium conuallium floribus suauerubentibus, Lob. ico. Lilium conuallium flore incarnato Eyst. Lilium conuallium flore rubente Bauh.

Limax, & Limones, lege Malus Limonia in secunda parte Phytol.

Limeum herbam à Gallis appellatam, ab Helleboro non discrepare suspicatur Guilandinus.

Limeum Plinij, Ang. Lugd. lege Aconitum pardalianches, seu Thora dictum.

Limnesium Cord. lege Gratiola Matth. Limnesium, Limnites, & Limneum Alijs, teste Apuleio, est Centaurium paruum, ita nuncupatum, quia rigua amet loca, nam Græcis λίμνη est stagnum, palus, item lacus, λιμναῖος paluster, & lacuster hinc herba Limnesium dicta, quia in locis humidis nascatur.

Limnopeuce, lege Equisetum palustre breuioribus folijs.

Limodorum Austriacum, Clus. pan. est Orchis abortiua violacea Bauh. Pseudolimodoron, Clus. hist.

Limo-

Limodorum, siue Orobanche, Dod. lege Orobanche Matth.
Limones eiusque species, lege Malus limonia in secunda parte Phytologiæ.

De Limonio. Synonyma, & Etymum.

Limonium, Matth. Lac. cui, & Been rubrum, Lob. Cast. Ad. Cæs. Lugd. Ger. Limonium primum, Tab. Cam. Limonium maritimum maius Bauh. Lemonium aliquibus. Behen rubrum Officinarum Guil. Been rubrum, Limonio, seu Bistortæ cognata, Ges. hor. Valerianæ rubræ similis Dod. Beta syluestris nonnullorum. Neuroides Alijs Græcis λειμώνιον, καὶ νευροειδὴς Italis Limonio.

Limonium dicitur, quod ἐν λειμῶσι in pratis proueniat, λειμὼν Græcis est pratum. Beta syluestris nominatur, quoniam folia ad Betæ satiuæ similitudinem sint efformata. Neuroides verò vocatur idest neruosus nimirum validus, nam illi insunt cauliculi solidi, & validi, cum Græcis νεῦρον sit neruus νευρώδης verò neruosus, & validus: aliorum nominum etyma, lege suo loco.

Limonium peregrinum, Clus. cur. post. Limonium peregrinum folijs Asplenij, Bauh. Limonium Syriacum Eyst. Limonij elegans genus Rauuolf. & Lugd. ap. Cichorium globulare Imperati.

Limonium alterum exiguum, Cæs. Limonium paruum, Ger. Limonium paruum Narbonense oleæ folio, Ad. Lob. ico. Tab. Limonium maritimum minus oleæ folio Bauh. Limonium paruum Narbonense, Lugd. Cam.

Limonium Monspeliensium, lege Valeriana rubra.
Limonium Fuch. & Aliorum, lege Pyrola maior.
Limonium aliud Lugd. lege Herba Doria.
Limonium pratense Trag. lege Trifolium palustre
Limus arborum quid sit, lege in secunda parte Phytol.
Linagrostis Tab. lege Linum pratense Ges.

De Linaria. Synonyma, & Etymum.

Linaria vulgaris, Trag. Cam. Eyst. vulgò, Ges. hor. Cæs. Linaria vulgaris lutea flore maiore Bauh. Linaria, & Pseudolinum Brunf. Dod. Lon. Ger. Vrinaria, & Vrinalis aliquibus Tabinaria, Scroder. pharmac. Linariæ etymum, lege supra Beluedere, siue Linaria magna. Vrinaria, & Vrinalis dicta à vi diuretica, quia nostri temporis rustici existimant eius decoctum vrinam prouocare.

Linaria aurea, & Austriaca, lege Chrysocome Diosc.

Linaria cærulea, Cast. Lugd. Cam. Linaria altera purpurea Dod. Linaria purpurea elatior Eyst. Linaria purpurea maior odorata, Bauh. Linariæ purpureæ varietas, Lob. Osyris altera Dod. gal. [Osyris etymum, lege Beluedere.

Linaria montana, & Linaria adulterina, lege Anonymos tenuifolii Clus.

Linaria pumila, Clus. hisp. Linaria valentina, Ger. ico. Linaria Hispanica quinta Clus. hist. Linaria pumila supina lutea Bauh. Osyris flaua syluestris, Lob. ico. Osyris minor, Tab.

Linaria cærulea repens, Bauh. Linaria paruo flore cæruleo, Cam. Linaria altera floribus purpurascentibus, Cæs. Linaria quarta Morauica secunda Clus. hist. Linaria minor Dalechampij Lugd. Osyris purpurocærulea repens Ad. Lob.

Lina-

Linaria quadrifolia supina, Bauh. Linaria alpina pumila Tab. Linaria alpina Gef. hor. & ep. Linaria Styriaca repens, Eyst. Linaria tertia Styriaca, Clus. hist. Linaria Pannonica secunda Clus. pan.

Linaria adulterina, & Linaria altera botryoides montana Col. lege Lithospermum Linariæ folio.

Linaria magna, lege Beluedere Gef.

Linaria hederæ folio, Col. lege Cymbalaria, Matth.

Linaria rubra, Lugd. lege Lysimachia Chamænerion dicta angustifolia Bauh.

Lingua auis, Passeris, vel Anseris est fructus, siue semen arboris Ornoglossum dictum, vt dicemus in secunda parte Phytolog.

Lingua Pagana, lege Bislingua, siue Hippoglossum.

Lingua agni, lege Arnoglossa.

Lingua passerina, lege Lithospermum linariæ folio.

Lingua ceruina Officinarum, lege Hemionitis Leon.

Lingua ceruina ramosa Col. lege Hemionitis altera Dalech.

Lingua Plinij Lugd. lege Ranunculus longifolius palustris maior, ita dictus quoniam folia linguam exertam referunt.

Lingua canina, lege Cynoglossum vulgare.

Lingua herba circa fontes, est Hemionitis, siue Phyllitis,

Lingua equi apud Hispanos, vt refert Matthiolus, est Hippoglossum, lege Bislingua.

Lingua bouis, bouina, siue bubula est Buglossum syluestre, siue Borrago.

Lingua maior Dalechampij, Lugd. lege Conyza aquatica folijs serratis.

Lingua serpentina, Cæs. lege Ophioglossum, Matth.

Linguata, & Ligulata Penæ, lege Bislingua.

Linocalamus nonnullis est Linum agreste, siue syluestre.

Linocarpos Thal. lege Linum pratense flosculis exiguis.

Linodesmon, & Linodesmus Gef. lege Cassutha.

Linopyrum est Melampyrum luteum angustifolium Bauh. & in Prodr. pro Melampyro luteo linariæ folio describitur. Melampyrum sextum Thal. [Linopyrum dicitur eò quia folia habeat Lino similia πυρὸς est triticum, siue frumentum, vnde herba, siue Triticum linifolium appellata.

Linosyris nuperorum Lob. lege Chrysocome Diosc. dicta Linosyris propter similitudinem, quam habet cum folijs linariæ.

Linospartum Theoph. Spartium Plinio, est Gramen sparteum primum panicula comosa Bauh. Spartum herba, Dod. Spartum Plinij Clus. Lob. Lugd. Spartum Plinij primum Tab. Ger. Iuncus Ibericus, siue Hispanicus Dalech. in Plinium. [Linospartum dicitur, quia Lini, & Sparti similitudinem habet, quasi Lineum spartum.

Linogenista Gazæ, Linospartum esse multi autumant.

Linospermon dicitur semen Lini, & à Græco sumitur, nam σπέρμα semen appellatur.

Linostrophon nonnulli Prassium esse volunt, Alij verò Marrubium vocant.

Linozostis, lege Mercurialis mas.

Linterna, lege Phylirea in secunda parte Phytol.

Linternum arbor, lege Alaternus in secunda parte Phytologiæ.

De Lino. Synonyma. & Etymum.

Linum ab omnibus authoribus hoc nomine insignitur. Linum Matth. Lac. Tur. Lon. Cæs. Lugd. Tab. Linum satiuum Trag. Dod. Bauh. Linum vulgare cæruleum,

Ad.

Ad. Lob. Linum latifolium Alijs Græcis λίνον. Italis Lino.

Linum dicitur, fortè à verbo antiquo λίνω teneo, quia lino omnia tenentur. Vel à linea dictum, quæ nendo protrahitur, vnde linea, & libella qua directiones, & parietum structuræ librantur.

Linum syluestre latifolium cæruleum hirsutum, reperitur, & Linum syluestre latifolium hirsutum candidum purpureis venis distinctum, necnon & syluestre angustifolium, de quibus omnibus in secundo Tomo partis primæ de differentijs Lini.

Linum syluestre luteum folijs subrotundis Bauh. est Campanula lutea linifolia, Ad. Lob. Lugd.

Linum syluestre minus, & linum pusillum, lege Chamælinum cæruleum.

Linum minimum stellatum, Bauh. Passerina minor saxatilis Alijs.

Linum pratense flosculis exiguis, Bauh. Linum syluestre exiguum Cam. ad Thal. Linum syluestre pusillum candicantibus floribus, Cam. Linocarpos Thal. Linum syluestre catharticum Park [Linocarpos dicitur, quia semen ad formam Lini satiui producit, nam Græcis καρπὸς est semen, siue fructus.

Linum marinum Imperati, lege Alga viridis capillaceo folio, & Conferua Plinij, Lob.

De Lino pratense. Synonyma, & Etymum.

Linum pratense Gef. col. Lon. Gnaphalium Diosc. Trag. Gnaphalion Tragi, Lugd. Gramen pratense tomentosum panicula sparsa Bauh. Gramen eriophorum Dod. Gramen tomentarium Ger. Gramen iunceum lanigerum, Thal. Gramen tomentosum, & Linagrostis Tab. Iuncus bombycinus, Ad. Lob. ico. Pseudolinum Cast. ico. Typha Diosc. Ang.

Linum pratense dicitur, quoniam in cacumine tomentum molle, & candidum inest, veluti linum, & in pratis frequentissimè crescit Linagrostis vocatur, eò quia floccos lino similes producat aliorum nominum etyma, lege suo loco.

Liparea Theophrasti Lugd. est Colutea vesicaria, vt dicemus in secunda parte Phyt.

Lippa Fici species, de qua in secunda parte Phyt.

Liquidambar resina est liquida, quæ ex India occidentali affertur, vt dicemus in secunda parte Phyt.

Liquiritia, lege Glycyrrhiza, Matth.

Liquiritiæ succus ex radicibus exprimitur, & in pastillos condensatur. Ex Hispania, vbi frequens est adfertur, atque ex Insulis Diomedæis, vulgò Tremiti.

Liquor in plantis est humor, qui secta, terebrata, castratatue planta, aut aliqua eius parte, quasi sanguis aperta vena per se fluit.

Lirenes fructus sunt herbæ cuiusdam apud Indos Occid. de quibus Ouied. hist. l. 7.

Lirionarcissus, lege Lilionarcissus.

Lirioasphodelus, lege Lilioasphodelus.

Lirium mas, lege Iris bulbosa lutea inodora.

Lirium alterum Theoph. lege Colchicum luteum, Lob.

Lithobryon coralloides, Colum. est muscus coralloides saxatilis cerui cornua referens, Bauh. Lithobryon dicitur idest muscus lapideus nam Græcis λίθος est lapis βρύον verò muscus.

Lithontribon Lugd. lege Polygonum minus, seu Millegrana maior.

Lithophyton marinum, lege Corallina fruticosa recta alba.

Lithoreoleucoion minimum supinum Col. est Leucoium saxatile thymi folio hirsutum cæruleopurpureum, Bauh. [Lithoreoleucoion dicitur propter affinitatem,

quam

quam habet cum Leucoijs, & quia nascatur in locis saxosis, & præruptis.

De Lithospermo. Synonyma, & Etymum.

Lithospermum maius erectum, Bauh. Lithospermum satiuum Fuch. ico. Lithospermum aruense, Tab. Lithospermum commune, Gesf. hor. Lithospermum alterum fruticosum Thal. Lithospermum vulgare minus, Cam. Milium solis satiuum Trag. Milium Soler, idest montium Mauritanis, quod in Montibus Soler frequenter nascatur: hinc vulgò Milium Solis ineptè dicitur, Bauh. Anchusæ tertiæ similis altera, Cæs. Saxifraga tertia Brunf. Græcis λιθόσπερμον. Italis Miglio del Sole. Ægonychon Alijs.

Lithospermum dicitur, à feminis duritie, nam Græcis λίθος est lapis σπέρμα est semen, quasi semen lapideum, idest lapidea duritie præditum, quod semina, tamquam calculos paruulos & durissimos proferat candore, & rotunditate margaritarum, duritia verò lapidea. Ægonychi etymum, lege supra Ægonychon.

Lithospermum aruense radice rubra, Bauh. Lithospermum tertium Dod. nigrum, Lithospermum syluestre Trag. Fuch. Cam. ep. Anchusa degener facie Milij Solis Lob. ico. Anchusa aruensis alba, Thal. Anchusa aruensis minor facie Milij Solis, Tab. Anchusa tertia Lithospermo congener Gesf. ap.

Lithospermum minus repens latifolium, Bauh. Lithospermum repens maius, Clus. pan. & hist. Lithospermum alterum Ang. Lithospermum vulgare maius, Cam. Lithospermum, Cæs. virgatum Thal. Lithospermum maius, Lob. Ad. Dod. Pulmonaria minor Dalechampij, Lugd.

Lithospermum arundinaceum forte Dioscoridis, & Plinij Bauh. Lithospermum maius, Trag. Gesf. hor. cui, & fruticosum. Lithospermum primum Lacun. arundinaceum Lugd. Lachryma vulgò Cæs. Lachryma Iobi, Ad. Clus. hist. Dod. Lob. Cast. Cam. Eyst. Lachryma Iodoci Gesf. hor. Arundo Lithospermos Alijs, an Coix Theophrasti. Italis Lagrima di Giob. Lachryma dicitur, eò quia semen, ad similitudinem lacrymæ, nimirum humoris ex flentum oculis manantis, sit efformatum Coix etymum, lege supra Coix.

Lithospermum linariæ folio Germanicum, Bauh. Lithospermum quartum exiguum. Dod. lat. Lithospermum minus, & exile Lon. Lithospermum syluestre minus, Dod. gal. Linaria altera botryoides montana, Col. Linaria a ultera ma Gasp. Scuuencfel. Lingua passerina Tab. Passerina Trag. Cam. Passerina linaria Ger. Passerina herbariorum vnicaulis, Ad. [Lingua passerina, & Passerina dicitur à figura folij, nam folia linguis passerum similia habet.

Lithospermum angustifolium vmbellatum, in cuius summitate flores quasi in vmbella dispositi, cærulei, parui, oblongi visuntur.

Lithospermum fruticosum angustifolium, & Lithospermum minus repens, lege Anchusa lignosior angustifolia.

Lithospermum Indicum nonnullorum, est Arundo Indica latifolia florida.

Lithothlaspi montanum fruticosius vermiculato acuto folio, Colum. est Thlaspi saxatile vermiculato folio, Bauh.

Lithothlaspi quartum carnoso rotundo folio, Colum. est Thlaspi paruum saxatile flore rubente Bauh.

Litho-

Lithoxyla sunt ligna lapidea, de quibus in secunda parte Phytologiæ erit sermo. Capite de Quercu lapidea.

Lobæ dicuntur culmi, siue comæ arundinaceæ in Milio Indico semen complectentes,

Lobi Græcis λοβοὶ, quasi siliquæ, attamen cum Lobi sint arborum fructus, de ijs igitur in secunda parte Phyt. diffusius agemus.

Lobus crassus, Clus. ex Insula S.Thomæ, lege Faba purgatrix latissima ex insula Diui Thomæ.

Lobus echinoidis Clus. exot. lege in secunda parte Phytologiæ.

Loc, Lac, aut Luc, Arabes, & Turcae Laccam appellant, quod hoc medicamentum in loch sine mellis crassitiem dissolueretur ad inficiendum,& ad alios vsus,vt dicemus in secunda parte Phytol.

Loca species est Tritici, lege Triticum Loca vocatum.

Loch, vel Looch, est vox Arabica, quæ significat humorem, vel succum plantæ ad mellis crassitudinem decoctum.

Locos fructus arboris in India nascentis, vt dicemus in secunda parte Phytol.

Loculamenta in plantis dicuntur conceptacula, & loca distincta, nempe seminum inuolucra, siue thecæ in quibus semen continetur Loculamenta dicta, quasi parui loci ad aliquid custodiendum destinati.

Locusta quibusdam Ges. lege Album olus Dod.

Locustæ sunt auenaceæ glumæ singulares cum seminibus ex longis filis dependentes ob quamdam similitudinem cum locustis dictæ.

Locustæ etiam gemmæ, oculi, siue calyces sunt florum prodromi, vel sunt folliculi quibus flores primum,mox seminum fœtus clauduntur.

Lolade, lege Arum Ægyptium Matth.

Lolium, lege Æra Dioscoridis. Lolium dicitur, quasi Lalium per antiphrasim; λαλιὰ apud Græcos est loquela,quia in panificijs sumptum loquelam adimat,& stupiditatem mentis inducat. Vel Lolium, quasi δόλιον à verbo græco δολόω decipio, & δόλος dolus, fraus, quia comestum nos decipiat, & caput dolosè petat.

Lolium rubrum Ger, Lolium murinum à nonnullis nuncupatur quia muribus sit infestum,forsitan comestum,vel quia mures forsan derodant radices illius cum in ædificiorum tectis sæpè proueniat, lege Phœnix Matth.

Lolium quibusdam flore paruæ rosæ, & Lolium Fuchsij, lege Githago.

Lomentum apud Græcos, in genere omnem farinam significare, vt inquit Diosc. & præcipuè in Zelandia farinam fabaceam Lomentum vocari Nonnulli affirmant.

De Lonchitide. Synonyma, & Etymum.

Lonchitis aspera maior, Matth. Cam. Lugd. Lonchitis altera mas, Tab. Lonchitis altera, Lac. Cast. Ang. Lon. eui,& Spicant Germanorum fortè à radice Indicam spicam referente. Lonchitis altera, quibusdam aspera, Cord. in Diosc. Ges. hor. Lonchitis Marantæ, Ger. ico. Lonchitis aspera, Bauh. Lanceolaris, aliquibus Græcis λογχῖτις τραχεῖα. Italis Lonchite.

Lonchitis dicitur, nam λόγχη Græcis est lancea. λογχίτης, qui fert lanceam: hinc herba ita nuncupata à seminis triangula figura cuspidi lanceolæ mucroniuè simili, & ob hanc causam Lanceolaris dicta. Trachia verò idest aspera, nam Græcis τραχὺς est asper, siue scaber.

Lonchitis aspera minor, Matth. Cam. Lugd. Lonchitis altera Dioscoridis Ad. Lob. Ges. Lonchitis altera fœmina, Tab. Lonchitis minor Bauh. Lonchitis læuis Neoterico-

tericorum Scolopendrium maius, Lon. Asplenum syluestre Lugd. Trag. Struthiopteris, Cord. hist. Thal. λογχῖτις λεία Diosc. [Asplenij,& Scolopendrię etymum lege suo loco. Struthiopteris dicitur nimirum Passeris ala, nam Græcis στρυθὸς est passer, πτερὸν verò est ala, eo quia folium huius herbę quodammodo passeris alam reprę sentare videtur.

Lonchitis folio Ceterach, Bauh. Lonchitis adulterina, Tab. Lonchitis Maranthæ, Lob. altera Maranthæ, Clus. hist. Lonchitis aspera Iluensis, Lugd. Lonchitis secunda Dalmatica, Ang. Ceterach genus in Ilua nascens, Cæs. Filicis genus, quæ Lonchitis altera, Clus. pan. Filicula petręa mas, Ger. ico. Pseudolonchitis aspera Matth. Lugd. Polypodium Iluense, Lugd. Nominum etyma, lege suo loco. Pseudolonchitis dicitur nimirum falsa Lonchitis.

Lonchitis maior, Cast. lege Iris tuberosa folio angulolo.

Lonchitis prior Dalech. lege Calceolus mariæ.

Longina nonnullis est Lonchitis aspera.

Lopima dicitur Castanea à cortice crassiore, qui Græcis λόπος dicitur, vt in secunda parte Phytologiæ differemus.

Lora, siue Lorea in vinorum genere habetur, vt diffusiùs agemus in secunda parte Phytologiæ.

Lotometra à nonnullis Lotus herba appellatur, Alijs panis genus est ex semine Loti herbæ confectum Plinius.

Lotopisum, siuè Lotus esculentus, lege Ierazuni Ponæ.

De Loto herba. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Lotus arbor est, & etiam herba.de arbore enim hic sermo non est,sed de ea suo loco, nempe in secunda parte Phytol. erit sermo.

Lotus vrbana. Matth. Satiua, Cast. satiua altera, Lugd. Lotus syluestris Fuch. ico. Tab. Cæs. Loti, siue Trifolij species Cord. in Diosc. Melilotus vera Ges. hor. Melilotus vulgaris, Lugd. Mel lotus officinarum Germaniæ Bauh. Melilotus Germanica, Ad. Lob. Cam. Gerar. flore luteo Eyst. Melilotus maior vulgaris Trag. Melilotus maius Brunf. Melilotus, Lac. Lon. Saxifraga lutea, Fuch. Saxifraga altera Lac. Trifolium odoratum primum, & secundum Dod. Thal. Græcis λωτὸς. Italis Loto, & Meliloto. Nostris verò Rhizotomis Solfanello appellatur, quia præ se ferat quodammodò odorem sulphuris.

Lotus dicitur fortè à verbo græco λῶ λῖς volo, expeto, desidero, quia tota planta ab animalibus desideratur, & summoperè expetitur pabuli gratia, sicuti fructus Loti arboris ab hominibus desiderantur. Aliqui verò λώτος vocem Ægyptiam esse existimant. [Melilotus nuncupatur, idest dulcis, & mellea Lotos à fragrante odore melleo, quem siccata herba emittit, & colore flauo, quasi meligenus, quia gignat mel, nempe suggerat apibus materiam mellis, ideò apibus gratus. Saxifragæ, & Trifolij etymum, lege suo loco,

Lotus Syluestris Ges. hor. Melilotus Italica Fuch. Ad. Lob. Ges. hor. Melilotus alia, Cæs. Melilotus corniculis reflexis maior Bauh. Meliloti quartum genus Fuch. ico. Melilotus maior, vel tertia species, Trag. Melilotus, siue Sertula Campana, Matth. Cord. in Diosc. Sertula Campana, Cast. Trifolium corniculatum secundum Dod. Thal.

Loti etymum, lege supra. Sertula Campana dicitur, quod eius flos coronamentis dicatus sit, nam ex illo coronæ, & serta factitata sunt; ideo nomen Sertulæ sibi vendicauit,

dicauit, & à nonnullis Corona regia etiam appellatur. Campanam verò indigitarunt, eò quia in Campania regione Italiæ sit frequentissima,& laudatissima.

Lotus sylucstris Matth. Ang. Cast. altera Lugd. Lotus vrbana, Lac. Tur. desc. Eyst. Lotus hortorum odora, Ad. Lob. Lotus satiua Fuch. ico. Cord. in Diosc. & hist. Ges. hor. Cam. Lotus hortensis odora, Bauh. Melilotus vera Tab. Singularis Alpini, Ponæ. Trifolium odoratum Fuch. Lon. Tur. Trifolium odoratum alterum, Dod. Lugd. Trifolium caballinum, & equinum, quod videlicet ab equis auidissimè in pabulo expetatur Ges. hor. μέλι σιτῶν Theophrasti, Mel frugum Gaza vertit. σῖτος Græcis est frumentum μέλι est mel.

Lotus pentaphyllos, Ges. hor. Lotus satiua Matth. edit. prima Lugd. Lotus siue Melilotus pentaphyllos minor glabra Bauh. Melilotum vulgò Cæs. Meliloti tertium genus, Fuch. ico. Melilotus coronata Ad. Lob. Melilotus Germanica Fuch. Lon. Meliloti exigui species altera, vel septima, & nobilis Trag. Trifolium corniculatum primum, Dod. Thal. Trifolium siliquosum minus, Tab. Ger. Trifolij species Cord. in Diosc. Pseudomelilotus, Cam. [Melilotus coronata dicitur, quoniam luteis floribus in modum coronæ dispositis in summitate cauliculorum oritur.

Lotus pulcherrima tetragonolobus, Cam. Eyst. Lotus ruber siliqua angulosa, Bauh. Lotus siliquosus rubro flore Clus. pan. & hist. Sandalida Cretica Italorum Trifolium siliquosum rubrum Gasp. Scuuencfelt. Tetragonolobus dicitur idest habens siliquam quadratam, nam Græcis τετράγωνος est quadrangulus, quadratus, τετρὰς quaternarius numerus γωνία angulus λοβὸς siliqua, vel foliculus quo semen veluti vagina clauditur.

Lotus satiua græca maculato folio, Bauh. Lotus satiua, Ang. & cum folium modò macula rufa modò nigra notatum sit,& caligini oculorum medeatur, à quibusdam τριφυλλομματῆ, idcò Trifolium oculatum vocatur, nam Græcis τρίφυλλον dicitur Trifolium ὄμμα verò oculus.

Lotus pentaphyllos siliquosus villosus, Bauh. Oxytriphyllon Scribonij, Lotus syluestris, Clus. hist. Oxytriphyllum alterum Scribonij, Ad. Lob. ico.
Lotus pentaphyllos incanus, lege Dorycnium Monspeliense Ger.
Lotus pentaphyllos siliqua cornuta, lege Ieranzuni Candiæ.
Lotus Ægyptia Bellonij, lege Arum Ægyptium Matth.
Lotus Ægyptia Alpini, lege Nymphæa alba, Matth.
Loto affinis vulneraria pratensis Bauh. lege Anthyllis prior Dod.
Lotus pentaphyllos vesicaria, lege Dorycnio similis.
Lotus pratensis siliquosus, Clus. hist. Lotus siliquosus luteo flore, Eidem pan. Lotus pratensis siliquosus luteus Bauh. Lotus trifolia siliquosa, Tab. Lotus trifolia pratensis siliquosa Monspeliensium, Ad. Lob. ico. Lotus trifolia corniculata, Ger.
Lotus latifolia Dalechampij, Lugd. Loto affinis hirsuta flore subrubente, Bauh. Anthyllis leguminosa purpurascente flore, Clus. pan. & hist.
Lotus asperior fruticosa, vel Narbonensis incana, Lob. Lugd. est Lotus fruticosus incanus siliquosus, Bauh.
Lotus Lybica Dalechampij, Lugd. est Lotus siliquosus glaber flore rotundo, Bauh. an Oxytriphylli genus, Clus. hisp.
Lotus quadrifolia, Tab. quadrifolium Phœum fuscum, Lob. Ad. Lugd. quadrifolium hortense album, Bauh. [Phœum dicitur fuscum, nam Græcis φαιὸς est fuscus

scus, subniger, qui medio est inter candidum, & nigrum colore.

Louan Arabum, lege Thus. siue Olibanum Officinarum in secunda parte Phyt,

Lucernula, lege Lychnis coronaria Dioscoridis.

Luciola Ges. lege Ophioglossum.

Luziola vulgò Cæs. lege Combretum Plinij.

Lucum, semen est frumenti Indici, quod Congiani Lucum vocant, vt dicemus in secundo Tomo partis primæ Phytologiæ Capite de Frumento Indico.

Lucumas fructus in India, Ioseph Acosta, de quo in secunda parte Phyt.

Luf in Officinis, lege Dracunculus maior, siue Dracontium.

Luffa Arabum Vesling. est Cucumis Ægyptius reticulatus, quem Chate nomine descripsit Prosper Alpinus, vt dicemus in secundo Tomo partis primæ Phytologiæ Capite de Cucumere Ægyptio.

Luiula, & Luliola, lege Alleluia.

Luma, est genus spinæ, quæ in pratis nascitur, & locis vliginosis, sic dicta quod Agricolæ eam è terra luunt, ideſt soluunt, Varro. Est fortè Anonis, siue Ononis.

Lumen oculorum à nonnullis Euphrasia nominatur.

Luminella vulgò, lege Euphrasia.

De Lunaria racemosa, siue Botryite. Synonyma, & Etymum.

Lunaria racemosa minor, vel vulgaris Bauh. Lunaria Botryitis, Thal. Cam. Eyst. Lunaria botryitis minor, Clus. hist. Lunaria minor, Matth. Ges. hor. Lon. Lugd. Cæs. Ger. Fuch. Lunaria vulgaris minor, Clus. hist. ap. alt. Lunaria Trag. Dod. Lunaria maior Cast. Lunaria petræa, Taura pastoribus Ges. de Lunarijs. Ruta Lunaria, vel Iecoraria, Tab. Epimedium Dioscoridis Col. Italis Lunaria dal grappo.

Lunaria recentioribus dicta à folijs Lunæ crescentis modò falcatis, botryites verò, ideſt racemosa à plurimis racemulis vtrinque thyrsulo hærentibus instar racemi vuæ, nam Græcis βότρυς est vua. Taura pastoribus nuncupata, quod Vaccæ hac degustata taurum requirant. [Ruta lunaria, vel Iecoraria vocata, quòd folia Rutæ quodammodo similia producat; vel quia folia æmulantur lobum hepatis. Epimedij etymum, lege suo loco.

Lunaria racemosa ramosa maior Bauh. Lunaria minor ramosa Camerarij, Clus. hist. Lunariæ rarior species, Cam. ep.

Lunaria racemosa multifido folio, Bauh. Lunaria botryitis πολύφυλλος, Thal. Lunaria ramosa Silesiaca, Cam. Lunaria minor ramosa, Clus. pan. & hist. [πολύφυλλος dicta ideſt multa habens folia, nam Græcis πόλυς est multus φύλλον verò est folium.

Lunaria minor rutaceo folio, Bauh. Lunaria botryitis πηγανόφυλλος Iunger in Cat. Altorff. πήγανον Græcis est Ruta.

Lunaria botryitis, lege Lunaria racemosa minor.

Lunaria raphanitis, lege Bolbonach radice rediuiua.

Lunaria Chymistarum, lege Ferrum equinum Matth.

Lunaria Magorum Arabum, quid sit ignoratur. Nonnulli verò Lunariam racemosam esse indigitant.

Lunaria quorundam Ang. lege Epimedium.

Lunaria arthritica, est Auricula Vrsi, Dod.

Luna-

Lunaria lutea aspera Ges. lege Alysson Dod. & Diosc.
Lunaria Burissa aliquibus, lege Scorpioides Matth.
Lunaria Nonnullorum est Phthora Valdensium, siue Thora eò quia folia habet rotunda.
Lunaria radiata Italorum, lege Trifolium siliqua falcata.
Lunaria græca, lege Bolbonach.
Lunaria rotunda est Lunaria græca siue Bolbonach.
Lunaria græca altera, & Lunaria odorata, lege Bolbonach. radice rediuiua. [Rediuiua dicitur, quia hyeme non marcescit.
Lunaria aliquibus est Soldanella Montana. Alijs verò est Numularia.
Lunaria, & Lunaris ab aliquibus Pæonia appellatur eò quia comitiali morbo laborantibus, quos lunaticos plerique appellant auxilietur, vt dicemus in tertio Tomo partis primæ Phytologiæ, quando de virtutibus herbarum verba fient.
Lunaria maior, seu Filix Lunaria, lege Filix aquatica Dod.
Lunaria minor, Cast. lege Ferrum equinum Matth.
Lunaria lutea Lugd. lege Thlaspi clypeatum.
Lunaria trifolia nonnullis, siue del Core, lege Epimedium.
Luparia Tragi est Aconitum Lycoctonum luteum, ab alijs Aconitum luteum ponticum. Napelli primum genus, Ces.
Lupha à Syris vocatur Arum.
Luph crispum est Arum Officinarum, siue Dracontium, lege Luf.
Luph planum, est Arisarum latifolium, siue Dracunculus minor.
Lupi crepitus, est fungus rotundus orbicularis, vt in fungorum historia abundè differemus.
Lupi nominantur Iridis flores, testis est Athenæus, quòd Lupino rictui labrisque similes sint.

De Lupino. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Lupinus dicitur, quod est Lupi, & est etiam herba de qua in præsenti.
Lupinus, & Lupinum ab omnibus ferè Authoribus hoc nomine decoratur. Lupinus, Matth. Lon. Tab. Cord. in Diosc. & aliorum. Lupinus communis, Ges. hor. Lupinus satiuus Ang. Dod. Lob. cui, & Faba ficulnea Germanis, à folio. Faba Lupina, Alijs. Lupinus albus Fuchs. Tur. Cam. albo flore Clus. hist. Lupinus vulgaris, Eyst. Lupinus satiuus flore albo, Bauh. Græcis θέρμος. Italis Lupino, & Louino.
Lupinus dicitur, quod sicut Lupus terram appetit, & in fame terra vescitur, ita Lupinus tellurem cuiuscumque generis amat, & in ea libentissimè crescit. [Vel sicuti Lupus animal terrorem animalibus incurit, ita hæc planta ab omnibus animalibus amaritudine sua se defendit, & intacta remanet. Græcis θέρμος fortè à verbo græco θέρω calefacio, θερμὸς calidus; hinc Lupinus ita vocatur, quia inter cætera legumina videatur calidior, vel quia ab Antiquis in aqua calida macerabatur, vt amaritudinem deponeret, & edulis fieret.

Lupinus syluestris, Matth. Ang. Dod. Lugd. Lupinus syluestris flosculis è cæruleo purpureis, Cam. ep. Lupinus syluestris segetum flore purpureo, Lob. Ad. Lupinus syluestris angustifolius flore cæruleo Eyst. Lupinus syluestris flore cæruleo, Ges. hor. Cam.

Lupinus flore luteo, Lob. Cam. in Matth. Ger. Lupinus syluestris luteus, Dod. gal. odoratus, Eyst. Lupinus flauo flore Clus. hist. Lupinus syluestris flore luteo, Bauh.

Lupi-

Lupinus Hispanicus flore luteo, Ges. hor. Lupinus luteus, Tab. Cam.
Lupinus Arabicus, siue pentaphyllon peregrinum, Ponæ Ital. Lupinus peregrinus pentaphyllos Bauh.
Lupinus syluestris, Cæs. lege Astragaloides, Dod.
Lupinus syluestris rusticis, Cæs. lege Onobrychis.

De Lupulo. Synonyma, & Etymum.

Lupulus, Matth. Dod. Tur. Clus. hist. Brunf. Tab. Lupus satiuus, & syluestris, Trag. Cast. Lon. Lugd. Lupulus mas, Bauh. Lupulus salictarius spontanea, Ad. Lupus reptitius, & volubilis folijs asperis, Mes. Lupus salictarius Fuch. Ges. hor. Lob. Lac.i (cui & Vitis Septentrionalium) Cæsalp. Bruscandula Alijs. Hubiolo, & Humulus Aliquibus voce à Germanis desumpta. In Græcia *βρυωνία* nominatur. Italis Lupolo. Bononiensibus Louertisi.

Lupulus dicitur, & Lupus, quia sicuti Lupus omnibus animalibus est infestus, ita hæc herba omnibus plantis est noxia, nam more Lupi depopulatur humidum substantiale plantarum, quibus adhæret, & numerosissimis folijs, & sarmentis illas emaciat. [Salictarius vocatur, quia more vitis saliendo alienis plantis adhæreat, & arbores scandat vel quia Salictis, idest Salicibus sit infestior. Bryonia nominatur à Bryoniæ similitudine, vnde Bruscandula appellata, quasi Brion scansile, vel, Bryonia scandens.

Lupulus Mechiocanus, Bauh. Indica radix Monardi, par. alt. Radix Carlo Sancto Monard. Lugd. Frag. Carolus Sanctus Cast.

Lupulus fœminina Cam. ep. & Bauh. Lupulus spontaneus sterilis, Gasp. Scuuencfelt, Lupus syluestris fœmina, Alijs. Sterilis dicitur, nam flosculi subpallidi sine fructu pereunt.

Lupus salictarius, lege Lupulus, Matth.

Lupulus syluaticus, Thal. est Trifolium pratense luteum capitulo lupuli, vel agrarium.

Lustrago apud Apuleium appellatur Verbena, forsitan ita vocata à lustrandis, & verendis aris, lege Verbena.

Lutea herba, lege Luteola.

Lutea Tinctorum, est Genistella Infectoria, de qua in secunda parte Phyt.

De Luteola, siue Lutea herba. Synonyma, & Etymum.

Luteola, Lob. Ger. Luteola herba Salicis folio, Bauh. Lutum herba, Dod. Herba lutea Lugd. Dod. gal. Lutea, vel Luteum Vitruuij, Cam. Ges. hor. Catanance Lon. Tab. Guadarella vulgò Cæs. Pseudostruthium Matth. Cast. Lugd. Eyst. Struthium, Lac. Ges. hor. Antirrhinon, Trag. Thal. Lugd. Arcopodium, Taber. Italis Guadarella, & Herba lutea.

Luteola dicitur ab effectu, quia in tinctoria arte frequentissimus eius vsus est, nam tota planta exsiccata panni lanei, & telæ lineæ candidæ quidem, colore luteo inficiuntur, & hanc ob caussam fortè Arcopodium nuncupatur, nam Græcis *ἀρκος*, est adiuuans vtilis. *ποδὸς* verò dicitur ima pars, seu radix cum precipuè radice ad id præstandum sit idonea. Struthium, & Pseudostruthium nominatur quoniam *στρουθὸς* Græcis est Passer; hinc herba fortè ita appellata, quia sit planta valdè calida, & sicca, & per consequens sit planta venerea; huius autem symbolum est passer, & metaphoricè *στρουθὸς* dicitur salax, & ad venerem nimium pronus, vt passer, vel à verbo græco *στρουθίζω*, radicula purgo, lanariæ herbæ succo mundum, ac candi-

candidum reddo, & hoc etymum Saponariæ herbæ competit. Aliorum nominum etyma, lege suo loco.

Luteola Cretica, Bauh. Struthium legitimum Dioscoridis, quæ χυμὴν in tota Græcia appellatur, qua Fullones in tingendo serico luteo vtuntur Hon. Belli ep. 2. ad Clus. χυμὸς enim Græcis est succus, quem plantæ prælo manuvè pressæ fundunt. Struthij etymum, lege suo loco.

Luteola herba folio cannabinæ, Bauh. lutea maior frutescens Cretica Ponæ ed. Ital. Lutea maxima Cretica Belli, Ponæ in Bal.

Lutus herba, lege Luteola herba.

De Lychnide coronaria. Synonyma, & Etymum.

Lychnis coronaria Diosc. satiua, Bauh. Lychnis, Matth. Lac. Cam. Lychnis satiua, vel coronaria Dod. gal. Ges. hor. Lychnis coronaria Lon. Ad. Lob. Ges. Lugd. Rosa marina satiua, Trag. Verbascum montanum Cord. in Diosc. Iouis flos. Theoph. Flamma, vel Flammula Iouis, Ges. hor. Candelaria, Genicularis, & Bellaria vulgò, à Romanis appellata, & Vallaria, & Lucernula. Græcis λυχνὶς. Italis Licnide coronaria.

Lychnis nuncupatur, ideſt Lucernula, nam Græcis λυχνὸς. eſt Lucerna, quia Antiqui lanugine huius plantæ prò gossypio in lucernis vtebantur, nam folia habet mollia, & hirsuta ad Lucernarum funiculos, siue ellychnia apta, circumuoluta verò, & exsiccata deinde oleo madefacta in lucernis vicem gossypij explere solebant, ideò flamma, vel flammula Iouis dicta propter eamdem rationem.[Coronaria etiam dicta, quia in coronas nectitur ob floris pulchritudinē in sertis enim nectebatur, & more Corymborū in coronis dependebat, ideò Corymbion etiam fuit appellata. [Rosa nuncupata, eò quia in colore, & effigie rosam paruam simplicem imitari videtur, propter flores rosea purpura rutilos. Marianam rosam, & Dominarum rosam vocabulo à Germanis desumpto, quem florem, etiam Cœli Rosam, & Cœli florem nominant, referente Dodoneo. Genicularis vocata ob frequentes geniculos in caule exiſtentes. Bellaria dicta, nam eius floribus, ad ornanda bellaria, nimirum dulciaria, quæ secundis mensis inseruiunt sępissimè Coqui vtantur. Vallaria verò nuncupata, quia circa valla scilicet aggeres nascatur.

Lychnis coronaria satiua multiplex, Bauh. Lychnis coronaria flore rubro pleno, Eyſt. Lychnis flore rubro pleno Bry. Lychnis coronaria floribus multiplicatis, Dod.

Lychnis Conſtantinopolitana, Chalcedonica, & Byzantina, lege flos Conſtantinopolitanus. Hic in Lectoris Botanici gratiam pag. seq. proponitur icon Lychnidis Conſtantinopolitanæ, siue Byzantinæ flore multiplici, nimirum floribus ita inter se arctè, & densiſſimè complicatis, vt pilam coccineam è longinquo repræsentare videatur, eius descriptionem in Tomo II. partis primæ Phyt. exhibebimus. Italis dicitur Scarlattea doppia à colore panni illius lanei, qui vulgo dicitur Scarlatto.

Lychnis flore coccineo minor, lege flos coccineus, Lugd.

Lychnis syluestris alba, lege Ocymaſtrum, seu Ocymoides Matth.

Lychnis alba multiflora, lege Ocymaſtrum multiflorum.

Lychnis syluestris purpurea, siue aquatica, lege Ocymoides purpureum, Ges.

Lychnis purpurea multiplex, lege Ocymoides flore pleno, Cam. ep.

Lychnis fullonia, lege Saponaria.

Lychnis

LYCHNIS CONSTANTINOPOLITANA

Flore multiplici, colore coccineo.



Lychnis noctiflora, lege Ocymoides noctiflorum, Cam.
Lychnis sylvestris semperuirens, siue frutescens myrtifolia, Been albo similis, lege Ocymoides fruticosum Cam.
Lychnis segetum maior, & aruensis, lege Githago rosæ marianæ genus.
Lychnis segetum rubra perfoliata, lege Vaccaria rubra.
Lychnis Monachorum Gesf. lege Armeria altera.
Lychnis syluestris, quæ Been album vulgo, lege Been album.
Lychnis syluestris viscosa rubra angustifolia Bauh. Lychnis viscosa syluestris flore incarnato, Eyst. Lychnis syluestris purpurea, Tab. Lychnis syluestris flore rubro Clus. pan. & hist. Ixocaulon. Hesperis quorundam, Thal. [ἰξόκαυλον Græcis exponitur habens caulem viscosum, nam ἰξὸς est viscum καυλὸς caulis, qui & scapus, & thyrsus dicitur; hinc herba ita appellata, quia viscoso, & tenaci quodam humore est aspersa.

Lychnis viscosa purpurea latifolia, leuis, C. Bauh. Lychnis syluestris prima, Clus. hist. Lychnidis fortè Antiquorum tertium genus, Cæsalp. Alsine purpurea, Lugd. Muscipula, Cam. Muscipula, siue Armoraria altera, Lob. Lugd. Viscaria satiua Tab. [Muscicapa, & Muscipula dicitur, quia decipiat muscas, nam dum muscæ conantur ad hanc herbam auolare eius glutino, tamquam in visco inhærescunt, & propter hanc rationem Viscaria etiam nuncupatur.

Lychnis syluestris viscosa rubra altera, C. Bauh. Lychnis syluestris tertia, Clus. hist. Lugd. Tab. Lychnis syluestris incana Ger. ico. Muscipula, Ad. Lob. cui, & Silene Theophrasti. Viscaria, Cast. Viscago maior, Cam. Silene Theophrasti fortè dicta, quasi Sielene à verbo græco σιαλίζω saliuam, & spumam emitto, cum tota planta spuma, & quasi saliua quadam sit referta. Aliorum nominum etyma lege suo loco.

Lychnis montana viscosa alba latifolia, Bauh. Lychnis syluestris secunda, vel albo flore prima pan. & hist. nona. Lychnis syluestris, Tab. flore albo, Eyst. floris Cuculi syluestre genus, Trag. Polemonium petreum, Gesf. Ocymoides minus, siue album Lugd. Odontis quorumdam flore candido, Cam. ἰξόκαυλον album Thal lege supra etymum.

Lychnis viscosa alba angustifolia maior, C. Bauh. Lychnis syluestris tertia, vel albo flore secunda, Clus. pan. & syluestris decima in hist. Caryophyllus minimus humilis alter exoticus, flore candido amœno, Lob. ico.

Lychnis viscosa flore muscoso, lege Sesamoides magnum Salmanticum Clus.
Lychnis, vel Ocimoides repens montanum, lege Ocimoides alpinum, Gesf.
Lychnis alpina pumila folio gramineo, lege Caryophyllus pumilio alpinus.
Lychnis hirta angustifolia Cretica, lege Ocimoides minus flore rubro Candiæ.
Lychnitis appellatur Verbascum apud Aliquos, ob densam lanuginem in folijs existentem, ad lumina lucernarum vtilis.
Lychnoides segetum nonnullorum est Githago, siue Pseudomelanthium.
Lycium arbor eiusque species, lege in secunda parte Phytol.
Lycoctonon, & eius species, lege Aconitum.
Lycoperficon Galeni, lege Aurea mala, Dod. vbi etymum inuenies.
Lycopersium Galeni secundum aliquos est Tanacetum, siue Flos Africanus, secundùm verò alios est Solanum pomiferum fructu rotundo striato molli.

Lycopodium, idest Pes Lupi, lege Muscus clauatus, & Pes Leoninus Lon.

De Lycopsi. Synonyma, & Etymum.

Lycopsis Bauh. Lycopsis, vel Lycopsis degener Anchusa Æginetæ, Ad. Lycopsis altera Anglica, Lob. Lugd. Cynoglossum, Matth. Lac. Lugd. Cynoglossa vera, Cast. Echion, Cæs. Echij altera species, Dod. Buglossum vulgare Lob. ico. Græcis λύκοψις.

Lycopsis dicitur ab hispida totius plantæ hirsutie, aspectum lupinum imitante. λύκος enim Græcis est Lupus ὄψις est facies, & aspectus, hinc herba ita appellata, idest Aspectus lupi.

Lycopsis, siue Branca Lupina Ang. lege Cardiaca, Matth.

Lycopsis Cord. in Diosc. lege Echium, Matth.

Lycopsis Lac. est Cynoglossum vulgare, Matth.

Lycopsis Lon. Lugd. est Buglossum syluestre minus, Cast. Buglossum syluestre minus alterum, & asperius, Bauh. Buglossa syluestris, Trag. Anchusa minor, Cord. hist.

Lycopsia, Ang. & Lycopsis, Dod. gal. est Buglossum vulgare Matth. Buglossum angustifolium maius, Bauh.

Lycopus Fuchs lege Cardiaca, Matth.

Lycostaphylon, est Sambucus aquatica, vt dicemus in secunda parte Phyt.

Lygos, siue Lygus frutex est ad iustæ penè arboris magnitudinem excrescens, vt dicemus in secunda parte Phytol.

Lyron secundum Nonnullos est Alisma, siue Damasonium.

De Lysimachia. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Lysimachia Thracia Cheronesi vrbs, ad Hellespontum ob terræ motum deserta: est etiam Lysimachia Ætoliæ vrbs ad Hydram lacum, quam, & ipsam sua ætate fuisse prostratam scribit Strabo. Lysimachia est herba, de qua in præsenti.

Lysimachia Matth. Lon. Lac. Lugd. Lysimachia lutea, Lob. Ad. Trag. Fuch. Cæs. Tab. Cam. Ger. Lysimachia lutea communis, Clus. hist. Lysimachia lutea maior, quæ Dioscoridis, Bauh. Lysimachium luteum, Ges. hor. Thal. Lysimachium verum Dod. gal. legitimum, Eidem. Salicaria, Ges. hor. Græcis λυσιμάχιον. Italis Lisimachia.

Lysimachia dicta censetur à Rege Lysimacho Agatoclis filio eius inuentore, vel à Lysimachia Thraciæ vrbe, in qua copiosissimè crescit. Salicaria etiam à foliorum cum Salicis folijs similitudine vocatur, siue quod subter Salices crescat.

Lysimachia lutea altera, Clus. pan. & hist. Lysimachia lutea Pannonica maior, Eyst. Lysimachia lutea minor, folijs nigris punctis notatis, Bauh. Lysimachia lutea in alis foliorum florens, Cæs. Variant in folijs quaternis, & etiam ternis, vt dicemus in secundo Tomo partis primæ Phyt. in Tractatu differentiarum.

Lysimachia lutea altera, Lob. Clus. hist. Lysimachia bifolia flore globoso luteo, Bauh. Lysimachium aquatile, Dod.

Lysimachia lutea altera, ἑξάνθος, Col. Lysimachia trifolia lutea spicata, Bauh. [ἑξάνθος dicitur, idest sex flores habens, nam Græcis ἕξ est sex, ἄνθος verò est flos.

Lysima-

Lyſimachia ſiliquoſa Ger. prima, Tab. Lyſimachia, ſeu Salicaria altera, Trag. Lyſimachia ſecunda, & tertia flore purpureo, vel rubro, Lon. Lyſimachia ſiliquoſa hirſuta magno flore C. Bauh. Lyſimachiæ purpureæ primum genus, Fuch. ico. Tur. Lyſimachij maioris purpurei prima ſpecies, Thal. Lyſimachium purpureum primum Dod. gal. Lugd. Antoniana maior hirſuta, Geſ. hor. Epilobij quarta ſpecies Geſ. ad Cord. Onagra campeſtris hirſuta, Cæſ. [Nominum etyma, lege ſupra Antoniana, ſiue S. Antonij herba.

Lyſimachia ſiliquoſa glabra maior, Bauh. Lyſimachia ſiliquoſa flore albo, Tab. Lyſimachia ſiliquoſa, Ad. Lob. Caſt. maior, Cluſ. hiſt. Lyſimachia campeſtris, Ger. S. Antonij herba tertia Geſ. ad Cord. cui, & Filius ante patrem. Onagræ genus alterum Cæſ. Pſeudolyſimachium purpureum primum Dod.

Lyſimachia ſiliquoſa glabra minor, Bauh. Lyſimachia minor, & tertia, Tab. Lyſimachiæ ſiliquoſæ varietas, Ad. Lyſimachiæ medium genus Thal. Filius ante patrem minor, Geſ. col.

Lyſimachia Chamænerion dicta latifolia, lege Antoniana, ſiue Sancti Antonij herba maxima.

Lyſimachia Chamænerion dicta anguſtifolia, Bauh. Lyſimachia ſiliquoſa alia Lugd. tertia Cluſ. hiſt. Lyſimachiæ ſiliquoſæ varietas altera, Ad. Lyſimachiæ ſpecies in vliginoſis, Thal. Linaria rubra, Lugd. Pſeudolyſimachium purpureum minus Dod. Chamænerion Geſneri, ſeu Delphinium buccinum Dioſc. Lob. Epilobium, ideſt ἴον ἐπὶ λόβῳ Viola ſuper ſiliquam, ſextum Geſ. ad Cord.

Lyſimachia altera, Matth. Caſt. Lugd. Lac. Eyſt. Lyſimachia purpurea communis maior, Cluſ. hiſt. Lyſimachia ſpicata purpurea fortè Plinij Bauh. Lyſimachia flore purpuraſcente, Ang. Lyſimachia fortè Pliniana, Ad. Lyſimachia purpurea ſpicata Ger. Lyſimachium purpureum Geſ. hor. Thal. purpureum alterum, Dod. gal. Pſeudolyſimachium purpureum alterum, Dod. Solidaginis Sarracenicæ alia ſpecies, Trag. Solidaginis etymum, lege ſuo loco.

Lyſimachia cærulea hortenſis, Lob. Lugd. Ad. Lyſimachia ſpicata cærulea, Bauh. Lyſimachia cæruleo flore Cluſ. hiſt. Lyſimachium cæruleum, Dod. gal. Lyſimachij tertium genus, Dod. Geſ. hor. Pſeudolyſimachium cæruleum, Veronica recta cærulea Eyſtett. Veronicæ etymum, lege ſuo loco.

Lyſimachia cærulea galericulata, vel Gratiola cærulea Bauh. Lyſimachia flore cæruleo galericulato, Cam. Lyſimachia galericulata, Cluſ. hiſt. Lob. Lugd. Gratia Dei Cæſ. Herba Iudaica altera Dod. Belg. Sideritis cærulea Thal. Tertianaria, Tab. [Tertianaria nuncupata, quia ex vino decocta Tertianas ſanare experimento conſtat.

Lyſimachia rubra minima, Cluſ. hiſt. Lyſimachia lini folia purpurocærulea, Bauh.
Lyſimachia purpurea ſpicata, lege Lyſimachia altera Matth.
Lyſimachia galericulata, lege Lyſimachia cærulea galericulata.
Lyſimachium, lege ſupra Lyſimachia, Matth.

M



Acahalef aqua cordialis est ex floribus Calaf. arboris parata in Ægypto, vt dicemus in secunda parte Phyt.

Macaleb, Macalep, Macholebum,& Mahaleb arbor est de qua in secunda parte Phytol.

Macedonica lingua, apud Apuleium, appellatur Cynoglossa.

Macer veterum, & macit, cortex est arboris sui nominis, vt dicemus in secunda parte Phyt.

Macerone Vulgi, lege Hippoſelinum, ita dictum, vt nonnulli volunt quia iuxta maceries oriatur,& vbicumque loco conualescit, quoniam, & vmbra gaudet.

Macia, apud Marcellum, est Anagallis, sed inter voces spurias extat apud Dioscoridem.

Macis Officinarum cortex est nucis moschatæ reticulatus, vt dicemus in secunda parte Phytol. Capite de Nuce Moschata.

Macocquuer fructus, peponibus, melonibus,& cucurbitis valdè similis, descr. Virgin. Pepo Virginianus Bauh.

Macouna, & Macuma Indorum, Clus. ad Monard. est Phaseolus Brasilianus Macouna dictus.

Macropiper est Piperis longi species, vt dicemus in secunda parte Phyt.

Madian fructus in India, ex ciuitate Dachen de quo in secunda parte Phyt.

Madon, sec. Plinium nonnullis est vitis Latinis. Græcis ἀμπελολεύκη lege supra Bryonia alba.

Madrepora Imperati, est Corallijs affinis,& potissimum porositate, vnde nomen habet.

Madr ya dicuntur Pruna, vt in secunda parte Phytol. dicetur.

Maggai lignum Guaiaco viribus simile, Fragosus, de quo in secunda parte Phytol.

Magistrantia, Cam. lege Astrantia, Brunf. & aliorum.

Magma in herbis est illud terrestre lignosumquè quod superest ex expressis manibus aut prælo, folijs.

Magnas arbor Persicæ similis putamine villoso, vt dicemus in secunda parte Phyt.

Maguei arbor, ex cuius folijs Mexicani papyrum,& Pergamenum conficiunt, de qua in secunda parte Phyt.

Magudaris, siue, vt alij scribunt Magydaris caulis esse creditur ex laserpitij radice nascens. Alij verò Laserpitij speciem esse autumant, Plinius. Alij Angelicam syluestrem faciunt.

Mahaleb, Matth. arbor Cerafo affinis, de qua in secunda parte Phyt.

Mahaleb, Serapionis est Phillyreæ species, vt dicemus in secunda parte Phyt.

Mangummenauck. Virginiæ fructus est exoticus, de quo in secunda parte Phyt.

Maiele, Cord. obs. lege Primula Veris flore rubro.

Maiorana vulgò, lege Amaracus Matth.

De Maiorana tenuifolia. Synonyma, & Etymum.

Maiorana tenuifolia, Tab. Ger. Bauh. Maiorana tenuior, & minor Dod. Maiorana gentilis, Tur. Maiorana nobilis, Brunf. Ang. satiua Lon. Trag. Amaracus tenuior Lob. Ad. tenuifolia vrbana, Cam. Amaracus, siue Maiorana tenuifolia Matth. Cast.

Lugd.

Lugd. Amaracus Sampſucum Geſ. hor. Itali Perſam, & minorem Perſam Gentilem nominant; nimirum Maggiorana gentile. Nominum etyma, lege ſupra Amaracus. Maiorana ita appellata, quod maiori cura diligentiaque, quam ceteræ colatur, feraturque in fictilibus à matronis, & conſeruetur.

Maiorana Syriaca, vel Cretica, lege Marum Syriacum.

Maiorana ſylueſtris Trag. Geſ. hor. Maiorana ſylueſtris perennis, & Cam. Bauh. Origano cognata maiorana maior, Alijs.

Maiorana maſtichen redolens eſt Marum, ſiue Maſtic Gallorum.

Maiorana ſylueſtris latifolia, Bauh. Maiorana ſylueſtris Cam. Amaracus ſylueſtris folijs latioribus, Eidem.

Maiorana maior Anglica, lege Origanum Heracleoticum.

Mays, & Mayz Occidentalium, Maizum, & Maizium, lege Frumentum Indicum.

Mala, & variæ eorum ſpecies, lege Malus arbor in ſecunda parte parte Phytol.

Mala Æthiopica, Dod. lege Solanum pomiferum fructu rotundo ſtriato duro.

Mala inſana Trag. lege Solanum pomiferum fructu oblongo. Latini Malam inſanam dixerunt, quia putarunt earum eſu inſaniam generari.

Mala inſana, Cæſ. lege Aurea Mala, Dod.

Mala Peruuiana, lege Aurea mala Dod.

Malabathrum, folium eſt Nardi odore, & Folium barbaricum, quod ex India aduehitur, lege in ſecunda parte Phyt.

Malache, lege Malua Matth.

Malachra, ſiue Maldachon arbor eſt in Bactriana regione, vt dicemus in 2.p. Phyt.

Malacociſſos, Lugd. lege Hedera terreſtris Matth. Dicta Malacociſſos, ideſt Hedera Maluacea nam μαλάχη eſt Malua κίσσος verò eſt Hedera, lege ſupra etymum.

Malacociſſos Damocratis, Ang. lege Smilax leuis Matth.

Malacociſſum Damocrati Geſ. lege Bryonia nigra Gerar.

Malacociſſus maior, Lugd. eſt Caltha paluſtris flore ſimplici.

Malacociſſus minor Fuch. lege Chelidonium minus Matth.

Malacodendron ideſt Malua arborea, Græcis μαλάχη eſt Malua δένδρον verò arbor, lege Malua maior, ſiue arborea.

Malorquiana herba Hiſpanis dicta eſt Corallina.

Malicorium, Mali punici, ſiue granati putamen eſt, vt dicemus in ſecunda parte Phytologiæ.

Malinathalla, lege Cyperus eſculentus, dicitur autem Malinathalla, ideſt valdè regerminans, nam radice vnica ſata ſe propagat innumeraſque producit, nam Græcis μάλα eſt aduerbium, quod ſignificat valdè, & ἀναθάλλω repullulo, regermino, vel vt alijs placet, quia naſcatur in terra, quam Malinathallam appellant, non procul à fluuio Nilo in locis arenoſis.

Maloion à quibuſdam appellata eſt Lychnis coronaria, ſed inter nomina notha recenſetur.

Malope Plinij, lege Malua maior, Matth.

Malthum à recentioribus nuncupatum eſt granum hordei aqua maceratum, donec intumuerit, deinde germen emittit, ac poſtremo cum ipſis germinibus, ſiue enatis ligulis reſiccatum eſt, ita nuncupatum à verbo græco μαλθόω mollio. Byne etiam nuncupatur, vt ſcripſit Aetius, lege Byne.

De Malua. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Malua Africæ fluuius Cæſarienſem Mauritaniam à Tingitana dirimens, teſte Ptolemęo. Malua eſt etiam herba, de qua in præſenti.

Malua Matth. Cast. Brunf. Lac. Malua vulgaris, Lugd. vulgatissima, Trag. Malua agrestis minor, Gesf. hor. Malua minor, Lon. syluestris minor, Tab. vulgaris minor Cam. Malua syluestris folio rotundo Bauh. Malua syluestris repens pumila, Lob. Lugd. Ger. Malua syluestris pumila Fuch. Dod. Tur. Thal. Malua syluestris, Ang. Ad. syluestris supina, Cord. hist. Omnimorbia Antiquorum Malua Officinarum. Græcis μαλάχη. Italis Malua.

Malua dicitur, quasi Molua, vel mollis, eò quod aluum molliat, nam cum Lactuca Antiqui in acetarijs vtebantur, ad subducendam aluum. Græcis μαλάχη vocatur à μαλάσσω mollio, nimirum ab emolliendo ventre. [Omnimorbia ab antiquis vocata, ob insignem prærogatiuam, quam habet in omnibus ferè morbis.

Malua vulgaris procerior, Lob. maior Lon. Maluæ vulgaris altera species, Trag. Malua syluestris vulgaris, Cord. in Diosc. Syluestris procerior, Dod. Ad. Malua syluestris elatior, Fuch. Dod. gal. Malua syluestris folio sinuato, Bauh. Malua vulgaris maior Cam. Malua erratica secunda, vel Malua equina, Brunf. Malua syluestris maior, Gesf. hor. Lugd. Tab. Thal. Malua flore subrubente, Cesalp.

Malua crispa Gesf. hor. Tab. Dod. Cam. Ger. Eyst. Malua satiua laciniosa, Cord. in Diosc. Maluæ species sinuosa Eidem. Malua crispatis oris, Lob. Malua folijs crispis Bauh. Althæa crispa, & maior Gesf. hor.

Malua hederaceo folio, Bauh. Malua hederacea, siue montana Matth. ep. Cast. Malua quarta Eidem Matth. Malua maior tertia Lugd.

Malua maior, Matth. arborea eidem, quarta, siue hortensis, Tab. Malua hortulana Brunf. Malua satiua Antiquorum, quæ cultu arborescit, Theoph. Malope Plinij. Malua maior vnicaulis Matth. Cast. Malua Romana Gesf. hor. Malua rosea fruticosa Ad. Lob. rosea simplici flore, Lugd. Malua rosea folio subrotundo, Bauh. Malua satiua, Dod. gal. Anguil. Maluæ alterum genus, Cæsalp. Anadendromalache Galeni, Alijs & Dendromalache, & Malacodendron. Hastula regia, & Sceptrum Aliquibus. Italis vulgò Maluone, & Rosone. Nominum etyma, lege supra suis locis.

Malua rosea multiplex, Lob. Lugd. Tab. Malua rosea folio subrotundo, flore pleno, Bauh. Malua maior vnicaulis multiplex, Cast. Malua Romana multiplex, Trag. Gesf. hor. Malua hortensis multiplici flore Dod.

Malua arborea, Matth. ep. ico. Cast. & maior vnicaulis, Matth. ep. desf. Malua arborea Veneta dicta paruo flore Bauh. Malua arborescens, Gesf. hor. Dod. Cam. Cæsalp. Eyst. Malua maior altera, Matth. Lugd. Flos Maluarum colore variat, vt dicemus in secundo Tomo partis primæ Phytol. capite de differentijs.

Malua Theophrasti, lege Abutilon Auicennæ.

Malua montana, siue Alcea rotundifolia laciniata, Col. Alcea folio rotundo laciniato, Bauh. Alcea peregrina Clus. hist. an Alcea tenuifolia Cord. Thal.

Malua rosea simplex peregrina, Tab. Gerar. Malua rosea folio ficus Bauh.

Malua palustris nonnullorum, lege Althæa, & Malua viscida.

Malua trimestris, vel pumila Clus. hist. Malua folio vario Bauh.

Malua syluestris nonnullorum, est Alcea vulgaris.

Malua Syriaca, Bauh. Cobes Maluæ species, Camer.

Maluauiscus, lege Althæa.

Malu-

Malucana Acostæ, lege Herba Malueana.

Malus arbor cuius fructus est malum, eiusq; species, scilicet Aurantia, Assyria, Armeniaca, Citria, Cydonia, Granata, Limonia, Persica, Indica, Daca, &c. in secunda parte Phytol. erunt recensendæ.

Malus canina, lege Mandragora.

Malus Peruuiana Gallis, lege Barycoccalon.

Malus Henricus, lege Anblatum, siue Dentaria maior.

Malum insanum, lege Solanum pomiferum fructu oblongo.

Malum insanum marinum, Rond. inter Vrticas marinas accensetur.

Malum terræ, lege Aristolochia rotunda, Matth. ita appellata, quod fructum ferat veluti pomum.

Malum Hespericum, lege Malum aurantium in secunda parte Phytologiæ.

Mamoera est arbor Platani folio, de qua in secunda parte Phyt.

Mambi Brassilianorum est fructus sub terra nascens, vt dicemus in sec. p. Phyt.

Mambu, & Bambu, Alijs est Iuncus Indicus. Alijs verò est Harundo Indica, Clus. exot. ex qua Tabaxir par. 4. Ind. or. Est autem Tabaxir medulla Arundinis Mambu, siue Bambus, & vocatur Saccar Mambu, ideſt Saccharum de Mambu, quod propter insignem vim medicamentosam magni fit, & ab Arabibus Persis, & Æthiopibus, qui illud Tabaxir vocant, auidè comeditur.

Mamei arbor Indica Iuglandis proceritate, de qua in secunda parte Phyt.

Mamira, & Memira Auicennæ Nonnulli Chelidoniam minorem faciunt, Alij verò Anemonem tuberosam esse constituunt.

Mamœra mas, & fœmina arbor, Clus. post. de ea in secunda parte Phyt.

Mamoloria, siue Marmoraria, lege Acanthus Matth.

Mandeochade radix, lege Yuca Peruana.

Mandeoch parpie, radix Castanearum sapore par. 7. Ind. Occid.

Mandepore, par. 7. Ind. Occid. apud Siberos radix supra terram eminens amplissimis folijs, quæ aquam continet, non secus ac, si in vase asseruaretur, & ex radice sæpè dimidius cantharus exprimitur, qui colorem lactis habet.

Mandioca, Radix est in Insula S. Catherinæ hist. Brasil par. 3. Amer.

De Mandragora. Synonyma, & Etymum.

Mandragora mas Matth. Ad. Lob. Lugd. Cam. Trag. Fuch. masculus, Tur. Mandragora mas, vel alba, Cam. Mandragora Ang. Mandragoras, Gesl. hor. Cæs. Mandragora fructu rotundo Bauh. Mandragoras albus, siue masculus, Cord. hist. Anthropomorphos nonnullis. Circæium Plinij Lugd. Circæa Vueck. Canina malus Alijs, & terrestris malus. Arsen, & Hypoplomon Renod. Græcis μανδράγορας. Italis Mandragora, Tabora Hebræis.

Mandragora dicitur, quod ad mandras pecorum aliasque speluncas proueniat, & crescat, μάνδρα enim Græcis est stabulum, caula, & septum, quo noctu clauduntur pecora. [Anthropomorphos nominatur à forma humana, nam radicem habet bifurcatam, & diuaricatam humano modo, scilicet à medio cruribus hominum similem, nam Græcis ἄνθρωπος est homo, μορφὴ verò est forma. [Circæium, & Circæa à Circe illa venefica deducto nomine, quoniam radix ad amatoria conducere videatur. Canina malus appellatur, quoniam mala profert, sed solum canibus relinquenda. Hypoplomon vocatur eò quia ingentibus folijs Verbasco similibus latis, & leuibus viret. Græcis enim Verbascum φλόμος, & πλόμος dicitur.

Man-

Mandragora fœmina Matth. Ad. Lob. Dod. Lugd. Cæſ. Cam. Trag. Cord. in Dioſc. Lac. Mandragora fructu pyri Bauh. Mandragoras niger, ſeu fœmina, Cord. hiſt. Cam.

Mandragora fœmina Cluſ. hiſt. Caſt. Eyſt. Mandragora flore ſubcæruleo purpuraſcente, Bauh. Mandragora Lon. altera Cæſ.

Mandragora morion aliquibus dicta, Dioſcorides Mandragoram marem videtur intelligere.

Mandragoræ ſpecies apud Aliquos eſt Melongena ſiue mala inſana.

Manga Scalig. Mangas Cluſ. fructus exoticus, Perſicæ ſimilis, vt dicemus in ſecunda parte Phyt.

Mangle Ouiedi arbor Indica, de qua in ſecunda parte Phyt.

Mangeſtans, & Mangoſtans arbor folijs laurinis cuius hiſtoriam in ſecunda parte Phyt. eximam.

Manguey Mexicanum, lege Allagucy Indis, eſt Aloe Americana.

Mangummenauch eſt fructus exoticus Virginiæ hiſtoriæ de quo in ſec. p. Phyt.

Manhu, & Manna eſt melleus humor, ſiue mel aereum, & roris modo ſupra arborum, & fruticum folia decidens.

Mania apud nonnullos appellatur Hyoſciamus niger, ſiue Apollinaris, eò quia ſumptus maniam, ſcilicet furorem, & inſaniam generet.

Manicon eſt Solanum manicum dictum.

Maniel folijs Pœoniæ par. 3. Amer. eſt Yucæ ſpecies vt dicemus in ſecundo Tomo partis primæ Phyt.

Manifolium Apulæius intelligit Bardanam, ſiue Arcium, nempe Lappam maiorem.

Manigette Batauis, eſt frumentum Indicum grano auellanæ magnitudine Bauh.

Manium, ſiue Dæmonum oua vocantur fungi, de quibus in fungorum hiſt.

Maniohot Indorum eſt Yuca folijs cannabinis.

Manna thuris, lege Thus in ſecunda parte Phytol.

Manna Polonorum, lege Gramen mannæ.

Manus marina Geſ. eſt de genere Vrticarum marinarum.

Manus martis apud Apuleium appellatur Quinque folium, ſed inter ſpurias voces recenſetur.

Manzizanion, Aetius Colocaſſiam appellat ſiue Fabam Ægyptiam.

Marabilles del Peru, lege Admirabilis Peruuiana.

Marana Arabibus, lege Datura Turcarum.

Maraka, & Tamaraka fructus Cluſ. de quo in ſecunda parte Phyt.

Maracot Indis, lege Balſamina Indica repens.

Maratriphyllum, lege Millefolium aquatile.

Marathrum vulgatius, lege Fœniculum.

Marcor eſt caries lignorum, vt dicemus in libro de Arboribus, nempe in ſecunda parte Phytologiæ.

Mareotides vuæ vnde dictæ, lege in ſecunda parte Phyt.

Margaritæ Ægyptiæ, lege Cyperus eſculentus.

Margarides, Palmæ ſunt à margaritis nomen trahentes, de quibus in ſecunda parte Phyt.

Marica radix nonnullis dicitur Iris, ſed potius Naronica deberet dici à Narone fluuio, circa quem optima, & copioſiſſima creſcit.

Marinella à quibuſdam vocatur Valeriana ſatiua.

Mariſcæ ficus grandiores, ſed inſipidæ, quæ præ pinguedine aperiuntur, & ſemen oſtendunt, vt dicemus in ſec. p. Phyt.

Mari-

Mariscus Plinij, genus Iunci, lege Holoschænos.

Marmaritis Democriti, radix est & cum Baharas fortè conuenit, lege Aglaophotis.

Marmelos de Bengala, arbor malo coroneo similis, de qua in 2. p. Phyt.

Marmoraria, lege Acanthus Matth. & Acanthus aculeatus.

Marmorella, & Concordia, lege Agrimonia, siue Eupatorium Græcorum. Marmorella nuncupata, quasi Murmurella, à verbo murmuro, quod significat secreto murmure indignationem ostendo; cum rixas, & controuersias inter viros, & vxores ortas conciliare credatur: & ob hanc causam Concordia appellata quia concordes, & vnanimes efficit.

Maronion Apuleio, Centaurium magnum appellatur.

Marrubiastrum, lege Ballote Matth.

De Marrubio albo. Synonyma, & Etymon.

Marrubium, Matth. Dod. Tur. Lac. Cæs. Cast. Cord. in Diosc. Fuch. vulgare Clus. hist. Eyst. Marrubium album vulgare, Bauh. Marrubium album odorum, Ad. Marrubium fœmina Brunf. candidum Trag. Prassium, Ang. Græcis πράσιον. Italis Marrobbio bianco, Alij Linostrophon, quidam Philopeda, Nonnulli Philochares, Melittena, Labeonia, & Viceraria appellant, nescio vnde, nam inter nothas voces recensentur.

Marrubium dicitur fortè à loco natali. Marrubij enim fuerunt populi Italiæ circa Fucinum lacum habitantes, à Rege Marrubio denominati, vel quod circa mare habitarent. Alijs verò Marrubium vocatum propter amaritudinem. [Album verò nominatur, quoniam tota planta coloris est subalbidi. Vel Marrubium dicitur quod marcescentibus, & tabescentibus prosit, vel (vt alijs placet) quod folia marcida, & squallentia sint, quasi à rubigine exesa forent. Prasion nominatur, nam apud Græcos πράσιον exponitur, quod refert colorem porri, Græcis enim πράσον est Porrum: hinc Prasion herba, siue Marrubium, quod sit eiusdem coloris, nempe Porrum colore referat, idest prasinum virorem.

Marrubium Creticum, Cam. Marrubium album latifolium peregrinum Bauh. Marrubium candidum alterum Hispanicum, Lob. Marrubium candidum Dod. Ger. Hispanicum, Tab. Marrubium alterum Pannonicum, Clus. pan. & hist.

Marrubium Creticum aliud, Cam. Marrubium album angustifolium peregrinum, Bauh. Marrubium Creticum, Dod. Ger. Tab. Lugd. Marrubium Creticum angustiore folio, Ad. Lob. Eyst.

Marrubium Creticum angustis folijs inodorum, Eyst. Marrubium album peregrinum breuibus, & obtusis folijs, Bauh.

Marrubium palustre, Lon. Dod. gal. Marrubium palustre glabrum, Bauh. Marrubium aquaticum, Ad. Lob. Trag. Dod. Thal. Lugd. Lancea Christi Ger. hor. Sideritis prima Matth. Ang. Ger. hor. Lac. Lugd. Cast. Cam. Secunda Lon. Verbenæ alterum genus, Cæs. Scordium Plinianum Taber.

Marrubium nigrum rotundifolium, Bauh. Marrubium Hispanicum, Tab. Ger. Marrubium Hispanicum odore Stœchados, Lob. Ocymastrum Valentinum, Clus. Hisp. & hist. Lugd.

Marrubium nigrum fœtidum, lege Ballote, Matth.

Marrubium spurium, est Marrubium nigrum, siue Ballote, Matth.

Marrubium mas Cardiaca dictum, lege Cardiaca.
Marrubium nigrum longifolium, lege Parietaria Monſpelienſium.
Marrubium agreſte, & Marrubium montanum, lege Stachys, Matth.
Marrubium humile, lege Lamium folijs caulem ambientibus.
Martagon Chymiſtarum, lege Lilium purpureum Dioſcoridis.
Martagon Conſtantinopolitanum, lege Lilium album Byzantinum.
Martagon Imperiale Nuperorum, Lob. ad par. alt. Martagon Imperiale moſchatum, Eyſt. & Lilium pyramidale moſchatum Bauh. & Lilium ſylueſtre, ſiue Hemerocallis moſchata polyanthos.
Martagon Italorum, & Matth. eſt Lilium montanum.
Martagon Pomponij Cluſ. cur. poſt. ad par. alt. eſt Lilium miniatum odorum anguſtifolium, Bauh. Lilij miniati tenuifolij aliud genus, Cluſ. hiſt. ap. alt.
Martanica, & Giarga, Caſt. eſt Ruta Capraria, ſiue Galega.
Martis ſanguis Magorum nonnullis, eſt Aſarum, ſiue Bacchara Officinarum.
Maru herba Dod. lege Cerinthe maior, Lob.

De Maro, ſiue Sampſucho Cretico. Synonyma, & Etymum.

Marum, Maſtic Gallorum, & Anglorum, Ad. Marum verum vulgò Maſtic, Lugd. Marum vulgare, ſiue Clinopodium, Dod. Marum Geſ. hor. Caſt. Tab. Ger. peregrinum Eyſt. Marum, an Helenium odorum Theoph. Lob. Helenium Theoph. fortè Tragoriganum Dioſc. Ang. Clinopodium, Geſ. hor. Dod. gal. Cam. Herba Sampſucho cognata, Geſ. Sampſuchus, ſiue Marum, Maſtichen redolens Bauh. Tragoriganum Hiſpanicum primum Eidem hiſt. Italis Maro. Maioraua Cretica, vel Syriaca, Alijs.

Marum dicitur fortè à Marone Rege Thraciæ, qui hanc plantam primum inuenit. Maſtic a Gallis nominatur, eò quia Maſtichen, ſiue reſinam lentiſcinam redolere videtur. Sampſuchi etymum, lege Amaracus vulgaris, Matth. Aliorum nominum etyma, lege ſuo loco.

Marum repens, Tab. Marum ſupinum, Lob. Marum repens verticillatum, Bauh. Marum ex Sicilia allatum, Sampſuch Dioſc. Cæſ. Sampſuchus Dioſc. ſiue Amaracus ſerpens, Ad. Pulegium anguſtifolium, Ger. ico.

Marum Syriacum, Ad. Lob. Lugd. Tab. Ger. Marum Cretenſe, Alp. Maiorana Syriaca, vel Cretica Bauh.
Marum quibuſdam, Dod. lege Origanum Heracleoticum.
Maslac Turcis, eſt liquor lacteus, qui ex papaueris albi ſcapo leuiter inciſo colligitur. Paludanus in Linſcot.
Maſpetum, caulis eſt Laſerpitij Ferulæ ſimilis, Plinius. folia verò Maſpeta nuncupantur.
Maſſa, eſt Macis Iauanenſibus, Linſc. Ind. or.
Maſſa, eſt Typha paluſtris, Galliæ enim Rura Maſſas dicunt, quod ſceptra Regum Maſſas vulgò dictas perpolitus caulis lanoſa floccorum denſitate ſummatim faſtigiatus æmuletur.
Maſſaris, vua eſt, quæ ex vite ſylueſtri cum flore in Africa decerpitur, vt dicemus in ſecunda parte Phyt.
Maſſepanes, & Mazapanes, Maza enim quidam pultem, alij verò panis offam, vt Gaza, & Barbarus interpretantur, apud Athenæum ſunt placentæ quędam ex Amygdalis, & Saccharo confectæ, & in officinis hac ætate adhuc nominantur; nos verò corrupto nomine Marzapane vocamus.

Mastiche,est resina lentiscina, vt dicemus in secunda parte Phyt.
Mastic Gallorum, lege Marum Mastic dictum.
Mastierum Oribasio Laserpitium, appellatur.
Maston Plinij,quidam scabiosam esse coniectantur.
Masuria Honor. Belli,est Trifolium cochleatum fructu magis tortili.
Matalum, siue Aria arbor Theoph. lege in secunda parte Phyt.
Mater syluæ, lege Matrisylua, siue Periclymenum.
Mater violarum Dalechampij, lege Viola arborescens Matth.
Mater herbarum, lege Artemisia, ita nuncupata, quia non à Regina Artemisia, sed à Diana Dea, quæ Græcis Artemis dicebatur nomen traxit, & sicuti Dea salutaris parturientibus credebatur: ita hæc herba beneficio eius Deæ idem præstare potest; quod omnes aliæ herbæ non assequuntur; vel sicuti Diana syluarum, & nemorum mater, & Dea putabatur, ita hæc herba mater herbarum dicebatur.
Mater Herculania, secundùm Apuleium, appellatur Nymphæa.
Mates Clus. exot. fructus est peregrinus de quò in secunda parte Phyt.
Matiana, sunt mala, de quibus in secunda parte Phyt.
Matos Ioseph Acosta fructus arboris in Hispania noua, vt dicemus in 2. p. Phyt.
Matresillon plerique Iaceam nigram nuncupant, sed vox est corrupta, & spuria.
Matricalis,sec. Apuleium est Verbena, sed inter nothas voces reponitur.

De Matricaria, siue Parthenio. Synonyma, & Etymum.

Matricaria Dod. Lugd. Cæs. Trag. Lon. Cam. Ger. vulgaris Bauh. Matricaria nostras, Ad. Lob. flore simplici Eyst. Matricaria Parthenij prima species, Brunf. Amaracus Galeno, & Æginetæ. Amaracus Galeni Eric. Cord. Artemisia tenuifolia Fuch. Tab. Artemisiæ ramosæ altera species, Fuch. ico. Parthenium, Matth. Lac. Cord. in Diosc. Ges. hor. Cast. Thal. secunda Tur. Virginalis Bauh. Græcis παρθένιον. Italis Matricaria, & Amarella vulgò.
Matricaria à Matrice dicta, quòd vteri, quem matricem vocant morbis medeatur. Parthenium nuncupatur, quasi Virginalis, nam morbos mulierum vterinos curare perhibetur. παρθένος enim Græcis est Virgo. Amarella vulgò vocatur, quasi amara illa, ideò nonnulli propter amarorem Amaracum nuncupatam esse indigitant. Aliorum nominum etyma, lege suo loco.

Matricaria altera, ex Ilua, Cam. Matricaria odoratior, Bauh. Artemisia tenuifolia odorata, Tab. Parthenium λεπτόφυλλον, idest tenuifolium Alijs.

Matricaria pleno flore, Cam. Eyst. Matricaria flore pleno Bauh. Matricaria duplici flore, Ger. Lob. ico. Artemisia tenuifolia flore pleno, Tab. Parthenium pleno, siue polyphyllo flore, Clus. pan. & hist.

Matricaria, siue Parthenium alpinum, Clus. Matricaria alpina Chamæmeli folijs, Bauh. Parthenium alpinum, Clus. pan. & hist.
Matricaria folijs Abrotoni,Bauh. Parthenium μικρόφυλλον Myconi,Lugd.idest paruifolium,
Matricaria inodora, Bauh. est Achaouan, Parthenium inodorum Alpini. Chairi Incolis Achaouan nominatur. Parthenij, & Matricariæ etymum, lege suo loco.
Matricaria maritima. lege Chamæmelum minimum Dalechampij.
Matrisaluia maior, Col. lege Horminum hortense Sclarea dictum.
Matrisylua, Tragi lege Asperula odorata, Dod.

Matrisylua Italorum, lege Peryclimenum.

Matrix dicitur quod in medio ligni residet, & tertium continetura cortice, velut in ossibus medulla, vt dicemus in libro de Arboribus in 2. p. Phytol.

Mattia idem quod Maza, est enim polenta ex frugum farina, & humido aliquo permixta, lege supra Massepanes.

Maurocapnos, Bellon. est Styrax rubra, vt dicemus in 2. p. Phytol.

Maurongaus, Lerio, est Anguria Brasiliana, Bauh.

Mauronia Bellonio, lege Dentellaria Rondeletij.

Mauz, Alpino, Mauza, & Mauze Theueti, Lugd. est Palmæ species pumila, de qua in secunda parte Phyt.

Mazza sorda Italis, lege Typha palustris.

Maza di Congo, idest semen Congianum, lege Milium Æthiopicum Portæ.

Mecaphroditon, species est Papaueris spumeum habens semen, vnde a Dioscoride μήκων ἀφρώδης, hoc est spumeum Papauer appellatur.

Mechinum Penæ, vel Mechinum rarius, lege Doronicum Arabum Ponæ.

Mechini, est radix Zinziberi affinis, lege Zinziber fuscum.

Mechoacan, Mechoacan, & Mechoaca, lege Bryonia Mechoacana.

Mecon Heraclea Gal. est Papauer Herculeum spumosum, Been album vulgò.

Meconis Aliquibus, Lactucæ genus est à lactis copia soporiferi μήκωνα enim Greci Papauer dicunt.

Meconium, succus est ex Papaueris nigri folijs, & vasculis tusis expressus, & exsiccatus, quem priuatim Græci μηκώνιον vocant, nam apud ipsos μήκων est nomen papaueris μήκωνος ὀπὸς papaueris succus, & vt dicemus in secundo Tomo partis primæ Phytologiæ capite de Papauere.

Medesusium Cord. lege Vlmaria.

De Medica, siue Trifolio cochleato. Synonyma, & Etymum.

Medica Tur. Anglica, Tab. Medica minor, Trifolium tortuosum, Ges. hor. Medicæ species tertia siliqua glomerata, Ad. species tertia, Lobel. Medica platycarpos, Cam. Medica syluestris prior, Lugd. Trifolium cochleatum primum, Dod. Ger. Trifolium siliquam habens cochleæ modo implexam, Cæs. Italis Medica.

Medica dicitur, vel quia in Media regione Asiæ abundet, vel quia a Medis aduecta per bella Persarum, vel quòd ægrotanti omni pecori remedium est, nam armentum omne emaciatum ex ea pinguescit, Columel. [Trifolij etymum, lege suo loco. Cochleatum verò vocatur, quia fructus ad modum cochleæ conformatos producat.

Medica syluestris altera, Lugd. Medica rotundo semine, Cam. Medicæ species secunda, Ad. Trifolium cochleatum turbinatum, siue fructu compresso oblongo, Bauh.

Medica folliculo spinoso, Lob. Lugd. Medica semine minuto hirsuto, Cam. Cast. ico. Trifolium cochleatum alterum, Dod. Trifolium cochleatum fructu nigro hispido, Bauh.

Medica siliqua spinosa, Ad. Medicæ species, Lob. ico. Trifolium fructu compresso, spinis horrido, Bauh.

Medica pusilla, Cam. Trifolium echinatum aruense, Bauh. Tribulus terrestris minor repens, Lugd.

Medi-

Medica Arabica, Cam. Trifolium cochleatum folio cordato maculato, Bauh. an Trifolij species nigris maculis, quod hemorrhoidum cognominant Gef.
Medica marina, Ad. lege Trifolium cochleatum maritimum tomentosum.
Medica legitima, Cluf. vera Gef. lege Fœnum Burgundiacum.
Medica frutescens, & flauo flore, lege Trifolium syluestre luteum.
Medica lunata, lege Trifolium siliqua falcata.
Medica veterum, lege Alfasafar Auicennæ.
Medica malus, & Medica mala, lege Malus medica in secunda parte Phyt.
Medion Italorum est Campanula persicæfolia cærulea, siue Campanula cærulea satiua, & Mediæ peculiaris vnde, & nomen accepit.
Medium Matth. Gef. hor. vulgare, Cam. Campanula hortensis folio, & flore oblongo, Bauh. Rapunculi alterum genus grandius, Cæf. Rapi syluestris genus maximum Gef. hor. Viola mariana Ad. Dod. Cluf. hist. Gef. hor. Lob. Lugd. Tab. & Ger. [Viola mariana à Belgis, ita vocata, qui primi hunc florem Mariæ Hungaricæ dono dederunt, & Violam marianam nuncuparunt, vel quia nascatur etiam in locis maritimis.
Medium Dioscoridis, vel Mindium Rhasis Rauuolf. est Viola mariana laciniatis folijs peregrina Bauh.
Medulla mediam cuiuslibet partem molliorem, ac præstantiorem refert, lege Matrix in secunda parte Phytologiæ, nam alia est carnosa, alia lignosa, alia membranosa, &c.
Mehenbethene, Lob. est Auellanæ Indicæ species, de qua in 2. p. Phyt.
Mehefelengi Auicennæ eam herbam esse Aliqui existimant, quæ Græcis dicitur Pityusa.
Melampelos, est Vitis nigra, lege Bryonia nigra.
Melamphyllon, lege Acanthus Matth. siue Acanthus aculeatus.

De Melampyro. Synonyma, & Etymum.

Melampyrum, Lob. Ad. Cam. Tab. Thal. Dod. gal. Melampyrum purpurascente coma, Bauh. Parietaria syluestris tertia, Cluf. pan. & hist. Triticum vaccinum, Dod. Lon. Lugd. Trag. Trifolium maius Brunf. ico. Stelephuros Alijs, Græcis μελάμπυρον. Italis Melampiro, & Formento vacino.
Melampyrum dicitur, id est Triticum nigrum, nam Græcis πυρὸς est Triticum, siue Frumentum, μέλαν verò est nigrum, atrum, eò quià semina triticeis seminibus sint similia sed minora nigrioraq; Tritici etymum lege suo loco. Vaccinum, & bouinum nuncupatur, quia solùm vaccis, & bobus sit relinquendum, cum sit planta innoxia, & vaccis in pabulo grata. Parietariæ, & Trifolij etymum, lege suo loco.

Melampyrum luteum latifolium, Bauh. Melampyrum primum, Thal. Cratæogonon, Tab. Ad. Lugd. rubrum, & album Ger. Crista prima Cæf. Hyssopus nemorensis, & lutea Lugd. Milium syluaticum Tab. Parietaria syluestris secunda, Cluf. pan. & hist. syluestris Eyst. Satureia lutea Dalechampij Lugd. [Cratæogonum dicitur, nam κράτος apud Græcos est fortitudo, & potentia, κραταιὸς est fortis, & potens γόνυ est genu hinc planta κραταιόγονον dicta, quoniam valida genua producat. Aliorum nominum etyma, lege suo loco.

Melampyrum cærulea coma, Bauh. Parietaria syluestris, Cam. syluestris prima, Cluf. pan. & hist. Parietaria Lipsensium Trag.

Melam-

Melampyrum luteum, Tab. Melampyrum luteum minimum, Bauh. Melampyrum perpusillum luteum, Ad. Lob. ico Lugd.

Melampyrum lanuginosum Boeticum, Bauh. Parietaria montana Boetica Clus. cur. post.

Melampodium, est Helleborus niger ita nuncupatum à Melampode pastore, qui primus hanc herbam inuenisse dicitur, dum capras eo purgari animaduerteret, lege Helleborus niger, Ad.

Melamprassion, lege Ballote, Matth.

Melancranis, lege Iuncus acumine reflexo maior.

Melandryon Aliqui interpretantur intimam, durissimamque Roboris materiam, vt dicemus in secunda parte Phyt. Cap. de Robore.

Melandryon Plinij, lege Barba Capræ floribus oblongis.

Melandryum Plinij genuinum Clus. lege Ocimoides purpureum.

Melandryum Plinij quorundam, lege Been album.

Melangena, lege Solanum pomiferum fructu oblongo.

Melangula est Malus medica fructu ingenti, vt dicemus in secunda parte Phyt.

Melanion hoc est subnigri coloris, Nonnulli Violam nigram siue Martiam interpretantur flore cæruleo nam μέλανος apud Græcos est color cæruleus.

Melanorrhizon, Nonnulli Helleborum nigrum appellant à radicis nigredine μέλαν enim nigrum est, ῥίζα radix.

Melanthium ex tritico secundùm aliquos est Pseudomelanthium, siue Githago.

Melanthium satiuum, & syluestre, lege Nigella.

Melanzana, & Melantzana, lege Solanum pomiferum, fructu oblongo.

Meleagris, & Meleagris flos, lege Fritillaria, siue Lilionarcissus purpureus.

Melanspermon, lege Nigella hortensis, siue Melanthium.

Melegetta, Meleguetta, & Malaguetta, lege Cardamomum maius.

Melenken Theueti arbor fructu nucis pineæ species, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Mel frugum Dioclis, est Panicum, lege Panicum.

Mel frugum Gazæ, est Lotus syluestris Matth.

Melia est arbor quem Latini Fraxinum vocant lege in secunda parte Phyt.

De Melica, siue Milio Indico. Synonyma, & Etymum.

Melica, siue Sorgum, Mod. Sorgo, Melica Italorum, Lob. Sorgo Insubrum Bellonio. Sorgum, Ges. hor Tab. cui Panicum loculare, Ger. Sorghi Fuch. Dod. gal. cui Panici species videtur, Lon. Milium Indicum Matth. Fuchs. ico. cui & Sarracenicum, Ges. hor. Cord. hist. Guiland. Lugd. Cast. desc. Milium arundinaceum subrotundo semine, Sorgo nominatum. Milium Indicum Plinij, Ang. Cam. Milium quod ex India in Italiam inuectum nigro colore, Plinio. Milium aliud, Ama. Panicum Dioscoridis, & Plinij Trag. Panicum Indicum Ges. hor. Italis Melega Etruscis Saggina.

Melica dicitur, quasi Miliacea, nam Milij panniculam repræsentat. Vel Melica fortè a Meline dicta. Sorgo nominatur, quoniam sata citò surgit, & altius crescit, quàm alia grana. Sagina alijs à Saginando dicta: aliorum nominum etyma, lege suo loco.

Melicalamus est Arundo saccharifera Indica.

Melich, Arabibus, secundùm Serapionem est Melilotus.

Melilotus vulgaris, Melilotus maior, Melilotus vera, Melilotus maius, lege Lotus Vrbana.

Meli-

Melilotus Ægyptia, Melilotus corniculis reflexis repens, lege Alchimelech.
Melilotus coronata, Ad. lege Lotus pentaphyllos.
Melilotus singularis Alpini Ponæ; lege Lotus syluestris Matth. & hic inter Melilotos fragrantissimi est odoris præcipuè exsiccatus.
Melilotus Syriaca, Lob. Melilotus altera pusilla Londinensis Ad.
Melilotus Germanica, Fuch. lege Lotus pentaphyllos Ges.
Melilotus vulgaris alter syluestris, Cæs. & Lotus pentaphyllos maior hirsutie candicans, Bauh.
Meliloti maioris quarta species, Trag. Lotus pentaphyllos flore maiore luteo splendente, Bauh. Trifolium corniculatum tertium, Dod.
Melilotus maior, vel syluestris pinguis, Lugd. Ononis lutea non spinosa, Alijs. Ononis, flore luteo variegato, mitis Eyst. Anonis non spinosa flore luteo variegato, Bauh.
Melimela, lege Cydonia mala in secunda parte Phyt.
Melimandrum nonnullis, est Hyosciamus albus maior.
Meline nonnullorum, lege Panicum.
Melinum nonnullis, est Melissa, siue Apiastrum Matth.
Melinum alterum breuius, Cæs. lege Scordium alterum, siue Saluia syluestris.
Meliphyllon, lege Apiastrum Matth.
Melisaccharum, lege Manna in secunda parte Phytologiæ.
Melissa hortensis, & domestica, lege Apiastrum Matth.

De Melissa Moldauica. Synonyma, & Etymum.

Melissa Moldauica Matth. Cast. Lugd. Melissa Turcica Dalechampij Lugd. Cam. Tab. Ger. Melissa peregrina folio oblongo, Bauh. Melissa, vel Cedronella, idest Citrago Turcica, Ges. hor. Melissæ genus ex Oriente, Cæs. Melissophyllon Turcicum, Ad. Lob. [Nominum etyma, lege supra Apiastrum Matth. Moldauica dicta à Moldauia regione, seu potius Multauia ita nuncupata à Multauo flumine eam perrepetante.

Melissa Moluccana leuis, Aliquibus Melissa Constantinopolitana Matth. Melissa Moluccana odorata, Bauh. Molucha prima, Cæs. Moluca leuis, Dod. Ger Moluca Syriaca, Ad. Cardiaca Melica Eidem. Moluca, siue Melissa Turcica Dalechampij, Lugd. Moluca odorata spinosa, Cast. Eyst. Moluca, siue Melissa Constantinopolitana, Cam. prima, Cast. Cardiaca Melica, siue Moluca minus aspera, Lob. Melissophyllum Constantinopolitanum. Vmbilicaris herba nonnullis. Italis Melissa Constantinopolitana. Moluccana, & Moluca dicitur, quasi Mulucha à Fluuio Mauritaniæ eiusdem nominis Mulucha appellato: & a Moluccis Orientis Insulis denominata, vbi copiosissimè, & passim oritur, & vbi primum fuit inuenta. Melissophyllum, lege supra Apiastrum Matth. Vmbilicaris dicta, eò quia semina vmbilici formam præseferunt.

Melissa Moluccana aspera, Aliquibus Melissa, vel Molucca Constantinopolitana secunda, Cast. Melissa Moluccana fœtida, Bauh. Moluca asperior Syriaca, & Masculus Turcarum, Lob. Molucha altera, Cæs. Moluca Spinosa, Dod. Lugd. Ger. Melica, vel Moluca asperior, Ad. Cam.
Melissa Solitudinum, apud nonnullos, est Ledum folijs Rosmarini, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.
Melisa Fuchsij, & prima Tragi, lege Lamium montanum Melissæ folio.

Melissa

Melissa sylueſtris Tragi, lege Cardiaca, Matth.
Melissophyllum vulgare, lege Apiastrum Matth.
Melissophyllum Fuchſij, lege Lamium montanum Melissæ folio.
Melissophyllum Turcicum, lege Melissa Moldauica.
Melegetta, & Milleguetta, lege Cardamomum maius, Matth.
Melium, nonnullis Satyrion rubens eſſe creditur.
Melittena, lege Apiaſtrum Matth. ſiue Melissa.
Melocactus Indiæ, & Melocarduus echinatus, lege Echinomelocactus, Melocarduus dictus, quia figuram mali præ ſe fert.
Melocarpos, Aliquibus eſt Aristolochia longa, ita dicta ob figuram ſeminis ad mali formam accedens.
Melochia Alpini, lege Corcoros Plinij.
Melocorcopali, Scalig. eſt arbor Indica Cydonij facie, de qua in ſecunda parte Phytologiæ.
Melongena, Matth. lege Solanum pomiferum fructu oblongo, Arabicum nomen eſt Melongena.

De Melone, & Melopepone. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Melo nomen fluuij, qui & Nilus, & Geon appellatus eſt, Auſonius. Eſt etiam planta, de qua in præſenti.
Melo vulgaris, Bauh. & aliorùm. Melo vulgaris, Melopepo in Græcia, Guil. Melo Tragi, Brunſ. & Melopepo, Lac. Tab. Ger. Melo vulgi, ſiue Cucumis Antiquorum, Melopepo Dioſcoridis, Ad. Lob. Melo, ſiue Melopepo vulgi, Cucumis Galeni Dod. Melon vulgò, & Pepon, Sycion Theophraſti, Melopepon Galeni, Cæſalp. Melopepo Geſ. hor. Lugd. Lon. Pepo, Matth. ico. Fuch. Lugd. Caſt. Pepo grandis Melo Cord. hiſt. Cucumis Galeni, & Antiquorum, Dod. gal. Græcis σίκυος tamen generale nomen eſt omnium horariorum fructuum: videlicet, Peponum, Melonum, Cucumerum Anguriarum, & cæterorum eiuſdem generis. Horarij enim fructus dicuntur, nimirum fugaces, quòd non diu durare poſſint, & niſi colligantur cum perfectè maturi fuerint, eodem tempore, & hora, bi cui temporis ſpatio gratiam, quam habent ammittunt, putreſcunt, & pereunt, ideò horarij, vel fugaces nuncupantur, Græcis πέπων. Italis Meloni Etruſcis Poponi.
Melones dicuntur, quia ad malorum rotunditatem accedāt, nam Melones Palladius, quaſi μήλωνας, ideſt pomeos, à malorum figura appellauit. Pepones verò appellantur fortè à verbo græco πέπτω coquo, maturo, de Sole, & aura æſtiua dictum: hinc Pepon, ideſt coctus; ſeu excoctus, à Sole ad maturitatem perductus, maturus; & propriè vſurpatur de omnibus fructibus: per antonomaſiam tamen, & excellentiam hoc nomen Peponi conuenit. Oblongi dicuntur Pepones, rotundi verò Melopepones nomine ex Melone, & Pepone compoſito.
Melo Indicus fructu oblongo, lege Batre, ſiue Indicus Melo.
Melo Ægyptius, lege Abdelaui Ægyptiorum.
Melonis Ægyptij alterum genus, lege Chaiar, Melonum genus.
Melo Saccharinus variegatus, Eyſt. eſt Melo Pyriformis moſchatus Bauh.
Melo pyriformis Bauh. Pyromelo, Tab. Gerar.
Melo rotundus paruus, Bauh. Melo ſaccaratus, Lob. ico. Saccharinus Tab. Ger.
Melocarpos apud nonnullos Aristolochia longa appellatur.
Melo gymnoſpermi, ideſt ſemine excorticato, & quaſi mundo, nam Græcis γυμνὸς eſt nudus, & σπέρμα eſt ſemen.
Melotron, lege Bryonia alba.

Melo-

Melotron Theophrasti, lege Amara dulcis.
Melospinus, lege Barycoccalon, siue Stramonium.
Melt, siue Maguei Papyri species, ex cuius folijs Mexicani papyrum, & pergamenum conficiunt, vinumque, mel, & acetum ferens. Cortes. in 2. rel.
Mel roscidum est Manna, siue melleus humor, vt dicemus in secunda parte Phyt.
Mel etiam vocatur succus ex floribus Lilij expressus.
Membrana tenuis, cortex est, quo semen inuestitur, & quadam corij specie ambit.
Memecylon Græcorum arbor est, de qua in secunda parte Phytologiæ.
Memintha, & Memitha vulgò Herbariorum est Cerinthe, sed perperam, inquit Clusius, quoniam Memintha Arabum est Glaucium, atque in officinis olim Memitha Papauer corniculatum appellabatur. Memithe, Alijs, est Chelidonium minus.
Memiran, Memiren, & Mamiran à nonnullis Chelidonium appellatur, Auicenna monente.
Menianthes palustre Lugd. lege Trifolium palustre. Mensiflorum Gaza vertit, μὴν μηνὸς est mensis, ἄνθος est flos: hinc menianthes, ideſt mensiflorus, quia singulo mense floreat.
Menion, & Menogenion à nonnullis Pœonia nominatur ἀπὸ τῆς μήνης, nimirum à Luna, nam Græcis μήνη Luna dicitur, & quoniam Pœonia comitiali morbo laborantibus, quos Lunaticos vulgus appellat prodesse creditur, ideò tali nomine decoratur.

De Mentha. Synonyma, & Etymum.

Mentha prima Matth. Cast. hortensis prima Gesf. hor. Mentha satiua, Lugd. Cruciata, Ger. Mentha satiua, vel hortensis tertia, Dod. Fuch. Tur. Mentha hortensis oblongo folio, Cæs. Mentha acuminata, Lon. acuta, Tab. Cam. in Matth. Mentha angustifolia spicata, Bauh. Mentha odorata angustifolia, Gam. Mentha Brunf. Ang. an Nepeta aquatica, vel entha Magrestis tertia; Trag. Sisymbrij primi altera species, Cord. in Diosc. Græcis μίνθη, & ἡδύοσμος. Italis Menta, & Mentuccia.
Mentha dicitur Latinis, quia Græcis μίνθος exponitur lanugo, muscidaue pubes in humentibus, & putrescentibus rebus nata, quoniam Mentha quodammodo pilosa videtur, & hoc maximè intelligendum est de Mentha syluestri, siue Menthastro. [Vel Menta sine aspiratione dicta, quia mentem feriat spiritusque oblectet gratia odoris. Hidyosmos vocatur, ideſt suauis odor, nam apud Græcos ἡδὺς suauis exponitur, & ὀσμὸς odor.

Mentha satiua altera, Matth. Fuch. Dod. Tur. Lac. Mentha satiua minor, Cast. Mentha satiua, seu crispa, Trag. Cord. in Diosc. Mentha hortensis rotundifolia, seu Romana, Cæs. Mentha rotundifolia altera flore spicato, siue cruciata Mentha, Lob. Mentha rotundifolia crispa spicata, Bauh. Mentha crispa, Lob. Cam. siue Balsamita, Mentha vulgata, siue fusca sacra, Lob. ico.

Mentha hortensis altera, Gesf. hor. Mentha rotundifolia spicata altera, Bauh. an Mentha rubra, Trag. Lon. Sisymbria mentha agrestis Lob. Sisymbrium primum, Ang. hortense, Matth. Lac. Cast. Lugd.

Mentha satiua, Tur. satiua crispa, Lugd. Mentha altera, Cam. ep. Matth. Mentha vulgata serpens rotundiore folio, Pulegij flore, Ad. Lob. Mentha crispa verticillata, Bauh. Eyst. Mentha cruciata, Lob. ico.

Mentha hortensis verticillata Ocymi odore, Bauh. Mentha Romana angustifolia, Ad. Lob. Mentha hortensis quarta Fuch. Tur. Mentha Cardiaca, Cam. Mentha satiua quarta, Dod. Lugd. Calamintha ocymoides, Tab. Ocymoides repens, Ger. ico.

Mentha spicata folio variegato, Bauh. Mentastrum niueum Anglicum, Lob. Lugd. Eyst. Mentastrum Anglicum cinereum, & niueum, Ad. Mentastrum alterum, Dod. Calamintha bicolor, Alijs.

De Mentha syluestri, siue Menthastro. Synonyma, & Etymum.

Mentha syluestris longiore folio, Bauh. & Ges. hor. Mentha syluestris, Tur. Lon. syluestris altera, Cæs. Mentha equina Brunf. Menthastrum syluestre, Eyst. vulgare Lugd. Menthastrum, Trag. vel Mentha agrestis altera, Matth. Fuch. Dod. Cord. hist. Lob. Cast. Ad. Lac. Clus. hist. ico. Sisymbrium campestre, Ang. Italis Mentastro.

Mentha syluestris longioribus, nigrioribus, & minus incanis folijs Bauh. Menthastrum Campestre, Lugd. Menthastrum aliud Lob.

Mentha syluestris rotundiore folio, Bauh. & Ges. hor. Mentha aquatica, Ger. Menthastrum, Cord. in Diosc. Tab. Menthastrum folijs orbiculatis, Ges. ap. Mentha alba Officinarum.

Mentha Montana verticillata, Bauh. Menthastrum montanũ Pannonicum, Clus. hist. Menthastrum Pannonicum, Cam. Menthastrum montanum, & primum, Clus. pan.

Mentha syluestris angustifolia, Bauh. Pulegium aquaticũ, seu palustre spicatum, Eyst. Mentha tuberosa radice, Bauh. Menthastrum tuberosa radice, Clus. pan. & hist. Cam.

De Mentha aquatica, siue Sisymbrio. Synonyma, & Etymum.

Mentha rotundifolia palustris, seu aquatica maior, Mentha syluestris altera, & Mentha aquatica, Lon. Mentha syluestris prima, Cæs. Mentha rubra Brunf. Balsamita Officinarum, Eyst. Balsamina agrestis, & Nepeta tertia, Trag. Calamintha aquatica, Ges. col. Tab. Calamentum tertium Ang. Aquatica, siue Sisymbria Mentha, Ad. Lob. Sisymbrium syluestre, Matth. Lugd. Sisymbrij species prima Cord. in Diosc. Sisymbria mentha, Ger. Sisymbrium agreste aquaticum, Ges. hor. Sisymbrium, Fuch. Dod. primum Thal. Græcis *σισύμβριον*. Alijs Corona Veneris. Italis Menta acquatica.

Mentha aquatica Sisymbrion dicitur, Græcis, quasi *κυμβίον*, quia *κύμβος* apud ipsos est recessus cauus: fortassis quia hæc planta in locis humilibus, cauis, & humectis nascatur, vel vt inquit Varro. Sisymbrium dici putat à Sisymbrio, quæ fuit in veteribus comedijs meretricula. Corona Veneris indigitatur ob odoris suauitatem, quam præ se fert, nam ea iuuentus, quæ amoribus gaudet coronata in commessationibus suis blando odoris oblectamento suas illecebras commendabat, coronis etiam addebatur nuptialibus, eoque sponsi coronabantur. Venerique dicata fuit. Vel quod Sisymbrij caulis articulatim per internodia verticillato florum ambitu concinnè coronetur. Aliorum nominum etyma, lege suo loco.

Mentha palustris folio oblongo, Bauh. Menthastrum minus spicatum, Lugd. Menthastrum aliud hirsuto folio, Cam. Menthastrifolia aquatica hirsuta, Ad. Lob. Lugd. Calamintha tertia Dioscoridis, Lob. ico.

Mentha

Mentha equina, lege Mentha syluestris longiore folio.
Mentha cattaria, & felina, lege Cartaria herba.
Mentha corymbifera maior, Sarracenica, Romana,& Græca, lege Costus hortorum.
Mentha corymbifera minor, lege Ageratum, Matth.
Mentha crispa Officinarum,est Mentha syluestris, siue Menthastrum.
Menthastrum, lege Mentha syluestris.
Mentula marina Rondeletij, est Vrticæ marinæ species.
Meon, lege Meum Matth.

De Mercuriali. Synonyma, & Etymum.

Mercurialis mas,Matth. Dod. Lac. Fuch. Ang.Tab. Lugd. Cast. Ger. Ad. Lob. Ges. hor. Lon. Cam. Mercurialis fructum ferens, Cæs. Mercurialis testiculata, siue mas Dioscoridis, & Plinij. Mercurialis mascula Tur. Cord. Phyllon arrhenogonon Theoph. Cord. in Diosc. Græcis λινόζωστις. Italis Mercuriale, & Mercorella.

Mercurialis dicitur quòd à Mercurio inuenta sit. Vel potius Mercurialis appellatur, quasi Mulieruclaris, cum mulierculis sit cognita, & adhibita ab ipsis ad ventrem leniendum in acetarijs. [Linozostis Græcis, quasi λινοζωστος, idest soluens cinctum, quia optimè lubricat aluum, Phyllon arrhenogonon appellatur, idest folium generans mares, nam φύλλον Græcis est folium, ἄῤῥην est masculus, γονὴ, seu γονὸς est semen prolificum, proles, seu fętura, genitura, fętus, nimirum semen masculinum.

Mercurialis fœmina, Matth. Ang. Dod. Fuch. Lob. Cast. Lugd. Tab. Ger. Tur. Lac. Cord. in Diosc. Ges. hor. Mercurialis spicata, siue fœmina Dioscoridis, & Plinij, Mercurialis florens, Cæs. Mercurialis vulgaris, & prima Trag. Phyllon theligonon Theoph. Cord. in Diosc. [Theligonon dicitur, idest semen fœminificum, nam apud Græcos θῆλεια est fœmina.

Mercurialis montana resticulata, Bauh. Mercurialis altera, vel montana, Cæs. Mercurialis syluestris, Trag. Lon. quæ Cynocrambe Ges. hor. Mercurialis mas Fuch. Cam. ep. Matth. Mercurialis mascula syluestris Cord. hist. Thal. Cynocrambe Matth. Ad. Lob. Dod. Lac. Fuch. Mercurialis canina mas, Colum. Castanaria nonnullis. [Cynocrambe dicitur, idest Brassica canina, nam Græcis κράμβη est Brassica, κύων verò est canis. Castanariæ etymum, lege supra Castanaria.

Mercurialis montana spicata, Bauh. Mercurialis syluestris fœmina Thal. Cord. hist. Mercurialis canina fęmina, Colum. Cynocrambe fœmina, Cam. ep. Matth. Cynocrambe, siue Mercurialis fœmina syluestris Eidem.
Mercurialis syluestris altera Tragi, lege Noli me tangere.
Mercurius terrestris Paracelsi, apud nonnullos est Hydropiper.
Merenda, Cerasi fructus species est, vt dicemus in secunda parte Phyt.
Mergina Romanis, secundum aliquos est Smilax aspera.
Meris, nonnullis Tripolium appellatur.
Meroides, Merois, & Meroidum, lege Æthiopis, Matth.
Merthrys, Geranij species est, quam Aliqui Myrrhin appellant, idest folio Myrrhidis.
Mes, siue Mex dicitur Arabibus fructus Mungo, siue Buna appellatus.
Mesereum Germanicum, Lob. & Mezereon in Officinis Germanicis, lege Laureola folio deciduo.
Mesoleucos est species Galeopsis habens candidam lineam per medium folium discurrentem; μέσος namque medius est, & λευκὸς albus.

Meson, idest medium vocant internam illam, & luteam rotundam, & protuberantem in floribus quibusdam, vt Chamęmeli, & Parthenij partem, quæ oculi quamdam speciem præ se fert.

Mesosphærum Indici nardi folium, vt magnitudine ita & pretio medium è triplici specie locum obtinens, Plinius.

Mespilus eiusque species Anthedon scilicet, & Aronia in secunda parte Phytologiæ erunt considerandæ.

Messe Auicennæ pro Mex, fructus est niger Coriandro similis, vt dicemus in secunda parte Phytol.

Meta in plantis idem est quod inuersus turbo, Conus à Græcis appellata, vel pyramis, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Meta etiam Catoni, palearum, & fœni congeries est, siue strues in acutum tendens.

Metaguesunaux fructus pyri forma, & magnitudine par. 1. Ind. Occid. de quo in secunda parte Phytol.

Metallum Italorum arbor est, de qua in secunda parte Phyt.

Metel, vel Methel verum Ang. lege Nux Methel in 2. par. Phyt.

Metopion arbor est in Africa Æthiopiæ subiecta, Plinio vt dicemus in 2. p. Phyt. Alij verò Metopion Ferula est in Syria nascens ex qua Galbanum distillat; Metopion aliquibus est olei genus ex amaris amygdalis confectum.

De Meo. Synonyma, & Etymum.

Meum Matth. Dod. Ad. Lob. Lugd. Tab. Cæs. Cam. Ger. Lac. cui & Anethum syluestre. Meum vulgare tenuifolium Clus. hist. Meum folijs Anethi Bauh. Meu Alijs. Daucus Cast. ico. Daucus Creticus, Trag. Fuch. vel alpinus, Ges. col. Lob. ico. Libanotidis genus, & Fœniculus porcinus Dod. gal. Seseli Creticum Fuch. ico. Lon. Tordylon, Torgylon, & Hordylon Æginetæ. Meum Athamanticum, Alijs. Græcis μῆον ἀθαμαντικὸν καὶ μῆον. Italis Meo. Finocchiella apud Alpigenas. alibi Imperatrice.

Meum dicitur, quasi μεῖον, nam apud Græcos exponitur minor μειόω verò minuo, & extenuo, ideò ita fortè vocata fuit hæc herba, quia minuta, & extenuata habeat folia. Athamanticum vocant Alij, quoniam laudatissimum sit in Athamante Thessaliæ monte, & ibi copiosissimè reperiatur: vel quod ab Athamante Aeoli filio fortè inuentum sit. Aliorum nominum etyma, lege suo loco.

Meum alexiterium Prosperi Alpini, ita nuncupatum, quia cuiuslibet serpentis morsui atque veneno valenter obsistit, atque venena depellit, & corpora conseruat, à verbo Græco ἀλέξω arceo, depello, propulso, & τηρέω seruo, conseruo, tueor, vel à θηρίον, idest à feris, seu Serpentibus defendat.

Meum alpinum vmbella purpurascente, Bauh. Muttelina vulgò in Alpibus, an Daucus montanus Clus. pan. & hist. Caros, vel Daucus alpinus videtur Ges. hor. Cam. ep. Matth. [Muttellina nomen est Gallicum, & in Alpibus Heluetiorum dicitur Muttri, vel Mutteren.

Meum secundum Matth. ed. secunda. Meum adulterinum, Tab. Meum latifolium adulterinum Bauh. Meum spurium alterum Italicum Lob. Lugd.

Meum Batauis, & Silesiacum est Thyssélinum Plinij, siue Apium syluestre lacteo succo turgens. Cuminum Alnorum dictum, quia secus fossas iuxta Alnorum truncos territorij Hirsbergensis frequens, Gasp. Scuuencfelt.

Meon aquaticum Ges. lege Fœniculum aquaticum galeticulatum.

Mezereon Germanicum, lege Laureola folio deciduo.

Micro-

Microſphæron, Nardi folium eſt, ex tribus ſpeciebus, vt minimum, ita & longè præſtantiſſimum. Plinius.
Mignol eſt potio ex Palma vinifera parata, vt dicemus in ſecunda parte Phytolog.
Milax, eſt arbor, de qua in ſecunda parte Phytol. fiet mentio.
Milax, ſiue Acylaca, Ilicis ſpecies, vt dicemus in ſecunda parte Phytol.
Miliaria herba Plinij, lege Panicum ſylueſtre aliud Dalech.
Miliaris, lege Millefolium vulgare album.
Milimandrum Mattheo Siluatico, eſt Apollinaris, ſiue Hyoſciamus albus.

De Milio. Synonyma, & Etymum.

Milium Matth. Dod. Lob. Tab. Fuch. Tur. Lac. & aliorum Milium vulgare, Geſ. hor. Ad. commune, Ang. Milium ſemine luteo, vel albo, Bauh. Milium aureum, & album, Cam. Hippocrati ſecundum Galenum πάσπαλος Græcis κέγχρος. Italis Miglio.
Milium à miliari ſumma deriuatum volunt, quaſi milleſimum ferat granum. Cenchros dicitur, ſecundum nonnullos, à numeroſiſſimis, & minutis granis ficuum, quæ κεγχραμίδες vocantur, nam milij grana, & figura, & colore, & magnitudine referunt. Vel à verbo κέχραω commodo, cum milium inter frumentacea maximum afferat commodum, & vtilitatem. [Paſpalos vocatur fortè, quoniam comeſtum totum ventrem agitat, nam Græcis πᾶς exponitur, totus, vniuerſus; πάλος verò vibratio, concuſſio, agitatio.

Milium nigrum, Cam. Tab. Ger. Milium ſemine nigro, Bauh. Milium ſemine nigro, & latiore iuba, Lob. obſ. Milium iuba ſubinde coloris nigricantis, Dod. Milij nigri ſpecies apud Oribaſium, Ang. Milij alterum genus è colore nigro deterius, Cæſ.

Milium Æthiopicum Portæ. Milium arundinaceum plano, alboque ſemine, Bauh. an Milium album in Regno Congi, quod Mazza di Congo, ideſt ſemen Congianum vocant hiſt. Ind. Orient. Dora Rauuolfio. Sorgo ſimile granum, Hareomen Arabum, Bellonio.
Milium Sabæum, lege Millo frumentum.
Mlium Indicum, & Sarracenicum, lege Melica, ſiue Sorgum.
Milium agreſte, ſiue exiguum, Trag. lege Panicum.
Milinm alterum Theoph. lege Phalaris, Matth.
Milium caprearum, lege Noli me tangere.
Milium ſyluaticum, Tab. lege Melampyrum luteum latifolium.
Milium Soler, & Solis, lege Lithoſpermum maius erectum.
Militaris Galeni, lege Erinus Matthioli.

De Millefolio. Synonyma, & Etymum.

Millefolium maius, Matth. Millefolium purpureum maius, Bauh. Millefolium rubro flore, Cluſ. hiſt. Eyſt. Græcis χιλιόφυλλος. Italis Millefoglio.
Millefolium dicitur à foliorum multitudine, nimirum à multiplici, & quaſi innumerabili foliorum ſectione. Chiliophyllon Græcis vocatur, ideſt Millefolium, nam apud ipſos χίλοι eſt mille, φύλλον eſt folium.

Millefolium minus Matth. paruum Cæſ. Millefolium rubro flore, Cluſ. hiſt. flore rubro, Geſ. Millefolium terreſtre purpureis floribus, Lob. Millefolium purpurei floris,

floris, Dod. purpureum, Tab. millefolium flore purpureo, Ad. millefolium vulgare diluti ruboris, Trag. Stratiotes millefolia minor, Lugd. Græcis στρατιώτης. [Stratioets dicitur, ideſt militaris, quod in militia, & caſtris eius vſus ſit, ad vulnera ſananda, nam apud Græcos στρατὸς eſt exercitus, στρατιώτης verò ipſa militum multitudo.

Millefolium vulgare album, Bauh. ilMlefolium vulgare Trag. Geſ. hor. Millefolium terreſtre maius, Cord. hiſt. Tab. Millefolium, ſiue Achillea, Dod. Millefolium album Brunſ. flore albo Eyſt. Millefolium Stratiotes, Cord. in Dioſc. Militaris ſiue Millefolium flore albo, Ad. Stratiotes terreſtris, Eric. Cord. Stratiotes maior, Lugd. Stratiotes ſecunda, Ang. Stratiotes millefolia Fuc. Lac. Caſt. Achillea vocatur, ab Achille inuentore Chironis diſcipulo.

Millefolium minus, ſiue Stratiotes, Chiliophyllos, Dod. Millefolium luteum, Ad. Lob. Tab. Ger. Millefolium luteum tomentoſum, Bauh. Millefolium luteis floribus, Geſ. hor. Cam, Helichriſum Italicum, Matth. Cam. Lugd. Stratiotes Millefolia flauo flore, Cluſ. hiſt. Sratiotes, vel militaris millefolia, Dod. gal. Stratiotes lutea Cluſ. hiſp. Lugd. Tanacetum lanuginoſum, Lugd. [Chiliophyllos dicitur, ideſt Millefollium, nam Græcis χιλιοὶ eſt mille φύλλον verò folium. Aliorum nominum etyma, lege ſuo loco.

Millefolium aquaticum, Matth. Millefolium vmbellatum, Coriandri folio, Bauh. Millefolium aquaticum alterum Coriandrifolium, Ad. Stratiotes Millefolia aquatica, Lugd.

Millefolium aquatile, Dod. Millefolium, Lon. Ger. Tab. cui & fœniculum aquaticum, Millefolium aquaticum vmbellatum capillacco breuique folio, Bauh. Myriophyllum, aut Marathriphyllum paluſtre, Ad. Lob. Myriophyllum, Matth. Lac. Caſt. prius, Matth. Lugd. Myriophyllon alterum Cæſ. [μυριόφυλλον dicitur, quòd plurimis folijs ſit fœniculo ſimilibus; nam Græcis μύρια etiam millia dicuntur: hinc μαραθρίφυλλον etiam appellatur, ideſt habens folium fœniculi, cum apud Græcos μάραθρον ſit fœniculum.

Millefolium aquaticum, ſeu Viola aquatica caule nudo, Bauh. Myriophyllon Cæſ. Equiſetifolium fluuiatile, Ad. Lob. ob. Myriophyllum alterum, Matth. Lac. Lugd. fœniculum aquaticum ſecundum, Tab. an Potamogeton Caſtoris apud Plinium. Stratiotes fluuiatilis, Geſ. hor. Viola aquatilis Dod. paluſtris, Ger.

Millefolium aquaticum folijs fœniculi ranunculi flore, & capitulo, Bauh. Myriophylli ſpecies coliculis fluitantibus, Thal. Myriophyllon marathriphyllon paluſtre alterum, Lob. ico. Fœniculus aquaticus Dalech. Peucedanum aquaticum, Tab. Peucedani etymum, lege ſuo loco.

Millefolium aquaticum folijs Abrotoni, lege Alga prima Tragi.

Millefolium aquaticum lenticulatum, lege Fœniculum aquaticum galericulatum, Tab.

Millefolium nobile, & Millefolium Stratiotes, lege Achillea Matth.

Millefolium tuberoſum I. Cornuti, ita dictum, quia radix frequentibus tuberibus ſcateat.

Millefora, eſt Perforata, ſiue Hypericum, Matth.

Millegrana, lege Polygonum minus, ſeu Millegrana,

Mille-

Milleguetta, & Melleguetta, lege Cardamomum maius.
Millemorbia, lege Scrophularia, Matth.
Millepora Imper. est Corallo albo affinis.
Millo, frumentum in Guinea pascuum, Milij forma, sed dulcius, ex quo panem, & vinum conficiunt in Regno Sabo ad Clus. curas post. Milium Sabæum, Bauh.
Millos Theoph. arbor est, vt dicemus in secunda parte Phyt.
Miluinus pes, lege Coronopus Matth.
Milzadella vulgò, lege Lamium alba linea notatum.
Mimosa, lege Herba mimosa. Hic in gratiam Lectoris pag. seq. damus iconem herbæ Mimosæ Italicæ sub hoc nomine, siue Herbæ viuæ spuriæ nobis missæ, quam plantam olim D. Michael de Campis Acaciam herbam appellabat; sed de hac diffusius agemus in secundo Tomo partis primæ Phytologiæ quando descriptionem in medium afferemus.
Mimulus Plinio, quibusdam est Fistularia, siue Pedicularis pratensis lutea, quamuis alij Numulum legant, & intelligant Numulariam.
Mineruium Romanis, dictum est Leontopetalum, Matth.
Mintha, lege Mentha, à Græcis ἡδύοσμος appellata.
Minthos apud Cælium Rhodiginum floris nomen est in sterquilinijs enascentis, quo mirum in modum afficiuntur Hirci, sed quid?
Minyanthes Trifolij est species, ita nuncupata μύρια significare μύρια, ait Hesichius, & ἄνθος flos eò quia flosculus Trifolij, ex mille flosculis videtur compositus, & vt dicemus in secundo Tomo partis primæ Phytologiæ cap. de Trifolio.
Mirabilis Peruuiana, lege Admirabilis Peruuiana.
Mira Sole Italis, Guil. lege Ricinus vulgaris.
Misebar Auicennæ, secundum nonnullos est Maru herba, siue Cerinthe.
Misy, secundum Plinium, tuberis genus est suauitate odoris, & saporis præcipuum, quod in Cyrenaica prouincia nascitur nostratibus carnosius, nondum vidimus.
Mithridatium Crateuæ Plinij, lege Dens canis.
Mium, lege Meum.
Mnasia Theophrasti, Cæsalpino est Cyperus rotundus littoreus inodorus, Lob.
Mnesitheos à quibusdam Buphthalmus appellatur.
Mochus in Hetruria, lege Cicercula.
Mochus, siue Eruum Ges. lege Orobus siue Eruum.
Mogli, Malauarica lingua Arbor tristis appellatur, vt dicemus in secunda p. Phytol.

De Moly. Synonyma, & Etymum.

Moly latifolium, Moly Theoph. Dod. Moly Theoph. fortè, & Plinij radice rotunda. Moly Indicum flore purpureo Suuer. Moly latifolium liliflorum, Bauh, Moly liliflorum Ad. Lob. Lugd. Moly Homericum, Scillæ alterum genus, & Pancratium, Diosc. Cæs. Græcis μῶλυ. Italis Moli.
Moly dicitur ab amoliendis, mitigandis, sedandisque morbis, ideſt tumoribus. Pancratium vocatur, quoniam apud Græcos πᾶς significat omnis, κρατὺς verò potens, validus, firmus: hinc παγκράτιον omnipotens, quoniam hæc herba omnibus morbis succurrat.

Moly latifolium Indicum, Bauh. Caucason, Moly Indicum vocatum, Lob. Moly Indicum, Dod. Lugd. Narcissus, siue Pancratium Clus. Suuer. [Caucason nomen est barbarum, & Indicum.

Moly

MIMOSA ITALICA

Siue Herba viua ſpuria.



Moly latifolium luteum odore Allij primum, Bauh. Moly luteum Botanicorum perperam Ornithogalum luteum latifolium, Lob. ad.par. 2. Moly flauo flore Suuer. Moly montanum latifolium flauo flore, Clus. hist.

Moly Matth. Cast. Lugd. Lon. angustifolium,Dod. Moly angustifolium vmbellatum Bauh. Moly Dioscoridis, Lob. Clus. hisp. & hist. Cam. Allium vrsinum alterum Cæs.

Moly humile folio gramineo, Bauh. Chamęmoli, an Moly Diosc. Colum.

Moly angustifolium folijs reflexis, Bauh. Moly Serpentinum vocatum Lob. Lugd. Scorodoprasum alterum Clusij quibusdam. Scorodoprasi etymum lege Allioporrum.

Moly moschatum capillaceo folio, Bauh. Allium syluestre perpusillum iuncifolium moschatum, Lob. ad par. alt.

Moly alterum Plinij, lege Phalangium paruo flore ramosum.

Molybdena Plinij, Ang. lege Dentellaria Rondeletij.

Molybdena Plinij Dalech. lege Dipsacus minor, Ges. Alij verò Molybdenam, Bistortam dicunt.

Molyza Hippocrati, lege Allium satiuum radice simplici.

Molle, Clusij arbor est, de qua in secunda parte Phyt.

De Mollugine, Synonyma, & Etymum.

Mollugo Clus. pan. & hist. Belgarum, Lob. Mollugo Montana latifolia ramosa Bauh. Mollugo montana, Dod. Thal. Tab. Lugd. Alysson Plinij maius Ges. col. Gallium, siue Mollugo Montana Gerar. Matrisylua secunda Trago. Rubia syluatica altera Ges. hor. maior eidem ap.

Mollugo dicitur à mollitie, & leuitate foliorum. Aliorum nominum etyma, lege suo loco.

Mollugo prima, Dod. Lugd. Tab. Mollugo vulgatior Herbariorum, Lob. Mollugo montana angustifolia, vel Gallium album latifolium, Bauh. Gallion candido, flore, Cord. in Dioscoridem, Cęsalpin. Gallion tertium, Trag. album Ad. Cam. Thal.

Mollusca, nux ex genere Iuglandium, lege Nux vulgaris in 2. p. Phyt.

Molluscum, tuber est Aceris arboris, vt dicemus in 2. p. Phyt.

Moloche, & Malache, lege Malua.

Moloche agria est Malua syluestris, siue Althæa, nimirum Ibiscus vulgaris.

Molochia Serapionis apud Nonnullos est Anagallis terrestris mas.

Molochia Alpini, lege Melochia, siue Corcorus.

Molon Plinij, lege Filipendula, Matth. dicitur autem Molon, quasi μᾶλον, idest malum, siue pomum, nam radices ad instar mali, seu pomi producit.

Molotron, lege Melotron, siue Bryonia alba.

Molucca Constantinopolitana, lege Melissa Moluccana.

Momordica, lege Balsamina repens, siue mas.

Monococcon, & Monococcos, lege Briza Dod.

Monoclonos, est Artemisiæ species, lege supra Artemisia

Monogenion à nonnullis Pœonia appellatur, sed hæc nomenclatura, vt plęreque aliç, inter nomina notha Diosc. numerantur.

De Monophyllo. Synonyma, & Etymum.

Monophyllon, Ad. Lob. Tab. Ger. Henophyllum, vel Monophyllum, Ges. hor. Bifolium primum Lonic. Cyclaminum vnico folio Dalech. in Diosc. Cotyledon syluestre, & vnifolium Trag. Gramen Parnassi Matth. Lugd. Cast. Tab. maius Ger. Lilium conuallium minus Bauh. Vnifolium, Dod. Lugd. Cam. Tab. Eyst. Brunf. Græcis μονοφυλλον. Italis Vnifoglio.

Monophyllum dicitur, idest vnifolium, quòd cum prodit vnico sit folio, sed cum cauliculum acquirit, folia bina habet. Græcis enim μόνος exponitur solus, vnicus, vnus, ἓν similiter vnum, φύλλον verò folium vnde Henophyllon vocatur, & propter similitudinem, quam cum Lilio conuallium habet, Lilium conuallium minus appellarunt. Aliorum nominum etyma, lege suo loco.

Monorchis, lege Orchis odorata moschata.

Montapium, lege Apium montanum, siue Oreoselinum.

Montiulmus lege Vlmus in secunda parte Phytologiæ.

Mora bati, Barbaris mora bassi, Mora rubi, lege Rubus vulgaris.

Mora terrestria, sunt Fraga, siue Mora, quæ in Fragaria herba nascuntur, ita dicta, propter similitudinem, quam habent, cum fructibus Mori arboris.

Mora simpliciter dicta sunt fructus mori arboris : alba, & rubra inueniuntur, & Celsa mora dicuntur, lege Morus in 2. p. Phyt.

Morandula, lege Bugula, siue Consolida media.

Moraciæ, & Moracillæ nuces, lege Nux iuglans in 2. p. Phyt.

Mordacitas dicitur illa pars, quæ in quibusdam plantis inest, vt Vrticis, & folijs, ac caulibus quarundam herbarum, quæ punctionem, & pruritum quendam excitant, si cutem tetigerint.

Morella nonnullis est Solanum hortense, siue Officinarum.

Morgsani Syrorum est Capparis leguminosa, siue Fabago.

Moringa Acostæ est arbor exotica lentisci folijs, de qua in secunda parte Phyt.

Morion fructus Mandragoræ, nonnulli vocant, Alij vero Solanum Belladonna vocatum esse volunt.

Morochen, species est frumenti Indici ab Indis ita nuncupati.

Moro sycon est arbor Celso authore, vt dicemus in secunda parte Phyt.

Morsus gallinæ, lege Alsine.

Morsus gallinę folio hederulæ, lege Lamium folio caulem ambiente.

De Morsu Diaboli. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Morsus Diaboli, est sigillata cutis nempe sanguis mortuus sub cute, quando liuido colore inquinata, sanie sese suffundente nigrescit, causamque huius sigillationis ignoramus; & mortui osculum, nempe basium etiam nuncupamus. Est præterea Morsus Diaboli planta, de qua in pręsenti.

Morsus Diaboli, Trag. Dod. gal. Ges. hor. Lac. Brunf. Cam. Tab. Ger. Ad. Lon. Lob. Lugd. Succisa Matth. Dod. Cast. Fuch. Succisa glabra, Bauh. Scabiosa folio integro, Cæs. Pycnocomon, Col. Nigina Plinij Alijs. Præmorsa, Cast. Italis Morso del Diauolo. Iacea nigra, Alijs.

Morsus

Morſus Diaboli dicitur, nam cum radices huius herbæ circumroſæ ſint, vulgus enim credit Dæmonem, cum tantæ efficaciæ radicem hominibus inuideat, eam ſtatim vbi ſuccreuerit vndique circumrodere, & ideò Succiſa etiam nominatur. [Nigina vocatur fortè à verbo νύσσω, quod ſignificat pungo, punctim cedo, ſeu vulnero: hinc νύγμα punctus, ſeu punctum: dicitur etiam de morſu animalis, & quoniam hæc herba, nimirum radices demorſæ apparent, vel quod morſibus venenatorum opituletur, ideò Nigina dicta. Aliorum nominum etyma, lege ſuo loco.

Morſus Ranæ ſiue Lactuca ranarum, lege Alga ſecunda Tragi. Morſus Ranæ, & Lactuca Ranarum dicitur, quia in aquis ſtagnantibus creſcit, vbi Ranæ libenter morantur.

Morſus Ranæ Dod. lege Nymphea parua, Cæſ.

Morus arbor, eiuſque ſpecies in ſecunda parte Phyt. erunt recenſendæ.

Morus vaticana, idem eſt quod Rubus vulgaris.

Moſa, ſiue Muſſa apud Arabes, eſt pomum Aſſyrium, vt dicemus in ſecunda p. Phyt.

Moſchata acus, lege Acus moſchata, ſiue Myrrhida.

Moſchatella Cord. hiſt. lege Denticulata à radicis forma.

Moſchatella cærulea, & Ageratum purpureum Germanis quibuſdam Lugd. eſt Ageratum ſerratum alpinum, Bauh.

Moſchatula, pyra quædam dicuntur, quæ odorem moſchi referunt, de quibus in ſecunda parte Phyt.

Moſchatellina folijs fumariæ bulboſæ, de qua Cordus, Io. Bauh. ita nuncupata, quia flores, & folia moſchum ſpirant.

Moſcheaton Roſæ genus eſt, vt dicemus in ſecunda parte Phyt.

Moſchocaryon, & Moſchocarydion eſt nux vnguentaria, myriſtica, vulgò moſchata; de qua in ſecunda parte Phyt.

Mucro in plantis eſt acumen, in quod pars quæcumque deſinit, ſic foliorum multorum, ſiliquarum quarundam, & ſpinarum omnium extrema in mucronem acuminantur, faſtigianturuè, aut mucronantur.

Mugo, Pinaſtri, ſiue Pinaſtelli ſpecies, de qua in ſecunda parte Phytologiæ.

Multibona, lege Apium montanum folio ampliore.

Multiradix, nonnullis eſt Gratiola, nam radicibus complurimis firmatur, quamuis ab alijs Centaurium intelligatur.

Mularia, & Mula herba, lege Hemionitis.

Mulſum eſt potio ex melle, & vino ita dicta à mulcendo, hoc eſt molliendo eò quòd vini auſteritas mellis dulcedine molliatur. Smiliter mulſus, a, um, quod habet aliquid mellis admiſtum, vt aqua mulſa, acetum mulſum, & vt latius in ſecunda parte Phyt. cap. de Vite

Mumeitz Arabum, eſt Ficus Cypria, vt dicemus in ſecunda parte Phyt.

Mungo Garziæ, fructus eſt niger Coriandro ſimilis, de quo in ſecunda parte Phyt.

Muralis, & Muralium herba, lege Parietaria Officinarum.

Murciolum, eſt ſemen Lentiſci apud Columellam, de quo in ſecunda parte Phyt.

Murina ſpina, lege Calcatrepola, ſiue Carduus ſtellatus, alijs verò eſt Ruſcus, ſiue Myacantha.

Murina, vel Myrina, ſiue Murrhina, & Myrrhina potionis genus eſt, ab vuæ murrhinæ nomine, vt dicemus in ſecunda parte Phyt.

Murica, arbor eſt, de qua in ſecunda parte Phyr.

Muricida aliquibus dicitur Aconitum cæruleum, siue Napellus.
Murinum hordeum, lege Phœnix, Matth.
Musa, quænam sit arbor, & an sit eadem cum Muza Arabum, in secunda parte Phytologiæ manifestabimus.
Muscari Turcarum, lege Bulbus vomitorius, Matth.
Muscelion Aliquibus, est muscus omnium minimus.
Muscaria appellantur quoque herbarum comæ in orbem radiatę cacuminaque in fasces coacta, Latini muscaria vocitarunt à flabri similitudine cuius ventilatu muscæ conuiuijs abiguntur.
Muscipula, & Muscicapa, siue Armoraria altera, Lob. lege Lychnis viscosa purpurea latifolia breuis.

De Musco. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Musci complures reperiuntur, natalibus ferè differentes. Quidam arboribus adnascuntur, & adhærent; Alij in terræ superficie exoriuntur. Alij in aquis marinis crescunt, de quibus omnibus in secundo Tomo partis primæ Phytologiæ erit sermo, cap. de Musco: nam muscus vocatur omnis villosa substantia, caudicibus annosis, aut saxis madidis, aut aquis palustribus, aut mari adnascens: veluti cani quidam ipsarum arborum villi. In quibusdam etiam plantis quædam villosa flosculorum congeries, quæ quod contracta sit, densaque florescat, muscus dici consueuit, vt in Ligustro, & compluribus alijs.

Muscus arboreus, Matth. Dod. Trag. Lugd. Ang. Cast. Thal. Muscus quernus, Lob. Ger. Muscus arboreus. Vsnea Officinarum, Bauh. Muscus arborum, Lon. Tab. Musci genus, quod priuatim Splachnon vocant, Cæs. Parasitica herba nonnullis Græcis βρύον, & σπλάγχνον. Alijs verò Sphagnon, & Hypnon Muscus appellatur, & præcipuè terrestris. Italis Musco arboreo.

Muscus enim forte dictus à mucore, est enim mucor lanugo situ diutino contracta, res autem inspersa huiusmodi lanugine dicitur mucida, vulgò mussa, sic muscus, quasi mucidus, quod mucorem ex vetustate contraxit. Bryon etymum, lege supra Bryon, nam apud Græcos βρύω significat scaturio: hinc herba ita nuncupata, quia ex arboribus, & ipsarum ramis, necnon lapidibus scaturire videtur. Vsnea verò dicitur, quia Arabibus dicitur Vsnec. Parasitica herba dicta, quoniam nonnisi aliena quędam vescatur, & bene viuat, nimirum alienis sumptibus victitet. Splachnon vocatur, nam apud Græcos σπλάγχνον est viscus, & propriè de visceribus, aut extis animalium dicitur: hinc herba, quia Muscus, & præcipuè terrestris quædam species suis cauliculis æmulatur quodammodo animalium intestina longis orbium anfractibus longè lateque per terram sparsa, & diffusa. [Hypnum verò dictum, quia apud Græcos ὕπνος exponitur somnus, & vinum ex musco quodam terrestri paratum profundum inducit somnum, & hac de causa etiam Sphagnos, siue Sphacos nominatur, quasi σφακτὸς nimirum mactatus, siue interfectus: itaut qui huiusmodi vinum biberint mactati, & interfecti videantur.

Muscus ramosus, & Muscus ramosus floridus Tab. Ger. Muscus arboreus cum orbiculis, Bauh. Muscus quernus fruticosus τριχόφυλλος, Col. Muscus fœniculaceus, Lugd. [Trichophyllos dicitur, idest habens folium capillare, nam Græcis τρίχος est capillus, siue pilus, φύλλον verò folium.

Muscus pulmonarius, Lob. & Bauh. Pulmonaria prima, Cast. tertia, Clus. pan. Pulmonaria Licheuis quoddam genus, Cæs. Pulmonaria fungosa, Lugd. vulgaris,

Thal.

Thal. Licheñ arboreus nonnullis. Musci species aridior alijs. [Muscus pulmonarius, & Pulmonaria appellatur à formæ similitudine; colorequoque, & albicantibus maculis notatus est ad instar pulmonis.

Muscus crustæ modò arboribus adnascens, lege Lichen Diosc. & Plinij.

Muscus arboreus coralloides, Mauh. Muscus alter quernus coralloides ἄφυλλον, Col. [Aphyllon dicitur, idest sine folijs, nam alpha ante est priuatiuum.

Muscus arboreus capitulis cauis, Bauh. Muscus alter πλατυπυκνοδασύφυλλον, Col. idest habens folia lata densa, & pilosa, nam Græcis πλατὺς exponitur latus πυκνὸς densus, spissus, & δασὺς pilosus, villosus, hirsutus.

Muscus rerrestris vulgaris, Dod. Lob. ico. Muscus vulgatissimus Bauh. Muscus hortensis, Trag.

Muscus terrestris denticulatus, Lob. Lugd. Muscus denticulatus, Ger. Muscus denticulatus maior, Bauh. Muscus terrestris minor, Dod. Muscus tertius Tab. [Denticulatus dicitur, nam ramuli densissimis folijs, quasi denticulis compressis, vel squamulis componuntur.

Muscus terrestris denticulatus alter, Lob. Lugd, Muscus secundus Tab. Muscus denticulatus minor, Bauh. Muscus terrestris Lusitanicus, Clus. hist. Muscus terrestris minor alter Dod. Muscus terrestris repens, Clus. hisp.

Muscus terrestris vulgaris, Ger. ico. Musco denticulato similis Bauh. Muscus montanus, Taber.

Muscus clauatus, & pes leoninus, Lob. Ger. Muscus terrestris Matth. Dod. Cast. Lac. Trag. Musci genus, quod pro spica vendebatur Cæs. Muscus terrestris clauatus, Bauh. Muscus vrsinus, vel pes vrsinus, Ces. Frac. Muscus terrestris secundus, & alius terrestris, Lugd. Lycopodium, ideft pes Lupi Dod. gal. Tab. Pernonaria; siuè Pulmonaria, qua pro spica Celtica vsi sunt, Ang. Selaginis species altera, Thal Chamæpeucæ Cord. hist. ico. [Clauatus dicitur, quoniam in summitate ramulorum, cauliculi veluti quædam spicę, clauorum modo prominentes insurgunt, Coryli iulis ferè similes, idcirco clauatus appellatur.

Muscus clauatus folijs Cupressi, Bauh. Muscus terrestris tertius, Lugd. Sauina syluestris Tragi, seu Silaginis Plinianæ prima species, Thal. Sauina syluestris, Trag. Ges. hor. Lon. similis herbæ Sabinæ est Selago appellata Plinius lib. 25. Chamæcyparissus Tab. Tur. Ger. [Sauina dicitur, eò quia folia ad similitudinem foliorum Sabinæ produceat. Silago verò appellata, quasi Silego fortè à verbo græco λέγω, quod aliquando ponitur pro cubare facio, aut dormitum dimitto, quoniam hæc herba, vt dictum fuit superius quando Hypui etymologiam exponebamus, si intus sumatur profundum inducit somnum.

Muscus erectus ramosus saturatè viridis, Bauh. Selago tertia Thal.

Muscus erectus ramosus pallidus, Bauh. Museus terrestris scoparius, Ger. Muscus scoparius, Lob. Lugd. Muscus terrestris Tab. [Scoparius dictus, forsan, quia ex hac herba scopæ componantur.

Muscus coralloides saxatilis, cerui cornua referens, lege Lythobrion coralloides.

De Musco

De Musco Polytrichoide. Synonyma, & Etymum.

Muscus polytrichoides minimus C. Bauh. in Prodromo. Muscus stellaris polytrichoides Alijs Hyssopus Salomonica Præclarissimi viri D. Ouidij Montalbani nostra ætate in nulla Musarum officina non expoliti, qui Physices arcana peruestigat, Mathematicorum ardua perspicit, Philosophorum moralium flosculis abundat, Iureconsultorum laboriosos canones excutit. Vir græca facundia insignis, non inferior literis, quam moribus, eruditione solida, fideliquе præditus, inter eruditos optimus, & inter optimos perquam eruditus; itaut inter illos meritò locum obtineat eminentissimum. Quæ herbula in Horto Botanographico eiusdem eruditissimi Viri perbellè est delineata, & descripta, eò enim Lectorem remitto.

Muscus polytrichoides dictus, nimirū capillaris muscus, quoniam in summitate cauliculi nudi cum fastigijs musci capillaris cernuntur. Musci etymum, lege supra Muscus, & infra Polytrichum. Stellaris nominatur, nam folijs exit breuioribus, & angustioribus stellatim per interualla caulem ambientibus, vt in Aparine & Spergula, ramique cum folijs aspergilla quodammodo imitantur; sed de hac herba in secundo Tomo partis primæ Phyt. quando de Musco verba fient, erit sermo.

Muscus capillaris, & Muscus saxatilis, aut syluestris Tragi, lege Polytrichum aureum maius.

Muscus terrestris pyxidatos alabastriculos imitatus, Lob. belg. Muscus pyxiodes terrestris, Bauh. Pyxiodes dicitur, nam hinc inde surgunt pyxidulæ crassæ cinerei coloris superius in acetabuli formam patulæ pede angusto nixæ.

Muscus ceratoides maior, & minor. [Quod similis sit multis ramis cornu ceruino. κέρας enim Græcis est cornu.

Muscus Filicinus, Tab. Ger. Muscus filicinus maior, Bauh. [Filicinus dicitur à Filice, cum qua similitudinem quamdam habet.

Muscus saxatilis, lege Hepatica Brunf.

Mustace, & Mustax lauri species est vt dicemus in 2. p. Phyt.

Mustea mala, lege Cydonia mala in 2. p. Phyt.

Musteros, Conyzam maiorem nonnulli intelligunt, sed inter spurias appellationes reponitur.

Mustum, est liquor recens ab Vuis calcatis, aut torculari subditis efluens, vt dicemus in 2. p. Phyt. cap. de Vite.

Mutica spica dicitur, quæ non habet aristam, & mutica, quasi mutila nominatur.

Muttelina vulgò in alpibus, lege Meum alpinum.

Muz, & Gemez Mauritanis, est Palmæ species pumila de qua in 2. p. Phyt.

Myacantha, & Myacanthon, lege Bruscus, siue Ruscus, idest Murina spina, nam Græcis μῦς, μυὸς est mus, ἄκανθα verò spina, quia in carnarijs, suspensa à murium iniuria tuetur, nam propter eius aculeos mures irrepere non audent.

Myacanthos Theophrasti Dalechampio, lege Calcatrepola, Matth.

De Myagro. Synonyma, & Etymum.

Myagrum, Ad. Lob. Lugd. Ger. Ang. Dod. Myagrum primum Tab. Myagrum satiuum, Bauh. Camelina, siue Myagrion Dod. Thal. Dorella, Cæs. Linaria quinta Tragi. Pseudomyagrum, Matth. Lugd. Sesamum Trag. Lac. Lon. Sesamum non est Ges. hor. Græcis μύαγρυ. Italis Miagro.

Myagrum dicitur, quia muscis sit infestum, vt volunt nonnulli μῦια μυίας Græcis

est

est musca, nam lacte maceratum, si muscę linxerint mortuæ decidunt. [Camelina, & Camelinæ vocatur, quasi humile linum, propter quamdam similitudinem, quam habet cum folijs lini, ideò etiam Linaria ab alijs appellatur. Sesamum dictum, ob seminis cum Sesamo effigiem, & olei vbertatem.

Myagrum alterum Thlaspi effigie, Lob. Lugd. Myagrum siliqua longa, Bauh. Myagrum secundum, Tab. Erysimum tertium Eidem Camelina, Ger. Eruca syluestris angustifolia, & Viola lutea syluestris, Trag.

Myagrum syluestre, Bauh. Pseudomyagrum alterum Cam. in Matth. Paronychia secunda, Tab.

Myagrum monospermon latifolium, Bauh. Myagrum hortense monospermon Eyst. [Monospermon dicitur, idest vnicum habens semen, nam Græcis μόνος exponitur vnus, σπέρμα verò est semen.

Myagrum Vaccaria quorumdam, lege Vaccaria rubra.

Mydion, lege Hemerisin secunda parte Phytologiæ.

Mydusa nonnullis dicitur Anchusa, sed inter nomina notha recensetur.

Myle, myles bulbi species est, secundum Galenum lib. 7. simp. sed quid? an fortè Moly Theoph.

Myosotis nonnullorum, lege Alsine Matth. ita dicta non solum quia folia habet similia muris auriculis, sed etiam superna parte pilosa.

Myosotis hirsuta, lege Echium scorpioides aruense.

Myosotis scorpioides palustris, lege Echium palustre.

Myosotis parua Dalech. Lugd. est Bursa pastoris minor loculo oblongo Bauh.

Myoctonos, Aconiti species est, lege Aconitum.

Myodes testiculi species est, lege Orchis myodes.

Myophonon, idem est quod Myoctonon, lege supra Aconitum.

Myophonum Theophrasti, lege Solanum tetraphyllon, siue quadrifoliũ bacciferum.

Myosuros, lege Cauda muris, Dod.

Myracanthon Aliquibus Eryngij species est, Centum capita nuncupatum, & radicem habet odoratam, vnde Myracanthi nomen accepit.

Myrica arbor nota est, de qua in secunda parte Phytol.

Myrica marina Batauica est Fucus marinus Imper.

Myriophyllum, lege Millefolium aquaticum, siue aquatile.

Myriophyllum pelagium Cortusi, Clus. hist. est muscus maritimus Filicis folio, Bauh.

Myristica nux, lege Nux moschata in secunda parte Phyt.

Myrobalanus fructus est, ex Palmarum genere, vt dicemus in 2. p. Phyt.

Myrobalanus folio Heliotropij, quid sit in secunda parte demonstrabimus.

Myrobalanus Troglodytis, est fructus magnitudine Auellanæ, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Mirrha arbor est in Arabia nascens; est etiam lacryma ex eiusdem arboris trunco manans, de qua in secunda parte Phyt.

Myrrhapia genus pyrorum, quod odorem gratissimum reddit, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

De Myrrhide. Synonyma, & Etymum.

Myrrhis, Matth. Lob. Dod. Cast. Lugd. satiua, Cam. Ger. hor. Lac. Ad. Cord. in Diosc. Myrrhis maior, vel Cicutaria odorata, Bauh. Cerefolium Hispanicum, Tab.

Tab. Cerefolium magnum, & Cicutaria tenuifolia Ger. Cicutaria tertia, Cæs. Seseli Peloponense, Ang. Smyrrhiza alijs, Pityospermon Cord. Græcis μύῤῥις. Italis Miride.

Myrrhis ob odore myrrhæ dicta nam tota planta suauem spirat odorem, ideò Smyrrhiza etiam dicta, Cicutaria vocatur, propter similitudinem, quam habet, cum Cicuta in folijs, & in tota planta. Pityospermon vocatur, eò quia semen odorem nucis pineæ præ se fert, nam Græcis πίτυς est Pinus, σπέρμα verò semen.

Myrrhis satiua minor, Cam. Myrrhis minor, Bauh. Myrrhis montana Tab. Myrrhis altera, Ad. parua Lob. Lugd. Cicutaria secunda, Cæs.

Myrrhis syluestris Cam. Myrrhis syluestris feminibus læuibus Bauh. Cicutaria, Ges. hor. Pseudomyrrhis Alijs.

Myrrhis syluestris feminibus asperis, Bauh. Myrrhis syluestris noua Æquicolorum, Col.

Myrrhis lappa, Dalechampij, est Caucalis alia vulgaris, Lugd.

Myrrhida Plinij, rostrum Ciconiæ, Ad. Lob. lege Acus moschata.

Myrsine, lege Myrtus in secunda parte Phyt.

Myrsinites, lege Tithymalus mirsynites.

Myrta, & Murta, aliquibus dicuntur baccæ myrti.

Myrtacantha, murina spina Lob. lege Ruscus, siuè Bruscus.

Myrtaria, est Tithymalus myrtifolius.

Myrtidanum, est Myrtus minor vulgaris, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

De Myrtillo, siue Vite Idæa. Synonyma, & Etymum.

Myrtillus, Matth. Lon. Cast. Myrtillus Germanica, Lugd. Bagolæ primum genus, Cæs. Radix Idæa fructu nigro, Ang. fructus exigui Gallis Bleuete par. 2 Amer. Vaccinia nigra, Dod. Ad. Lob. Ger. Vitis Idæa vulgaris baccis nigris, Clus. pan. & hist. Theoph. Eidem hist. Vitis Idæa folijs oblongis crenatis fructu nigricante Bauh. Vitis Idæa prima Taber. & Vitis Idæa secunda maior, Eidem Vitis Idæa nigris acinis, Ges. Vitis Idæa nigra, Cam. Græcis ἄμπελος Ἴδης. Italis Vite Idea, & Mirtillo.

Myrtillus dicitur à forma baccarum, qui Myrti baccis similes sunt Germanica verò dicta, quia in Germania legitimo Myrto carent. Bagolæ vocantur fortè, quasi bacculæ, & cum sit fruticosa planta, sed exigua inter herbas connumerauimus. Bagolæ verò secundum genus cum sit arbor, inter arbores recensebimus. Vitis Idæa appellatur, quia nascitur in Ida monte, qui est in Creta, & Vitis dicta, quia more Vitis acinos producit. Vaccinia nigra nominatur, quasi Baccinia, cum fructus baccæ nigræ sint.

Myrtillus exiguus, Trag. Idæa vitis Lugd. Radix Idæa fructu rubro Ang. Rhus Plinij minor, Æmilij, Thal. Vitis Idæa buxeis folijs, Clus. hist. Vitis Idæa rubra, siuè Vaccina rubra Dod. Vaccinia rubra, Ad. Lob. Vitis Idæa folijs subrotundis non crenatis baccis rubris, Bauh. Vitis Idææ species altera acinis rubris, Ges. hor. Vitis Idæa rubra nonnullis. Rhus minor Plinij, Cam. ep.

Myrtillus grandis, Trag. Vaccinia Pannonica, Ger. Vitis Idæa nigra maior, Thal. Vitis Idæa folijs oblongis albicantibus, Bauh. Vitis Idæa secunda Clus. pan. & hist. Vitis Idæa tertia, Tab.

Myrtilli

N



Abati Arabibus, est Portum syluestre, siue Vineale.

Nabca, Paliurus Athenæi credita, Alpin. vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Nachani semen nigrum minutum sapore Secales, ex cuius farina panes conficiuntur, Garz. Sinapi simile Indicum semen Bauh.

Nacra, est mater perlarum, siue Margaritarum, non autem herba, vt nonnulli voluerunt.

Nanas Theueti Lugd. & Nana, est Carduus Brasilianus folijs Aloes, lege Aberas.

Napeca Bellonij arbor est, de qua in secunda parte Phyt.

De Napello. Synonyma, & Etymum.

Napellus, Matth. Dod. Lugd. Lon. Cast. Cam. arboreus, Eyst. Napellus reticulatus, Cæs. Napellus verus cæruleus, Lob. Ad. Napellus maior latifolius, & angustifolius, Tab. Aconitum cæruleum, seu Napellus primus, Bauh. Aconitum cæruleum Gæs. col. Thal. Aconitum Lycoctonum cæruleum Dod. gal. Aconitum Lycoctonum sextum Clus. hist. Aconitum secundum, vel Lycoctoni species altera, Ges. hor. Toxicum herba aliquibus. Cucullus monachi; Cappa monachi Herbarijs teste Dodoneo. Vulparia, & Vulpicida, Alijs. Italis Napello. [Napelli etymum, lege Aconitum cæruleum. Aconiti etymum lege Aconitum. Cucullus verò appellatur, eò quia floris pars superior cucullo, aut cassidi capitis cauo operimento sit similis. Vulparia, & Vulpicida dicta, quia Vulpes enecat.

Napellus secundus, seu Aconitum violaceum, Bauh. Aconitum Lycoctonum secundum, vel præcox Tauricum Clus. pan. Aconitum Lycoctonum quartum Tauricum, Eidem hist. [Tauricum nominatur à loco natali; inuenitur nempe in Tauricis montium iugis non procul à Salisburgo, vt inquit Clusius.

Napellus racemosus, est Christophoriana herba, siue Aconitum racemosum.

Napellus luteus apud aliquos, est Aconitum Lycoctonum Luparia appellatum.

Napellus Auicennæ apud nonnullos, est Helleborus niger.

Napellus tertius, seu Aconitum purpureum, Bauh. Aconitum Lycoctonum tertium, vel Neubergense, Clus. pan. Aconitum Lycoctonum quintum Neubergense Eidem hist.

Napellus Moysis, lege Aconitum salutiferum.

Napium quibusdam, lege Lampsana.

Napobrassica, C. Bauh. ita vocatur, quia habet caulem napi radici similem. Neapoli Caulo Torzuto.

Napus satiua, lege Bunias, siue Napus.

Napus syluestris, lege Bunias, siue Napus syluestris.

Napy Aliquibus, lege Sinapi.

Narce, à quibusdam Gentiana maior appellatur.

Narcissoleucoium maius, lege Leucoium bulbosum polyanthemum.

Narcissolilium luteum, lege Tulipa minor lutea Gallica.

De Narcisso. Synonyma, & Etymum.

Narcissus ab omnibus Authoribus hoc nomine insignitur, & ita vocatur Græcis ναρκισσος. Italis Narciso.

Nar-

Narcissus dicitur non a Narcisso adolescente nimium se ipsum adamante, vt Poetæ fabulantur, ob eximiam pulchritudinem à pluribus nymphis amatum, desiderio potiundæ nymphæ, tandem tabefactum mutatumque in florem nominis sui. Sed à vi stupefaciendi quam ναρκῶσιν Græci vocant deriuatum, νάρκαω Græcis est stupefacio, & à torpore quem suo odore adfert: nam si Narcisus diù naribus admoueatur torporem menti inducit, vnde Narcissus dicitur: vel vt Plinius ait à narce, quam vim Narcisso inesse testatur: hinc Plutarcho in symposio, quasi neruos hebetans, & torpidas grauitates efficiens nuncupatur. In floribus, & in folijs differentiæ notantur, de quibus omnibus in secundo Tomo partis primæ Phytol. in Tractatu differentiarum abunde agemus. Nam alius est Narcissus latifolius simplex vnico flore, alius latifolius simplex pluribus floribus, Alius mediocroceus, Alius totus luteus, Alius porraceo, & angusto folio, Alius iuncifolius simplex luteus, & albus. Alius magno, & breui calice, Alius magno, & oblongo rubo, vel calice, latifolius, Alius pleno flore, Alius maritimus, de quibus omnibus in secundo Tomo partis primæ Phyt.

Narcissus Illyricus liliaceus Bauh. Narcissus montanus, siue marinus alter, qui Matthiolo tertius, Clus. hist. Narcissus tertius, vel Constantinopolitanus, Matth. & Lugd. qui priorem putat, Narcissus Constantinopolitanus, Tab. Narcissus tertius Matth. multiflorus albus Suuer. Narcissus Indicus alter facie Pancratij Monspeliani Lob. ad par. 2. siue Pancratium Indicum alterum vernum. Lilionarcissus Orientalis Platear, Clus. hist. Lilionarcissus, Hemerocallidis Valentinæ facie, & Lilionarcissus Hemerocallidis facie, Eyst. Azuzenas de las Indias, Lob. ob.

Narcissus pumilus Indicus polyanthos Iacobi Cornuti.

Narcissus Iaponicus rutilo flore, idest Cinnabarris, & Laccæ.

De Nardo. Synonyma, & Etymum.

Nardus Indica Matth. Cast. Lon. Lugd. Ger. Tab. Cord. hist. Nardus Indica, quæ Spica, Spica Nardi, & Spica Indica Officinis Bauh. Nardus, Lob. Lac. Tur. Ruel. Cord. in Diosc. Ges. Cat. Spica nardi Ang. cui Nardus Gangitis Diosc. Amat. & Indica spica, Ad. Lob. ico. Acost. Cæs. qui ex Algarum genere esse statuit, Lugd. Græcis ναρδοςάχυς. Italis Nardo, & Spigonardo.

Nardus dicitur fortè à Naardo vrbe Syriaca Euphrati contermina, vbi frequens nascitur. Nardostachys appellatur Græcis, idest Spicanardi, nam ςάχυς apud ipsos est spica. Differentiæ multæ ab authoribus proponuntur loco natali solùm differentes, nam omnes in vno monte nascuntur, vt Syriaca Occidentem versus Syriam respicit. Indica Orientem versus ad Iudæam vergit, altera non procul à præterfluente Gange nascitur, quæ Gangetica appellatur; de quibus omnibus in secundo Tomo partis pr. Phy:. in Tractatu differentiarum verba fient.

Nardus spuria Narbonensis, Lugd. & Bauh. Nardus Narbonensis, Ger. adulterina Tab. Nardus Gangitis spuria Narbonæ, quæ Gangitidi Dioscoridis prorsus quadrare videtur, Ad. Lob. ico.

Nardus agrestis Trag. lege Valeriana hortensis, siuè Phu maius.

De Nardo Celtica. Synonyma, & Etymum.

Nardus Celtica, Matth. Cord. hist. Ges. hor. Tur. Guil. cui & Saliunca, Ad. Lac. Lob. Cast. Cam. Tab. Ger. Nardus Celtica Diosc. Bauh. Nardus alpina, seu Celtica Clus. pan. & hist. Nardum Gallicum, Cæs. Spica Celtica, Lugd. Græcis κελτικὴ ναρ-

νάρδος. Italis Nardo Celtico.

Nardus Celtica dicitur, siue Spica Celtica à loco natali, nam Celtica est tertia Galliæ pars. Saliunca verò dicta fortè à saliendo, quia dum crescit adeo in vnum se componit iungit, & vnit, vt seiungi difficile possit, est enim planta adeò densa, & spissa, vt veluti manu pressa esse videatur.

Nardus Celtica repens, Ger. Nardus Celtica altera Bauh. Spica celtica Tab. Spica celtica fastigiato flosculorum ordine, Cam. ep.

Nardus ex Apulia Bauh. Phu minus Apulum, Tab. Saliunca Neapolitana, Lugd.

Nardo Celticæ similis Hirculus Bauh. Hirculus veterum Clus. in Gar. Lug. Hirculus Ad. Cam. ep. Tab. Ger. Cæs. Lob. Hirculus, & Nardus Samphoritica, Ang. [Hirculus ab odoris grauitatem dictus. Herbula spicæ Celticæ similis.

Nardus montana, Matth. Lob. Clus. hist. Ang. Ad. Lugd. Cam. Tab. Cæs. Nardus montana radice oliuari, Bauh. Græcis νάρδος ὀρεινή, idest montana, nam ὄρος Græcis est mons. Narditis Alijs, & Pyrites vocatur, nam ex Cilicia coriaceis sacculis ad exteros ferebatur, partim ad medicum vsum, partim, vt ignibus propter odorem in sacrificijs inijceretur, vnde nomen accepit.

Nardus Pistica, idest fidelis, & germana, non adulterata, nam πίστις est fides apud Græcos.

Nardus montana longius radicata, Cam. ep. Nardus montana radice oblonga Bauh.

Nardus Cretica Valerianæ simillima, Hon. Belli. Nardus Cretica Belli Pon. Nardus Cretica Filipendulæ radice, Bauh.

Nardus Celtica altera, lege Alisma Matth.

Nardus Gangitis spuria, lege Nardus spuria Narbonensis.

Nardus Italica, lege Lauandula maior.

Nardus rustica, & syluestris nonnullorum, lege Asarum.

Narc haphtum, Diosc. cortex est arboris, vt dicemus in secunda parte Phyt.

Naronica radix est radix Iridis ita dicta à Narone fluuio, circa quem optima, & copiosissima nascitur.

Narthecа, & Narthecia Theophrasti, lege Ferula fœmina.

Nassus vulgò in alpibus, teste Cæsalpino, est Taxus, vt dicemus in 2. p. Phyt.

Nastos arundo, lege Arundo farcta.

Nasturtiaria recentioribus latinis, Nasturtium aquaticum intelligitur, siue Crescio & Sium verum, Matth.

Nasturtiolum, est Cardamine alpina minima, apud Gesnerum.

De Nasturtio. Synonyma, & Etymum.

Nasturtium Matth. Cast. Tab. Brunf. Cæs. Ang. Nasturtium hortense vulgatum, Bauh. Nasturtium hortense, Lob. Fuch. Tur. Dod. Ad. Lugd. Ger. Trag. Nasturtium vsuale Alijs, Nasturtium album, Plinio. Vueck. cui & Crescio hortensis Græcis κάρδαμον. Italis Nasturtio, Agretto in Officinis.

Nasturtium dicitur à naribus torquendis, eò quod odore, & seminis acrimonia sternutamenta prouocet, & linguam mordicet, vel vt placet Varroni, à narium tormento velut torporem excitans. [Cardamon verò appellatur Græcis, quasi καρδάμον, quod caput calore suo, & acrimonia tentet, κάρα enim est caput, attamen

men capitis vitia purgare creditur. Vel ἀπὸ τῆς καρδίας, quod in syncope Cardiaca dicta plurimum valeat, & quod cor foueat, καρδία enim Græcis est cor. Alij verò Cardamum dictum quod cordatos, & sapientes efficiat, nam aiunt vescentes Nasturtio mentis acumine subtiliores euadere. Attamen alij stomacho inimicum esse volunt, quod καρδίαν Græci sæpius nominant.

Nasturtium pratense magno flore, Bauh. Nasturtium pratense, vel tertium Trag. Tur. Ges. Nasturtium agreste, Fuch. syluestre Lon. Cardamine prima, & Sisymbrium alterum Diosc. Tab. Cardamine latifolia, Ger. Cardamine altera, Lob. Lugd. Ger. Cardamine altera simplici flore Clus. hist. Iberis, siue Cardamantica Nasturtij folio prima Thal. Flos cuculi Brunf. Dod. Hiberis Fuchs. ico. Lepidium minus, Cord. in Diosc. Nasturtium aquaticum simplici flore Eyst. Sisymbrium Cardamine, Lac. Lugd. Dod. gal. Sisymbrium aquaticum alterum, Matth. & Tab. Sisymbrio aquatico non absimilis, Cæs. [Cardamine dicitur quòd gustu Cardamum, idest Nasturtium repræsentet acri suo calore. Sisymbrij etymum, lege Mentha aquatica; Aliorum nominum etyma, lege suo loco.

Nasturtium aquaticum supinum, Bauh. Nasturtium aquaticum, & secundum, Trag. Lon. Dod. Cresso, Lauer odoratum Eric. Cordo. Sion Cratęuæ Erucæ folium, Lob. Sion Crateuæ, Sisymbrium secundum Diosc. & Senecio Serapionis, Ang. Sium maius Ger. Sium, & Lauer Dod. gal. Sisymbrium alterum, vel Cardamine, Diosc. Sisymbrium Cardamine Fuch. Lugd. Sisymbrium tertium, Lac. Sisymbrium aquaticum, Matth. Cæs. Cast. primum, Tab. Sisymbrium alterum Cord. in Diosc. Ges. hor. Thal. Vella Galeni, Ang. an Nasturtio similis herba Scorbutum curans par. 9. Ind. Occid. [Cresso dicitur à verbo græco κρήνη quod est fons, vel aqua pluuia retenta, & scatente, & quoniam hæc planta in locis humidis scilicet in aquis & secus aquas nascitur, ideo Crescio appellata, & fortè propter eandem ratio- Vella appellatur, quasi Valla, quia in Vallibus, & aquis stagnatibus oriatur, & crescat. Sion etymum, lege Sium; Aliorum nominum etyma, lege suo loco.

Nasturtium aquaticum erectum folio longiore, Bauh. Sion Matthioli, & Italorum, Lob. Sium, Lac. Cast. vulgare Matth. Lugd.

Nasturtium aquaticum maius, & amarum, Bauh. Sisymbrij alterius species secunda, Thal.

Nasturtium aquaticum minus, Bauh. Cardamine quarta, Dalech. Lugd. Sisymbrium aquaticum alterum, vel minus Cam. ep. Matth,


Nasturtium alpinum trifolium, Bauh. Cardamine alpina prima trifolia, Clus. pan. & hist. Cardamine trifolia Tab. Lob. Lugd.

Nasturtium tectorum, & tectorium est Thlaspi siliquis latis, Bauh. alijs verò est Iberis, siue Nasturtium syluestre.

Nasturtium alpinum rotundifolium, Cardamine rotundifolia Alijs, an Thlaspi Alexandrinum Cortusi Io. Bauhino, & quia acrimoniæ est particeps ad Nasturtij speciem retulimus.

Nasturtium alpinum minus folijs in orbem sparsis, Bauh. Cardamine alpina media Clus. pan. & hist. Nastur-

NASTVRTIVM ALPINVM
Halicacabi peregrini folijs.



Nasturtium alpinum insipidum, Bauh. Cardamine alpina, insipida, Colum.

Nasturtium alpinum tenuissimè diuisum, Bauh. Nasturtiolum Gesf. in epist. Cardamine alpina Tab. Ger. Cardamine alpina tertia minima Clus. pan. & hist.

Nasturtium pumilum vernum, Bauh. Cardamine pusilla saxatilis *δισκοΐδης*, Colum. [Discoides dicitur, quandoquidem fructus est oualis formæ, itaut disci formam imitari videatur, *δίσκος* enim apud Græcos erat discus siue ex quauis materia paratus, qui exercendi corporis gratia in auras proijciebatur.

Nasturtium alpinum Bellidis folio minus, Bauh. Plantula Cardamines æmula, & Sinapi pumilum alpinum, Clus. pan. & hist.

Nasturtium syluestre, Thal. & Nasturtium syluestre Osyridis folio, Bauh. Bursa pastoris prima, & quarta, Trag. Bursa pastoris minor, Brunf. Iberis Tur. Thlaspi minus Germanicum Tab. Thlaspi minus tenuifolium, Lon. Thlaspi angustifolium, Fuch. Lugd. minus Dod. Ger. Inter Nasturtij syluestris species, libuit in gratiam Lectoris Botanici exhibere iconem in antecedenti pag. Nasturtij alpini Halicabi peregrini folijs; nuper in montibus Agri Bononiensis reperti, à D. Iacobo Zanono herbarum indagatore eximio, Horti publici Custode vigilantissimo, cum titulo Cardamine Halicacabi peregrini folijs delineatã, nobisq; trãsmissam; an fortè Sinapi agreste nostras Colum. Phytobas: sed folia illi insunt aspera hirsutie obsita, at in nostro Nasturtio folia sunt glabra, & vt planiùs agemus in secundo Tomo partis primæ Phytologiæ Capite de Nasturtio, vbi diffusa dabitur descriptio, & Historia.

Nasturtium album nonnullorum, est Raphanus rusticanus.
Nasturtium verrucarium Aliquibus, est Ambrosia spontanea strigosior, siue Cornu ceruinum, vel Coronopus repens.
Nasturtium syluestre Erucæ affine, lege Eruca Nasturtio cognata tenuifolia.
Nasturtium syluestre tenuissimè diuisum, siue Myriophyllon, Sophia Chirurgorum dicta, lege Accipitrina, Cæs.
Nasturtium Babylonicum, lege Araba, seu Arabis, siue Draba Matth.
Nasturtium hybernum, Thal. lege Barbarea, siue Pseudobunias.
Nasturtium syluestre viarum, est Iberis, siue, Lepidium Matth. *ἀγριοκάρδαμον*, Græcis, nam *κάρδαμον* est nasturtium, *ἄγριος* est agrestis, ruralis; dicitur etiam Cardamantica nonnullis.

De Nasturtio Indico. Synonyma, & Etymum.

Nasturtium Indicum, Dod. Lob. Cast. Lugd. Eyst. Cam. Nasturtium Indicum maius, Bauh. Nasturtium peregrinum, quod Peruuianum, Lugd. flos sanguineus Monardi Lugd. Volubilis exoticus Nonnullis.
Nasturtium dictum ob saporem, Nasturtio nostrati similem. Indicum verò à loco natali, nam ex India primum allatum. [Flos sanguineus appellatur, nam guttæ sanguinis in floribus apparent. [Volubilis dictus, nam more Conuoluuli vicinas plantas scandit, & eis se conuoluit.
Nasturtium Indicum minus Bauh. Nasturtium Peruanum Monardi.
Nasturtium maritimum, Lugd. lege Cakile Serapionis.
Nasturtium palustre Gesf. Lege Barbarea.

Nastur-

Nasturtiolum, Ges. lege Nasturtium alpinum tenuissimè diuisum.
Natrix Plinij, Ang. est Dictamnum album vulgò Fraxinella Plinius lib. 27. inquit Natrix vocatur herba, cuius radix euulsa virus hirci redolet.
Natrix Plinij Herbariorum, lege Anonis viscosa spinis carens.
Nauci, putamen est nucis, siue oliuæ nucleus, seu membranula, quæ in nucis iuglandis est medio, vt dicemus in secunda parte Phyt.
Naueta, Rura Galliæ speciem Rapi syluestris, siue Napi appellant, Ruellio teste, quæ ex non transplantatorum, siue raporum, siue naporum semine nascitur.
Nautea Plinij, an sit Anagyris fœtida arborescens in secunda parte Phytologiæ demonstrabimus.
Nautica radix, lege Acorus, siue Calamus aromaticus vulgò.
Naxius, & Naxus, lege Taxus in secunda parte Phytologiæ.
Naxia Amygdala, lege Amygdalus in secunda parte Phytol.
Nega, vulgò apud nonnullos est Orobanche, apud Alios est Cassuta, ita appellata, teste Maranta, quasi Neca, quia alias herbas suffocat, & necat.
Negundo Garziæ fructus piperi similis, & acris, vt dicemus in secunda parte Phyt.
Nectarium quibusdam, est Enula Campana, siue Helenium, quia à Mercurio inuentum, & Vlysi traditum volunt; dictum Nectarium, quod Nectaris saporem, aut odorem refert. Nectar enim est Deorum potio, & quoniam ex hac herba vinum quoddam factitium conficitur, quod Nectarites appellatur, ideo hæc planta Nectarium, & Nectarea herba fuit appellata.
Nenuphar album, & luteum, lege Nymphea alba, & lutea.
Nenuphar terrestre, lege Tussilago.
Neottia, Dod. lege Orchis abortiua Lobelij.
Nepa est animal venenatum cauda feriens, quod latinè Scorpius dicitur, est etiam planta Nepa, siue Scorpius dicta, quamuis inter Genistas in secunda parte Phytologiæ esset recensenda, attamen cum sit potius planta humilis, quàm frutex huc retulimus. Dicta autem est Nepa, quia producit spinas instar aculei Scorpionum, & huius radix medetur ictibus Scorpij, vt vult Theophrastus, & Scorpius Nepa ab Africanis vocatur.
Nepal arbor in India, de qua in secunda parte Phytologiæ.
Nepeta agrestis, Cord. in Diosc. lege Calamintha altera, Matth.
Nepeta agrestis, vel quarta Tragi, lege Calamintha aquatica Matth.
Nepeta aquatica Tragi, est Mentha prima, Matth.
Nepeta vulgaris, & fruticosa Cord lege Cattaria herba.
Nepeta minor Cam. est Cattaria minor Clus. pan. Cattaria tenuifolia hispanica Eidem hist. Mentha Cattaria minor Bauh.
Nepeta montana, lege Calamintha montana vulgaris, Lob. Nepeta fortè dicta à Nepa, idest Scorpione, quia contra huiusmodi animalia, & alias venenatas bestiolas plurimum valeat. Nepa enim vox est Africana.
Nepetella Eyst. est Mentha cattaria minor alpina.
Nepenthes est herba, quæ vino iniecta tristitiam discutit, animique hilaritatem inducit Plinius. Vnde Aliqui eamdem cum Buglossa faciunt, Alij Helenium esse dicunt, deducunt autem nomen à νὴ priuatiua particula, & πένθος luctus, mæror, vnde nepenthes, idest sine luctu, & mærore.
Nephelion est Arcium, siue Lappa maior, & legitur apud Apuleium.
Nerantia mala, lege Malus Aurantia in 2. p. Phyt.
Neremisch, semina Peoniæ in quibusdam officinis intelliguntur.
Nerion, Neris, Nerium, eiusque species inter arbores erunt recensendæ in secunda parte Phytologiæ.

Naris

Neris Nardi montani genus est, apud Dioscoridem, in Syria Ciliciaque nascens eiusdem naturæ cum Nardo Gallico.

De Nerio alpino. Synonyma, & Etymum.

Nerium alpinum, Ges. de Lunar. Chamærhododendros alpigena, Ger. Chamærhododendros alpina latifolia, Chamęrhododẽdros alpigena odora, Ad. Lob. Euonymus Theophrasti tertia, Lugd. Frutex in alpibus roseo flore, Ges. ad Cordum capite de Chamænerio. Ledum alpinum folijs ferrea rubigine nigricantibus. Ledi alpini genus alterum, Clus. pan. & hist. Rosa alpina Ges. hor. Rhododendron alpina, quibusdam, Cæs.

Nerium dicitur fortè à Nymphis. Nereides enim Nymphæ forsan huic nomen dederunt. Chamærhododendros nominatur, idest humile Rhododendrum, nimirum Rosa humilis arborea, nam Græcis ῥόδος est Rosa δένδρον est arbor. χάμαι est humilis. Aliorum nominum etyma, lege suo loco.

Nersin Serapionis, est Rosæ muschatæ maior species, vt dicemus in secunda parte Phyt.

Neruus in plantis est id quod continuum fissile, prælongumque spectatur, & venas habens, per quod intrat succus, & ad omnes partes plantæ peruenit.

Nession ab aliquibus Centaurium magnum appellatur teste Apuleio.

Neurada, & Alijs Neutas, est Poterium folijs Pimpinellæ, siue Astiuida Cretensium. Aliquibus verò Neuras est Carduus edulis, siue Cactos ita appellatus, quod neruulenta torosaque constat radice.

Neurion apud nonnullos est Centaurium maius, sed inter nomina notha recensetur.

Neuroides, species est syluestris lactucæ, quæ alio nomine Limonium appellatur Plinius.

Neuropastos, Latini Rubum caninum appellant, in cuius acino neruum habet, vnde, & nomen accepit Plinius.

Nicophoros frutex est secundùm Plinium vt dicemus in secunda parte Phytol.

De Nicotiana, siue Tabaco. Synonyma, & Etymum.

Nicotiana maior latifolia, Bauh. Nicotiana, Lon. Lugd. maior Tab. Tabacum latifolium, Cam. Eyst. Tabacum, Tabaco, & Tabacca par. 8. Ind. Occid. Tubae, & Tubacka par. 5. Ind. Or. Hyoscyamus Peruuianus, Dod. Cam. ep. Hyoscyami tertia species, Ges. Hyoscyamus Indicus, Alijs, Herba S. Crucis fœmina, Cast. Petum, Theu. latifolium, Clus. ad Monard. Petum Brasilianis Perebecenue, Ouiedo, Lugd. Sanasancta Indorum, Ad. Lob. Ger. Tornabona quia à Tornabono missa, Cæs. Italis Tabacco, & Herba Regina. Herba Sancta, Bauh. Herba Peti Vueck. Planta Vulneraria Indica, Cam. Pycielt, apud Mexicanos.

Nicotiana dicitur à Ioanne Nicotio Regis Galliæ Consiliario, & inuentore, qui primò in Galliam transmisit, & Reginæ dono dedit: & ob hanc causam fortè Herbam Reginam appellarunt. Tabacum vocatur, ab eius nominis Insula Indis ita nominata. [Hyoscyami etymum, lege suo loco: Peruuianus verò dictus, quoniam ex Peruuiana regione allatus. Sana-sancta, Herba Sancta, Herba Regina, & Herba S. Crucis appellatur ob eximias virtutes in vulneribus sanandis. Petum, & Petun, vox est Indica, & Brasiliana in Americis insulis.

Nicotiana maiòr angustifolia, Bauh. & Eyst. Tabacum angustifolium, Cam. alterum miuus, Lugd. Tabacum siue Herba Sancta minor, Lob. ico. Herba Sancta,

siuè Tabacum minus, Lob. Herba S. Crucis mas Cast. Hyoscyamus Peruuianus alter Dod. Petum angustifolium, Clus. ad Monard.

Nicotiana minor Bauh. Nicotiana minor, seu Hyoscyamus luteus Eyst. Hyoscyamus dubius luteolus Solanifolius, Ad. Lob. Hyoscyamus niger, vel tertius, Matth. Cast. Lugd. Hyoscyamus Peruuianus, Tab. Hyoscyamus luteus, Dod. Gesn. hor. Cam. Lon. Ger. Petum quartum Clusij ad Monar. Priapeia à forma fructus, Gesn. hor. Tornabonæ congener, Cæs.

Nicotiana minima, Bauh. Tabacum minimum, Cam. Tabacum, siue Sanasancta minima, Lob. Lugd. Petum tertium Clusij ad Monar.
Nidus auis, lege Orchis abortiua Lobellij.

De Nigella, siue Melanthio. Synonyma, & Etymum.

Nigella hortensis Tragi, satiua Lon. Nigella Gesn. nostra, Ang. altera Cæs. Nigellæ alterum genus, Cord. hist. Nigella flore minore simplici candido, Bauh. Git siuè Nigella Romana, Tur. Melanthium satiuum, Matth. Dod. Lac. Lugd. Cast. Tab. Melanthium Ger. satiuum simplici flore, Clus. hist. Melanthium siuè Nigella Romana odora, Lob. Melanthium primum Fuch. ico. hortense primum eidem fol. Melanthium Damascenum semine pallido, Cam. Græcis μελάνθιον, Italis Nigella.

Nigella Latinis à nigro seminis colore communiter dicta; est enim nomen diminutiuum à nigro, ideest nigellus. Melanthium vocatur, nam apud Græcos μέλας μέλανος, est niger ἄνθος verò flos, ideft habens florem nigrum, nam color cæruleus apud antiquos pro nigro sumebatur. [Vel potius dicendum est Melanthium à colore seminis nigro, vnde Melanspermon esset dicendum, ideft nigrum semen, nam σπέρμα est semen. Git, vox barbara est, & Arabica.

Nigella hortensis altera Fuch. Lon. Nigella angustifolia, flore maiore simplci cæruleo, Bauh. Nigella Cord. in Diosc. Nigella Damascena Trago Cord. hist. Isopyrum Matth. Cast. Lugd. Tab. Melanthium satiuum flore simplici Eyst. Melanthium, siuè Nigella, Ad. Melanthium Damascenum alterum Fuch. ico. Melanthium syluestre quod Damascenum cognominatur, Clus. hist. Melanthium syluestre Lac. Lob. [Isopyrum nuncupatur, quasi herba similis Tritico, nam Græcis πύρος est Triticum ἴσος similis, cum in Tritico reperiatur, & in agris inter Triticum oriatur. [Isopyrum verò apud Fab. Colum. est Aquilina, siue Aquilegia, vt dictum fuit superius; ita nuncupata ἀπὸ τοῦ πυρὸς non πυρῶ, vt ait, quia florem edit forma flammæ similem, flos enim ita simul congestos apices habet, vt ignis flammas repræsentet: nam ex lata basi in acutum desinunt quinque illæ summæ partes contortæ, inquè sese inflexæ, itaut vento agitatam flammam demonstrent: Vel potius dicendum erit à capitulis in plures partes diuisis, in quibus semen continetur ex lato prodeuntes, & in acutum flammæ, in modum desinentes in quinque partes diuisi flammas ignis simulantes.

Nigella aruensis cornuta, Bauh. Nigella vulgò dicta, Cæs. Nigella syluestris, altera Ad. Nigella syluestris, Gesn. hor. Lon. Cam. Nigella syluestris, & secunda Tragi. Nigella cornuta, Cord. hist. Cuminum syluestre alterum, Fuch. ico. Cord. in Diosc. Melanthium agreste, Tab. aruense Clus. hist. Melanthiũ syluestre alterum, Matth. Cast. Lugd. Melanthium capitulis reflexis Aquilegiæ, Lob. an Melanthium, & Gith. Diosc. Nigel-

Nigella flore maiore pleno cæruleo, Bauh. Nigella flore maiore, & numerosioribus folijs. Suneg Ægyptijs, Alpino. Melanthium Damascenum pleno flore Clus. hist. Eyst.

Nigella flore minore pleno, & albo, Bauh. Nigella flore candido, Cæs. Nigella peregrina flore multiplici, Eyst. Nigella citrina, Ad. flore albo multiplici Lob. Lugd. Cardamomi tertia species, & Nigella citrina, Lac. Melanthium, siue Nigella flore pleno albo, Cam. Melanthium citrinum multiflorum, Tab. Melanthium pleno flore, Clus. hist.

Nigella Cretica, Bauh. Melanthium simplici flore Creticum, Clus. hist.

Nigella Cretica folio fœniculi, Bauh. Melanthium peregrinum, siue Creticum Ponç.

Nigella citrina, lege Nigella flore minore.

Nigella Brunf. vulgaris Lac. lege Githago Rosæ marianæ genus.

Nigellastrum, Dod. lege Githago Rosæ marianæ genus.

Nigina Plinij, lege Morsus Diaboli.

Nil Auicennæ, lege Anil herba.

Nil Arabum Ges. lege Conuolulus cæruleus hederaceo angulosо folio.

Nilufar Mauritanis idem est quod Nenuphar.

Nimbo Garziæ, est arbor Indica Fraxino similis, vt dicemus in 2. p. Phyt.

Nipotella, vox est corrupta à Nepeta, quam Calamintham appellant.

Nixa, sunt pruna minora damascena, de quibus in secunda parte Phyt.

Noccus in Hetruria, lege Cyperus rotundus inodorus Anglicus.

Nodi, & Nodus in plantis, lege Geniculum.

Nodia secundum Plinium, est Herba mularis dicta.

Nodularia Imper. est Corallinæ affinis, Nodularia, Bauh.

Nola syluestris nonnullorum, est Digitalis purpurea, siue rubra.

De Noli-me-tangere, siue Persicaria siliquosa. Synonyma, & Etymum.

Noli me tangere Cæs. hor. & Frac. cui, & Milium caprearum, Cam. Tab. Eyst. Balsamina lutea, siue Noli me tangere Bauh. Balsamina altera, Col. Chrysæi Lugd. Catanance altera Cęsalp. Impatiens herba, Dod. Mercurialis syluestris altera, Trag. Esula Eidem, & Lugd. Persicaria siliquosa, Lob. Cam. Ad. Lugd. Thal. Tithymalus syluestris Lonic. Persicaria siliquosa Italis.

Noli-me-tangere, & Impatiens herba dicta propter siliquas, quæ vbi maturæ leuissimo contactu disiliunt. Aliqui Æschinomenen, Plinij suspicantur: quibusdam Pseudoapocynon. Aliorum nominum etyma, lege suo loco.

Nosfelha parua, Sisynrichion Theoph. Sisyrichium minus, vel secundum Clus.

Nozilicha vulgò maior, Crocus syluestris Hispanicus, Lob. est Crocus syluestris vernalis sextus Dod. Crocus vernus angustifolius paruo flore, Bauh. Crocus vernus angustifolius tertius Clus. hist. Crocus vernus minor tertius Clus. hisp. Lugd. Tab.

Nozilicha minor Lob. est Crocus vernus angustifolius magno flore, Nozilicha, & Nozea vulgò in Hispania dicitur.

Nucamenta appellantur ea, quæ callo squamatim compactili pendent è Ramis Nucum, Roborum, Picearum, quasi paniculæ, vt dicemus in secunda parte Phyt.

Nucchti, fructus est arboris Indicæ de qua in secunda parte Phyt.

Nucista aliquibus, est Nux moschata fructu rotundo, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Nuces vatiæ exoticæ in secunda parte Phylogiæ erunt enumerandæ.

Nucula terrestris Septentrionalium, lege Bulbocastanum.

Nucula Indica, lege Nux Indica in secunda parte Phyt.

Nucipersica, quod nucum Iuglandium faciem repræsentet, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Nuclei Allij, sunt bulbi cohærentes, in quos Allij caput extumuit, qui seorsim consiti nouam creant sobolem, & nuclei, & spicæ Latinis authoribus appellantur, sicuti Græcis γέλγις, ἄγλιθες,& Aglidia grana dicuntur, quibus Allij caput compactum est. Italis Spicchio,& Spigo d'Aglio.

Nucleus dicitur illud, quod tenerum in nucibus includitur vescum, quamuis dicatur etiam de alijs rebus, quàm fructibus, vt dicemus in secunda parte Phyt.

Numidiana pyra, à patria nomen sortita sunt, lege in secunda parte Phyt.

Numularia, & Numulus Plinij, lege Centimorbia.

Nuphar, siue Nenuphar, lege Nymphea alba Matth. an sit à Nymphæa nostrate diuersa, in secundo Tomo partis primæ Phytologiæ, Capite de Nymphęa examinabimus.

Nuptiale pomum, est Malus medica; Alijs verò est Malum Punicum, vt dicemus in secunda parte Phytol.

Nux Iuglans, siue Regia, eiusque species in secunda parte Phytologiæ erunt ponderandæ.

Nux barbata Plinij, est Auellana peregrina, de qua in secunda parte Phyt.

Nux moschata, myristica, seu Vnguentaria, eiusque species, de ijs erit sermo in secunda parte Phytologiæ.

Nux insana, ab effectu Prunula insana nautis Belgis, Clus. est fructus prunis nostratibus minoribus similis, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Nux aquatica, lege Tribulus aquaticus.

Nux metella, & Methel, lege Barycocealon.

Nux Metel Officinarum, arbor est, de qua in secunda parte Phyt.

Nux purgatrix, est fructus exoticus cuius fiet mentio in secunda parte Phyt.

Nux grauans, est Stramonium peregrinum, Datura appellatum.

Nux dicitur omne pomum, quod foris duro tegitur cortice, intus verò continet, quod est esui idoneum.

Nux Indica, Caput humanum appellata, nam integram capitis signaturam refert, hæc enim herbaceo,& exteriori inuolucro pericranium, cortice duriori cranium, pellicula nucleum vestiente piam cerebri meningem, & tandem nucleo, cerebri figuram affabrè repræsentat, & vt latiùs in secunda parte Phytologiæ.

Nux vesicaria, & follicularis Staphyllodendron Plinij, est arbor, cuius historiam in secunda parte Phyt. breuibus exponam.

Nux vomica Officinarum, ita nuncupata, quia vomitum excitat, lege in secunda parte Phytologiæ.

Nux Græca, lege Amygdala, in secunda parte Phytologiæ.

Nux Herculea, barbata, pontica, Abellina, Auellina tenuis, siue parua, lege in secunda parte Phytologiæ.

Nyctapola, herba est apud Plinium, sed quid?

Nyctegreton, Nyctilops, lege Chenomycon Plinij.

Nyctigreton Plinij, alijs est Iuncus bombycinus, Alijs verò est Lunaria Græca fortè ita nuncupatus, vel nuncupata, quia de nocte scruta videntur, nam Græcis νυκτός, seu νύκτα dicitur de nocte, seu per noctem; γρύτη verò sunt scruta, friuola; & quoniam Iuncus bombycinus Gossypio lanuginem quodãmodo similem profert, ideo Nyctigreton appellatus; Lunaria etiam propter siliquas argenteo splendore nitentes quidpiam boni repræsentat, ideo tali nomine herba fuit insignita.

De

De Nymphæa. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Nymphæa Insula, est iuxta mare Adriaticum. Nymphæa dicebantur etiam lauacra, & balnea in Thermis Romanorum publicis, & priuatis, & est etiam herba.

Nymphæa alba, Matth. Dod. Brunf. Cord. Tab. Lon. Lob. Ad. Thal. Ger. Clus. hist. & aliorum. Nymphæa maior alba, Cast. Lugd. Eyst. Nymphæa alba maior, Bauh. Nymphæa candida, Fuch. Cæs. Trag. Tur. Nenuphar album Brunf. Lotus Ægyptia Alpini. Græcis νυμφαία. Italis Ninfea, Bononiensibus Taglierazzo di Valle. Officinis Nenuphar, & Nuphar. Heraclion nonnullis. Cacabus Veneris, Alijs Papauer palustre Officinarum Aliquibus, & Claua Herculis.

Nymphæa dicitur, quia nascatur in aquis, idest in Nymphæis, aquæ enim lymphæ, seu Nymphæ antiquitus vocatæ fuerunt: hinc Cacabus Veneris fortè dicta, vel (vt Plinius ait) natam ex Nymphæ zelotypia erga Herculem, vnde Heraclion appellata. [Papauer palustre, eò quia capita ad instar papaueris producat; & quoniam huiusmodi semen ad claui similitudinem capitatum, & rotundum cernitur, sicuti fustis teres claui instar capitatus; ideo Claua gestamen Herculis nominata, & etiam quia radix ad instar clauæ producat. [Nenuphar verò est nomen arabicum sicuti, & Nufar ab Officinis vsitatum.

Nymphæa alba minor, Tab. Ad. Ger. Bauh. Nymphæa parua Matth. Nymphæa altera lutea minor, Lugd. ico.

Nymphæa parua Cæs. Nymphæa alba minima, Bauh. Nymphæa minor alba, Lugd. Morsus Ranæ Lob. ico. Tab. Dod. Cast.

Nymphæa lutea, Matth. Ang. Trag. Fuch. Tur. Nymphæa lutea maior, Clus. hist. Lugd. Bauh. Nymphæa citrina, Cord. hist. Nymphæa altera, Cord. in Diosc. flore ex toto luteo, Cæs. Papauer palustre luteum Officinarum, eò quia capitula instar capitulorum Papaueris profert.

Nymphæa lutea minor, Lugd. Ger. Dod. ed. Belg. Nymphæa lutea minor magno flore Bauh. Nymphæa lutea, Tab.

Nymphæa altera lutea Lugd. Nymphæa lutea minor paruo flore Bauh. Nymphæa lutea minor Septentrionalium, Ad. Lob. ico.

Occel-

O



Cellus damascenus, Ocellus barbaricus, à floris pulchritudine dictus, quibusdam est Caryophyllus sylueſtris maior. Alijs verò est Lychnis coronaria,

Oceloxochiel, ideſt flos Tigridis nouæ Hiſpaniæ, ſiue Mexicanæ Prouinciæ in hiſt. Mexicana Tigridis flos Lob. Tab. Dod. Lugd.

De Ochro, ſiue Eruilia. Synonyma, & Etymum.

Ochrus ſylueſtris, ſiue Eruilia, Ad. Lob. Ochrus folio integro capreolos emittente, Bauh. Aracus, Matth. cui & Aracus. niger, Caſt. Cam. Cicer eruinum quorumdam, Lugd. Eruilia Ang. ſylueſtris, Dod. Iſopyrum Cæſalp. Græcis ὤχρος. Italis Rouéglia, & Piſelli.

Ochrus dicitur à luteo Ochræ colore, quem medulla ſeminis refert, nam Gręcis ὠχρὸς eſt pallidus, hinc Eruilia ita appellata à pallore ſeminis, nempe luteo. [Eruilia verò nuncupata ab Eruo, eſt enim nomen diminutiuum. Eruum enim dictum ab eruendo, capitur enim, & manu euellitur, nec ferro ſecatur. Aliorum nominum etyma, lege ſuo loco.

Ocymaſtrum Fuch. Lugd. eſt Clinopodium alterum Matth.

De Ocymaſtro, ſiue Ocymoide. Synonyma, & Etymum.

Ocymaſtrum, ſeu Ocymoides Matth. Tab. Lac. Caſt. Ocymoides maius, Cæſ. Lugd. Ocymoides, Geſ. hor. Lychnis ſylueſtris alba Cam. Dod. Gal. Lychnis ſylueſtris alba ſimplex Bauh. Lychnis ſylueſtris altera, Ad. Baſilicum ſylueſtre, Caſt. ap. Roſæ marianæ ſimilis tertia, Trag, Struthio, Lon. Saponaria hirſuta Italis, Bauh. Baſilico ſaluatico vulgò.

Ocymaſtrum, & Ocimoides, ſcribitur enim cum y & ſine & dicitur, quaſi ſylueſtrę Ocimum, vel quod Ocimo folijs potiſſimum ſimile ſit. Aliorum nominum etyma, lege ſuo loco.

Ocimoides purpureum, Geſ. hor. rubrum Thal. Ocymaſtrum rubrum, Tab. Lychnis ſylueſtris, Eyſt. Lychnis ſylueſtris, ſiue aquatica purpurea ſimplex, Bauh. Lychnis ſylueſtris rubello flore, Ad. Lob. Lychnis ſylueſtris purpurea, Dod. Lugd. rubra Cam. Melandrium Plinij genuinum Cluſ. hiſt. Roſæ marianæ ſimilis quarta, Trag. Nominum etyma, lege ſuo loco.

Ocymaſtrum multiflorum, Ger. Tab. Lychnis alba multiplex, Bauh. Lychnis multiflora Anglica Penæ Lugd. Lychnis ſylueſtris flore pleno albo, Eyſt. Lychnis alba ſylueſtris, Lob. ico. Lychnis flore albo Suuer. Lychnis ſylueſtris multiflora, Ad.

Ocymoides flore pleno, Cam. ep. Matth. & hort. Lychnis ſylueſtris in hortis plantata flore pleno, Dod. & Geſ. in Ocymoide, Lychnis ſylueſtris flore pleno rubro, Eyſt. Lychnis purpurea multiplex, Bauh. Lychnis agreſtis multiflora, Ad. Lob. ico. Lychnis flore rubro pleno, Suuer.

Ocimaſtrum alterum Trag. lege Scrophularia.

Ocimaſtrum verrucarium, Geſ. lege Circæa lutetiana.

Ocima-

Ocimastrum Valentinum, Clus. lege Marrubium nigrum rotundifolium.
Ocimastrum Valerianthos, lege Valeriana rubra, siue Been rubrum.
Ocimoides alpinum, Ges. hor. Ocimoides alterum genus paruum, Cæs. Ocimoides repens, Cam. Polygoni folio, Ad. Lob, Lugd. Lychnis, vel Ocimoides montanum, Bauh. Cneoron Matthioli, cui & Cneoron album, Cneoron aliud Theoph. Matth. Lugd. Myuros Actij Ang. Saponaria minor Dalech. Lugd.

Ocimoides minus flore rubro Candiæ. Lychnis hirta angustifolia Cretica, Bauh Lychnis syluestris septima Clus.
Ocimoides Lychnitis Col. Lychnis incana repens, Bauh.
Ocimoides muscosus Ponæ, lege Caryophyllus pumilio Alpinus.
Ocimoides minus, siue album, Lugd. lege Lychnis montana viscosa alba latifolia.
Ocymoides noctiflorum, Cam. quod noctu tantum florem odorum explicet per æstatem: autumno verò inodorum. Ocimastrum noctiflorum flore albo Eyst. Lychnis noctiflora, Bauh.
Ocimoides fruticosum, Cam. Lychnis syluestris semperuirens, siuè Ocymoides arboreum semperuirens, Clus. hist. Lychnis frutescens myrtifolia, Been albo similis, Bauh.
Ocimoides peregrinum, Ges. vel flos Hierosolymitanus, lege flos Constantinopolitanus, Dod.
Ocimoides Polygoni folio, lege Ocimoides alpinum.
Ocimoides repens, Cam. lege Ocimoides alpinum.

De Ocimo. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Ocymum per y est Farrago diuersarum herbarum, vel leguminum cum in articulum exeunt, priusquam vagina explicetur in spicas ad Boum pabulum sata, qua ciebant aluum bobus a verbo ὠκὺς quod valet citò, quod citat aluum bobus, & id datur, vt purgentur, quare apud Nonium Varro etiam Pancarpinion vocat.
Ocimum verò per i, nostrum est herba, de qua in præsenti. Ozimum per z, etiam erat genus edulij redolentis ex intestinis confecti.
Ocimum maius, Matth. Fuch. Lac. Dod. gal. magnum, Tur. Ocymum caryophyllatum maius, Bauh. Ocimum maximum caryophyllatum, Ad. Lob. Ocimum maximum, Dod. Lugd. Ocimum caryophyllatum, Ges. hor. Ocimum nigrum, Cord. in Diosc. & hist Ozimum Alijs. Basilica maior, Trag. Lon. Herba basilica. Græcis ὤκυμον, & βασιλικὸν. Italis Basilico, & Basalico vulgò.
Ocimi, & Basilici etymum, lege supra Basilicus.

Ocimum medium, Matth. Ocimum medium vulgatius, Ad. Eyst. Ocimum vulgatius, Bauh. Ocimum magnum, Tab. Ger. Ocimum mediocre, Fuch. tertium, & medium, Cæs. Ocimum Nabathæum, Cord. in hist. Basilica minor, & Baccharis Germanica Trag. Basilicum, siue Ocimum Brunf.

Ocimum garyophyllatum, vel minus, Matth. Ocimum minus garyophyllatum, Cord. in Diosc. Tab. Ger. Ocimum paruum, & Ocimum garyophyllatum, Lugd. Ocimum minimum, Bauh. Ocimum exiguum, Fuch. minus Tur. Dod. gal. Ocimum minimum Amaraci figura gariophyllatum. Ocimum alterum tenuifolium, Cæs. Basilicum minus, Cast.

Ocimum, aut Basilicum crispum exoticum, aut Hispanicum, Cam. ex Matt. Ocimum lati-

OCIMVM AEGYPTIVM ODORATISSIMVM

Folijs longis pediculis innixis.



latifolium, Cæf. Ocimum Indicum Cluf. hift. Ocimum latifolium maculatum, vel crifpum, Bauh. Ocimum crifpum Hifpanicum, Tab. Bafilicum Indicum maculatum Eyft. Bafilicum Indicum, vel potius Hifpanicum, Cam.

Ocimum maximum citratum, Lob. Ocimum citri odore Bauh. Ocimum medium fiue citratum, Ad. Tab. Ger. Ocimum citratum, Gef. hor. Cæf. Eyft. [Citratum dicitur eò quia Citri odorem fpirat.

Ocimum caryophyllatum maximum, Bauh. quòd redolet caryophyllos. Ocimum latifolium magnum, Eyft. Ocimus in Viridarijs Alexandriæ, Alp. Bafilica maior Tragi, nonnullis. Hic damus in antecedenti pagina iconem Ocimi Ægyptij odoratifsimi, odore ferè Caryophyllorum aromaticorum, cuius femen nobis dono dedit Vir fingulari fapientia fummus, D. Io. Baptifta Capponius Phyl. & Med. Bonon. Practicæ Supraordinariæ Pub. Profeff. Gratiarum Mufarumque omnium choro ftipatus, ingenuarum artium longè callentiffimus, magna, & excellenti rerum Medicarum peritia infignitus, Vir ad publicas priuatafque Anatomiæ Theorias, & adminiftrationes per fcientiam fuam accomodatifsimus, Qui earum virtutum experimentis ipfa famæ celebritate clarior, veftigia vbique impreffit, vt nec meo, nec cuiufquam eloquio indigeant. Quæ planta Ocimi folijs exit noftratis, longioribus, folidioribus, longis innixis pediculis, odoremque eximium fpirantibus, denticulatis. Spicam profert longiufculam, flores fpicatos albo colore ex interuallis raros, & vt diffufius agemus in fecundo Tomo partis primæ Phytologiæ, quando defcriptionem abundè exprimam.

Ocimum minus anguftifolium folijs ferratis, Bauh. Ocimum minus anguftifolium, flore albo, Eyft.

Ocimum viride folijs bullatis, Bauh. Ocymum Indicum viride maius, folijs protuberantibus, Eyft.

Ocimum Anifi odore Bauh. Ocimum anifatum, Eyft.

Ocimum folijs fimbriatis viridibus, Bauh. Ocimum crifpum viride Eyft.

Ocimum fylueftre, fiuè Acinos Dod. Ger. & Ocimum paruum, Lon. eft Acinos, fiuè Clinopodium, aut Lectipes, Ad. Alijs verò eft Ocimaftrum, fiue Ocimoides.

Ocimum cereale, & Ocimum veterum, lege Frumentum Sarracenicum.

Ococol arbor Americana, de qua in fecunda parte Phyt.

Ocofolt Americanorum, Refina eft liquida, quæ ex India Occidentali affertur, vt dicemus in fecunda parte Phyt. Capite de Refinis arborum.

Ocularia, & Ocularis, Oculorum folatium, lege Euphrafia.

Oculus Populi, lege Populus in fecunda parte Phyt.

Oculus bouis, lege Buphtalmum Matth.

Oculus bouis Brunf. lege Bellis maior.

Oculus Vaccæ nonnullorum, eft Cotula fœtida.

Oculus leporis Aliquibus, eft Caryophyllata vulgaris, fiue Benedicta.

Oculus Chrifti Aliquibus, eft Afteratticus luteus; Alijs verò eft Armeria, fiuè Caryophyllus barbatus, vel Viola barbata.

Oculus canis, eft Pfyllium Plinianum, fiue perenne apud Aliquos.

Oculus Caprinus nonnullis, fed impropriè, lege Ægylops.

Oculus diaboli Saxonum, eft Eranthemum Dod. Aliquibus.

Oculi in plantis funt florum prodromi, in quos flores explicantur, nimirum gemmulæ illæ, fiue furculi, antequam germen producant, fiue germinent, & antequam aperiantur, oculi furculorum vocantur. Veluti oculi populi funt prima rudimenta futurorum foliorum, & in alterius arboris oculos intus inferimus, & inoculatio

vocatur, vulgò occhietti vt in ſecunda parte Phytol. clariùs demonſtrabimus.
Ocymum, lege Ocimum.
Odontis flore candido, lege Lychnis montana viſcoſa alba.
Odontitis Plinij Geſ. lege Flos cuculi pratenſis.
Odontites Tab. lege Euphraſia pratenſis rubra.
Odontitis lutea, Lugd. lege Perfoliata minor anguſtifolia.
Oenanthe ſpecies, lege Filipendula.
Oenanthe flos, vel fructus eſt Vitis ſylueſtris dum floret, vt dicemus in ſecunda parte Phytolog.
Oenomela, lege Malus arbor in ſecunda parte Phytologiæ.
Oenoplia, arbor eſt, de qua in ſecunda parte Phytolog.
Oenothera Plinij, lege Antoniana, ſiue S. Antonij herba.
Oenuris Aliquibus dicitur Onagra, ſiue Oenothera, aut Antoniana herba.
Ohenopos Plinij Nonnullis eſt Atriplex ſylueſtris, ſiue Pes anſerinus.
Oenutta herba, qua guſtata inebriantur canes, & equi, ſed quid?
Oeſos, & Iſos Theophraſti frutex eſt, vt in ſecunda parte Phytol. demonſtrabimus.
Oeſopos Græcis, Lactucam alteram eſſe Authores aſſerunt, ita nuncupatam volunt, quod ſucco ſit ob amarorem ingrato, vel quod ſucco turgeat.
Oeſypum à nonnullis vocatur Lanaria herba, nimirum Saponaria, ob eximiam virtutem in lanis expurgandis; nam cum ſuccidæ lanæ œſypo ſpurcatæ, qui concretus in ſordes hærentes ouium velleribus ſudor, & pinguedo intelligitur, colores reſpuerent, prolutę huius radicis ſucco ad quoſcunque ſuffectus imbibendos pręparabantur, quibus œſypum erat impedimento, ſic ſordeſcentes hoc vnguine lanas, eluebant, ad mundiciem contrahendam, quæ primum ab Infectoribus quærebatur ſordidis colores aſpernantibus, dictum autem eſt Oeſypum ab oue, quam Græcis ὄϊν vocant, ῥύπος ſordes, ideſt ouium ſordes, & quoniam hæc herba ad expurgandas laneas telas eſt idonea, ideo Oeſypum nominata.
Oethum Plinij, lege Hetich Indis.
Ogegha arbor fructu luteis prunis ſimili, vt dicemus in ſecunda parte Phyt.
Okcepenauck, radix rotunda, capitis humani magnitudine, quam cum carnibus, & piſcibus in panis penuria comedunt Indi. Hariot.
Okindiger in Virginia, eſt Phaſeoli peregrini genus, Fabis Anglicanis ſimile, planius tamen, & diuerſorum colorum nitidum, & maculoſum in deſc. Virgin.
Olea, eiuſque ſpecies in ſecunda parte Phytologiæ erunt ponderandæ.
Olea Æthiopica, quid, ſit lege in ſecunda parte Phytolog.
Oleago, & Oleaſtella, lege Chamælea, Matth. ita nuncupata, quia folia ad ſimilitudinem foliorum oleæ producat.
Oleander, arbor eſt, de qua in ſecunda parte Phyt.
Oleander ſylueſtris Auicennæ, eſt Cneorum Matth. Cluſ. hiſt.
Oleaſter, vel ſylueſtris olea, lege in ſecunda parte Phytologiæ.
Oleri arbores, ſecundum aliquos dicuntur Oleraceæ plantæ iuſtam altitudinem herbarum excedentes.
Oleum abiegnum apud aliquos eſt abiegna lacryma, ſiue Reſina liquida, vt dicemus in ſecunda parte Phytologiæ.
Oleum Styracinum, aliqui Styracem liquidam è peculiari arbore manantem intelligunt, vt in ſecunda parte Phytologiæ manifeſtabimus.
Olfactoriolum à nonnullis appellatur faſciculus florum, nimirum pro varijs floribus inuicem colligatis, quos odoris gratia nonnunquam circumferre ſolemus.
Olibanum, eſt Reſina vt dicemus in ſecunda parte Phytologiæ.
Olida, aliquibus dicitur Atriplex fœtida, ſiue Vuluaria.

Oliua

Olius, tam arbor, quam bacca, ideſt fructus intelligitur, lege Olea, in ſecunda parte Phytologiæ.
Oliuella, lege Liguſtrum in ſecunda parte Phytol. quamuis apud Alios ſit Rhamni ſpecies.
Olophytum ὀλόφυτον Dioſc. inter ſynonyma Capparis recenſetur, neſcio vnde?
Olocontis lege Holoconitis.
Oloſteum, lege Holoſteum.
Olſenichium, Cord. hiſt. lege Apium ſylueſtre, Dod.
Olus vocamus vnamquamque ſatiuam herbam, qua veſcimur, & cuius folijs, & caule vtimur in edulijs, & quæ in vſu noſtro ſunt. Olus verò dictum, vt Varroni placet ab olla, dum in olla coquuntur. Vel olus dicitur, quaſi Alus ab alendo, quòd oleribus alerentur homines, antequam fruges, vel carnes ederent.
Olus Hiſpanicum, ſiuè Spinacium, lege Spinacia, Matth.
Olus Iudaicum Auicennæ, lege Corcoros Plinij.
Olus regium, eſt Artemiſia, quia Artemiſia regina in nomen, & gloriam ſuam olus hoc traxerit.
Olus album, eſt Valeriana minima, ſiue Phu minimum.
Olus aureum chryſolachanum dictum, nam folia inueterata verguntur ad aureum colorem, lege Atriplex caninus, ſiuè canina.
Olus atrum, lege Hippoſelinum.
Olus ſatuum, eſt Lampſana communis.
Olus ſyriacum nonnullis eſt Viſnaga.
Olygoſchænum in quibuſdam exemplaribus eſt Iuncus acutus, ſed Oxyſchœnum eſt legendum.
Olyra, eſt Typha cerealis, ſiue Triticum typhinum.
Olyta, Ad. eſt far Cluſinum, ſiue Oryza Germanica.
Olyra Cord. in Dioſc. lege Secale Matth. dicta Olyra, quaſi delira, quia à natura frumenti, & hordei deliret, ideſt recedat.
Omnimorbia, lege Malua, Matth. ſiuè vulgaris.
Omphacis, eſt cauum ex quo glans querna naſcitur, vt dicemus in ſecunda parte Phytologiæ.
Omphacitis, gallæ ſpecies, eſt de qua in ſecunda parte Phyt.
Omphacium ſuccus eſt vuæ acerbę, & nondum maturæ, ita nuncupatum, quia ὄμφαξ apud Græcos eſt vua acerba, necdum matura, ſic dicitur etiam Oliua: vnde oleum omphacinum nuncupatur ex oliuis immaturis factum, necnon Lauri baccæ omneſq; omnium plantarum acerbi adhuc, & crudi fructus, qui ad maturitatem nondum peruenere, & vt dicemus in ſecunda parte Phytologiæ.
Omphalocarpon, lege Aparine vulgaris, ſiue Aſperugo.
Onagra Cæſ. lege Lyſimachia ſiliquoſa, ſiue Antoniana, vel S. Antonij herba: dicta autem eſt Onagra, vt nonnullis placet, quia animalium ferocitatem domet. Onager enim eſt Aſinus agreſtis, nam Græcis ὄνος eſt aſinus, & ἄγρος ſylueſter.
Onæ, ficus ſunt edules, & prædulces, de quibus in ſecunda parte Phytol.
Onicida Galeni eſt Galla, ſiue fructus quercuum in ramis naſcens, vt dicemus in ſecunda parte Phytologiæ.
Onitis maior, lege Origanum vulgare.
Onobrychis aruenſis, vel Campanula aruenſis, lege Auicularia.
Onobletum Hippocratis, Ang. lege Cotyledon minus Sedi folio. Onobletum, & Onoblitum dictum, quia inter ſpecies Bliti à nonnullis reponitur, quaſi Blitum Aſininum.

De Onobrychi leguminosa. Synonyma, & Etymum.

Onobrychis, Dod. Tab. Ger. Lac. Clus. pan. & hist. Thal. Onobrychis folijs viciæ fructu echinato maior, Bauh Onobrychis, Dod. flore rubro Eyst. Caput gallinaceum Belgarum, Ad. Lob. Glaux, vel Onobrychis Ges. hor. Lupinus syluestris rusticis, Cæs. Polygalon Rhæticum, Ges. hor. ap. Polygala multorum, Lugd. Viciæ syluestris alterius secunda species, Dod. gal. Græcis ὀνόβρυχις. Italis Onobriche.

Onobrychis dicitur ab Asini ruditu, fortè quia esu huius plantæ Asini multos edant ruditus, vel crepitus, nam apud Græcos ὄνος est Asinus βράχω verò est sonitum, vel crepitum edo. [Caput gallinaceum vocatur ob florum congeriem, & colorem rubicundum capiti gallinaceo simillimum Aliorum nominum etyma, lege suo loco.

Onobrychis aruensis, & Belgarum, lege Auicularia.

Onobrychis, & Herba gallica, lege Galega, siue Ruta Capraria.

Onocardion, nonnulli Dipsacum esse credunt, Alij Acanthium Matth. & alij Cucumerem asininum interpretantur, ita nuncupatum, quasi Asini corculum, quod id animal magna, cibi huius capiatur voluptate, & ad hanc herbam, cum eam senserit, magna celeritate feratur.

Onochlea, & Onochleos Anchusæ species est, lege Anchusa minor.

Onochordon est gramen Phalaroides spica molli: hoc enim Vlmenses, apud quos prouenit a colore hoc nomine decorarunt.

Onocichle Theophrasti est Buglossi syluestris species, nempe Buglossum Echioides luteum Hieracio cognatum, lege Hieracium echioides. Onocichle dicitur idest turdus Asini, nam Græcis ὄνος est Asinus κίχλη verò est turdus, planta ab Asinis cognominata, & cichoraceis adnumerata.

Onogyros Nicandri, lege Acanthium Matth.

Onomium, Alij legunt Ononium, Vrticæ species est folijs minoribus, & minus pungentibus.

Ononis synonyma, & etymum, lege Anonis, siue Acutella.

Ononis candidis floribus, Ad. Ononis perpetuo leuis, Ges. hor. Anonis, siue Ononis siue Ononis sine spinis, Cam. Anonis spinis carens purpurea, Bauh. Anonis mitior prima, Clus. hist. reperitur candidis, & purpureis floribus, vt dicemus in secundo Tomo partis primæ Phyt.

De Onopordo. Synonyma, & Etymum.

Onopordon, Dod. Cam. Tab. Onopyxus tertius Dalecampij. Lugd. Acanos fortè Bellonij, Acanthium syluestre Flore luteo Eyst. Acanthium Illyricum, Ad. Lob. Carduus viarum, & Carduus viarum flore albo, Ger. Spina tomentosa altera spinosior, Bauh.

Onopordon dicitur idest crepitus Asini, nam Græcis ὄνος est Asinus, πέρδω verò est pedo, siue crepitum ventris emitto, nam si Asini hanc herbam comederint, crepitus reddere solent. Alij legunt Onophyllon, quasi folium Asini, Onopyxi, & Aliorum nominum etyma, lege suo loco.

Onopordon Gerar. est Aculeosa Gazæ.

Onopordon, Lugd. est Carduus Eriocephalus, Dod.

Onopyxus tertia Lugd. lege Onopordon, Dod.

De

De Onopyxo. Synonyma, & Etymum.

Onopyxus Dodonei, Lugd. Carduus Asininus Gesſ. col. Carduus ſpinoſiſsimus latifolius ſphærocæphalus vulgaris Bauh. Carduus ſylueſtris primus, Dod. Scolymus Dod. gal.

Onopyxus dicitur, ideſt Buxus aſininus, quod ſit Carduus aſinis in eibo gratiſsimus, ὄνος enim Græcis eſt aſinus πυξὶς verò eſt Buxus, nam ſicuti Buxus in ſepibus hortorum colitur, ſic hæc herba in paſcuis aſinorum reperitur, nimirum circa ſepes, & ſecus vias in locis incultis. Aliorum nominum etyma, lege ſuo loco.

De Onopteri. Synonyma, & Etymum.

Onopteris maior, Tab. maſ. Ger. Onopteris nigra Dod. vt Lugd. Adiantum folijs longioribus puluerulentis pediculo nigro, Bauh. Adiantum nigrum Plinij, Ad. Adiantum pulchrum Lugdunenſi ſimile, Thal. Adianti nigri aliud genus, Cæſ.

Onopteris, & Adianti etymum, lege ſupra Adiantum.

Onoſelinum, lege Ceræfolium ſylueſtre, ſiue aſininum.

De Onoſma. Synonyma, & Etymum.

Onoſma Matth. Tab. Lon. Ger. Lug. Lac. Caſt. Græcis ὄνοσμα Italis Onoſma, quid ſit nondum aſſequor, eſſe autem Anchuſis cognatam, figura oſtendit, & nonnulli Authores affirmant.

Onoſma dicitur fortè ab ὀνόσχω, iuuo, quia tota planta ſit multi iuuamenti.

Onuris quibuſdam, eſt Onagra Veterum, ſiue Oenothera Antoniana dicta.

Opaca, nonnullis dicitur Onobrichis, apud Dioſcoridem.

Opalis grata, ſecundum Apuleium eſt Antirrhinum.

Opalus montanus eſt arbor, de qua in ſecunda parte Phytol.

Ophioctonon, & ophiogenium Aliquibus, eſt Elaphoboſcum, lege Paſtinaca.

De Ophiogloſſo. Synonyma, & Etymum.

Ophiogloſſum, Matth. Dod. Trag. Fuch. Geſ. Lugd. Cam Caſt. Tab. Lon. & aliorum. Ophiogloſſum vulgatum, Bauh. Ophiogloſſum, ſiue Enophyllum Ad. Lob. Lancea Chriſti, vel Luciola, Geſ. hor. Lingua ſerpentina, Cæſ. Caſt. Lingula vulneraria, Cord. hiſt. Cam. Lingulata Plinij quibuſdam. Echiogloſſum, Aliquibus. Serpentaria ſecunda, Brunſ. Vnifolium, Amato, & Monophyllon. Græcis ὀφιόγλωσσον. Italis Lingua ſerpentina, & Herba ſenza coſta.

Ophiogloſſum, dicitur latinis Lingua ſerpentis à figura cauliculi in medio folijs exiſtentis: nam apud Græcos ὄφις eſt ſerpens γλώσσα verò eſt lingua. [Lancea Chriſti nominatur, à figura folij, nam folium mucronem lanceæ perbellè repræſentat. Luciola verò, quaſi Lanciola. Lingula vulneraria appellatur, quia in vulneribus curandis præſtantiſſimum ſit remedium. Lingua, & Lingula ob ſimilitudinem, quam cum lingua ſerpentis haber, nomen eſt adepta. Echiogloſſum, ideſt Lingua Viperina, nam ἔχις eſt Vipera. [Vnifolium verò, & monophyllon, quia vnicum producit ſolummodo folium. Henophyllum etiam dictum, quaſi folium annuum, cum ſemel in anno ſolummodo appareat, nam Græcis ἔνος exponitur annuus, & φύλλον folium.

Ophis herba, nonnullis eſt Dracontea, ſiuè Dracunculus maior.

Ophio-

Ophiostaphilos, lege Capparis, Matth.
Ophioscorodon, lege Allium sylvestre latifolium, ita nuncupatum, quia caput, cum summa caulis parte, & folijs serpentis instar se contorqueat. lege supra.
Ophiusa, herba est, qua pota terrorem serpentium animo incutit Plinius, sed quid?
Ophris bifolia, lege Bifolium.
Ophris trifolia, Tab. Ger. Bauh. Perfoliata sylvestris fœmina Brunf.
Ophris bifolia bulbosa, Bauh. Pseudorchis, seu Bifolium bulbosum Dod. ed. Belg. & post.
Ophtalmica, siue Ocularia, lege Euphrasia.
Opinauuk, est Solanum tuberosum esculentum, idem cum Papas Peruanorum.
Opium est liquor lacteus, qui ex papaueris nigri scapo leuiter inciso colligitur, nam apud Græcos ὀπὸς est succus ex cuiuscunque herbę vulnere manans: & vt dicemus in secundo Tomo partis primæ Phytologię, Capite de Papauere.
Opopanax, idest succus Panacis, ex radice Panacis concisa colligitur, vt dicemus similiter in secundo Tomo partis primæ Phytologiæ.
Opora, Latini pomum vocant, quicquid herbaceo fructu viret, lignosi nihil exterius habens, vt cerasa, pyra, mala, pruna de quibus in secunda parte Phytologiæ disseremus.
Opos, Græcis ὀπὸς, est succus, non herba, quia ex ὀπῆ, idest à foramine fluat.
Opsago à nonnullis dicitur Solanum somniferum.
Opobalsamum succus est Balsami arboris, de quo in secunda parte Phyt.
Opocalpasum, lacryma est ex vnius arboris trunco manans cum Myrrha vt dicemus in secunda parte Phyt.
Opulus Columellæ, est Cornus fœmina arbor de qua in secunda parte Phyt.
Opulus Campestris veteribus, est Acer campestre, vt dicemus in secunda parte Phytolog.
Opulus montana Lugd. est Acer montana, cuius historiam in secunda parte Phytol. exarabimus.
Opulus Ruelio, est Sambucus aquatica, de qua in secunda parte Phyt.
Opuntia vulgò est Ficus Indica, ita nuncupata, quia nascatur circa Opuntem oppidum.
Opuntia marina, lege Lichen marinus.
Opuntia Osteocollos, quod artuum fracturis, & luxationibus prosit. Hispanis Arbol de las rupturas Ouied. l. 10. c. 1. est Arbor è cuius trunco folia instar Indicę ficus procedunt, de quo in 2. p. Phyt.
Orbicularis dicitur Panis porcinus, siue Cyclaminus, lege Arthanita.
Orbiga, lege Aiuga, siue Chamæpitys.
Orchas, Orchites, ὄρχας est Oliua rotunda, vt dicemus in 2. p. Phyt.
Orchocarpos, frutex est, vt dicemus in 2. p. Phytol.

De Orchide, siue Testiculo. Synonyma, & Etymum.

Orchis mas latifolia Fuch. vel maior, Lon. Orchis prior Dioscoridis, Corn. Orchis, & Testiculus canis, Officin. Ama. latifol. Eyst. Orchios primum genus, Dod. gal. Lugd. Thal. Orchis, siuè testiculus, & Cynosorchis latifolia hiante cucullo maior, Bauh. Satyrium primum, Brunf. mas, Trag. Testiculus latifolius, Tab. & Satyrion triphyllon Eidem, Græcis ὄρχις. Italis Orchide, & Testicolo di Cane.
Orchis dicitur, siue testiculus ab effigie radicis, nam testiculum imitatur, qui ὄρχις Græcis appellatur. Cynosorchis nominatur, idest testiculum referens caninum κύος enim est Canis. Satyrium verò vocatur ab effectu, nam hæc planta in syluis

uis à Satyris fuit inuenta ad Venerem excitandam, quod Veneris incentiuum esset præ reliquis bulbis.

Orchis, Cynosorchis, & Testiculus canis maior flore incarnato, Cam. Cynosorchis maior altera nostra, Lob. Cynosorchis palustris Ger. ico. Cynosorchis latifolia spica compacta, Bauh. Cynosorchis maior quarta. Lob. Serapias Dioscoridis secunda, siuè Orchis basilica altera Sideritès, vel erythræa flore candidiore Gemmæ Satyrion siue Orchis maior rubra, Suuer. [Serapias dicitur à Serapide Alexandrinorum olim Deo, cui huiusmodi herbæ erant dicatæ, ob flores Insecta quædam referentes fœcunda, & lasciua. [Basilica verò dicta, quasi regia, ideſt maior, & superior inter Orchides. Erythræa etiam appellata, forsan quia in littore Erythrei maris inueniatur, vel a rubore floris, cum ἐρυθρὸν Græcis sit rubrum.

Orchis strateumatica, siue Stratiotes maior, siuè militaris Gemmæ, quæ Basilica tertia Lobelio. Orchis strateumatica maior, siue Basilica tertia Gemmæ Lugd. Orchis purpurea Bry. Orchis latifolia altera, Clus. pan. & hist. Cynosorchis militaris maior, Bauh. Cynosorchis quarta, Dod. Ornithophora candida Ger. ico. Testiculus quintus militaris, Tab.

Orchis strateumatica, siue Stratiotes, ideſt militaris, ad milites pertinens στρατὸς enim est exercitus, copiæ militares στράτευματικος militaris: quandoquidem milites hac herba in castris vtantur ad vlcera purganda, ad tumores discutiendos, ad fistulas abolendas, inflammationesque delendas. [Ornitophora, vel Ornithes dicta eò quia flores ad instar auis producat, ὄρνιθος enim Græcis est auis, φορός ferens.

Orchis quinta odora Serapiada Diosc. Trag. Orchis fœmina maior Fuch. Orchios tertium genus, Dod. gal. Orchis quarta Dodonæo Lugd. Cynosorchis montana odorata, Bauh. Testiculus primus Matth. species quarta Eidem comp.

Orchis morio mas folijs maculatis, Bauh. Orchis mas angustifolia Fuch. Tur. Orchis delphinia palustris, Gem. Orchis altera Dioscoridis Corn. Orchios secundum genus Dod. gal. Thal. Cynosorchis morio, Lob. Franc. Cynosorchis maculata, Ger. Cynosorchis morio mas, Tab. Satyrion Apulei Suuer. Satyrion mas, Brunf. Cynosorchis Eidem Ang. Testiculus morionis mas, Dod. Lugd.

Orchis morio nuncupatur, nam flos cucullum auriculatum, & cristatum morionis refert, & patentis galeæ modò flosculus hiat, angustaque folia à lateribus auriculas morionis repræsentant. [Delphinia etiam vocatur, nam flos quodammodo formam Delphini præ se ferre videtur.

Orchis morio folijs sessilibus maculatis, Bauh. Cynosorchis maculata, Tab. Cynosorchis Delphinia sessilibus maculosis obtusioribus folijs, flore purpureo violaceo caule sesquicubitali Lob. ico. Cynosorchis morio mas, Ger. ico.

Orchis morio fœmina, Bauh. Orchis Delphinia montana Gem. Orchis, siue Cynosorchis fœmina maior, Fuch. Orchios tertium genus, Dod. gal. Orchis angustifolia fœmina altera, Fuch. ico. Cynosorchis morio fœmina, Lob. Lugd. Ger. Cynosorchis morio tertia, Tab. Cynosorchis fœmina Eyst. Testiculi species tertia, Matth. an Testiculus alius Cord. hist.

Orchis anthropophora oreades Colum. Orchis flore nudi hominis effigiem repræsentans

tans, Bauh. nam Græcis ἄνθρωπος, est homo φορὸς ferens, ideſt ferens hominis effigiem. [Oreades verò dicitur ideſt montana, nam apud Græcos ὄρος eſt mons ὀρειάς, montana, & montoſa.

Orchis zoophora Cercopithecum exprimens, Oreades Colum. Orchis flore ſimiam referens, Bauh. [zoophora dicitur, ideſt animal ferens, nam Græcis ζῶον eſt animal.

Orchis barbatus odore hirci, breuiore latioreque folio, Bauh. Teſticulus hirci, Dod. Lob. ob. primus, Tab. Teſticulus, ſiue Tragorchis, Ad. Tragorchis Dod. gal. maximus Ger. [Tragorchis dicitur, ideſt teſticulus hircinus, à floris odore, eò quia flores olent hircum, nam Græcis τράγος eſt Hircus.

Orchis Saurodes, vel Scincophora lacertarum æmulatione, Gemmæ Lugd. Orchis odore hirci, longiore anguſtioreque folio, Bauh. Teſticulus hircinus vulgaris Lugd. Teſticulus hircinus vulgaris, & Leporis teſticulus, Lob. Teſticulus lingua bifurcata, Cæſ. Teſticulus hircinus ſecundus, Tab. Tragorchis mas Ger. [Saurodes dicitur à ſimilitudine lacertarum, nam σαῦρα, vel σαῦρος eſt lacerta σκίγκος verò eſt Scincus, vel Crocodilus terreſtris: hinc Scincophora, ideſt Scincum, vel Crocodilum terreſtrem referens.

Orchis odore hirci minor, Bauh. Tragorchis minor, & verior Gemmæ, ſiuè Corioſmites, vel Coriophora flore inſtar cimicum Lob. Lugd. Tragorchis fœmina Ger. Teſticulus hircinus tertius minor, Tab. [Corioſmites dicitur, vel Coriophora, eò quia flores cimices repræſentant, cum Græcis κόρις ſit Cimex.

Orchis teterrimo odore fœtida, Cluſ. pan. & hiſt. Orchis ſpica purpurea fœtida Bauh.

Orchis bifolia Tab. Orchis bifolia altera Bauh. Orchis latifolia altera, Cluſ. pan. & hiſt. Orchis pſychodes diphylla Lob. Orchis hermaphroditica Lugd. Ger. Teſticulus vulpinus Eyſt. hermaphroditicus, Tab. Teſticuli ſpecies quinta Cam. epit. [Pſychodes dicitur, ideſt in locis frigidis naſcens, nam apud Græcos ψυχὸς eſt frigus: diphylla verò, duo tantum habens folia. Hermaphroditica nuncupata, eò quia duobus cruribus, nimirum radicibus oblongis eſt inſignita.

Orchis Serapias Braſauolæ, & primus, Dod. Lugd. Orchis altera Serapias, Geſ. cat. Orchis ornithophora, Ger. ico. Orchis alba bifolia minor calcare oblongo, Bauh. Orchis altera Satyrion vulgò, Ang. Orchis flore albo du Bry. Orchis bifolius Cam. Orchis flore albo minor, Eyſt. Teſticulus vulpinus primus, Lob. latifolius, Tab. Teſticulus bifolius Cord. hiſt. Teſticulus vulpinus Franco. Teſticuli Tertij ſpecies prima, Matth. Lugd. Nominum etyma lege ſupra. Ornithophoræ etymum, lege Orchis Strateumatica.

Orchis Mellittias, Ger. ico. Orchis batrachites, Gem. Lob. Tab. Lugd. Orchis Hermaphroditica, Bauh. [Orchis mellittias dicitur, ideſt apis cadauerulum exprimens, nam Græcis μέλιττα eſt apis. Batrachytes verò, ad inſtar Ranæ, vel ad colorem Ranæ accedens, βάτραξ enim eſt Rana. Hermaphroditicæ etymum, lege ſupra.

Orchis ſphegodes Gem. Lob. ob. Lugd. Orchis ſtrateumatica Ger. ico. Orchis Serapias

pias

pias secundus Dodonei Lugd. Eyst. Orchis Serapias secundus maior, Dod. Lugd. Orchis sexta, & Satyrium alterum, Trag. Orchis Fucum referens maior foliolis superioribus candidis, & purpurascentibus, Bauh. an Orchis Serapias Dioscoridis. Orchis serapias fœmina, Dod. gal. Orchis, siue testiculus minor violaceis floribus, Cord. hist. Satyrion floribus apes referens, Tur. Satyrion, testiculus vulpinus Suuer. du Bry. Testiculus vulpinus maior, Lob. ico. Testiculi species secunda, Matth. Lac. Testiculus septimus Sphegodes Tab. Triorchis fœmina Fuch. Lon.

Orchis sphegodes dicitur, eò quia habet florem ad instar vespæ, nam Græcis σφὴξ est vespa σφηγώδης verò vespæ modò in acutum, & angustum desinens. Strateumaticæ etymum, lege supra.

Orchis myodes, & Testiculus vulpinus maior, Ger. ico. Orchis melittias, siuè apis cadauerulum exprimens, Lob. Lugd, Tab. Orchis fucum, referens, flore subuirente, Bauh. Orchis Serapias secunda minor. Dod. Orchidis sextæ species altera, Trag. Testiculus vulpinus minor, Ad. Triorchis fœmina, Tab.

Orchis myodes dicitur, ideſt muſcam colore, & effigie repræsentans, nam Græcis μυῖα est musca.

Orchis myodes altera, Gem. Lob. Lugd. Orchis muscam referens maior Bauh. Testiculus muscarius quartus, Tab.

Orchis myodes prima, Gem. Lob. Lugd. Orchis angustifolia fœmina tertia, Fuch. ico. Orchis muscæ corpus referens minor, vel galea, & alijs herbidis, Bauh. Orchis serapias tertius, Dod. Orchis quintum genus, Dod. gal. Orchis fœmina minor Lon. Satyrion exiguum, & septimum Tragi Satyrium, Tur. Serapias batrachites, Ger. ico. Testiculus muscarius primus, Tab. Testiculus pumilio, Cord. hist. Triorchis Serapias tertius Lugd.

Orchis myodes lutea Narbonensis, Lob. Lugd. Orchis myodes minor, Ger. ico. Orchis muscam referens lutea Bauh. Orcheos genus humile, Lugd. Testiculus vulpinus luteus Ad. Testiculus muscarius tertius luteus, Tab.

Orchis andrachnites, Ger. ico. Orchis angustifolia, Bauh. Testiculus decimus sextus minor, Tab. Andrachnites dicitur, siue Arachnites, nimirum araneam referens, nam Græcis ἀράχνη est araneus, vel aranea.

Orchis ornithophora, vel Ornithes folio læui, Gem. Lob. Lugd. Orchis ornithophora folio maculoso, Ger. ico. Orchis Papilionem expansum herbacei coloris referens, Bauh. Cynosorchis quintus, Dod. Testiculus vulpinus, Tab.

Orchis ornithophora folio maculoso, Gem. Lob. Lugd. Orchis papilionem referens, folijs maculatis, Bauh. Testiculus sphegodes, Ger. ico. Testiculus decimus quintus Ornithophorus, Tab.

Orchis papilionem referens angustifolia alba, Bauh. Ornithophora candida, Lob. ico.

Orchis andrachnitis, Lob. ico. Orchis araneum referens Bauh.

Orchis trifolia maior Bauh. Orchidis vndecima species. Trag. Satyrium trifolium Tab. Ama. Fuch. Tur. Lon. Testiculus candidus odoratus maior, Cord. hist. Testiculus Sacerdotis Ruel. Testiculus vulpis Dod. gal. Lugd. Triorchis trifolia, Tab. & Triorchis maior mas, Eidem [Triorchis dicitur à numero bulborum, siue testiculorum. Est etiam Triorches Auis ex accipitrum genere, quam latini appellant Buteonem, ita dicta à testiculorum numero.

Orchis trifolia minor, Bauh. Culices minores triphyllæ Lob. ico.

Orchis macrophylla Colum. Orchis montana Italica lingua oblonga, Bauh. [Macrophylla dicitur, idest habens oblongum folium, nam Græcis μακρὸς est longus, prolixus.

Orchis odora moscata, siue Monorchis, Bauh. Orchis pusilla pallida odorata, vel sexta Clus. pan. & septima in hist. Testiculi species minor bulbo singulari, Ges. hor. [Monorchis dicitur, idest simplici bulbo, nam μόνος Græcis est vnus, solus, vnicus.

Orchis Frisia littoralis, Lob. Lugd. ex Frisia Germaniæ Prouincia allata. Orchis Frisia Ger. Orchis lutea hirsuto folio, Bauh. Testiculus luteus, Tab.

Orchis Leodiensis, Ger. ex Leodio in ducatu Iuliacensi proueniente, Triorchis lutea tertia Gemmæ Lob. Triorchis lutea radice oblonga, Bauh. [Triorchis dicitur nimirum tres testiculos habens.

Orchis minor Leodiensis, Lob. Triorchis lutea Gemmæ Lugd. prima Tab. Triorchis lutea altera, Bauh.

Orchis flore albo odorato, Cam. Testiculus odoratus, Ad. Lugd. Testiculus odoratus, siue Orchis spiralis minor Lob. Testiculus odoratus minor, Dod. Tab. Testiculus candidus odoratus minor, Cord. hist. Satyrium, vel odoriferum Brunf. Triorchis alba odorata minor, Bauh. [Spiralis dicitur, eò quia spiritum nimirum odorem emittit, seu exhalat, vel quia flores in modum spirarum, siue circulorum sint reuoluti, atque dispositi forma diadematis.

Orchis minor radice repente, Cam. Orchis repens Eyst. Pseudoorchis Bauh.

Orchis liliifolius minor sabuletorum Zelandiæ, & Batauiæ, siue Chamæorchis aggerum Zelandiæ, & Bulbo eriophoro similis bulbus Lob. Pseudoorchis μονόφυλλος idest vnicum habens folium, Clus. hist. Chamæorchis liliifolia Bauh.

Orchis palmata pratensis latifolia longis calcaribus, Bauh. Palma Christi mas, Ad. Ger. prima, Tab. Palma Christi maior Matth desc. Franco. Palma Christi erecta variegata, Eyst. Palma Christi, & Serapias mas læui folio, Lob. Palma Christi altera Cord. hist. Satyrion siue Palma Christi Suuer. Satyrium basilicum maius recentiorum, Lugd. desc. Satyrium basilicum, mas Ges. col. Dod. Lon. desc. Satyrium recentiorum Græcorum, & basilicum mas latifolium alterum Thal. Palmata Io. Bauh.

Orchis palmata, & Palma Christi nuncupatur ob similitudinem quam radix cum humana manu habet, eo quia duas radices instar duarum palmarum manus iunctas, &

ctæ, & digitis distinctas ostendat, tum etiam ob vtilitatem, quam ægrotantibus præstat. Palmæ Christi etymum, lege infra Ricinus.

Orrchis palmata pratensis maculata, Bauh. Orchis fœmina altera Trag. Orchis Serapias, Cam. Palma Christi fœmina Ad. Ger. Palma Christi, Serapias fœmina pratensis Lob. Palma Christi maculata, Tab. Eyst. Satyrium basilicum Græcorum,& officinarum. Christi palma Ruell. Satyrium fœmina folijs maculatis, Thal. Satyrium basilicum fœmina Ges. col. Lon. Dod. Satyrij genus Basilicum græcum Gesf. cat. Serapias fœmina pratensis, Lugd.

Orchis palmata pratensis maxima Bauh. Cynoforchis conopsæa Lugd. Cynoforchis macrocaulos, siue conopsæa, vel galericulata, Gem. Lob. [Conopsæa dicitur, nam flos culicem repræsentat, κωνωψ enim Græcis est culex. Macrocaulos verò idest habens longum caulem.

Orchis palmata minor calcaribus oblongis, Bauh. Palma Christi minor mas, Tab. Serapias minor, Lob. minor rubra Gemmæ Lugd. Serapias minor nitente flore, Ger.

Orchis palmata angustifolia minor, Bauh. Orchis fœmina, Trag. ico. Palma Christi maior, Matth. ico. tertia Cord. hist. Palma Christi fœmina, Tab. Palma Christi peregrina flore rubro Eyst. Satyrium basilicum maius, Lugd. ico. Satyrium regale Tur. Satyrium alterum, Trag. desc. Satyrium basilicum mas, tenuifolium, Thal.

Orchis palmata batrachites, Bauh. Serapias batrachites, vel Myodes Lob. ico. [Etymum nominum, lege supra.

Orchis castrata Bauh. Satyrium castratum Gemmæ, Lugd. Satyrium castratum, vel Eunuchum, Lob. Serapias castratum, Ger. Testiculus sextus castratus, Tab. Orchis castrata, & Satyrium castratum, vel Eunuchum dicitur, eò quia non habeat testiculos veluti cætera Orchidum genera, sed eorum vice radices oblongas possideat.

Orchis palmata palustris latifolia, Bauh. Palma Christi flore purpureo, Eyst. Palma Christi palustris Franc. tertia, Tab. Cynoforchis palustris platyphylla, Gem. Lugd. Satyrion latifolium Suuer. Satyrium basilicū foliosum, vel tertium Dod. Satyrium basilicum mas latifolium Thal. Serapias palustris latifolia, Lob. Ger. [Platyphylla dicitur, idest habens folia lata, πλατὺς Græcis est latus, φύλλον folium.

Orchis palmata palustris altera Bauh. Cynoforchis palustris altera, Gem. Serapias palustris altera leptophylla, Lob. Lugd. Testiculus galericulatus, Tab. [Leptophylla dicitur, idest habens tenuia folia λεπτὸς enim est tenuis, galericulatus verò à galeri similitudine, nam flos ad galeri effigiem formatum habet.

Orchis palmata palustris altera, Bauh. Cynoforchis leptophylla Gem. Lugd. Cynoforchis palustris læui folio, Lob. Serapias palustris læuifolia, Ger. Palma Christi palustris secunda, Tab.

Orchis palmata palustris maculata Bauh. Palma Christi palustris prima, Tab. Ger. Cynoforchis palustris altera lophodes, vel nephelodes, Gem. Lob. Lugd. [Lo-

phodes dicitur, ideſt criſtacea, nam Græcis λόφος eſt criſta in galea, quoniam producit florem ad inſtar criſtæ exiſtentis in galea.

Orchis palmata paluſtris tota rubra, Bauh. Cynoſorchis Dracontias, Gem. Lob. Lugd. Serapias paluſtris leptophylla, Ger. ico. Tragorchis, Tab. ico.

Orchis palmata anguſtifolia alpina nigro flore Bauh. Orchis minor odoratus, Ad. Orchis ſerapias odoratiſsimo flore minima alpina, Cam. Palma Chriſti minor, Matth. Lugd. Palma Chriſti minor fœmina, Tab. Satyrium baſilicum odoratiſſimum Geſ. cat. Satyrium baſilicum minus Dod. Satyrium baſilicum alpinum Geſ. hor.

Orchis palmata montana maculata, Bauh. Cynoſorchis montana folio maculoſo, Gem. Palma Chriſti maculata montana, Tab. Palma Chriſti maior, Caſt. Satyrion folijs maculatis, Suuer. Serapias candido flore montana Lob. Lugd. Ger.

Orchis palmata montana altera, Bauh. Serapias montana Tab. Serapias garyophyllata, Ger. ico. Serapias montana folio læui, & Cynoſorchis montana, Lob. Serapias maxima folio læui, & Cynoſorchis montana, Lob. Serapias maxima folio læui Gem. Lugd.

Orchis abortiua Lobelij, Cluſ. hiſt. Orchis abortiua fuſca Bauh. Orchis ſylueſtris Lon. Coagulum terræ Plinij quibuſdam Neottia Dod. Franco. Nidus auis Lob. ico. Lugd. Eyſt. Dod. Gal. Orobanche Geſ. col. an Orobanche prima Tab. Satyriũ abortiuũ ſpecies hypociſtidis, Lob. ico. part. vlt. & Ger. Satyrium nonum Tragi.

Orchis abortiua dicitur, quia abortum faciat, Coagulum terræ nuncupatur, quia cum habeat radices ita implicatas, terram arctè intra ſe ſtringit, & quaſi coagulat, ideo coagulum terræ nuncupatum. Nidus auis vocatur, eò quia eius radiculæ ita inter ſe complicatæ ſunt, vt nidum auis conſtituere videantur. Neottia verò dicta, quaſi noua orchis, nam Græcis νέος eſt nouus, cum inter Orchides ponatur, teſticuloſque non habeat.

Orchis abortiua violacea, lege Limodoron Auſtriacum.

Orchis dactylides, dicitur à nonnullis Orchis palmata, & Digitos citrinos Auicennæ Matthiolus cenſet. δάκτυλος enim Græcis eſt digitus.

Orchis acridiodes eſt Orchis locuſtam imitans, vel colore locuſtæ, nam Græcis ἀκρὶς eſt locuſta, ἀκρίδιον verò eſt locuſtula nimirum paruula locuſta.

Orchis ſiue Satyrium erythronium dicitur, quia habet corticem radicis rubrum, nam ἐρυθρὸς apud Græcos eſt ruber.

Orchis fœtida, lege Orchis teterrimo odore.

Orchis ſpiralis, lege Orchis flore albo odorato.

Orchis fucum referens, lege Orchis melittias.

Orchis muſcam referens, lege Orchis myodes.

Orchites genus oliuarum, quæ à teſticulis nomen ſumpſerunt, vt dicemus in ſecunda parte Phyto.

Ordilion Nicandri, & Tordylion Dioſc. lege Tordylion.

Orechiella, vulgò, lege Aizoum, ita nuncupatum, quia folium quodammodo auris formam referat.

Orega nonnullis, eſt Origanum Heracleoticum.

Oregiocella Cluſij, eſt fructus oblongus cinericius acidulus, vt dicemus in ſecunda parte Phytologiæ.

Oreon Plinij, lege Equiſetum paluſtre breuioribus folijs: dicitur autem Oreon fortè quia in montibus creſcat, ὄρειος Græcis eſt montanus, ſiue montoſus.

Oreo-

Oreoselinum, Tab. lege Selinum montanum pumilum.
Oreoselinum, Ang. & Cæs. putant esse Cherophyllum satiuum siue Cerefolium.
Oreoselinum Fuch. est Apium hortense Matth. Petroselinum vulgò.
Oreoselinum Dod. & Oreoselinum, Tab. lege Apium montanum folio ampliore.
Oricella, Oricola, & Rocella Tinctorum, aliter Raspa defertur ex Hispania: ex herba Infectores eliciunt colorem laccæ, & Myrrhopœi vtuntur pro pellibus concinnandis, est enim Phuci marini species, Fucus marinus Rocella Tinctorum dictus, Imper.

De Origano. Synonyma, & Etymum.

Origanum vulgare, Matth. Trag. Lon. Lugd. Eyst. Origanum Onitis maius, Ad. Origanum Italicum Cæs. Anglicum, Ger. Origanum syluestre Cunila bubula Plinij Bauh. Origanum syluestre Dod. Cord. in Diosc. Tab. Lac. Cam. Ges. hor. Agrioriganum, siue Onitis maior, Lob. Tragoriganum Dioscoridis quibusdam. Græcis ὀρίγανος. Italis Origano.
Origanum dicitur fortè à loco natali, nam Græcis ὄρος est mons, & γάνος gaudium, quia gaudeat montibus. Alij verò, quod visum exacuat nomen duxisse testantur, nam Græcis ὁρῶ est video, cerno, & γανῶ clarifico, quasi aciem oculorum illustret, nam vt tradunt, præstat, vt oculi clariùs cernant. [Onitis vocatur, quia apud Græcos ὄνος est asinus: hinc Onitis asinaria, quoniam origanum pabulo gratum sit asinis. Cunila nuncupatur, nam κονίλη Græcis deriuat à κονιά lixiuium, fortè quia in lixiuijs adhiberetur. Bubula dicta, quòd à bobus depascatur. [Agrioriganum dictum, idest Origanum syluestre. Tragoriganum verò, idest Origanum hircinum, cum hirci hanc herbam summopere appetant, τράγος enim Græcis est hircus.

Origanum Heracleoticum, Matth. Ad. Lob. Lugd. Ges. hor. Lac. Cast. Cam. Ger. Tab. Origanum Heracleoticum Cunila gallinacea Plinij Bauh. Origanum Græcum, Ang. Origanum peregrinum primum, vel sextum Tragi. Origanum alterum, Cæs. Heracleoticum dicitur ex Heraclea. Cunilæ etymum, lege supra Origanum vulgare.

Origanum Creticum Cæs. Cam. Ges. hor. Bauh. Origanum Syriacum syluestre, Ad. Origanum Heracleoticum in Creta, Cord. in Diosc. Origanum Anglicanum, Dod. Hyssopus Dioscoridis, Ang. Hyssopi etymum, lege suo loco.

Origanum Heracleoticum Ruel. Origanum Onites Bauh. & Matt. Lac. Cast. Lon. Lugd. Ges. hor. Origanum syluestre potius, quàm Maiorana, Col Hyssopus genuina Græcorum, Ad. Lob. Hyssopus legitimus, & Mesuæi. Scansapepe Hetruscis, Cæs. Maiorana maior Anglica, Tab. Ger. Marum quibusdam Lac. Dod. gal. Lugd. Nominum etyma, lege suo loco. Scansapepe dictum, fortè quia loco, & vice piperis vtantur.

Origanum fistulosum Canadense I. Cornuti ita appellatur, quòd tubuli floris, ità sint inter se compositi, vt fistulam repræsentare videantur.

Origanum Monspeliacum, Cam. ep. Matth. & hor. Tab. Origanum folio subrotundo, Bauh. Origanum Onitis Gallo prouinciæ minus.

Origa-

Origanum ſylueſtre verticillatum, Thal. lege Acinos, ſiuè Clinopodium vulgare, Matth.

Origani tertij ſpecies Dioſcoridis Alijs, lege Polium maritimum erectum Monſpeliacum.
Origeron nonnullis,eſt herba venti, lege Pulſatilla recentiorum.
Oriptelea arbor eſt,de qua in ſecunda parte Phytologiæ.

De Oriza. Synonyma, & Etymum.

Oriza, & Oryza Matth. Dod. Lob. Caſt. Tab. Cæſ. Lon. Lac. Ang. Brunſ. Tur. Cord. in Dioſc. Oryza Italica ad differentiam Germanicæ,de qua inter Zeas,Bauh. Oryza peregrina Trago. Oryza frumentacearum generi Dioſcorides, inter legumina Galenus recenſet. Lugd. Hordeum Galaticum Columellæ, Hermolaus, Ruel. Amat. & Tab. cenſuerę Vulgus Riſum appellat. Græcis ὄρυζα, & ὄρυζον. Italis Riſo.
Oryza dicitur à verbo græco ὀρίζω conglutino, quia habeat magnam vim conglutinandi. Italis Riſo, quaſi Rizo.
Oryza Germanica, lege Far Cluſianum.
Oryza ſylueſtris, Cæſ. eſt gramen gemmeum, ſeu nodoſum, Coix Myconi Lugd.
Orminum, lege Horminum.

De Ornithogalo. Synonyma, & Etymum.

Ornithogalum vmbellatum maximum Bauh. an Narciſſus quartus, Matth. Lugd. Tab. Ornithogalum maius, Dod. Arabicum, Cluſ. pan. & hiſt. Eyſt. Ornithogalum Arabicum multiflorum album, vmbilico interiore nigro Suuer. Hyacinthus del Pater noſtro Italorum Cluſ. hiſt. ap. 2. Lilionarciſſus polyanthos, Lob. ob. Lilium Alexandrinum Neotericorum, Lob. ico. Cam. Dulipan apud nos barbaro nomine, Cæſ. Churſi, Dod. Græcis ὀρνιθόγαλον. Italis Ornitogalo.
Ornithogalum dicitur propter lacteum colorem,qui in floribus nitet ouis gallinarum ſimilem. Vel à radice candida, ſiue lacteo bulbi candore figuram ouorum auis referentis, nam Græcis γάλα eſt lac, ὄρνιθος eſt Auis. Aliorum nominum etyma, lege ſuo loco.

Ornithogalum Tur. Geſ. hór. Ger. Caſt. Dod. gal. Ama. Ang. ſecundum, Matth. Lugd. Ornithogalum candidum vulgare, Ad. Lob. Ornithogalum vmbellatum medium angustifolium Bauh. Ornithogalum candido flore, Cord. in Dioſcor. Ornithogalum alterum minus, Cam. Ornithogalum quintum, ſiuè vulgare Cluſ. hiſt. & pan. Ornithogalon ſpicatum Suuer. Bulbus ſolſequius, Tab. Bulbus leucanthemus minor, Dod. Lugd.

Ornithogalum latifolium, & maximum, Bauh. Ornithogalum maximum, Cluſ. hiſt. Ornithogalum maximum Myconi, Lugd. Ornithogalum, vel Lilium Alexandrinum floribus albis innumerabilibus, Suuer. Ornithogalum ſpicatum Alijs.

Ornithogalum anguſtifolium maius floribus ex albo vireſcentibus Bauh. Ornithogalum aliud ſpicatum Cam. Ornithogalum maius, Cluſ. pan. maius primum Eidem hiſt. Ornithogalum Pyreneum, Cluſ. cur. poſt. Aſphodelus Galeni, Lac. bulboſum, Dod. Lugd. Cam. Aſphodelus fœmina, Dod. gal. Geſ. hor. Aſphodelus hyacin-

hyacinthinus fortè Galeni, Lob. obſ. Hyacinthoaſphodelus Lob. ico.

Ornithogalum ſpicatum Monſpeliacum flore lacteo, Lob. Ornithogalum maius Monſpeliacum. Cluſ. pan. ſecundum Eidem hiſt. Ornithogalum maius ſpicatum flore albo, Bauh. Ornithogalum ſpicatum flore lacteo Eyſt. Ornithogalum alterum Cam, Ornithogalum Narbonenſe, Dod. Lugd. Bulbus Ornithogalo ſimilis, Cæſ.

Ornithogalum flore albo, viridique linea in dorſo prædito Suuert. Ornithogalum Pannonicum albo flore Cluſ. pan, & hiſt. Ornithogalum ſpicatum flore viridilacteſcente, Bauh. Ornithogalum Pannonicum, Tab. Ger. Eyſt. an Ornithogalum ſerotinum, Cam.

Ornithogalum Neapolitanum, flore interius candido, exterius eineraceo, Suuer. Ornithogalum exoticum magno flore minore innato Bauh. Ornithogalum Neapolitanum, Eyſt. Hyacinthus aruorum Ornithogaloides, Colum.

Ornithogalum luteum, Lob. Ad. Cord. in Dioſc. Bauh. Ornithogali lutei, & cepæ agrariæ, Ger. Bulbus Ornithogalo ſimilis floribus luteis, Cæſ. Bulbus Trag. Cæpa agreſtis, Lac. ſylueſtris Ruel. Dod. Lugd. Cam. Fuch. Tur. Geſ. cat. Bulbus eſculentus, Caſt. Lon. Bulbus ſylueſtris alius bifolius, Geſ. hor. Siſyrichium, Cord. hiſt. Cepula ſtellata Alijs. Nominum etyma, lege ſuo loco.

Ornithogalum anguſtifolium campeſtre luteum minimum bulboſum, Colum. eſt Ornithogalum anguſtifolium bulbiferum, Bauh. nihilque vetat quominus Natura Ornithogali florem luteum produxerit, cum(vt dictum fuit ſuperius)non floris albedo, ſed lacteus bulbi candor, & ſimilitudo, Ornithogali nomen conferuet.
Ornithogalum Arabicum, lege Ornithogalum vmbellatum maximum.
Ornithogalon luteouirens Indicum Iacobi Cornuti.

De Ornithopodio. Synonyma, & Etymum.

Ornithopodium Dod. Lob. Geſ. hor. minus, Cam. Ad. Lugd. Ornithopodium maius, Bauh. Polygala Geſ. hor.
Ornithopodium dicitur, ideſt pes auis à ſimilitudine, nempè paruarum auicularum, nam ſiliquę vni pediculo nixæ quaternæ, aut quinæ aduncæ paruæ auiculæ pedem referunt. Græcis enim ὄρνις eſt auis, ſiue ales πόδιον verò pediculus.

Ornithopodium tuberoſum Dalechampij, Lugd. Ornithopodium radice tuberculis nodoſa Bauh.
Ornithopodio affinis hirſuta, fructu ſtellato. Bauh. Stella leguminoſa Lob. Lugd. Tab. Caſt. Arturo Cortuſo. Vicia Seſamacea, Apula, Colum. Stella dicta à ſiliquis radiatim diſpoſitis, & ſtellam exprimentibus.
Ornithophora, lege Orchis Strateumatica.
Ornogloſſum, & Ornithogloſſum, & Lingua auis eſt fructus, ſiue ſemen Fraxini, vt dicemus in ſecunda parte Phytolog.
Ornus, arbor eſt, cuius hiſtoriam in ſecunda parte Phytologiæ paucis exponam.

De

De Orobanche. Synonyma, & Etymum.

Orobanche, Matth. Ama. Herba Tauri, vel Vaccæ, Ang. Cord. in Diosc. Ges. cat. Leontobotanos, Lon. Lob. Cast. Thal. Cæs. Eyst. Orobanche Diosc. Gale. Oribas. Æginet. Ætio. Orobanche maior garyophyllum olens, Bauh. Orobanche vera Ges. hor. Orobanche prima Clus. hist. altera Lugd. Tab. Cynomorion Plinio. Leonina herba Hermolao, & Legumen leoninum Ruel. Leo herba Constantino. Herba lupa alijs. Limodoron, siue Orobanche Dod. Limodorum Theophrasto Hemodorum alijs. Rapum Genistæ Dod. gal. Ger. Hypogenista nonnullis. Eruangina Gazæ. Græcis ὀροβάγχη. Italis Herba Scalogna vulgò.

Orobanche etymum, lege supra Anblatum. Herba Tauri, vel Vaccæ dicitur, quod Vaccæ ea degustata, fortè Taurum statim adeant, & appetant. [Leontobotanos idest Herba leonina, cum apud Græcos Βοτάνη sit herba, appellatur autem Leonina herba, Leo herba, Legumen leoninum, & Herba Lupa, quia sicuti Leo, & Lupus cætera animalia interimunt, ita hæc herba cæteras plantas necat: vel quia tota planta caudam Leonis imitatur. [Cynomorion nominatur, à canini genitalis similitudine. Limodoron, & Hemodorum dictum quasi famem adferens, nam Græcis λιμὸς est fames λιμώδης famelicus; hinc herba ita dicta eò quia plantæ cui adnascitur omne alimentum subtrahit, & ad se trahit, vicinasque herbas extenuat, & incrementum sumerè perfectèque adolescere non sinit, & tandem fame necat. [Eruangina verò, idest Erui angina, quia Eruum, & cætera legumina strangulat. Rapum genistæ, & Hypogenista vocatur, quia semper alicuius vicinæ plantæ fibris adnascitur, & maximè ad Genistam, vnde Hypogenista; idest sub Genista.

Orobanche maior, Lob. ico. Orobanche Monspeliaca floribus oblongis Bauh. Limodorum Monspeliacum, Clus. pan.

Orobanche ramosa, Bauh. Orobanche altera breuior, & ramosa Cæs. Orobanche tertia πολύκλωνος, Clus. hist. Polyclonos dicitur, idest multos habens ramos, nam πολυς Græcis est multus, κλὼν verò est ramulus, vel surculus.

Orobanche Hypopitys dicta, idest nascens sub Piceis, Abietibus, & Pinastris, nam apud Græcos ὑπὸ significat sub & πίτυς Pinum.

Orobanche Theoph. apud nonnullos est Cuscuta, siue Cassutha.

Orobanche radice dentata, maior, lege Anblatum.

Orobanche Ruellij, est Conuoluulus minor semine triangulo.

Orobanche Theophrasti Anguil. lege Smilax lęuis minor.

Orobanche leguminum, Lugd. lege Aphaca.

Orobeum Cicer est Orobus semine obtuso triangulo, Bauh.

Orobethron quibusdam. Hypocistis appellatur, teste Plinio.

Orobia thuris genus est, purioribus constans guttis, vt dicemus in secunda p. Phyt.

De Orobo, siue Eruo. Synonyma, & Etymum.

Orobus, siue Eruum Matth. Cord. in Diosc. Lugd. Ang. Ges. hor. Orobus receptus herbariorum, Ad. Lob. Ger. Orobus siliquis articulatis semine maiore, Bauh. Eruum Ges. hor. Guil. siue Mochus Cast. Tab. verum Camer. Mochus, siue Cicer fatuus Dod. Græcis ὄροβος. Italis Orobo. Bononienbus Mocco.

Orobo

Orobus dicitur Latinis, Græcis ὄροβος παρὰ τὸ ἐρίπτεσθαι ὑπὸ τῶν βοῶν, quod Boues eo vescantur, & saginentur, & saginati excitentur, & citato impetu ferantur, à verbo ὄρω quod significat excito, concito, & βοῦς bos. Eruum verò dictum ab eruendo, carpitur enim, & manu euellitur, nec ferro secatur. Mochus fortè nuncupatus à verbo Græco μόχτος, quod significat molestia, nam praui est succi, & ab eo quidem homines abstinent.

Orobus semine obtuso triangulo, Bauh. Cicer Orobæum Theophrasti Lob. Ad. Lugd.

Orobus Americanus, lege Lathyrus angustissimo folio Americanus.

Orobus syluaticus purpureus vernus Bauh. Orobus syluestris vernus Thal. Orobus Pannonicus primus, Clus. pan. & hist. Aracus latifolius alter Dod. belg. Astragalus Colum. Phaseolus syluarum Lugd. Nominum etyma, lege suo loco.

Orobus syluaticus pallido flore, Bauh. Orobus Pannonicus quartus Clus. pan. & hist. Aracus latifolius, Dod. Galega montana, Lugd.

Orobus syluestris angustifolius Asphodeli radice, Bauh. Orobus Panonicus tertius Clus. pan. & hist.

Orobus syluaticus Viciæ folijs, lege Astragaloides, Dod.

Orobus syluestris, siue Vicia syluestris Trag. lege Vicia syluestris Lonic.

Orontium Dod. gal. lege Antirrhinum aruense maius.

Orthix à nonnullis Plantago vocatur, Plinius.

Orthocissum, lege Hedera arborea recta.

Oruala Dod. lege Horminum hortense Sclarea dictum.

Oruala tertia Dodonei, lege Colus Iouis.

Oryoma, Tamarix Achaiæ dicitur, vt dicemus in secunda parte Phyt.

Oryza, lege supra Oriza.

Orzada Monardi, lege Hordeum causticum.

Osamener, baccarum, vel glandium genus de quibus in secunda parte Phytol.

Osiriaca apud aliquos dicitur syluestris Malua.

Osyris Dod. lege Beluedere, siue Linaria magna, Scoparia dicta.

Osyris multorum, lege Linaria vulgaris.

Osyris Austriaca Clus. lege Chrysocome, Diosc.

Osyris minor, lege Linaria pumila.

Osyris purpurocærulea repens, lege Linaria cærulea repens.

Osirites, Cynocephaleam herbam, siue caput canis appellant nonnulli, siue Antirrhinum.

Os Leonis vulgò, lege Antirrhinum magnum.

Os leonis in vineis, Cæs. est Antirrhinum aruense minus Bauh. Antirrhinum minimum, Thal. Cam. Antirrhinum aruense Ges. col. Antirrhinum alterum minimum repens Lob. ico. Antirrhinum syluestre, Cast.

Osmas Latinis quibusdam Onosma nuncupatur.

Osmunda Lob. lege Filix aquatica.

Osmunda Latiuorum, Trag. est Vicia maxima dumetorum, Bauh. Cracca maior Taber. Vicia syluestris altera, vel quinta. Aphace Dioscoridis.

Osmundula, lege Dryopteris, Matth.

Ossar Hon. Belli, lege Apocynum Syriacum.

Ossea Lon. est arbor de qua in secunda parte Phytol.

Ossiculum in plantis est os penetrale fructuum carne contectum, in quo nucleus est, vt in cerasis, prunis, &c. de quibus in secunda parte Phyt.

Ostaphis nonnullis est Staphisagria.
Osteocollon Lugd. Polygonum bacciferum maritimum minus.
Osteocollon Absyrti. Italis, Cam. est Caryophylus albus paruus repens. Eidem Polygonion, à multitudine geniculorum appellatum. Alijs Talcuition, sed nomen spurium. Osteocollon dictus, quia fracta ossa ferruminat, nam Græci ὀςέον est os, κόλλα verò est gluten, siue glutinum, κολλάω est glutino.
Osteritium montanum, Trag. lege Helleborus niger Saniculæ folio maior, vbi etymum inuenies.
Osteritium syluestre Trag. lege Angelica syluestris minor, siue erratica.
Ostrutium Lon. lege Astrantia, Brunf. Ostruthium Alijs est Saponaria:
Ostrya Cordi, arbor, est de qua in secunda parte Phytologiæ.
Ostrys Theophrasti, similiter est arbor, vt dicemus in secunda parte Phytol.
Othonna, lege Tanacetum Africanum, siue flos Africanus maior.
Otites Lychnidis syluestris genus, lege Sesamoides magnum Salmanticum.
Oua oliuarum sunt nodi, qui in caudice reperiuntur, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.
Oua manium, siue Cacodæmonum, sunt fungi, de quibus suo loco.
Ouaria Gef. lege Costus hortorum.
Ouchinastrum, aut Echinastrum nuncupatum reperitur Geranium, sed inter spurias voces Dioscoridis.
Ouloudia, Lugd. lege Tulipa præcox flaua.
Oxalis Matth. lege Acetosa.
Oxalis minor, lege Acetosa lanceolata.
Oxalis tuberosa, Dod. Tab. Lob. Lugd. Acetosa tuberosa radice Colum.
Oxalis Zacynthi Alpino. Acetosa Calthæ folio peregrina Bauh.
Oxalis rotundioribus folijs, Gef. hor. rotundifolia, Dod. rotunda Lug. Tab. Oxalis franca, seu Romana, Ger. Oxalis Romana, & Veterum, Dod. gal. Oxalis satiua franca rotundifolia repens, Lob. Ad. Oxalis tertia, Cæs. Acetosa rotundifolia hortensis, Acetosa rotundis folijs, Cam.
Oxalis ouina, & veruecina, lege Acetosa lanceolata.
Oxalis Neapolitana Ocimi folio. Acetosa Ocimi folio Neapolitana βουκεφαλήφορα Colum. Acetosa Ocimi Neapolitana Bauh. [Bucephalephora, idest bubulinum caput exprimens, nam Græcis βοῦς est Bos κεφαλὴ est caput, & φορὸς ferens.
Oxalis minima Ger. secunda Tab. Acetosa aruensis minima non lanceolata, Bauh.
Oxalis Americana. Acetosa Americana folijs longissimis pediculis donatis, Bauh. Acetosa vesicaria Peregrina Eyst.
Oxya Bellonij arbor est, de qua in secunda parte Phytolog.
Oxyacantha, nimirum spina acuta pyri folio, vt dicemus in secunda parte Phyt.
Oxyacanthus Galeni similiter, est frutex, cuius historiam non incuriosè in secunda parte Phyt. percurram.
Oxyagrostis, lege Gramen Oxyagrostis.
Oxyarceuthis, siue Iuniperus acuta, de ea in secunda parte Phyt.
Oxybaphum à Nonnullis dicitur Cotyledon, siue Acetabulum, quia folium huius herbæ ad formam cotylæ sit efformatum, quod in cęna aceto plenum ad intinctus ponebatur. ὄξος enim est acetum, & βαφὴ immersio, lege supra Acetabulum.
Oxycedrus, arbor est, vt in secunda parte Phytolog. hanc historiam paucis accipies.
Oxycoccum, Cord. lege Vaccinia palustria.
Oxycratum id esse, quo Græci, & Itali Nautæ vti solent, est enim aqua aceto permixta, vt dicemus in secunda parte Phyt.

Oxyla-

Oxylapathum, lege Lapathum acutum.
Oxylapathum aquaticum, lege Potamogeton longo ferrato folio.
Oxymala persica, lege Medica malus in secunda parte Phyt.
Oxymirsine Ang. lege Ruscus Matth.
Oxyphœnix, & Oxyphœnicum Tamarindi species, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.
Oxys Plinij, est Trifolium acetosum ὀξυτρίφυλλον quibusdam ab acido sapore, & forma Trifolij lege Alleluia.
Oxyschenos, lege Iuncus acutus.
Oxytriphyllum, Lob. lege Lotus pentaphyllos siliquosus villosus.
Oxytriphyllon. Trag. & Aliorum, lege Alleluia, siue Trifolium acetosum.
Ozenitis, Nardi species est ad Gangem Indiæ fluuium nascens, odore virus referens vnde, & nomen accepit Plinius.
Ozymum, lege Ocimum.

P



Acayes, siue Guauas nuces iuglandes Hispanicis similes p. 9. Ind. Occid. de quibus in secunda parte Phyt.
Pacal Indis arbor, de qua in secunda parte Phytologiæ.
Paco, & Pacona fructus Brasilianus, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ. Pacoua, & Pacouera arbor.
Padus Theophrasti Lugd. arbor Cerasi folijs, vt in secunda parte Phyt. dicetur.
Paeonia Galeni, lege Aglaophotis Æliani, dicta autem est Paeonia, quasi Pannonia à nonnullis, quia ex Pannonia, siue Vngaria primùm fuerit allata, lege infra Pęonia.
Pagana lingua, lege Bislingua.
Pagatovvr Virginiæ Indigenis, est Frumentum Indicum Mahyz dictum.
Payco Lugd. herba ex Peru Monar. Plantago Indica Bauh.
Pala Ariena Plinij, est arbor, de qua in secunda parte Phyt.
Palalia, & orbicularis ab Apuleio dicitur Arthanita, siue Panis Porcinus, sed inter nomina notha recensetur.
Palatium leporis, lege Asparagus syluestris.
Palea communiter dicta, sunt culmi cum folijs, & folliculis exsiccatis, Tritici, Hordei, & similium: à nomine Pabulum dicta, nam ea sola primùm in pascendis animalibus præbebatur. Alij à palàm nuncupata, eò quia in aperto loco palam exponitur, & cum spica trituratur. Vel, vt placet Isidoro. lib. orig. quòd pala ventiletur, vt frumenta purgentur. Gentiles autem paleam à quadam Pale Dea frugum inuentrice vocauerunt, quam Cererem esse volunt.
Palea de Mecha, & Pastus Camelorum, lege Iuncus odoratus Plin.
Palea marina, lege Alga marina, Dod.
Palimpissa, non est herba, sed Pix, quando scilicet è liquida, coctione, & elaboratione crassescit, purgatur, atque durior, & siccior euadit, vt dicemus in secunda parte Phyt. Capite de resinis arborum.
Paliurus Africana Theophrasti. Paliurus Athenæi sunt frutices, de quibus in secunda parte Phytologiæ.
Palla Garzię Nux aromatites, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.
Pallacana, apud nonnullos est Cepæ species, referente Dodonęo.
Palladium, aliquibus est Leontopodium, Matth. sed spuria vox est.
Palma Christi eiusque species, lege Orchis palmata pratensis.
Palma Christi Gallis, lege Ricinus vulgaris.
Palma Christi palustris, lege Orchis palmata palustris.
Palma, aut Palum sanctum est Guaiacum Orientale, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.
Palma arbor, eiusque species, in secunda parte Phyt. erunt recensendæ.
Palma pinus siue conifera, lege palma conifera in 2. p. Phyt. squamoso fructu.
Palma coccifera est Auellanæ Indicæ species, vt dicemus in secunda parte Phyt.
Palma scriptoria dicitur Palma, cuius folijs pro cartis vtuntur, de qua in secunda parte Phyt.
Palma dicitur etiam maius vitis flagellum, vnde nascuntur vuæ, quasi parilema à pariendo nuncupata, parit enim quidem vuas. Vel vt alij, Palma est maior vitis pars, vnde vuæ nascuntur, quemadmodum minor pars flagella nuncupantur, vt dicetur in secunda parte Phyt. Capite de Vite vinifera.

Palma humana Parisiensibus, lege Cardiaca.
Palma, siue manus marina est Fuci species, siue de genere Vrticarum marinarum, vt dicemus in secundo Tomo partis primæ Phytologiæ.
Palmæ cerebrum, lege Cerebrum in Palma.
Palmæ sanctæ similis arbor, est Lotus Africana, vt dicemus in 2. par. Phytol.
Palmaria, Tab. lege Cotyledon minus sedi folio, Ad. Lob.
Palmata, lege Orchis palmata, siue Palma Christi.
Palmacea, seu Arundinacea pinnata spinosa Lugd. lege supra Arundinacea pinnata exotica planta.
Palmifolium giganteum, siue Fucus giganteus Imper. est Alga latifolia coriacea Bauh. an Vrach. Nortmanorum Lob.
Palmites cuius fructus pineæ nucis similes de quibus in 2. par. Phyt.
Palmula marina Imper. Muscus marinus Clus. hist. Muscus marinus viridis multifido folio, Bauh.
Palmulæ Thebaicæ an differant à Tamarindis in 2. par. Phytol. dicetur.
Palo d'Agulla, siue d'Aguilla Linsc. lege lignum Aloes in 2. par. Phytol.
Palo del Cebra, siue della Culebra, lege lignum Serpentinum, siue Colubrinum.
Palto arbor, cuius fructus benè maturus pyrum maiusculum refert, eius historiam in 2. par. Phytol. paucis eximam.
Paludapium, Ad. Tab. lege Apium palustre, Matth.
Palus Indiæ, & Palus sanctus est Guaiacum Orientale, vt dicemus in 2. par. Pythol.
Pampina paradisi, lege Arum Aegyptium.
Pampinella, & Papinella, lege Pimpinella.
Pampinus, & Pampini, ita dicti quod de palmite pendeant, sunt enim frondentium ramusculorum comæ, coliculiq; fructum fouentes, & ab impendente vindicantes iniuria, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

De Panace. Synonyma, & Etymum.

Panaces Heracleum, Matth. Ang. Lac. Cast. Lugd. Ges. hor. Panax Heraclium Lob. Dod. Ger. Panax Herculeum, Cæs. primum Tab. Panax Sphondilij folio, siue heracleum Bauh. Panax Heracleum Herculea, siue Heraclia fronde pastinacæ, Ad. Sphondylium alterum Dod. 8. Græcis πάναξ. Ab alijs Panacea vocatur. Italis Panace.

Panaces, & Panax dicitur, quasi πᾶσιν ἄκος, omnibus remedium adferens πᾶν enim apud Græcos est omnis ἄκος verò remedium, medella. Vel ab illo Deo Pane, & dictione Aces, quæ linguis quarundam gentium corrupta, acerbum significat; Panaces, quasi Panis acerbitas, non incommodè denominabitur, vt nonnulli opinantur. Heracleum, Herculeum dictum, idest Herculanum ab Hercule denominatum, vel quod ab Hercule sit planta inuenta, vel quod instar Herculis monstrorum domitoris sit hæc herba malorum, morborumq; domitrix, vel quod Herculeum, siue comitialem debellet morbum, ad quem efficax esse ab Authoribus perhibetur; dictus morbus Herculeus, non quod Hercules eo vexaretur, sed morbi sæuitiam, & magnitudinem exprimere volentes, à magnitudine, Herculei nomen effinxerunt.

Panaces peregrinum Dod. Panax Chironium Lugd. herculeum secundum Tab. Panax Pastinacæ folio, an syriacum Theoph. Panax altera recentiorum Olus atri, aut Pastinacæ folio, Ad. Lob. Panax herculeum maius, Ger. an Panacis heraclei al-

lei alterum genus, Cæſ. Græcis πάναξ χειρώνιον [Chironium dictum à Chirone Centauro.

Panaci heracleo ſimilis Vngarica Bauh. Tataria Vngarica Cluſ. hiſt. an Baltracan in Tartaria naſcens Ioſephi Barbari.
Panaces, & Panax coſtinum, lege Pſeudocoſtus Matth.
Panaces Chironium quorumdam, Lugd. lege Bupleurum latifolium.
Panacea, lege Panaces heracleum.
Panacea cunila à nonnullis vocatur Origanum heracleoticum.
Panacea Americana, Aliquibus eſt Nicotiana, ſiue Tabacum ob ſingulares, & quaſi innumeras facultates, & vires quas poſſidet.
Panaces carpimon, ſiue racemoſa Canadenſis I. Cornuti, ità nuncupata grauidis enim baccis racematim contextis oneratur, uam Græcis κάρπιμος dicitur fructiferus.
Panacous Braſilianis, lege Aberas fructus.
Panax Chironium Theophraſti Ang. lege Enula Campana; ità nuncupata, quod à Chirone nomen habeat, vel quòd poſſit plurimis corporis affectibus mederi, ſicuti Chirurgia vulneribus, & alijs corporis læſionibus medicamenta applicare, vnde hodie χειρουργία dicitur, quod iuſta manuum tractatione perficitur. Campana verò dicta, vel quia in campis creſcere delectetur, vel quia in Campania regione ſit laudatiſſima.
Panax Chironium, ſiuè Flos ſolis, Matth. lege Chamæciſtus vulgaris flore luteo, ſiuè Helianthemum vulgò dictum; à nonnullis dicitur etiam Panax Chymicum.
Panax Aſclepium, lege Libanotis nigra, Cæſ. ita nuncupatum, vel ab inuentore Aeſculapio medico, vel à virtute quam poſſidet, quòd poſſit omnibus propemodum morbis remedio eſſe, ad inſtar Aeſculapij medici optimi.
Panax Chironium Dioſcoridis Lon. lege Bupleurum anguſtifolium.
Panax Chironium Cam. lege Chamæciſtus folijs Thymi incanis.
Panax herculeum Ang. eſt Geranium robertianum, ſiuè Herba Roberti.
Panax Chironium Theophraſti, Tab. lege Herba Doria.
Panax Pharmacium folio Lapathi eſt Virga aurea, ſiuè Herba Doria.
Panax leptophyllon, ſiuè tenuifolium Theophraſti, lege Centaurium minus Matth.
Pancarpinion, lege ſupra Ocymum.
Pancaſeolus vulgò, lege Bulbocaſtanum.
Panaces moſchatum, lege Herbatum Canadenſium.
Panaces Syriacum, ex quo Opopanax colligitur, & ex Syria affertur.

De Pancratio. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Pancratium fuit genus quoddam certaminis athletici in ludis Olympicis, cuius victores dicebantur Pancratiaſtæ; & inde Parœmia Pancraticè valere. Eſt etiam herba, de qua in præſenti.
Pancratium floribus rubris, Lob. ico. Pancratium Dalech. Lugd. Hemerocallis Valentina, Cluſ. hiſp. & hiſt. Lob. cui, & Narciſſus Conſtantinopolitanus, Matth. Cam. cui, & Zambach. Turcis, Tab. Hemerocallis quibuſdam putatur, Bulbus ſcilicet littoralis, Theoph. Pancratium Monſpeliacum, & Squilla minor Pharmacop. Geſ. hor. ἡμερόκαλλις Theoph. vbi Elium Gaza vertit. Narciſſus Pancratium marinum flore albo Suuer. Narciſſus maritimus Bauh. Narciſſus marinus Dod. Cluſ. hiſt. ap. alt. & cur. poſt. Cæſ. variat flos colore, vt dicemus in ſecundo Tomo partis primæ, Phytologiæ. [Pancratij etymum lege ſupra Moly latifolium.

Alio-

Aliorum nominum etyma, lege suo loco.

Pancratium alterum Dodonęi, lege Hyacinthus racemosus cæruleus minor iuncifolius.

Pancratium Cluſ. & Aliorum, lege Scilla vulgaris.

Pancratium, Cæſ. lege Moly latifolium.

Pancratium Indicum, lege Narcissus Illyricus liliaceus.

Pandionia, apud nonnullos eſt Chelidonium maius ita nominatum à Pandione Athenienſium Rege. Is autem Prognen genuit, quam in Hirundinem conuerſam Poetæ fabulantur;lege ſupra Chelidonium maius.

Panicaſtrella Cæſ. lege Panicum ſylueſtre aliud.

Panicula in herbis eſt coma, vnde ſemen dependet, vel ſpica laxè diffuſa vnà cum ſeminibus, & quicquid ſublonga, vel ſubrotunda ſpecie, aut effigie tumet. Dicitur autem Panicula à verbo græco πανοικεὶ quod ſignificat, cum tota domo, cum tota familia, & quoniam in panicula varia inſunt ſemina, quæ quodammodo familiam in domo exiſtentem imitari videntur, ideo panicula nuncupata.

Pannicula tectoria apud nonnullos eſt Arundo, nam ruſtici in aliquibus locis tegunt domus ſuas Arundine, ideo pannicula tectoria dicta.

De Panico. Synonyma, & Etymum.

Panicum, Dod. Geſ. hor. Cam. Tab. Ger. Lon. Lob. Cæſ. Fuch. Tur. Cord. Panicum Germanicum, ſiue pannicula minor, Bauh. Milium agreſte, ſiue exiguum, Trag. Græcis ἔλυμος, καὶ μελίνη. Mel frugum Dioclis. Italis Panico.

Panicum dicitur à Paniculis paruis coaceruatis implicatis, & racematim prædenſis quibus ſemen ineſt in cacumine languido nutante. [Vel quia in multis regionibus ex eo, panis vice, homines ſuſtententur, ideo Panicum, quaſi panis vitium dictum. [Græcis ἔλυμος forſan ab ἐλύω inuoluo, intego: hinc Panicum nuncupatum propter multa inuolucra quibus ſemen inuoluitur μελίνη. quod melleum quidpiam poſſideat, ideo mel frugum merito appellatum, nam inter fruges Panicum eſt durabile ſicuti mel diù durat incorruptum, purum, & ſincerum: vel dictum à ſemine quod colore eſt luteo, ſiue melino.

Panicum vulgare Cluſ. hiſt. Panicum Ruellio, Marcello, Hermolao, Matthiolo, cui & domeſticum Anguil. Cæſ. Panicum Italicum ſiue panicula maior, Bauh. Panicum ſatiuum, Lugd. Panici Indici ſpica, Dod. Panicum aliud Indicum panicula villoſa Lob. Panicum Indicum Tab. Ger.

Panicum Americanum Cluſ. hiſt. Panicum cæruleum Indicum Ad. Lob. ico. Cam. Tab. Panicum Indicum ſpica obtuſa cærulea, Bauh. Panicum Indicum Dod. Ger. ſiue peregrinum Lugd.

Panicum Æthiopicum ex Guinea, Cluſ. hiſt. ap. ad. Panicum Indicum ſpica longiſſima, Bauh. Panici Americani ſpica grandis, vel ſeſquipedalis, Cluſ. hiſt.

Panicum ſylueſtre Matth. Cam. Tab. Lugd. Ad. Caſt. Ger. Panicum herbariorum ſylueſtre, Lob. Panicaſtrellæ ſpecies, Cęſ. Gramen. paniceum ſpica diuiſa Bauh. Gramen mannæ alterum, Dod. Lugd. Milium ſylueſtre, Iſchemum Ang.

Panicum ſylueſtre aliud Dalechampij. Herba alba fortaſſe Plinij, Lugd. Panici effigie gramen ſimplici ſpica, Lob. ico. Panicaſtrella, Cæſ. Gramen paniceum primum, Tab. Gramen paniceum ſpica ſimplici ἐλυμάγρωστις Bauh. Gramen cyperoi-

peroides spicatum, Ger. ico. Lolium sextum. Miliaria herba Plinij, Trag. αἰλιμάγρωστις dicitur nimirum Panicum gramineum.
Panicum peregrinum, nonnullis est frumentum Indicum.
Panicastrellæ species, lege Panicum syluestre.
Panion, nonnullis est Coniza minor, sed inter nothas appellationes reperitur.
Panis Cuculi, lege Alleluia, siue Trifolium acetosum vulgare.
Panis porcinus, & Panis terræ, lege Arthanita. Dicitur etiam Panis Fauni, quia in syluis oritur, vbi Fauni syluarum putati sunt Dij. Testudinaria etiam vocatur, quoniam hac planta delectantur hæc animalcula. Appellatur etiam Cyssophyllon, quoniam folia habet hederæ angulosa ambitu leuiter serrata. Græcis enim κίσσος est Hedera, & φύλλον folium.
Panis Indorum, lege Yuca Peruana.
Pannacchio Persianorum, lege Lilium Persicum.
Pannus è libro arboris quo in Insula Tidore fœminæ pudenda tegunt, lege in secunda parte Phytologiæ.
Panus apud Plinium ex ramis arborum dependet, veluti ex Ægilope arbore, vt dicemus in secunda parte Phytol.
Papaie, fructuum genus ficuum specie, de quo in secunda parte Phyt.
Papas radix Indorum, lege Solanum tuberosum esculentum.

De Papauere. Aequiuocà, Synonyma, & Etymum.

Papauer apud Anatomicos est sphærula nasi, seu extrema narium rotunditas. Est etiam Herba, de qua in præsenti.
Papauer satiuum, Matth. Tab. Lugd. Papauer album satiuum Lob. Cast. Ger. Ges. hor. Papauer hortense semine albo satiuum Diosc. album Plinio. Papauer album, Trag. Dod. candidum, Ad. Cæs. Papauer satiuum semine candido Fuch. Græcis μήκων ab alijs θυλακῖτις μήκων, eò quia capitulum sacculo simile habeat in quo semina includuntur, nam Græcis θύλακος saccus exponitur. Italis Papauero.
Papauer dicitur fortè à pappādo, nam pappare est minutos, & comanducatos cibos comedere, quales nutrientes infantibus præbent, & quoniam capitula huius herbæ paruulorum cibis quandoque miscentur, vt somnum capiant: idcirco Papauer fuit appellata. [Græcis μήκων à μὴ κονεῖν, idest à non operando, quod vescentes sopore corripiantur, & suis munijs fungi non possunt, κονεῖν enim apud Græcos, est operor, & ministro.
Papauer satiuum alterum, vulgò nigrum, Cord. in Diosc. Papauer nigrum satiuum Dod. flore maluæ hortensis, aut Pœoniæ, Ad. Lob. Lugd. Papauer hortense nigro semine, syluestre Dioscoridi, nigrum Plinio. Papauer satiuum semine atro, Fuch. Papauer nigrum Brunf. Cast. minus, Ges. hor.
Papauer vulgare, & primum, Trag. Papauer spontaneum syluestre Lob. Papauer vulgare cuius capitula foraminibus hiant, semine incano ἀγριότερον, Dioscor. Papauer patulum, Ad. [Agryoteron dicitur, idest Papauer syluestre perforatum, nam Græcis τορέω est perforo ἄγριος verò est agrestis, nimirum syluestris.

Papauer fimbriatum, aut cristatum album Lob. Lugd. Ad. Papaueris albi altera species florum folijs crenatis, Ges. hor. Papauer cristatum floribus, & semine album Bauh. Papauer memphiticum floribus multifidis, Ges. ap. Papauer flore fimbriato, Cæs. Flore niueo, Tab. Papaueris satiui species folijs dissectis, Dod. gal. [Fimbriatum vocatur eò quia folia per ambitum incisa apparent, & cristas auium

quod

quodammodo imitari videntur, ideò cristatum nuncupatur. Memphiticum verò dictum, quoniam ex Memphi Ægypti vrbe primum aduectum.

Papauer fimbriatum, aut cristatum nigrum Lob. Papauer is rubri species folijs florum crenatis, Gel. hor. Papauer satiuum rubrum fimbriatum, Lugd. Papauer cristatum floribus rubris semine nigro, Bauh. Papauer satiuum nigrum cristatum, Ad. Papauer secundum folijs dissectis, Dod. [Crenata folia dicuntur, hoc est serrata, sectaque per ambitum, nam crenæ incisuræ videntur, & veluti arte sectæ, & insculptæ.

Papauer pleno flore album, Bauh. Papauer album polyanthon, seu multiflor. Lob. Ger. Papauer flore multiplici Gel. hor. Cam. ep. Papauer flore multiplici numero denso, Cæs. Papauer polyanthos, Tab.

Papauer erraticum, Matth. Cord. in Diosc. Gel. hor. Lac. Cæs. Cast. Dod. Lon. Thal. Eyst. Tab. Papauer rhoeas, siue caduco flore puniceo Ad. Lob. ico. Papauer erraticum primum Fuch. Papauer erraticum maius: ῥοιας Dioscor. Theoph. Plinio. Papauer rubrum Brunf. erraticum Eidem. [ῥοιας dicitur ideft fluidum, nam Græcis ῥεω est fluo, idest difluo, & euanesco, quia eius flos statim defluit, & euanescit postquam semel explicatus fuerit. Vel quia flos coloris sit mali punici, nam ῥοια Græcis est malum punicum. [Erraticum verò dictum, quia vbiq; passim in aruis crescit inter segetes, & vbique errat, & vagatur.

Papauer rhœas flore pleno, Cam. Papauer erraticum pleno flore, Bauh. Argemone multiplex Trag. Argemones etymum, lege supra suo loco.

Papauer rhoeas minus Lugd. Dod. gal. Papauer erraticum minus, Tab. Bauh. Papauer erraticum alterum Fuch. Dod. Argemone, Lac. Lon. Argemone exigua, & secunda, Trag.

Papauer corniculatum, Matth. Lob. Ad. Cast. Lac. Cæs. Papauer corniculatum luteum Fuch. Tur. Eyst. Papauer. cornutum Cord. in Diosc. & hist. Lugd. Cam. Lon. Gel. hor. Papauer corniculatum luteum κερατῖτις Diosc. Theoph. syluestris ceratitis Plinio, nam κέρας Græcis est cornu, κερατίας cornutus, vel cornu speciem habens. Papauer corniculatum flauo flore, Clus. hist. Papauer syluestre corniculatum Trag. Græcis μήκων κερατῖτις.

Papauer cornutum alterum floribus rubris, Cam. Papauer corniculatum alterum, Lugd. Tab. Papauer corniculatum phœniceum hirsutum Bauh. Papauer corniculatum rubrum, Dod. Papauer cornutum rubro flore Gel. hor. flore phœniceo Ad. Clus. hist. Lob.

Papauer corniculatum violaceum, Dod. Lugd. Lob. Cast. violaceo flore Clus. hist. Papauer corniculatum violaceum, Bauh. Papauer cornutum flore violaceo Ger. Gel. hor. Anemone maior corniculata Penæ Lugd. Anemone Narbonensis maior corniculata, Ad.

Papauer spinosum, lege Ficus Infernalis Italorum.
Papauer Heracleum, Col. lege Baptisecula. Heracleum dicitur, siue Herculeum ob facultatem quam habet in educendo, vomitione, humores comitialem effi-

 cien-

efficientes morbum, quo Hercules vexatus fertur; vnde comitialis morbus Herculeus dictus est.
Papauer spumeum, lege Been album.
Papauer spumeum aliud, est Stœbe incana Cyano similis.
Papauer spumeum fortè Ang. lege Gratiola.
Papauer spumeum Gesf. hor. lege Tithymalus leptophyllos.
Papauerculum nonnullis, dicitur Leontopetalon, sed inter spuria nomina recensetur.
Paperus in Sicilia, lege Papyrus Syriaca.
Papinula, & Pipinella, lege Pimpinella.
Papillaris, lege Lampsana Soncho affinis.
Pappar Hispanorum, lege Solanum tuberosum esculentum.
Pappus, est Lanugo in nonnullis florum capitulis veterascentibus decidua, & volatica, sic etiam lanosi quidam villi, qui deflorescentibus aliquot herbis remanent, & postmodum in auras euanescunt; pappi vocantur. Græcis πάππος; dicitur etiam de lanugine barbæ, quæ inferiori labro adnascitur, & quoniam lanugo in plantis imitatur lanuginem barbæ dum oritur: idcirco pappus fuit appellata.
Papulles Cretica, est Ochrus syluestris, siue Eruilia.

De Papyro. Synonyma, & Etymum.

Papyrus Nilotica, siue Ægyptiaca Bauh. Papyrus Ægyptia, siue Biblus Ægyptia Eustathio Guil. pap. Papyrus Plinio, & Alpino. Arundo Ægyptia, vel Nilotica Aliquibus, cum sit Arundini cognata. Italis Papiro.
Papyrus dicitur, quasi πάπυρος, idest tota materia ad ignem accendendum idonea: nam Græcis πᾶς est omnis πυρίον, & πυρὸν est materia arida ad ignem accendendum, & quoniam ex hac planta præparantur chartæ sicuti etiam hodie ex contritis linteis apud nos fiunt, & papyrum etiam appellamus: hæc igitur materia siccata, & arida ad ignem facillime accendendum est idonea. [Biblus appellatur, nam Græcis βίβλος est liber, & quia huiusmodi planta pro libris vtuntur ad scribendum, idcirco huiusmodi nomine fuit insignita. Arundinis etymum, lege suo loco.

Papyrus Syriaca, vel Siciliana Bauh. Papyrus Ægyptia, Penæ Lugd. Papyrus Cęs. Nilotica Ad. Tab. Ger. Papyri altera species quę Paperus, & Piperus in Sicilia Guil. Biblios secunda Eustathio. Sari Theophrasto.
Papyrifera arbor libro tenuissimæ membranæ instar candido, lege in secunda parte Phytologiæ.
Paquouere Americanorum est arbor, de qua in secunda parte Phyt.
Parabia genus potionis ex Milio, & Conyza paratum. Cęl. antiq. lect.
Paracoccalon, lege Barycoccalon.
Paradisea poma odore, & sapore insignia, de ijs erit sermo in secunda par Phytol.
Paralius est species Tithymali, lege Tithymalus Paralius.
Paralysis Officinarum, lege Primula veris altera Matth.
Paralytica, lege Primula veris montana incana lutea.
Paralytica alpina, siue Sanicula, lege Auricula Vrsi.
Parapar Clus. exot. est Phaseolus orbicularis niger Americanus.
Parauas herba refrigerans, par. 4. Ind. or. est fortè lactucæ species.
Pardalianches herba, lege Aconitum.
Paridis, siue Paris herba, lege Solanum quadrifolium bacciferum.

De

De Parietaria. Synonyma, & Etymum.

Parietaria officinarum, & Dioscoridis. Parietaria vulgaris, & maior Trag. Parietaria Dod. Ger. Tab. Tur. Brunf. Cord. hist. Helxine Matth. Fuch. Lac. Lon. Cast. Lugd. Ad. Lob. Cæs. Helxine altera Cord. in Diosc. Vrceolaris Scribonij, Cam. Vitriola, Vitrearia, siue Perdicium, alijs Muralis herba, & Muralium aliquibus. Herba venti in Antid. Bonon. Astericum Plinij nonnullis. Clibadion, Clibodion, & Clibatis, teste Nicandro, in Theriacis. Sanitas agrestis aliquibus. Græcis ἑλξίνη. Italis Parietaria, & Vedriolo vulgo Bonon.

Parietaria dicitur à parietibus in quibus nascitur, quod in parietinis exeat, & ob hanc rationem Herba venti appellata, quia ventis sit exposita. Ideo muralis herba etiam vocata à muris quos natales locos sibi elegerit. [Perdicium, & περδίκιον, quòd Perdices hac delectentur, & præcipuè vescantur. vel Perdicium vocatur, quasi Petritium, quia in petris libentissimè crescat. [Vrceolaris; Vitrearia; Vitreolaria, & Vitriola nuncupata, quoniam in detergendis, & purgandis vrceolis, vasisque vitreis efficax sit propter asperitatem in tota planta existentem. [Helxine vocata à verbo græco ἑλκω traho, quod semina lappaceis capitulis inclusa tenaci nexu instar visci vestes, quibus adhæserint ad se trahunt, & folijs etiam hirsutis proxima quæque attrahere videatur. [Clibatis fortè dicta, quasi γλίατις, quod significat gluten, glutinum; eò quia tota herba sit glutinosa, & glutinosum succum habeat, qualem haber cera, accedentemq; detineat: hinc herba, nam prætereuntium vestes trahit, & illis, ac quibusuis alijs rebus adhæret, propter asperitatem: & hac de causa etiam Astericum fortè nominatur, quasi Aspericum ab aspero herbæ habitu.

Parietaria Monspeliensium Cordi Lob. & Lugd. Herba venti Monspeliensium Gef. hor. Lugd. Lob. Marrubium nigrum longifolium, Bauh. Sideritis Monspeliensium, Lugd.

Parietaria syluestris, lege Melampyrum.

Parietaria Lipsensium, Tragi, lege Melampyrum cærulea coma.

Paris herba, lege Solanum quadrifolium bacciferum.

Paronychia altera Matth. Lugd. lege Anthyllis marina incana.

Paronychia alsine folia, est Bursa pastoris minor loculo oblongo, lege Pilosella siliquosa minima.

Paronychia Hispanica Clusij, lege Polygonum montanum niueum minimum.

Paronychia altera Myagri folio, Ges. lege Pilosella siliquata maior Thal. Paronychia dicta, quia Paronychijs medeatur hoc est abscessibus, qui ad latera vnguium adnascuntur.

Paronychia, Matth. Cast. Lac. lege Ruta muraria.

Paronychia altera Dod. & Paronychia laciniata rutaceo folio, lege Dactyliobotanon alterum, Thal.

Parote Mexiacana, est semen Botrys Ambrosioides Mexicanæ, sub hoc nomine missum.

Parthenis, lege Artemisia vulgaris.

Parthenium, lege Matricaria vulgaris, vbi etymum inuenies, nam hæc Parthenij vox multis ferè plantis est communis.

Parthenium nobile, lege Anthemis, siue Leucanthemum odoratum.

Parthenium Fuchsij, lege Cotula fœtida.

Passerina herbariorum, & Passerina linaria, lege Lithospermum linariæ folio.

Passerina minor saxatilis, lege Linum minimum stellatum.
Passi acini, Passa, Passulæ, & Vuæ passæ minores, lege Vitis vinifera, in secunda parte Phytologiæ.
Passiuelutum Ruellij est Amaranthus maximus.
Paspale Hippocrati, Milium nominatur, testante Hermolao.
Passula montana, nonnullis appellatur Staphisagria.
Pastellus herba ad colorandas lanas, lege Anil herba.

De Pastinaca latifolia. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Pastinaca est piscis marinus venenatus, & est etiam herba, de qua in præsenti.
Pastinaca domestica Matth. Lob. Cast. Ad. Ang. Pastinaca satiua, Lugd. Cam. Gesn. hor. Trag. Lac. ico. Pastinaca latifolia satiua Dod. latifolia syluestris Ger. Pastinaca latifolia, Bauh. Pastinaca vulgaris Cæs. Dod. gal. Elephaboscum satiuum, Tab. Siler Dioscoridis, Col. Sisarum satiuum magnum Fuch. Tur. Græcis ἐλαφόβοσκον. Italis Pastinaca domestica.
Pastinaca fortè à pastu dicta videtur, vel à pascendo, quoniam paupercula gens pascitur radice huius plantæ, alit enim corpus abundanter. [Elaphoboscum vocatur, idest pabulum Cerui, hoc enim pabulo Ceruos resistere Serpentibus fama est. ἔλαφος Græcis, est Ceruus, βόσκω verò pasco, βοσκὴ pabulum, idest Cerui pabulum.

Pastinaca latifolia syluestris, Dod. lege supra Baucia. Pastinaca sponte nata, Cæs. Pastinaca syluestris gallica, Cord. in Diosc. Baucia Pastinaca syluestris Arabum, an Elaphoboscum, Ad. Elaphoboscum, Matth. Cast. syluestris, Lac. Dod. gal. Elaphoboscum erraticum, Tab. Pastinaca Ceraſconia, Alijs. [Ceraſconia dicta, quasi Ceruiſconia, idest Cerui esca. Bauciæ etymum, lege supra Baucia.
Pastinaca Gallica Plinij, lege Pimpinella saxifraga.
Pastinaca syluestris, siue erratica, lege Daucus Officinarum.
Pastinaca radice lutea, vel alba, lege Carota vulgaris radice flaua.
Pastinaca satiua radice rubra, vel nigra, lege Carota Matth. altera ἀντιβαλλόμενα esse volunt Aliqui, nam loco Been rubri, & albi radices Carotæ substitui possunt. Antiballomena nuncupata à verbo græco ἀντιβάλλω quod significat in alterius locum inijcio.
Pastinaca aquatica, lege Sium verum Matth.
Pastinaca marina, lege Cachry marinum.
Pastinaca pratensis Theoph. & nigra syluestris Cord. hist. lege Seseli pratense Monspeliensium.
Pastinaca Syriaca, lege Sisarum Syriacum.
Pastoria bursa, lege Bursa pastoris.
Pastus Camelorum, lege Iuncus odoratus Plinio: licet non solum Cameli, sed etiam alia animalia hoc gramen depascantur.
Pata equina, lege Tussilago.
Pata leonis, lege Leontopetalum.
Patecas, Anguria, siue Melo Indicus, lege Batre.
Pater noster, siue radix S. Helenæ, lege Cyperus rotundus inodorus.
Patera Iouis, siue Crater Iouis, lege Helianthemum Peruuianum.
Pateton tertium Caryotæ genus, καρυωτὸς est Palmula, seu Dactylus, quia κάρυον est nux, quasi Dactylus sit nux Palmæ.
Patientia Gallis, lege Botrys, Matth.

Paua-

Pauame Indorum est arbor ficulneo folio, vt dicemus in secunda parte Phyt.
Pauana est lignum Molucense, de quo in secunda parte Phytol.
Pauarina, & Paperina, lege Alsine Matth.
Pauate est arbor Malabarensium fructu lentisci cuius historiam in secunda parte Phytol. breuiter enarrabo.
Pauera frumenta dicebant Antiqui, quæ de vagina, non benè exibant, tanquam pauida, & timida.
Pausia, siue Pausea genus est Oliuæ, vt dicemus in secunda parte Phyt.
Pecten Veneris, lege Scandix.
Pectines sunt in arboribus, & earum materia, per longitudinem rectæ pectinum modo lineæ, & interualla, vt docet Plinius, & vt dicemus in secunda parte Phyt.
Pedamen, vel pedamenta sunt, quibus stant rectæ plantæ, hoc est quibus veluti pedibus nituntur. nominantur etiam à quibusdam pedamina. Idem ferè significant perticæ, & ridicæ, & palus.
Pederota Pausaniæ, lege Teucrium Boeticum.
Pederos, & Pederota Alijs, lege Acanthus aculeatus.
Pedicularis, & Pedicularia, lege Fistularia.
Pedicularis, Cord. in Diosc. lege Staphisagria.
Pedicularia fetida, & Peduncularis, lege Helleborus niger alter, pediculos enim interimere creditur.
Pediculus, siue Petiolus est, ex quo folium fructus, aut flos dependet.
Pedes gallinacei, apud nonnullos, est Fumariæ corydalis species.
Pedua Pœnorum, lege Tanacetum Africanum.
Peganon, lege Ruta hortensis.
Peganion Narbonensium, lege Ruta montana, & syluestris.
Pelasgus nonnullis, teste Plinio, est Laureola, siue Daphnoides.
Pelecinus, Ges. & Pelechinus, lege Hedysarum.
Pelethronia, lege Centaurium maius.
Pelliboffa, Aliquibus est Lysimachia lutea. Alijs verò est Ranunculi species, flammula nomine à rusticis apud Cenomanos, ita appellata Ruellio teste.
Pelusiana mala, lege Malus in secunda parte Phytologiæ.
Penacchio-marinus Imper. est Fucus marinus Scoparia dictus.
Penna marina Rondel, est Vrticæ marinæ species.
Pennaria marina Imper. est Muscus maritimus Adianto affinis.
Penoabsou Theueti, arbor fructu orbiculari venenato, vt dicemus in 2. p. Phyt.
Pentadactylon, lege Ricinus Matth.
Pentagonion Tab. siue Viola pentagonia, lege Auicularia.
Pentapetes, lege Quinquefolium, siue Pentaphyllum.
Pentaphyllum album, & Pentaphyllon flore luteo, lege Quinquefolium. Hic in gratiam Lectoris in pagina sequenti iconem damus, cuiusdam Pentaphylli hirsuti flore luteo, à DD. de Campis anno 1650. nobis communicati cum titulo Enneaphyllos hirsuta ex Alpibus, vt dixerunt aduecta; & vt diffusius agemus in secundo Tomo partis primæ Phytologiæ, quando copiosa dabitur eius descriptio.
Pentorobon Plinij, lege Aglaophotis Æliani, siu Pœonia, quæ vocatur etiam Dactylosa, nam eius radices perbellè digitos repræsentant.

De Pœonia. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Pœonia regio est Macedoniæ, ita dicta à Pœone Endymionis filio. est etiam herba, de qua in præsenti.

Pœonia

PENTAPHYLLI SPECIES, FLORE LVTEO,

Siue Enneaphyllos hirſuta.



Pœonia mas Matth. Lob. Ad. Cord. in Diosc. Dod. Ang. Cæs. Lugd. Tab. Ger. Pęonia folio nigricante splendido, quæ mas Bauh. Pęonia mas folijs nucis, Gesſ. hor. Pęonia nobilior, vel secunda Tragi. Rosa sancta nonnullis ob florem quodammodo rosam æmulantem, & ob singulares virtutes, quasi sanctas, quas possidet. Synonyma, & Etymum Pęoniæ, lege supra Aglaophotis.

Pœonia fœmina. Ad. Lob. Cam. Cord. in Diosc. & hist. Fuch. Ang. Brunf. Ges. hor. Pœonia vulgaris fęmina Clus. hist. Pœonia communis, vel fœmina Bauh. Pœonia fœmina altera Dod. Lugd. Pęonia rubra flore simplici Eyst. Aglaophotis Æliani censetur. Aglaophotis etymum, lege supra suo loco.

Pœonia fœmina. Matth. Cast. Lac. Cam. Pœonia altera, vel fœmina Dioscoridis. Cæs. Pœonia fæmina prior Dod. Pęonia fęmina altera Bauh. Pœonia promiscua, siue neutra, Ad. Lob.

Pœonia Hispanica, siue pumila. Cam. Pęonia humilis Eyst. Pęonia tenuis laciniata subtus pubescens flore purpureo Bauh. Pœonia pumila fęmina Lob. ico. Pęonia Hispanico semine nata, siue secunda Clus. hist. Pęonia minor. Ges. hor.

Pœonia albo flore Lob. Pęonia Cretica Clus. hist. Pęonia folio subtus incano flore albo, vel pallido. Bauh. Pęonia leucanthemos, Psipherida Bellonij, Cam. Pęonia alba, quæ promiscua est, & ψιφακία vocatur Hon. Belli epist. 1. Pęonia ochranthemos Camerarij. [Psiphacia fortè vocatur in Creta quoniam seminibus huius plantæ vtantur pro lapillis, & calculis in ferendis suffragijs, nam Græcis ψῆφος est lapillus, calculus. [Ochranthemos dicta, idest habens florem coloris pallidi nimirum albi ὠχρὸς enim Græcis est pallidus, & ἄνθος flos, idcirco etiam leucanthemos appellata.

Pœonia Byzantina prior Clus. hist. Pęonia Byzantina maior Eyst. Pęonia peregrina flore saturè rubente, Bauh.

Pœonia fęmina polyanthos Lob. Lugd. Pęonia polyanthos flore rubro, Eyst. Pęonia fęmina flore pleno rubro maiore, Bauh. Pęonia fęmina multiplici flore, Tab. Ger. Ges. hor. Dod.

Pœonia fęmina polyanthos flore albo, Tab. Ger. Pęonia fęmina flore albo pleno: Pœoniæ enim plures obseruantur differentiæ in flore, & folijs, de quibus omnibus in secundo Tomo partis primæ Phytologiæ erit sermo Capite de differentijs Pęoniæ.

Pœonia Indica vulgò, sed falso est Abrus Alpini, siue Phaseolus Indicus.

Pœonia mascula. Lon. est Dictamnum album, vulgò fraxinella, ita nuncupata fortè propter odorem cum Pęoniæ odore simillimum.

Pepaios in India, est arbor fructu melonis forma, vt dicemus in 2. par. Phytol.

Pepitas del Peru, est Amygdalo similis fructus, de quo in 2. par. Phytol.

Peplion, siue Peplis Dod. lege Anthyllis marina Narbonensium.

Peplus, Matth. Lob. Lug. Cast. Tab. ico. Ger. Tur. Ad. Clus. hisp. & hist. Cast. Peplium Cæsalp. Peplis maritima folio obtuso Peplion Dalechamphij Lugd. Peplus Cast. ico. minor, Tab. [Peplis dicitur, quia sua effigie vndequaq; ramulorum comosa, concinnaquè sobole in Pepli speciem collecta Peplum refert, vt dicemus infrà.

Peplis montana folio Nummulariæ, Bauh. Peplis altera, Ang.

Peplus Matth. Cord. in Diosc. & hist. Lob. Lugd, Cast. des. Ger. Tab. Thal. Fuch. Dod. Ang. Tur. Peplus, siue Esula rotunda Bauh. Peplis Cast. ico. Esula rotunda Ges. col. lect. Mecon aphrodes alij vocant, teste Plinio,

Peplus dicitur Latinis, nam Græcis πέπλος erat indumentum muliebre cæteris vestibus superimponi solitum; hinc Peplus herba, quæ huiusmodi rotundum amictum in circulum ramulos emittendo repræsentat; idcirco dicta Esula rotunda; vel nomen Peplus accepit ob purpuream foliorum superficiem, siue Xerampelinam, quæ huic in vinetis nascenti, & Peplidi in maritimis degenti vt plurimùm inest. Esulæ etymum, lege suo loco.

Peplios altera species Bauh. Tithymalus Epithymi fructu Colum,

Peplus Parisiensium, lege Capparis leguminosa,

De Pepone. Synonyma, & Etymum.

Pepo maior oblongus, Dod. maximus oblongus, Tab. Ger. Pepo oblongus Bauh. Lob. Pepo magnus Dod. gal, Ges, hor, Melo seu Pepo oblongus Cæsalp. Græcis πέπων Italis Poponi.

Pepo vocatur ἀπὸ τοῦ πεπαίνεσθαι, idest maturescere, est enim vox communis, qua intelliguntur fructus, qui maturitate sua mites sunt, & amissa soliditate sua flaccescunt, & tenerescunt, necnon maturitate flauescunt, lege supra Melo.

Pepo maximus Indicus compressus, Lob. Pepo rotundus maior, Dod. Pepo compressus maior Bauh. Melon, siue Pepon modicè compressa, & sessilis, Cæs.

Pepo rotundus minor, Dod. Pepo compressus minor, Bauh. Cucurbita rotunda Italica, Lugd. Cucumis, seu Zucco-marinus, Trag. Cucumer marinus Tur. Lon. Fuch,

Pepo rotundus compressus melonis effigie, Lob. Ad Lugd. Pepo oblongus, rotundus, luteus, viridis, Trag. Pepo Indicus minor rotundus, Tab. Ger. Pepo rotundus melonis effigie, Bauh. Pepo syl. Dod.

Pepo Indicus minor clypeatus, Tab. Pepo minor clypeatus, Bauh. Pepo Indicus fungiformis Ger.

Pepo Indicus minor angulosus, Tab. Ger. Pepo minor angulosus Bauh.

Pepo Virginianus, Bauh. lege Macocquuer.

Pepo latus Dod. gal. latioris fructus eidem Ges. hor. Pepo maximus clypeatus, Ger. Melopepo clypeatus, Tab. Melopepo latior clypeiformis, Lob. ico. Melopepo clypeiformis Bauh. Cucumis, Pepouè latior clypeiformis, Lob. ico. Cucurbita sessilis Ges. ap. Cucurbita laciniata Dalech. Lugd.

Pepo maximus compressus, Ger. Melopepo compressus, Bauh. Melopepo compressus alter, Lob. ico. compressus Tab. Melopepo Anguil.

Pepo rotundus Arantij forma, Bauh. Cucurbita Arantij forma Eyst.

Pepo Matth. & Pepo grandis, Melo, lege Melo vulgaris.

Pepo amarus nonnullis dicitur Colocynthis.

Pepolina, Cæs. lege Thymus vulgaris folio tenuiore.

Peponella, & Papinula, lege Pimpinella.

Pera Pastoris, lege Bursa Pastoris.

Peraticum, teste Plinio, Bdellij genus est, quod defluit ex arbore, vt dicemus in sec. parte Phytologiæ,

Per-

Perchepier Anglorum, Polygonum Selinoides Park. lege Alchimilla montana minima. Col. est enim vox Anglica.
Perdicium lege Parietaria, Officinarum.
Percbeccenuc Ouiedo, lege Nicotiana maior latifolia,

De Perfoliata. Synonyma, & Etymum.

Perfoliata, Matth. Lugd. Tab. Dod. Brunf. Fuchs. Eric. Ang. Cord. hist. & Aliorum. Perfoliata maior Trag. Perfoliata vulgatissima, siue aruensis, Bauh. Perfoliata vera Thal. vulgaris Ger. Perfoliatum vulgatius flore luteo folio vmbilicato, Lob. Ad. Cacalia, Lat. Seseli Æthiopicum Dioscoridis, Cæs. Italis Perfogliata.
Perfoliata dicitur, quòd caulis eius singula folia perforet, dissecet, atque penetret, & per ipsa transeat.

Perfoliata minor angustifolia bupleuri folio, Bauh. Perfoliatum angustifolium montanum, Col. Odontitis lutea Lugd.

Perfoliata alpina gramineo folio, siue Bupleuron angustifolium alpinum, Bauh. Sedum petræum Bupleuri folio, vel Bupleuron petræum gramineo folio Ponæ.

Perfoliata Napifolia, & Perfoliata siliquosa est Brassica campestris, siue Brassica syluestris.
Perfoliata rubra nonnullis dicitur Vaccaria.
Perfoliata syluestris fœmina Brunf. lege Ophristrifolia.
Perfoliata Achillæa, lege Centaurium luteum.
Perforata vulgò, lege Hypericum Matth.
Perianthium est quod florem tegit, & dicitur etiam calyx; vocaturq; Perianthium, quod est circa florem, idest quod claudit florem.
Pericarpium est theca, & inuolucrum, quod semen ambit; περὶ Græcis est circum καρπὸς est semen, vel fructus: vnde Pericarpium quod est circa semen, idest quod claudit semen, necnon à Cæli, & animalium iniurijs id seruat & tuetur. In leguminibus priuatim est siliqua, in frugibus spica, in alijs verò alijs appellationibus indicatur: communi tamen nomine cuncta hæc Pericarpia vocantur.

De Periclymeno. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Periclymenus nomen proprium viri filij Nelei, fratris Nestoris: est & nomen herbæ de qua in præsenti.
Periclymenum, Matth. Ad. Cast. Lac. Ang. Periclymenum perfoliatum Lob. Lugd. Bauh. grandius, Tab. Ger. Eyst. Periclymenum alterum Dod. gal. Periclymenum vulgare alterum, Clus. hist. Periclymeni species, cuius folia vnita Ges. hor. Vincibosсum vulgò Cæsalp. Matrisylua Italorum: Græcis περικλύμενον. Lilium inter spinas à nonnullis etiam appellatur, & Syluæ mater. Italis Ligabosco, & Matriselua. Rusticis Bononiensibus Abbracciabosco.
Periclymenum dicitur, quod se adminiculis conuoluat, nam Græcis περὶ est circum κύλω verò voluo: vel Clymenum à Clymeno rege inuentore dictum, teste Plinio. [Matrisylua appellatur, quasi mater syluæ, nam serpendo totam ferè syluam amplectitur, & hanc ob causam Ligabosco etiam nominatur. Lilium inter spinas cognominatur ob florem candidum suaueolentem ad instar Lilij; inter spinas dicitur, quia in syluis oritur, vbi vndiq; vigent spinæ omnis generis numerosissimæ.

Periclymenum non perfoliatum Septentrionalium, Lob. Ad. Periclymenum non perfoliatum Germanicum, Bauh. Periclymenum vulgare Septentrionalium Clus. hist. Periclymenum simpliciter vocatur ab omnibus ferè Authoribus. Caprifolium Brunf. Gesn. hor. Lon. Volucrum maius nonnullis. Lilium inter spinas Alijs. Caprifolium dicitur, fortè quia Caprarum sit pabulum, & à Capris libenter depascatur: vel quia nascatur in locis vbi Capræ pabulum querunt. Vel Caprifolium dictum, quòd folia sint extremis flexibus, quasi capreolata, & hanc ob causam Volucrum maius appellatur, quia omnes vicinas plantas amplectatur, & eis se circumuoluat.

Periclymenum minus, Taber. Periclymenum humile Bauh. Periclymenum secundum, & Chamæpericlymenum Prutenicum Clus. pan. Chamæpericlymenum, Clus. hist. Ger.

Periclymenum rectum, & Allobrogum frutex est, de quo in 2. par. Phyt.

Periploca, & Periploca repens, lege Apocynum Matth.

Periploca prior Dod. lege Scammonij quoddam genus, Cæsalp.

Perisson herba, teste Plinio, ex Solani, siue Strychni generibus est, & apud ipsum alio nomine Dorycnium appellatur.

Peristereon, & Peristereos, lege Verbena communis.

Peristerona Crateuæ, lege Abiga, siue Aiuga.

Perlara vulgi Cæsalp. est Gramen gemmeum à radicis forma vocatum.

Perlaro falso, Sycomorus Italorum, lege in 2. par. Phytol.

Permonaria, siuè Pulmonaria, lege Muscus clauatus.

Perpensa, lege Asarum Brunf.

Persa maior, & minor, lege Maiorana maior, & tenuifolia.

Persea Clus. & Plin. est arbor, de qua in 2. par. Phytol.

Persica malus, & Persica mala, eiusq; species in secunda parte Phytologiæ erunt recensendæ.

De Persicaria. Synonyma, & Etymum.

Persicaria mitis maculosa, & non maculosa, Bauh. Persicaria maculata, Ger. Eric. Cord. Persicaria prima Britannica Plinij, Cæs. Persicaria maculis nigris, Ces. hor. Persicaria Fuch. Dod. Cast. Lugd. Ang. Persicaria mitis maculosa Lob. Persicaria altera, Matth. Trag. Tab. Cratæogonum, Lac. Pulicaria fæmina Brunf. Persicaria fęmina Eidem Lon. Plumbago Plinij quibusdam. Alijs Britannica Eiusdem Græcis ὑδροπέπερι. Italis Persicaria.

Persicaria dicitur à foliorum forma cum Persicæ arboris folijs similitudine. Hydropiper nuncupatur, idest Piper aquaticum à loco, & sapore nomen habens, cum in aquis oriatur, & piperis modò vrat, & mordicet; præsertim Persicaria vrens. Plumbago vocatur propter plumbeas maculas in folijs existentes. Aliorum nominum etyma lege suo loco.

Persicaria vrens, seu Hydropiper, Bauh. Persicaria vrens Lob. mordax, Thal. Persicaria mascula Brunf mas Lon. Persicariæ primum genus, Tab. Trag. acris, siue Hydropiper I. Bauh. Hydropiper Matth. & aliorum. Piper aquaticum Dioscoridi, & Zinziber caninum, Auicennæ. Herba muscarum Germanis in Catalogo Cantabrigensi, quia vulnera, vel vlcera eius succo linita à muscis defenduntur. Cratæogonon, Ang. Sapena riparum, & Mercurius terrestris Paracels. Crol.

Persi-

Persicaria minor, Bauh. Persicaria pumila, Tab. Persicaria pusilla re pens, Lob. Lugd.
Persicaria siliquosa, Lob. lege Noli-me-tangere.
Persicus arbor, lege Persica malus in secunda parte Phytol.
Persion nonnullis, est Solanum manicum Diosc. referente Columna.
Personata, & Persolata Plinij, lege Petasites.
Personata, & Personatia, Matth. & aliorum, lege Arcium.
Peruuiana planta arboribus innascens, lege Viscum Peruuianum.
Peruinca Tragi, lege Clematis daphnoides minor.
Pes Gruis nonnullis, est Cyanus minor, nam folia pedibus auicularum sunt similia antequam excaulescat.
Pes coruinus est Ranunculi species. lege Ranunculus bulbosus flore pleno.
Pes auis, lege Ornithopodium.
Pes Vituli, lege Arum venis Albis.
Pes anserinus, lege Atriplex syluestris, Pes anserinus dictus.
Pes Cornicis, lege Cornu ceruinum, siue Coronopus.
Pes asininus Pandect. lege Alliaria.
Pes cati Offic. & Parck est Gnaphalium montanum purpureum, & album. Alijs est Pilosella montana hispida; lege Æluropus.
Pes columbinus, lege Geranium folio maluæ rotundo.
Pes accipitrinus à nonullis appellatur Lychnis syluestris teste Diosc.
Pes Locustæ, lege Ranunculus Matth.
Pes Leoninus, siue Leontopodium Matth. lege Gnaphalium alpinum.
Pes leporis, lege Lagopus, siue Pes leporinus.
Pes Lupi, lege Muscus terrestris clauatus.
Pes Milui Ang. & Miluinus, lege Thalictrum maius flauum.
Pes pulli nonnullis, est Caucalis.
Pes gallinaceus est Fumariæ species, lege Fumaria bulbosa. Alijs verò est Ranunculus.
Pestis tritici, est Lolium siue Zizania.
Pestis radix Germanis, est Petasites, siue Tussilago maior.
Petasites maior, & vulgaris, lege Tussilago maior Matth.

De Petasite minore. Synonyma, & Etymum.

Petasites minor, Bauh. Petasites fœmina, & Leucanthemos, Cam. Petasites flore albo, Cam. ep. Clus. hist. candido Thal. Petasites odoratus Lugd.
Petasites dicitur à forma folij, quod πιτασώδης galeri modo fit amplum, πέτασος enim est galerus, & quia galeri vice propter amplitudinem, Solis æstum à capite arcere potest; ideo Petasites dicta, lege infra Tussilago maior.
Petilius flos, lege Tanacetum, siue flos Africanus.
Petiolus in plantis, idem est quod Pediculus.
Petranciana, lege Solanum pomiferum fructu oblongo.
Petræsindula, lege Pimpinella saxifraga hircina minor.
Petrapium, lege Petroselinum vulgare, & satiuum.
Petrocerasus, lege Cerasus syluestris in secunda parte Phytologiæ.
Petromarula, siue Lactuca petræa Cretica Belli, Ponæ apud Clusium. Rapunculus Creticus, seu Pyramidalis altera, Bauh.
Petroscorodon Gesf. hor. siue Allium montanum radice oblonga Bauh.
Petrophyes πετροφυὴς, ὁ, καὶ ἡ, & τὸ πετροφυὲς in petris nascens, & substantiuè

ita diciturSemperuiuum minus, quia in petris, & parietinis nascatur πετρὸς est lapis saxum γύφω est gigno, produco.

Petroselinum Alexandrinum, lege Apium Macedonicum, nam apud Macedones gignitur præstantissimum; vnde illi cognomen accessit.

Petroselinum vulgare, & satiuum, lege Apium hortense, ita dictum quasi Apium petrinum; ab alijs verò Petrapium nominatum domesticum, à nonnullis etiam condimentum appellatur, quod præcipuus eius vsus sit in condimentis, & tanquam ori ventriculi gratissima herba. Persolyton Plinij Alijs.

Petroselini vitium, Trag. lege Apium cicutarium, siue Cicuta minor Petroselino similis.

Petcbecenur, lege Nicotiana maior.

Pettimborsa vulgò est Campanula autumnalis, Dod. Matthiolo teste, nam Ananiensa rura hoc nomine hanc herbam decorant.

Petum, lege Nicotiana maior latifolia.

Peuce, eiusque species, lege Picea in secunda parte Phytolog.

De Peucedano. Synonyma, & Etymum.

Peucedanum, Matth. Cast. Lugd. Cæs. Ang. Lac. Peucedanum maius Italicum, Lob. maius Ger. Peucedanum maius Italicum, Bauh. Peucedanum folijs longioribus, Dodon. Peucedanum Italicum, Tab. Pinastellum Aliquibus. Fœniculum porcinum Alijs, & cauda suilla. Aliquibus verò radix sulphurea. Harbatum Arabibus. Græcis πευκέδανον. Italis Peucedano. Nonnullis Stataria.

Peucedanum dicitur à πεύκη, quæ Latinis Piceam significat: siquidem folia cum Piceę folijs quamdã similitudinem habent. δανὸν verò est vox extenuatoria denotat enim Piceam humilē. [Quamuis sint qui velint nomen ab amaritudiue fortitũ esse; Vel à fœtore piceo Peucedanum nomen inuenit, eò quia radicem habet crassam, & grauis odoris, ideò radix sulphurea appellatur. [Stataria nonnullis, & ἀγαθὸς δαίμων idest Bonus Genius, cò quia Lethargicis, phreneticis, vertiginosis, & comitialibus succurrit, ad pristinumque statum valetudinis reuocat, ideo Stataria dicta, & Genius veterum sententia, sumatur pro anima rationali.

Peucedanum minus, Bauh. Peucedanum Pannonicum Clus. pan. & hist. Peucedani facie pusilla planta, Lob. ico. Saxifraga tertia Matth. Lugd. Cast Saxifragum Lacunæ. Saxifragæ etymum, lege suo loco.

Peucedanum Germanicum Bauh. Peucedanum Dod. Fuch. Trag. Cord. in Diosc. Tur. Ad. Lob. cui, & Fęniculum porcinũ Lugd. Lon. des. Ger. Tab. cui, & Cauda porcina. [Fęniculum porcinum dicitur quoniam folia fęniculi folijs assimilantur.

Peucedanum Lon. est Caruifolia, siue fęniculum erraticum alterum.

Peucedanum aquaticum, Tab. lege Millefolium aquaticum folijs Fęniculi.

Pezitæ, & Pezicæ sunt fungi, qui sine radice, aut pediculo nascuntur, vt dicemus suo loco in fungorum historia.

Phacoides Empetrum, lege Alypum montis Ceti.

Phacoides Oribasij, lege Thymelea folijs Kali lanuginosis salsis.

Phacos nonnullis, est Saluia maior, Matth. Alijs verò est minor, siue syluestris.

Phagus esculus mas, & fęmina, lege in secunda parte Phyt.

Phalangites, Cord. lege Phalangium paruo flore non ramosum.

De

De Phalangio Aequiuoca. Synonyma, & Etymum.

Phalangium est genus Aranei, ita dictum, quòd internodia terna habeat in cruribus; φάλαγξ. Græcis propriè digitorum internodium dicitur, est item herba, de qua in præsenti.

Phalangium, Matth. Cast. maius Ges. hor. Phalangium Dalechampij, Lug. Phalangium magno flore, Bauh. Phalangium Allobrogicum maius, Clus. hist. ap. Lilium polyrrhizon Myconi, Lugd. Græcis φαλάγγιον. Italis Falangio.

Phalangium dicitur eò quia demorsis à Phalangijs auxilietur cum vino epota, & foris admota. Lilium vocatur ob similitudinem, quam habent flores cum Lilij floribus.

Phalangium paruo flore ramosum Bauh. Phalangium ramosum Dod. Ger. Tab. Eyst. Lob. Lugd. Phalangium maius, Cam. Phalangium, Asphodelus paruus dici posset, Ces. Phalangites nostrum, Ges. hor. Phalangites, siue Phalangium herba Alijs, & Crinagrostis, idest Lilium gramineum, nam Græcis κρίνον, est Lilium ἄγρωστις est gramen, ob quamdam similitudinem, quam habet cum Lilio in flore, & in folijs cum Gramine.

Phalangium paruo flore non ramosum, Bauh. Phalangium non ramosum Dod. Lob. Tab. Phalangites quorumdam Cord. in Diosc. Phalangio Allobrogico congener, vel Phalangium montanum, Clus. cur. post. Liliago Cordo hist. eius Scholiasti, Asphodelus Germanicus, Liliago Cordi, Asphodeli syluestris species. Thal.

Phalangium Virginianum, lege Allium, siue Moly Virginianum.

De Phalari. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Phalaris nomen proprium Agrigentinorum Regis crudelissimi, qui præter cætera nouorum suppliciorum instrumenta Taurum habuit æneum, in quem immissi damnati igneque subiecto bouis mugitum edebant. Est præterea Phalaris auis quædam ex genere amphibiorum in Seleucia Parthorum, & parte quadam minoris Asiæ præcipuè nascens. Est item Phalaris herba, de qua in præsenti.

Phalaris, Matth. Dod. Cord. Tur. Ang. Lob. Lon. Cæs. Cast. Cam. Tab. Ger. Lugd. Ges. cui & Canariense semen, & Gramen Canariense. Phalaris herba Ges. cat. Phalaris maior semine albo Bauh. Phalaris Diosc. Trag. ico. Milium alterum Theophrasti Dalech. in Plinium an Melia altera, Theophrasti. Italis Scaiola di Spagna.

Phalaris dicitur fortè à φάλος splendidus, albus, eò quia spicam squamis multis splendidis, & albis decoratam habeat: idcirco Scaiola vulgò nuncupatur. [Vel quia φάλος significat eminentiam galeæ cui crista inseritur, quam spica huius plantæ imitatur. Vel ita dicta ab aue eiusdem nominis, quæ ea vescitur. [Canariense semen, & Gramen canariense vocatur, quia in Canarijs Insulis familiare, & in Melita frequens; est enim Semen candidum lini forma, & magnitudine, & quamdam similitudinem Graminis ostendit in folijs, vt dicemus in secundo Tomo partis primæ Phytologiæ in descriptione plantæ.

Phalaris maior semine nigro, Bauh. Cuneno Melitensium Incolis nuncupātum.

Phalaris pratensis minor est Gramen tremulum maius. Tremula nonnullis.

Phalaris syluestris Dioscoridis, Trag. est Gramen Paniceum spica aspera, Bauh.

Gra-

Gramen geniculatum Tab. Ger. Lolium ſeptimum Alijs.
Phallus Holandicus, eſt fungus, vt in fungorum hiſtoria manifeſtabimus.
Phana Bellonij Ericæ genus, vt dicemus in ſecunda parte Phyt.
Pharnaceon nonnullis eſt Centaurium, cum inter Panacis genera reponatur. Alijs verò eſt Herba Dorea;à Pharnace Rege inuentore deductum volunt.
Phaſelus Romanus. Aliquibus, lege Ricinus, Matth.
Phaſelius, Phaſelus, & Phaſeolus vulgaris, ſiue Smilax hortenſis, lege Dolichus.
Phaſelus maior, & Phaſelus minor, lege Bona,ſiue Faba vulgaris.
Phaſeolus, Matth. albus, Lugd. Phaſeolus paruus Italicus, ſiuè Smilax ſiliqua ſurſum rigente,Bauh. Phaſeolus Phaſelus,Ang. Cord. in Dioſc. & hiſt. Phaſilus Cæſalpin. Phaſeoli etymum, lege ſupra Dolichus.
Phaſeolus Africanus, Cam. Phaſeolus primus, ſiue Africanus Cluſ. pan. Phaſeoli peregrini genus alterum, Cluſ. hiſt. Phaſeolus peregrinus hortenſi affinis, ſemine lato albo, multis nigris venis ſtriato Bauh. Phaſeoli magni, lati, albi, Lob. ico. Okindiger in Virginia par. 1. Ind. Occid. Fabis Anglicanis ſimiles planiores tamen, & diuerſorum colorum nitidæ, & maculoſæ in deſc. Virg.
Phaſeoli pumiliones albi, & nigri, lege Alubias de India.
Phaſeolus Æthiopicus, vel niger venis aſperſis ſructu atro ſplendente, Phaſeolus peregrinus Cluſ hiſt.
Phaſeolus Ægyptiacus, lege Lablab Alpini.
Phaſeolus Indicus, Mates, Cluſ. hiſt. & pan.
Phaſeolus peregrinus ex rubro, & nigro diſtinctus. Anacok Cluſ. exot.
Phaſeolus Braſilianus Macouna dictus, Cluſ. ad Monard. Phaſeolo Nigritarum ſimilis ex Pernambuco Americæ, ſpadicei coloris Macouna appellatione inſignitus, Cluſ. exot. Phaſeolus Braſilianus folijs molli lanugine obſitis, ſructu magno Bauh. Phaſeolus Braſilianus Lob. tertius Tab. Phaſiolorum omnium magna varietas, vt dicemus in ſecundo Tomo partis primæ Phytologiæ, capite de Differentijs.
Phaſeolus ruber, & Phaſeolus ex Items, & Indicus, lege Abrus Alpini.
Phaſeolus ſyluarum, Lugd. lege Orobus ſyluaticus purpureus vernus.
Phaſeolus peregrinus Belli, Cluſ. cur. poſt lege Aſtragalus Bæticus.
Phaſeolus, Cæſ. lege Phaſeolus Matt. albus.
Phaſiolus hircinus nonnullis, eſt Trifolium paluſtre, nam Phaſiolo folijs ſimillimum eſt.
Phaſganion, lege Gladiolus noſtras.
Phauliæ,ſunt oliuæ, quæ minimo ſucco, corpore prægrandi,puſilloquè ſunt nucleo, vt dicemus in ſecunda parte Phytologiæ.
Phellodrys, arbor eſt,de qua in ſecunda parte Phyt.
Phellandrium Plinij, lege Cicutaria paluſtris, Lob.
Phellys,Græcis φελλὸς Latinis. Suber arbor eſt, de qua in ſecunda parte Phyt.
Pheminalis apud nonnullos eſt Verbaſci ſpecies, ſed inter ſpurias voces recenſetur.
Phenion, & Phenium, lege Pulſatilla vulgaris.
Phicos thalaſſios, fucus marinus, herba ſimilis lactucæ,quæ conchylijs ſubſternitur.
Philantropos, lege Aparine vulgaris, & eſt etiam Lappa maior, quæ veſtibus hominum adhærens eos amare videtur.
Phileteria, lege Been album Geſ. ſiue Polemonium. Philetera appellatum à verbo græco φιλαίτερος, carus, gratus; cum hæc herba olim Principibus,& Magnatibus eſſet cara, & grata. Alijs verò Phileteras Græcis φιλαίτερος eſt Aparine aſpera, quaſi φίλουσα ἑταίρους amans ſodales, cum adhæreat veſtibus tranſeuntium, à verbo φιλέω amo, diligo, & ἑταῖρος ſodalis.

Phila-

Philadelphus frutex coronarius, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.
Philipendula, lege Filipendula, siue Oenanthe.
Phyllandrium, lege Phellandrium.
Phyllanthes herba, ex genere aculeatarum, sed mitioribus aculeis, ab radice tantùm foliata, sic eam nominat Plinius, sed quid?
Phyllanthion herba est Democrito, purpuram tingentibus vtilis. Nondum vidimus.
Philyra, est arbor, de qua in secunda parte Phytol.
Phillyrea, eiusque species in secunda parte Phytol. erunt recensendæ.
Phyllitis, lege Hemionitis, dicitur etiam foliosa à Casp. Schuuenckfelt.
Phyllitis lacustris, Cord. lege Potamogeton Salicis folio.
Philochares, à nonnullis Marruhium appellatur, teste Plinio.
Phyllon arrhenogonon Dalechampij Lugd. lege Sedum petrçum montanum.
Phyllon Theophrasti, Cord. lege Mercurialis fœmina.
Phyllum Matth. qui marem, at Cam. in Matth. vtrumque proponit. Phyllon mariticum, Clus. hisp. & hist. mas Lob. ob. Dod. Cast. Tab. sub Cynocrambe; Ger. Phyllon testiculatum, Bauh. Phyllon mas, seu Arrhenogonum mariparum, Ad. Phyllum arrhenogonon, Lob. ico. Lugd. Græcis φύλλον ἀῤῥενόγονον.
Phyllon theligonon, Dod. in ico. Ad. siue Fęminiparum, Lob. ico. Dod. Lugd. Ger. Phyllon fœmina, Cast. Phyllon spicatum, Bauh. Phyllon fœminificum, Clus. hist. & hisp. Tab. Phyllum Ges. hor. Græcis φύλλον θηλυγόνον.
Philtron est Pastinaca rubra Caryota dicta, siue Carota, Phyltron appellata eò quia radicem Venerem stimulare tradunt, nam Græcis φίλτρον est amoris illecebra, quod ad amorem illicit.
Philtrodotos nonnullis est Asplenum dictum, quasi dans philtra cum herba hac abutantur in philtris, & magia.
Physalis, est Vesicaria herba, siue Alkakengi, ita appellata, à vesicis, & folliculis quos habet orbiculatos vesicis non dissimiles, nam Græcis φῦσα exponitur vesica.
Phistacion, siue Pistacion arbor, lege in secunda parte Phytolog.
Phyteuma folijs Rapunculi, lege Rapunculus spicatus.
Phyteuma Matth. lege Campanula cærulea satiua, vbi etymum inuenies.
Phyteuma alterum montanum, Cæs. lege Campanula minor alpina rotundioribus imis folijs.
Phyteuma Monspeliensium, lege Erucago Apula, Colum.
Phyteuma Dioscoridis, lege Antirrhinum aruense maius.
Phyteuma Dioscoridis, Col. lege Scabiosa minor, Matth.
Phyteuma minus, Col. est Scabiosa minor capitulo globoso odoro Bauh.
Phytobasila, quasi herba regia, & singularis Diosc. inter nomina Leontopodij recensetur. Dicitur etiam Idiophyton, quasi planta propria, & singularis.
Phyximilon, Æschylo est arbor, de qua in secunda parte Phytol.
Phlomitis, Lob. lege Æthiopis, Matth.
Phlomos vulgaris, est Verbascum primum, Matth.
Phlomos Lychnitis, lege Verbascum lychnite, Matth.
Phleo mas latifolia, lege Sagitta maior Matth. Vide Aristophanem in Ranis.
Pleos fęmina, Lugd. lege Sparganium Matth. Alijs verò Phleus est Typha palustris, & Phleum.
Phlox Theophrasti, lege Adonis Recentiorum.
Phlox Theophrasti Alijs, est flos Constantinopolitanus Dod. siue Lychnis Chalcedonica.
Phœnicobalanus, lege Myrobalani Emblicæ in secunda parte Phyt.

Phœ-

Phœnix carduus, lege Acarna minor caule non folioso,
Phœnicea est Anagallis terrestris mas, ita dicta à colore floris phœniceo.
Phœnicon Indum intelligitur Dactylus, qui ex India affertur: dicitur autem Phœnicon à Palma, vt dicemus in secunda parte Phytol.

De Phœnice herba. Synonyma, & Etymum.

Phœnix, Matth. Cord. Cæs. Lon. Ang. Cast. Lac. Tur. Dod. cui, & Lolium murinum. Herba Phœnicea Græcis, hordeum murinum nostris Plin. Hordeum murinum Lob. Tab. Guil. Triticum murinum Alijs. Lolium rubrum Ger. Lolium quartum, Trago Gramen loliaceum angustiore folio, & spica Bauh. Graminis loliacei quartum genus Tragi, Thal. φοινιξ Dioscoridi. Italis Loglio saluatico.

Phœnix dicitur à seminis colore phœniceo; spicam enim profert Lolio similem, & ad Palmulæ maturæ colorem accedentem, phœniceus enim color est color ruber.

Phœnix arbor nobilis, quam Latini Palmam appellant: de qua, & varijs eius speciebus in secunda parte Phytologiæ.
Phonos, lege Atractylis, siue Carthamus syluestris.
Phorbion Galeni, à nonnullis Horminum hortense putatur.
Photel nonnullis Ficus Pharaonis, Theuet. Lugd. Musæ affinis, vt dicemus in secunda parte Phyt.
Phoucas Arabico nomine, est potio, non ex hordeo tantùm parata, sed ex malorum punicorum succo, vt Hali Abbas testatur.
Phragmites, lege Fumaria phragmites.
Phragmites Dioscoridis, lege Arundo vulgaris.
Phragmosa est Conyza maior, sed inter voces spurias recensetur.
Phrocalida, lege Dentellaria Rondeletij.
Phrynus, & Phrynion, nonnullis est Cinara aculeata, siue Cactos ita appellata, quia rubetis aduersatur, ob infestissimos aculeos, nam Græcis φρῦνος est rubeta, nempe Rana venenosa.
Phrynion Alijs, lege Poterium Matth.
Phthirion, lege Fistularia, siue Pedicularis.
Phtora Valdensium, lege Aconitum Pardalianches.
Phthirococcon, & Phthiroctonon, lege Staphisagria.
Phu, eiusque species, lege Valeriana.
Phucus marinus, lege Bryon lactucę folijs.
Phusca, lege Posca.
Picea arbor eiusque species in secunda parte Phyt. erunt recensendę.
Piceaster, Picea syluestris, lege in secunda parte Phytol.
Picielt Indis, lege Nicotiana.
Picnocomon, Ang. lege Rheseda maxima, vbi etymum inuenies.
Picnocomum Diosc. Cortuso, lege Solanum tuberosum esculentum.
Picnocomos, Brunf. lege Angelica syluestris minor, siue Ægopodium.
Picnocomon, Col. est Morsus Diaboli, siue Succisa.
Picnomos Cretę Salonensis Galloprouincię, lege Acarna humilis caule folioso.
Picnomos dicta, quia Gręcis πύκνος est densus, spissus, πυκνόω denso, spisso: hinc herba, quia adeo spissas habeat spinas, vt colligenti vix pateat aditus.
Picris, lege Cichorium syluestre, Dod.
Picris Dalechampij, Lugd. lege Hieracium minus, Matth.
Picrostaphylos, à nonnullis Clematis, siue Viorna appellatur.

Piga-

Pigamum, & Piganum, lege Thalietrum magnum.
Piganum Græcis, lege Ruta hortensis, siue domestica.
Pygus Theophrasti arbor est, de qua in secunda parte Phytolog.
Pila marina, Cæs. est Alcyonij species in marinascens.

De Pilosella. Synonyma, & Etymum.

Pilosella, Matt. Lob. Tab. Ad. Cast. Ang. Pilosella repens Ger. Pilosella maior repens hirsuta, Bauh. Pilosella maior, Dod. Fuch. Lugd. media Thal. Pilosella quibusdam. Holostium, Lac. Auricula muris, Brunf. Cord. in Diosc. Auricula muris minor Trag. Lon. Myosotis nonnullorum, Intybi minima species, Alijs. Italis Pilosella.

Pilosella dicitur à copiosis pilis, quibus vestitur, cum tota planta sit pilis referta.

Pilosella maior repens minus hirsuta, Bauh. Pilosella maior Cam. ep. Pilosella vulgò, Cæs. Lactucella syluestris repens, Cam. hor. Auricula muris minor secunda, Trag.

Pilosella maior vmbellifera μακρόκαυλος montana, & pratensis, Col. Pilosella montana hispida paruo flore, Bauh. macrocaulos dicitur, nimirum habens caulem longum, & prolixum μακρὸς enim Græcis est Longus prolixus, καυλὸς, caulis.

Pilosella incana saxatilis lutea, Bauh. Auricula muris altera incana saxatilis frigidarum regionum, Col.
Pilosella maior quibusdam; est Hieracium latifolium peregrinum phlomoydes, Eyst. Hieracium hortense floribus atropurpurascentibus, Bauh.
Pilosella maior Gallorum, Thal. lege Pulmonaria Gallorum.
Pilosella minor Fuch. lege Gnaphalium montanum purpureum, & album.
Pilosella siliquata minima Cam. ad Thal. Paronychia vulgaris, Dod. Paronychia Alsine folia, Lob. Cam. Lugd. Alsine minima, Tab. Bursa pastoris minor sexta, Trag. Herbula Bursæ pastoris affinis, Cæs. Myosotis parua Dalech. Lugd. Thlaspios minima species, Thal. nominum etyma, lege suo loco.
Pilosella flore cæruleo, Ger. & Pilosella syluestris, Trag. lege Echium Scorpioides aruense.
Pilulæ quercus, & Cupressi; de ijs erit sermo in secunda parte Phytol.
Pilulæ sunt fœtus arborum, herbarumue in orbiculos circinatè coeuntes à sphærica figura pilulas solent appellare, quasi paruæ pilæ.
Pilus arborum, lege Muscus.
Pilus terræ, lege Equisetum primum Matth.

De Pimpinella. Synonyma, & Etymum.

Pimpinella, seu Sanguisorba maior, Matth. Lugd. Cam. Cast. Pimpinella Italica maior, Clus. hist. Thal. Pimpinella sanguisorba maior, Bauh. Pimpinella maior, Dod. gal. syluestris, Ger. Pimpinellæ Italicæ secundum genus, Trag. Sanguisorba maior, Tab. Cord. hist. Fuch. Sanguisorba altera maior, Ad. siue Pimpinella Lob. Sideritis, secunda Dioscoridis maior, Col. Alijs Bipennula, Bibinella, Bipinella, Pampinella, & Pampinula, & Peponella. Dionysionymphades, Renod. Italis Pimpinella.

Pimpinella dicitur, quasi Bipinella à foliorum binis ordinibus pinnatim, siue pluma-

tim, digestis ad instar pinnulæ, siue plumæ, quòd cum in duas pinnas folia per totum cauliculum diducta habeat, hanc corrupto vocabulo Pimpinellam vocant. [Sanguisorba vocatur, & Sorbastrella, eò quia sanguineos fluxus sistat, & sorbeat; nam in vulneribus sanguinem supprimit, intrò & foris adhibita, vnde nomen accepit. Peponella dicta à Peponum quem refert odore. Dionysionymphades etymum, lege suo loco.

Pimpinella Sanguisorba minor Matth. Cast. Cam. Pimpinella Sanguisorba minor hirsuta, Bauh. Pimpinella Ad. Lob. Cæs. minor Dod. gal. Lugd. Pimpinella hortensis Ger. Pimpinella syluestris hirsuta Ges. hor. Pimpinella Italica Trag. Lon. minor Thal. Sanguisorba minor, Tab. Cord. hist. Fuchs. Sideritis secunda, Ang. Guil. quæ Pimpinella Italis Sideritis altera, Diosc. minor Col. Sissitieteris Plinij, lib. 24. cap. 17. ad mentem nonnullorum.

Pimpinella saxifraga, Matth. Ger. maior, Cam. Pimpinella nostras communis maior, Thal. Pimpinella Saxifraga maior vmbella candida, Bauh. Bipinella Saxifraga maior, Ad. Bipennula, Lac. Saxifraga Cord. hist. magna, Dod. hircina maior, Ges. hor. vulgaris maior, Clus. pan. Saxifragia maior, Dod. gal. Saxifraga prima, Cæs. Tragoselinum maius Tab. Pastinaca gallica Plinij Alijs.
Pimpinella Saxifraga dicitur, seu Saxifragia à facultate calculorum à renibus expellendorum. Tragoselinum nuncupatur, nimirum Hirci apium, nam Græcis τράγος est hircus, σέλινον verò est Apium.

Pimpinella Saxifraga maior altera, Bauh. Pimpinellæ secunda species, Tragi Bipinella, siuè Saxifraga minor Ger. Tragoselinum minus, Tab.

Pimpinella Saxifraga hircina minor, Lob. Pimpinella Saxifraga minor, Cam. Lugd. Bauh. Pimpinella nostras communis minor, Thal. Pimpinella minor, Fuch. Cam. ep. Tur. Bibinella Saxifraga hircina, Ad. Daucus Selinoides, Cord. hist. Dauci tertium genus, Lugd. Saxifraga hircina minor, Cam. Ges. hor. Saxifraga vulgaris minor, Clus. pan. Saxifraga minor altera, Dod. gal. Saxifraga parua, Dod. Saxifraga Pimpinella Germanica minor, Clus. hist. Petrasindula, & Petrisindula, Alijs. Tragium Dioscoridis, Col. Tragoselinum petræum, Tab. Nominum etyma lege suo loco.

Pimpinella folio Agrimoniæ, Agrimonioides, Colum. Agrimoniæ similis, Bauh.
Pimpinella Romana vulgò, lege Tordylion.
Pimpinella spinosa, Clus. lege Bellan. Rauuolf.
Pimpinichi arbor lactescens Io. Bauh. de qua in sec. parte Phyt.
Pina, siue Batata radix, lege Batat, siue Batates.
Pinas, mala sunt Guianensia, vt dicemus in 2. parte Phytol.
Pinastellum, lege Peucedanum.
Pindo Ler. des. Brasil. Palmarum rami, vt dicemus in 2. parte Phytol.
Pinea nux, lege Pinus in secunda parte Phytol.
Pinea purgatiua, lege Pinus Indica, in 2. parte Phytologiæ.

De Pinguicula, siue Cucullata. Synonyma, & Etymum.

Pinguicula, vel ἰσόγρον, Viola humida, aut palustris, Dodecatheon Plinij, Gesnero, Cam. Pinguicula, vel Liparis Ges. hor. Clus. pan. & hist. Cucullata quibusdam

Cryas

Cryas Apulei Lugd. Sanicula montana flore calcari donato, Bauh.

Pinguicula dicitur, quia pinguia, & nitida habeat folia. Cucullata vocatur, quoniam flos cucullum repræsentat. Ionichron appellata à loco natali, cum libenter in aquis, & secus aquas nascatur, & quasi natare videatur ἴον enim Græcis est Viola νήχω verò, & νέω est nato. [Liparis vocata cum Græcis λιπαρὸς exponatur pinguis, vnctus, & nitidus, hinc herba ita dicta, nam folia semper pinguia, nitida, & quasi oleo vncta apparent. [Cryas nuncupatur à verbo græco κρύος, quod significat frigus, algor, rigor, & κρυερὸς frigidus, algidus, cum hæc planta semper in locis frigidis, & algidis reperiatur.

Piniouen, siue Nuces pineæ ex Puna, lege Pinus Indica in 2. parte Phytol.

Pinipinichi Monardi, sunt Arbuscula Mali similitudine lac deiectorium effundentia de quibus in secunda parte Phytologiæ.

Pinaster, eiusq; species, in secunda parte Phytol. erunt recensendæ.

Pinus, eiusq; species de ijs erit sermo in secunda parte Phytol.

Piper Apium, siue Apum, lege Acorus.

Piper montanum, lege Laureola folio deciduo flore purpureo.

Piper aquaticum, lege Persicaria vrens, seu Hydropiper.

Piper rotundum, longum, caudatum, Æthiopicum, abortiuum, de omnibus erit sermo in secunda par. Phytologiæ.

Piper Indicum, Brasilianum, & Americanum, lege Capsicum, siue Piper maius.

Piper oblongum recuruis siliquis, Clus. cur. post. Piper Indicum propendentibus siliquis oblongis recuruis, Bauh. Capsicum longioribus siliquis Ger. Capsicum oblongioribus, & recuruis siliquis, Dod. Capsicum oblongius, Fuch. ico. Lugd. Dod. gal.

Piper Indicum rotundum, Ges. hor. Piper Indicum propendentibus siliquis rotundis, Bauh. Capsicum latum, Fuch. ico. Dod. gal. Lugd. Capsicum cordatum, Cam. Siliquastrum latis siliquis, Trag. Siliquastrum quartum Fuch. Siliquastrum fructu propendente rotundo, Clus. cur. post.

Piper Indicum surrectis corniculis, Cam. Piper. Indicum siliquis surrectis Cerasi forma, Bauh. Capsicum Brasilianum Clus. ad Monard. Lugd. Capsicum breuioribus siliquis Lob. Capsicum minimis siliquis, Dod. Ger. Siliquastrum rotundum angustifolium, Tab. Siliquastrum rotundum, Cam. ep. Matth. Horum plures obseruantur differentiæ, de quibus omnibus erit sermo in secundo Tomo partis primæ Phytologiæ.

Piper murinum, lege Sedum minimum, siue Illecebra.

Pipercula nonnullis appellatur semen Ammi, seu Ammeos, eò quia Piper quodammodò gustu refert.

Piperella, quibusdam est Thymbra, siue Satureia, quòd sit gustus feruidi, & acris.

Piperis radix à nonnullis Galanga minor appellatur, ob similitudinem saporis cum pipere, vt dicemus in secundo Tomo partis primæ Phytol. Lege Galanga, & Galanga minor officinarum.

Piperitis, Brunf. lege Lepidium, siue Piperitis.

Piperitis, seu Siliquastrum Peruuiauum, lege Capsicum.

Piperus, & Paperus in Sicilia, lege Papyrus Syriaca.

Piræa Theophrasti Guil. est Ericæ species, vt dicemus in sec. par. Phytol.

Pipirella est Grossularia nigra, ita dicta à baccis magnitudine Piperis coloreque Piperi similibus, vt dicemus in sec. par. Phytol.

Pistacium, nucis genus apud Alexandriam Ægypti, lege in 2. par. Phytol.

Pistacium syluestre lege Staphilodendron in secunda par. Phytol.
Pistacia syluestris, lege Zizipha in secunda parte Phyt.
Pistana Magonis, & Plinij, lege Sagitta maior.
Pistica nardus, lege Nardus pistica.
Pistolochia Fuchsij, est Fumaria bulbosa.
Pistolochia, Dod, lege Aristolochia Pistolochia dicta.
Pissa nonnullis, est Conyza maior, sed inter nomina notha recensetur. Apud Græcos vero Pissa est Pix, vt dicemus in secunda parte Phyt.

De Piso. Synonyma, & Etymum.

Pisum maius, Matth. Ang. Cast. Fuch. Lon. Pisum vulgatius maius, Ad. Lob. ico Pisum hortense maius, Bauh. Pisum ramulare, Lugd. Pisum minus, Dod. Piseolus vulgò, quod & Piseoli viridis meminit, Cæs. Cicer arietinum, & pisorum alterum genus, Trag. Dod. gal. Italis Piselli, Eruilia, & Roueglia. Græcis πίσσος, πίσον.

Pisum à πτίσσω deriuatum pinso, & tundo, quod decorticare significat, quia frequenter ab Antiquis pinseretur pro pulmento. Vel ita nuncupatum à loco natali, in quo olim copiosissimè nascebatur, & sponte è quadam vrbe Pisa inter Ossam, & Olympum montes sita. Vel, vt alijs placet ἀπὸ τοῦ πιεσεῖν, quod humi procumbat, nisi adminiculo sustentetur.

Pisum quadratum Plinij, Lob. ico. Taber. Pisum maius, Dod. Gerard. Pisum maius quadratum, Bauh. Pisum magnum peregrinum, Eyst. Pisum angulosum hortorum quadratum Plinij, Ad. Pisa Italica grandia Camer. Pisorum prima species, Dod. gal. Phaseoli primum genus Trago.

Pisum minus, Matth. Dod. Lon. Cast. Pisum agreste, seu tertium genus Trago, Pisum minus primum, & secundum Tab. Pisum aruense, Bauh. Pisum minus ex luteo virescens, Lob. Ad. Pisa vulgaria, Camer. Pisorum tertia species, & minor, quæ Eruilia Dod. gal. Eruilia siue Ochrus, Lugd.

Pisum vesicarium, & Pisum cordatum, lege Halicacabum peregrinum, dicitur etiam Concordia à Simlero, nam semen ad cordis affectus valere creditur.
Pisum Indicum, Americanum, & coccineum, lege Abrus Alpini.
Pisum nigrum, Cam. lege Boona syluestris.
Pisum Græcorum syluestre Trag. lege Cicercula Turner.
Pisa nuda Indica, lege in secunda parte Phytologiæ.
Pisa rubra rotunda, nonnullis dicuntur femina Xyridis, siue Spatulæ fœtidæ.
Pissel æon Diosc. Resinæ species est, de qua in secunda parte Phyt. capite de Resinis.
Pityides sunt nuclei, qui sunt in nucibus Pini, & Piceæ arboris, vt dicemus in secunda parte Phytol.
Pityinon Physema, est Resina, de qua in secunda parte Phyt.
Pitine Theophrasti, lege Aphaca, Ad.
Pitys, eiusque species, de ijs erit sermo in secunda parte Phytol.
Pityusa maior, lege Esula maior.
Pityusa Matth. Lon. Lugd. Lac. Cast. est Tithymalus folijs breuibus aculeatis, Bauh.
Pityusa Anglicana Cam. est Tithymalus incanus hirsutus Bauh.
Pityospermon, lege Myrrhis, Matth.

Pitu-

Pituitaria, lege Pyrethrum verum. Alijs verò est Staphisagria.

Pithaia frutex Cardui cuiusdam in America. Ouied. l. 8. c. 23.

Pythiona Theophrasti nonnullis, est Tulipa, siue Lilionarcissus.

Pix liquor est pinguis, & resinosus, vt dicemus in secunda parte Phyt.

Pixacantha Dod. est Lycium Buxifolio, de qua in secunda parte Phyt.

Pizedo, vel Picelo pomi genus, ex quo Indi occidui toxicum telis suis parant Ouied. lib. 9. cap. 12.

Planta, est quoddam vegetabile, quòd arbores, frutices, suffrutices, & herbas comprehendit, & Planta Plinio, pro viui radice, siue semine arboris sumitur. Et est etiam illa pars de arboribus, & herbis rapta plantandi gratia: & vocatur fortè planta, quæ cum passim nascatur, vbique à plantis pedum teritur.

Plantæ vmbelliferæ dicuntur, quia florem, vel semen ferunt in orbem circumactum, velut vmbella, qua solem arcere soliti sumus.

Planta Leonis, lege Alchimilla vulgaris. Alijs verò est Helleborus niger, Ad.

Planta vulneraria Indica est Nicotiana.

Planta maxima, & prægrandis, lege Helenium Indicum maximum.

Planta Hispanica Marrubio similis Gol. est Alysson Galeni.

Planta marina retiformis, Clus. est Corallina reticulato cortice altera.

Plantula peregrina Clus. est Piper longum angustissimum, vt dicemus in secunda parte Phyt.

De Plantagine. Synonyma, & Etymum.

Plantago maior, Matth. Tab. Fuch. Tur. Cam. Ges. & aliorum. Plantago latifolia leuis, Ad. Lob. ico. Plantago vulgaris latifolia Lugd. Plantago latifolia Cord. in Diosc. Plantago latifolia sinuata, Bauh. Plantago, & Centineruia, Cæs. Plantago rubra Brunf. Trag. Plantago πολύνευρος maior, siue rubra Thal. ἀρνόγλωσσον Diosc. ἑπτάπλευρος Alijs. Italis Piantagine.

Plantago dicitur Latinis, ducto à planta pedis vocabulo, nempe à latitudine foliorum, plantam pedis æmulantium, & etiam quia folia habent lineas exaratas, quales conspiciuntur in planta pedis. [Polyneuros dicta, idest multineruia, nam Græcis πολὺς est multus νεῦρον est neruus; cum in folijs conspiciantur nerui. Etyma aliorum nominum, lege supra Arnoglossa.

Plantago media, Dod. Thal. Ges. hor. Fuch. Plantago minor, Tur. minor Dioscoridis, Tab. Plantago latifolia, vel media, & secunda Tragi Plantago latifolia incana Bauh. Plantago incana Ger. Hic in sequenti pagina in gratiam Lectoris damus iconem Plantaginis latifoliæ quinqueneruiæ thyrso folioso, quā in Agro Bononiensi repertam, & collectam in Horto meo sicco domi meæ conseruo, eius descriptionem, & locum Lector habebit in secundo Tomo partis primæ Phyt.

Plantago rosea, Ad. Lugd. Plātago rosea spicata Ger. Eyst. Plantago latifolia rosea flore expanso, & floribus quasi in spica dispositis Bauh. Plantago multiplex, Tab.

Plantago maior spica multiplici, Dod. Plantago rosea Lobelij Lugd. Plantago latifolia spica multiplici sparsa Bauh. Plantago panicula sparsa Sarothrodes, & Gorematophora, siue Scoparia Gemmæ, Lob. [Sarothrodes dicitur à verbo græco σαίρω scopis purgo, verro, σάρωτρον verò sunt ipsæ scopæ: hinc herba ita appellata, quasi Scoparia. Corematophora dicta, idest ferens scopas, à verbo græco κορέω verro, purgo. κόρος enim sunt scopæ, & φορὸς ferens, quia ex hac herba scopæ conficiantur.

Plan-

PLANTAGO QVINQVENERVIA

Latifolia thyrso folioso.



Plantago villosa, seu incana lanuginosa, Bauh. Plantago Salmanticensis, Cynoglossum fortè Diosc. Clus. hisp. & hist.

Plantago lanceolata, Tab. Trag. Ang. Plantago minor, Dod. Ges. hor. Lon. Lugd. Lac. Cast. Brunf. Fuch. Plantago quinqueneruia Lob. Ad. Ger. πεντάνευρος, Thal. Plantago angustifolia maior, Bauh. Plantago longa, Matth. Lugd. Lanceola maior, Cæs.

Plantago pentaneuros minor Thal. Plàntago angustifolia minor, Tab. Ger. Lanceola minor, Cæs.

Plantago aquatica, Matth. Dod. Brunf. Fuch. Trag. Lob. Lugd. Ad. Tab. Cast. Ger. & aliorum. Plantago aquatica latifolia Bauh. Alisma, siue Damasonium, quæ Fistula pastoris, & Plantago aquatica Germanis, Cord. in Diosc. Lon. Limonium, Ang.

Plantago aquatica dicitur, quia in aquis reperitur, & crescit, & cum vera Plantagine quamdam similitudinem habet in folijs.

Plantago aquatica minor, Tab. Cæs. Plantago aquatica angustifolia, Bauh. Plantago aquatica humilis, Ger. Plantago aquatica humilis angustifolia, & longifolia, Lob.

Plantago aquatica minor altera, Lob. ico. Plantago aquatica stellata, Bauh. Damasonium stellatum Lugd. Alisma pusillum angustifolium muricatum, Lob. obs.

Plantago angustifolia albida, lege Holosteum maius, Tab.

Plantago marina, lege Serpentina, Matth.

Plantarum mors, lege Colocynthis, ita nuncupata propter amarorem, vnde etiam Fel terræ dicitur.

Plantula Cardamines æmula, lege Nasturtium alpinum Bellidis folio.

Platagonion est folium Papaueris, aut Anemones, apud Theocritum ita appellatum ἀπὸ τῦ πλαταγεῖν idest à sono, quem folia collisa faciunt, cum hæc herba ab ipsis venerea existimaretur, hanc ad explorandum amorem adhibebant, quoniam ex eo periculum facere solebant amantes, an redamarentur, pollici, & indici sinistræ manus folio imposito, dextraque percusso sonitum inde elicientes, cum πλαταγώνιον apud Græcos crepitaculum significet, & si folia percrepuissent mutuum amoris affectum augurabantur, sin secus tanquam frustrati ingemiscebant; quod innuit Pollux dum amantes Platagonio lusitasse scripsit, & vt diffusiùs agemus in secundo Tomo partis primæ Phytol. quando historiam Anemones exarabimus.

Platanaria, Dod. lege Sparganium.

Platanus arbor, eiusque species, de ijs erit sermo in secunda parte Phyt.

Platacarpia, Tab. & Platomela Tab. sunt Mala, de quibus in secunda parte Phyt. fiet mentio.

Platyphyllon genus Tithymali à latitudine foliorum dictum, lege Tithymalus.

Platyphyllos mas, & fœmina, lege Quercus latifolia in secunda parte Phyt.

Plocamos Isidis, frutex est in mari nascens circa Troglodytarum Insulas corallio similis sine folijs, qui præcisus lapidescit, vt dicemus in secunda parte Phytol.

Plumbago Clus. lege Dentellaria Rondeletij.

Plumbago Plinij, lege Persicaria mitis maculosa.

Plumbago ælinij, Alijs est Bistorta maior, quod plumbum oculi vitium tollat.

Pneu-

Pneumonanthe, lege Gentiana angustifolia autumnalis maior.
Poa apud Theophrastum est herba, & pro herba simpliciter sumitur Gramen, quod omnium herbarum sit frequentissimum.
Podagra lini, lege Cassutha, siue Cuscuta.
Podagraria, Lob. lege Angelica syluestris minor, siue erratica.
Pœonia, lege Pęonia, siue Aglaophotis Æliani.
Pogoniæ sunt Castaneæ apud Græcos, quæ barbulas quasdam, siue pilos habent, de quibus in secunda parte Phyt.
Poleata à nonnullis vocatur Polium montanum.
Poleium nonnullis dicitur Dictamnum Creticum: quidam Poleium Martis vocant, quoniam belli tela à vulneribus excutiat.
Polemonium petręum Gesf. lege Lychnis montana viscosa alba.
Polemonij altera species lege Valeriana rubra.
Polemonium Monspeliensium, lege Iasminum luteum vulgò dictum bacciferum.
Polemonium pratense nostrum, siue Polemonia, lege Been album Gesf. Alij Philetериam à certamine, & contentione Regum appellant, vt dictum fuit supra, nam Græcis φιλαίτιος contentiosus, litigiosus, vel ita vocatur, quia contra venena pugnet. Nonnulli verò Chiliodynamin nuncupant, quòd innumeris sit prædita viribus, cum apud Græcos χίλιοι sit mille, δύναμις est potentia, vis, vires, facultas, lege supra.
Polenta est farina hordei aqua perfusa; quamquam ex alijs etiam ipsa conficiatur.
Polyacantha Cordi, lege Calcatreppola, Matth.
Polyacanthos Theoph. lege Aculeosa Gazæ, alijs Erinacea Clusij.
Polyanthemum, Ang. lege Ranunculus auricomus.
Polyanthemum palustre, aut aquaticum, lege Ranunculus in aquis nascens folio parum scisso. Alijs verò Polyanthemon dicitur Millefolium maratriphyllum.
Polyanodynos apud nonnullos est Cicuta, ita nuncupata, eò quia sua vi refrigeratoria efficiat, vt nullus dolor in corpore persentiatur, nam Græcis ὀδύνη est dolor propriè corporis, ἀνώδυνος nullum dolorem sentiens.
Polycarpon Lugd. lege Polygonum minus, Polycarpon Tab.
Polybidion à nonnullis Centaurium maius appellatur.
Policaria, lege Pulicaria.
Polycnemon, Lob. lege Calamintha aquatica, Matth.
Polygala Recentiorum, lege Flos Ambarualis; variat in colore floris, vt dicemus in secundo Tomo partis primæ Phytologiæ.
Polygala altera Bauh. Polygala Valentina Ger. Coronilla siue Colutea minima, Lob.
Polygala nuncupatur, nam credita est lac gignere, in potu enim sumpta lactis abundantiam facit. Græcis πολύγαλον. Coronilla dicitur, quia ex floribus huius herbæ Gentes coronas texunt, lege Flos Ambarualis.
Polygalæ affinis, est Chamęmyrsine quorundam Lugd.
Polygala multorum, lege Onobrychis.
Polygalon Cord. lege Glyzyrrhiza syluestris.

De Polygonato. Synonyma, & Etymum.

Polygonatum Matth. Cast. Lac. vulgare Camer. vulgatius Eyst. Polygonatum maius, Lon. Thal. Ad. Polygonatum latifolium vulgare Clus. hist. Bauh. Polygonatum latifolium Dod. Cord. in Diosc. Fuch. Tab. Lob. Gesf. hor. primum Ger. Sigillum Salomonis, Brunf. latifolium Trag. siue platyphyllum. Frassinella Ang.

Cęs.

Cæſ. Græcis πολυγόνατον. Italis Poligonato.

Polygonatum dicitur, quòd radix multa genicula habeat πολὺς enim Græcis eſt multus, γόνυ genu; hinc Polygonatum, ideſt multa genua habens. [Sigillum Salomonis vocatur, nam in radicibus quædam veſtigia ſigilli inſtar impreſſa apparent: immò, vt aiunt nonnulli, quot annos habet hæc planta tot genicula habet radix, quorum ſingulis eſt impreſſa nota dilapſæ plantæ. [Salomonis verò dictum, quoniam primus hanc herbam inuenit, & eius radices ita inſculptas obſeruauit, annulumque geſtauit ſub cuius ſigillo hæc radix incluſa erat. Alij verò exiſtimant appellatam hanc plantam Sigillum, eò quia ſuggillatis medeatur.

Polygonatum latifolium minus, Tab. Polygonatum latifolium flore maiore odoro, Bauh. Polygonatum ſecundum latiore folio Cluſ. hiſt. Polygonatum flore odoro, vel primum Cluſ. pan.

Polygonatum latifolium primum Cluſ. hiſt. Polygonatum latifolium maximum, Bauh. Polygonatum Pannonicum, Cam. Polygonatum maius, Cluſ. pan. Eyſt.

Polygonatum latifolium Ellebori albi folijs, Bauh. Polygonatum tertium latiore folio Cluſ. hiſt. Polygonatum πλατυφυλλον, vel ſecundum Cluſ. pan. Polygonatum latifolium, Dod. poſt.

Polygonatum latifolium ramoſum Bauh. Polygonatum ramoſum, & acutum Ger. Polygonatum tertium Cluſ. pan. latifolium quartum ramoſum Cluſ. hiſt. Polygonatum latifolium tertium, & quartum, Tab. Polygonato affinis planta Lob. ob. Ruſco affinis tertia Cæſalp. Laurus Alexandrina, Matth. Cam. Dod. gal. Hippogloſſum, Lugd. Cornus Sileſiaca humilis C. Scuuencfelt. [Cornus dicitur propter ſimilitudinem, quam habet cum folijs Cornus arboris.

Polygonatum anguſtifolium, Lugd. Tur. Fuch. Cluſ. pan. vel quintum hiſt. Dod. gal. Eyſt. primum Tab. Polygonatum minus Lon. Ger. folijs Rubiæ Ad. Lob. Polygonatum tenuifolium Cord. hiſt. Cam. Polygonatum alterum, Dod. Polygonatum erectum, Geſ. hor. Polygonatum tenuifolium maius Thal. Polygonato ſimilis in Alpibus, Cæſ. Sigillum Salomonis anguſtifolium, Trag. Polygonatum anguſtifolium non ramoſum Bauh.

Polygonatum anguſtifolium ſecundum, Tab. Polygonatum tenuifolium minus, Thal. Polygonatum quartum anguſtifolium ramoſum, Cluſ. pan. Polygonatum ſextum, ſiue anguſtifolium ſecundum Cluſ. hiſt. Polygonatum anguſtifolium ramoſum, Bauh.

Polygonatum ſpicatum ſterile I. Cornuti, ita nuncupatum, nam flos veluti marcidus fluit, ſicque tota planta ſterileſcit.

Polygonatum ſpicatum fertile Eiuſdem, nam excuſſo flore globuli tenues ſuccedunt.

Polygonatum racemoſum eiuſdem, nam fructus racemum vuæ repræſentat.

Polygonaton, Trag. eſt Vaccaria rubra, & Been album.

Polygonum, lege Oſteocollum Abſyrti; dicitur etiam de Polygono vulgari.

Polygonoides lege Clematis daphnoides maior.

De Polygono . Synonyma, & Etymum.

Polygonum mas, Matth. Dod. Cord. in Diosc. Fuch. Ang. Lugd. Cast. Thal. Cæs. Ges. hor. Polygonum maius, Lon. Tab. Polygonum primum Tur. vulgare, Cam. Polygonum latifolium Bauh. Polygonum masculum, Lac. Trag. Polygonum mas vulgare, Ad. Lob. Ger. Polygonon, siue Polygonaton, & Corrigiola Eric. Cord. Centumnodia Brunf. & Multinodia. Herba Proserpinaca Apuleio. Sanguinalis, & Sanguinaria, Carcinethron, & Geniculata, Alijs.. Seminalis, & Serpinaca Renod. Calligonon Plinij. Græcis πολύγονον. Italis Poligono, & Correggiola.

Polygonum dicitur à copiosis geniculis quibus caules cinguntur, nam Græcis γόνυ est genitura, proles, semen prolificum, idem γόνος: hinc πολύγονος fœcundus, vnde herba sic dicta ob multitudinē seminis, & à copiosis geniculis, seu nodis, quibus caules cinguntur; hinc Centum nodia etiam appellatur, & Geniculata. [Herba Proserpinaca à serpendo mirabiliter vocata, quòd latè serpat, & Serpinaca etiam dicta. Sanguinalis, & Sanguinaria à cohibendo sanguine nominata. Carcinethron verò, quia huius herbæ rami, Cancri instar diuaricati, & in latera dispersi terram apprehendunt. Græcis enim καρκίνος exponitur Cancer. Calligonon etymum, lege suo loco.

Polygonum secundum Tab. an Polygonum masculum fruticosum, Thal. Polygonum breui, angustoque folio Bauh. Polygonum mas minus Ger.

Polygonum marinum, Lob. ob. Cam. ep. & hor. Polygonum tertium in maritimis, Cæs. Polygonum maritimum latifolium Bauh. Polygonum marinum maximum, Ad. Lob. ico.

Polygonum minus polycarpon, Tab. Polygonum minus, seu fœmina, Lob. Polygonon tertium Dod. gal. exiguum Eidem fol. Polygonum angustissimo, & acuto, vel gramineo folio minus repens, Bauh. Polygonum selinoides, siue Knauel, Ger. Polycarpion à feminis copia, Lugd. Saxifraga Anglica, Ad. Lob. ico. Lugd. [Polycarpon dicitur à seminum magna copia, καρπὸς Græcis est fructus, siue semen, πολὺς multus.

Polygonum montanum niueum minimum, Lob. Polygonum montanum, Tab. Ger. Polygonum montanum niueum minimum, & sericeum Lugd. Ad. Polygoni Hispanici genus, Lugd. Polygonum minus candicans, Bauh. an Herba Turca montana Cæs. Paronychia Hispanica, Clus. Hisp. & hist.

Polygonum alterum vermiculato pusillo Serpilli folio, Lob. ico. Ad. Polygonum alterum Serpilli folio Lugd. Polygonum maritimum minus foliolis Serpilli, Bauh.
Polygonum montanum Vermiculatæ folijs, Bauh. Vermiculata montana noua, Col.
Polygono angustissimo folio affinis, lege Hemorrhoidalis.

Polygonum minus, seu Millegrana maior, Bauh. Polygonum minus, Matth. Cast. Polygoni genus Herniaria appellata, Clus. Hist. Herba Turca Lob. Cæs. Herba Cancri minor, Cord. Herniaria, Dod. Lugd. Ges. hor. Cam. Tab. Thal. Ger. Herniaria multigrana Serpillifolia, Ad. Lithontribon Alijs. Millegrana, Cord. hist. Epipactis Ang. Empetrum, Trag. Lon. Seminalis nonnullis.

Polygoni etymum, lege supra; Millegrana, & Multigrana appellatur à magna seminis

minis copia, cum tota planta femine copiosissimo sit referta, itaut nil nisi semina conspiciantur: ideò seminalis etiam dicta. Herba Turca fortè etiam nominatur ob fœcunditatem seminis, nam sicuti nulla Gens, siue Natio tam grandis, populosa, & fœcunda, quam Turcica inuenitur: itaut ob Populi multitudinem innumerabiles credantur; sic nulla herba reperitur, quæ tam copiosa producat semina, itavt innumera videantur, quam hæc Millegrana appellata. Herniaria verò dicta, quòd Herniæ medeatur, nam semen potui datum ad Enterocelas præstat. Lithontribon vocatur, à facultate frangendi calculos, nam vniuersæ plantæ pulnis ex vino haustus, non solum vrinam cit, sed calculos frangit. Græcis enim λίθος est lapis, τρίβω verò est tero, contero, comminuo. Herbæ Cancri etymum, lege supra Heliotropium maius. Aliorum nominum etyma, lege suo loco.

Polygonum minimum, siue Millegrana minima Bauh. Millegrana minima Lob. ico. Herniaria altera Thal.

Polygonum bacciferum Scandens, lege Anabasis, siue Ephedra.

Polygonum bacciferum maritimum maius, siue Vua maritima maior Bauh. Polygonum marinum primum, siue cocciferum primum, Tab. Polygonum quartum Plinij maius, Clus. hist. Tragos, siue Vua Marina marina maior, Lob. Vua marina, Dod. Græcis τράγος, & τραγανος. Vua marina dicitur, quia fructus è pluribus minutis acinis est congestus instar vuæ. Traganos non ab hirco aut ab eius viroso odore dicitur, sed quia fructum ferat esui aptum, & cibo idoneum à verbo τρώγω comedo: vnde Traganos, quasi edulem dicas, hinc τραγήματα idest bellaria nomen accepere.

Polygonum maritimum bacciferum minus, Polygonum quartum Plinij minus, Androsace fortè Bellonij, Clus. hist. Polygonum marinum secundum, Tab. Croton Nicandri, Ang. Equisetum quartum Matth. Lugd. Equiseti facie racemosa planta, Ad. Tragus siue Scorpius maritimus Dalech. Lugd. Tragos Ruelij Tragium Ges. hor. Tragum Vua marina, Cam. Vua marina Monspel. Tab. Lob. Vua marina quarta, vel minor, Ger. an Osteocollon Hieroclis, & Absyrti, Lugd. Croton sic dictum fuit à nonnullis, quoniam fert semen κρότωνι animali simile. Aliorum nominum etyma, lege suo loco.

Polygonum Selinoides Park. lege Perchepier Anglorum.

Polygonum fœmina, Matth. lege Equisetum palustre breuioribus folijs.

Polygonum hederaceum Colum. lege Conuoluulus minor semine triangulo.

Polygonum masculum fruticosum, lege Sedum minus fruticosum.

Polygonum quartum Plinij quibusdam, lege Casia Poetica Monspeliensium.

Polyhydion nonnullis est Centaurium maius, sed inter spurias voces recensetur. Alijs verò est Staphisagria.

Polyneuron est Plantago plures habens neruos.

De Polypodio. Synonyma, & Etymum.

Polypodium, Matth. Tab. Ger. Cam. Cast. Cæs. Trag. Fuch. Ang. Brunf. Ges. hor. Tur. Ad. Lon. Lob. cui, & Herba radioli Apulei. Polypodium primum Lugd. Polypodium vulgare Bauh. Polypodium maius Dod. Filipendula nonnullorum, & Filix querna. Dendropteris Renod. Græcis πολυπόδιον. Italis Polipodio.

Polypodium dicitur à radice, quæ tubercula, cirros, & acetabula Polyporum modum imitantia, habet: ideò Polypodium vocatur, quasi multipes, nam Græcis πόλυς est multus πόδιον pediculus, seu pediolus. [Filicula nominatur, nam similis est Filici in folijs: querna verò, quòd ex ligno quercus facta sit, vel quercui

 adna-

adnascitur: vnde Dendropteris dicta, idest Filix arborea, cum Græcis δένδρος sit arbor, & πτέρις Filix.

Polypodium alterum Matth. Lac. Lugd. primum Tab. Polypodium quercinum, Ger. Polypodium minus Bauh. Polypodium minus Dod.

Polypodium Indicum Clus. exot. Polypodium exoticum folijs quercus.

Polypodium Iluense Lugd. lege Lonchitis folio Ceterach.

Polypodium marinum Imper. est Muscus maritimus Adianto similis alter Bauh.

Polypremon Cassiani, lege Album olus, Dod.

Polyrrhizos latifolia, Lugd. Caryophyllara alpina quinquefolia, Tab. Caryophyllata alpina pentaphyllæa Lob. ico. Ad. Ger. Caryophyllata alpina quinquefolia, Bauh. Caryophyllata montana, Cast. [Polyrrhizos dicitur à radicum multitudine, radice enim est multiplici, Græcis ῥίζα est radix πόλυς multus. Polyrrhizos alijs est Prouincæ species, accomodatur tamen hoc nomen varijs herbis multis radicibus præditis.

Polyrrhizos Plinij Dalechampij, Lugd. an Elleborinæ nigræ species.

Polyspermon, Lob. Tab. Polysporon Cassiani Lugd. Ang. Atriplex syluestris, siue Polyspermon Ger. Blitum polyspermon à seminis copia Bauh. lege supra Blitum album maius.

Polytricha Bellonio, est Asparagus syluestris spinosus Ger. Asparagus syluestris tertius, Dod. Asparagus aculeatus spinis horridus Bauh. Asparagi Theophrasti cui spina pro folio. Corruda Hispanica altera, Tab. ico. Corruda tertia Clus. hisp. & hist. Lob. Tab. Lugd. Polytricha dicitur à multitudine foliorum capillorum instar subtilium.

De Polytricho. Synonyma, & Etymum.

Polytrichum aureum maius, Bauh. Polytrichum Apulei maius Fuch. Polytrichum maius, Trag. Polytrichum aureum, Dod. gal. maius Lugd. Adiantum aureum, Taber. rubrum. Lon. Adiantum ἄφυλλον, ἄφυλλον maius, Thal. Adiantum chrysostichon Herbar. Muscus saxatilis, aut syluestris Trag. Muscus capillaris Ger. Muscus primus terrestris, Tragi Lugd. Græcis πολύτριχον. Saxifraga minor prima Brunf. Italis Politrico, & Museo aureo.

Polytrichum dicitur à ramulis, qui capillorum modò tenues sunt subtiles, & multi, vel etiam quod pilos augeat, & multos producat; aureum verò à colore aureo. Ideò Callitrichum dictum, quasi pulchricomum Renod. Pharmac. πόλυς enim Græcis est multus, & τρίχιον capillus, idest multos habens capillos. Chrysostichon verò à colore aureo, nam χρύσος apud Græcos est aurum.

Polytrichum aureum medium, Bauh. Polytrichum Apulei aureum, vel secundum, Lon. Polytrichum nobile, vel primum Trago. Adiantum aureum minus, Tab. Adiantum ἄφυλλον medium, Thal. Herbula gramini similis in parietibus maior, & minor, Cæs. Muscus capillaris, Dod. minor, Ger.

Polytrichum aureum minus Bauh. Lugdon. Dod. gal. Polytrichum aureum tertium Lon. Polytrichum minus, Trag. Apulei minus Fuch. Adiantum ἄφυλλον minus, Thal. Capillus Veneris Brunf. Muscus quidam in parietibus, & tegulis, Cæs. Musci capillaris altera species, Dod. Aphyllon dicitur, idest sine folijs, nam φύλλον Græcis est folium, alpha verò ante est particula priuatiua.

Polytrichum Apuleij album, lege Ros Solis folio oblongo.

Poly-

Polytrichum Officinarum, lege Trichomanes.
Polytmetum, Gef. lege Apium montanum folio ampliore.

De Polio. Synonyma, & Etymum.

Polium montanum, Lob. Ger. Ang. Tab. Polium montanum primum Cluf. hifp. & hift. Polium alterum, feu paruum Dod. gal. Polium montanum album, Bauh. Polium montanum alterum, Cæf. Polium minus, & mediterraneum, Ad. Polium tenuius, & fecundum Dod. an Polium minus Cord. in Diofc. & hift. Tinearia Scribonij Largi. Græcis πόλιον. Italis Polio.

Polium dicitur propter canitiem, fiue albedinem, quæ in capitulis, & folijs apparet, πολιὸς namque Græcis eft canus, albus, & candidus. Tinearia verò, quia bonum eft Polium aduerfus tineas, quæ in veftibus infunt, amarum enim eft, & grauiter olens.

Polium luteum, Lob. Cluf. pan. Ad. Lugd. Polium montanum luteum Tab. Bauh. Ger. Polium tertium Cluf. hifp. montanum tertium Eidem hift. Polium Dod. ico. Tur.

Polium recentiorum fœmina Lauandulæ folio Lob. Ad. Polium folijs, & facie Lauandulæ Eyft. Polium Lauandulæ folio, Bauh. Polium maius, Cord. hift. campeftre, Lon. Polium Pannonicum primum, vel maius, Cluf. pan. Polium alterum Matth. Lac. Cam. Lugd. Ger. hor. Polium feptimum flore albo, Cluf. hift.

Polium montanum fupinum minimum, Lob. Lugd. Polium montanum minimum, Tab. Ger. Polium quartum, & repens, Dod. Polium montanum tertium, Cæf. Polium montanum repens Bauh. Polium fextum Cluf. hifp. montanum octauum Eidem hift. & Pannonicum minus Eidem Pan.

Polium maritimum erectum Monfpeliacum, Bauh. Polium primum fiue montanum Diofc. Gef. hor. Polium primum Matth. defc. at fecundum ico. Cluf. hifp. Polium Lac. Matth. Lugd. Origani tertia fpecies Diofc. nonnullis.

Polium montanum purpureum, Lob. Ger. Tab. quintum purpureum Cluf. hift. Polium Venetum, Ad. Polium primum Dod. gal. Polium montanum, Caft. Cæf. Polium maritimum fupinum Venetum, Bauh. Polium repens tertium Dod. ico. at quartum Defc. Polium quartum Cluf. Hifp. Lugd. Origanum tertium genuinum Diofcoridis, Alijs. Hyfopus Apulus Diofc. & Serapionis, Col.

Polium erectum Creticum, & fortè frutefcens, Diofc. Ponæ. Polium anguftifolium Creticum, Bauh,

Polium Gnaphaloides P. Alpini, ita nuncupatum, quia tota planta tomentofa eft, candida, atque maximè mollis, veluti Gnaphalium.

Polium Theoph. Diofc. & Arabum, Col. eft Abrotonum fœmina Matth. & aliorum.
Polio affinis Guacatane Pilofellæ comparare poffumus Trag. lege Guacatane Monard.
Pollen, eft purifsima Tritici farina, flos verò eft farina candidioris Tritici.
Pomponiana Pyra, lege Pyrus in fecunda parte Phyt.
Pomum mirabile, & Pomum Hierofolymitanum lege Balfamina repens.

Pomum

Pomum Adami, siue Assyrium, lege Malus Assyria in secunda parte Phyt.
Poma Paradisi sunt fructus Palmæ Pumilis, de quibus in secunda parte Phyt.
Pomum amoris, & Pomum aureum, lege Aurea mala Dod. Pomum dicitur à figura fructus pomo similis.
Pomum terræ nonnullis, est Panis porcinus, siue Arthanita, eò quia radix instar pomi sit effigiata.
Pomum Hiericontium Imper. est Solanum Spinosum fructu rotundo, Bauh.
Pomum spinosum, lege Barycoccalon, siue Solanum pomo spinoso.
Pomus arbor, Pomum fructus, de ijs erit sermo in secunda parte Phyt.
Poncires Gallis sunt Poma Adami; lege Malus Adami, siue Assyria in secunda parte Phytol.
Pontica nux, lege Corylus in secunda parte Phytol.
Pontica radix, & Ponticum Rha, lege Rhaponticum.
Ponticum Tridentinum, Herbariorum, Lob. est Absynthium tenuifolium albicans.
Populago, Tab. lege Caltha palustris flore simplici.
Populago Alijs, lege Tussilago, Matthioli.
Populus arbor, Albarus Pet. Cresc. eiusque variæ species in secunda parte Phytol. erunt recensendæ.
Porcellata, & Porcellana, lege Portulaca.
Porcellia, lege Cichorium syluestre, Dod.
Pori Corallo affines, plantæ marinæ dicuntur: equidem lapides hi substantia sunt Coralljs proximi, & potissimum porositate, vnde nomen habent; hinc Porus tubularis, & Porus anguinus, quòd exuuijs serpentum similis sit.
Porosa, lege Hypericum vulgare, eò quia folia Soli obiecta innumeris foraminibus scatere videntur, veluti meatus cutis per quos sudor erumpit, & pili exeunt: vnde Porosa dicta.
Porrago à nonnullis dicitur Borrago, sed nomen est spurium.
Porrion quibusdam est Cepa agraria syluestris, siue Bulbus syluestris, ita nuncupatus, quòd radice, & folijs Porrum imitetur.

De Porro. Synonyma, & Etymum.

Porrum commune, Matth. Lug. vulgare Lob. Porrum capitatum vulgare, Cam. Porrum commune capitatum, Bauh. Porrum capitatum Fuch. Tur. Porrum, Dod. Brunf. Cord. in Diosc. Cast. Ges. hor. Cæs. Græcis πράσον. Italis Porro.
Porrum dicitur, quòd porrò eat, & longè, lateque grassetur, πράσον à πρασιά, idest areola quadrata in hortis, in quibus ita accomodatis Porrum plantari solet. Capitatum verò vocatur, quòd in caput accrescat.

Porrum sectiuum capitatum, Matth. & sectile Lugd. Lac. Porrum sectiuum latifolium, Bauh. Porrum tonsile, siue sectile, Cam. Porrum sectiuum Plinio, Dod. Ces. Porrum tonsile, & capitatum Lob. Græcis κεφαλωτόν.
Porrum sectiuum dicitur quòd frondentem comam solo tenùs amputari solet, & Tonsile, quòd tonsum, ac in orbem, & comam putatum est. Cephaloton verò, idest capitatum, cum Græcis κεφαλὴ sit caput.

Porrum sectile, & sectiuum, Matth. Porrum sectiuum iuncifolium, Bauh. Porrum sectiuum Lon. Lugd. Fuch. Trag. Ges. hor. Porro tonsili cognatum, Cam. Cepa Fissilis, & Gethion Tur. Cepa Ascalonia, Matth. desc. Ger. Gethyllis, quam Ceparum genus Nicandri Scholiastes dicit, Ges. hor. Schœnopraſum, Dod. Lob.

Tab.

Tab. [Gethium dicitur ideſt papilla terrræ ob ſimilitudinem, quam habet cum papillis mammarum, γαῖα enim Græcis eſt terra, tellus, θηλὴ verò eſt papilla mammæ, ſeu vberis apex. Maius Gethium Geſnero, minus verò Gethyllis nominatur. [Schœnopraſum vocarunt, quoniam ex Iunco, & Porro ſit compoſitum, cum ſit Iunci folijs, nam Græcis, σχοῖνος eſt Iuncus, πράσον verò Porrum. Aliorum nominum etyma lege ſuo loco.

Porrum vineale, ſiue ſylueſtre vinearum, Bauh. Ampelopraſum Matth. Ang. Lugd. Geſ. hor. Ruel. Ama. Nonnullis Porrum vitium, aut vitigneum à loco natali dictum, nam Vineale dicitur, quod in vineis frequenter oriatur. Ampelopraſum ſimiliter nuncupatum propter eamdem rationem, quoniam Græcis ἄμπελος eſt vitis, & πράσον Porrum.

Porrum ſylueſtre primum, Tab. Porrum ſylueſtre gemino capite, Bauh. Ampelopraſon, ſeu Porrum ſylueſtre Lob. Lugd.
Porrum ſylueſtre inodorum, Bauh. Porro ſimile, exilius, & inodorum Lob.
Porrum Turcicum, lege Allioporrum.
Porrum Syriacum, Tab. Porrum folio latiſsimo, Bauh.
Porteutilla Tab. ſiue Potentilla, lege Anſerina.

De Portulaca. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Portulaca eſt arbor, & eſt etiam herba; ſed re vera, herba quidem vſitato nomine Portulaca vocatur, arbor verò Potulaca appellatur, vt inquit Gaza.
Portulaca domeſtica, Matth. Lob. Tab. Ad. Caſt. Ger. Portulaca maior, Cam. hortenſis, Ger. hor. Portulaca hortenſis Brunf. deſ. Trag. Dod. gal. Fuch. Portulaca latioribus folijs Cæſ. Portulaca latifolia, ſeu ſatiua Bauh. Portulaca Cord. in Dioſc. Lon. ſatiua Ang. Cord. hiſt. Lugd. Eyſt. Græcis ἀνδράχνη, & γλιςρίδα, Italis Porcellana, & Porcacchia.
Portulaca dicitur Latinis, quaſi Porcellaca nomine à Porcis impoſito, quia Porcelli, nimirum Sues libenter hoc olere veſcuntur, & quia cum ſit folio craſſo, & coloris porcini Porcellana, & Porcellina appellatur, & in cænoſis, & ſtercoratis locis ſeri deſiderat, pinguibus læxiſque delectatur. [Alij verò Portulacam quaſi Portulatam, quòd folijs portulas imitetur, portulaſque habere videatur. Vel quaſi Portulachanum, ideſt Olus eorum, qui veniuut in Portum, cum inibi frequenter oriatur, & ſponte creſcat in locis maritimis, præcipuè Portulaca ſylueſtris, λάχανον enim Græcis eſt olus. [Andrachne vocatur fortè, nam Græcis ἄχνη eſt gluma, vel folliculus grani tritici, cuius figuram folium Portulacæ imitatur ἀνδρεῖος eſt fortis, & quoniam gluma eſt tenuis, & folium Portulacæ eſt valdè craſſum: hinc ἀνδράχνη, ideſt fortis gluma. Vel ἀνδράχνη appellatur, quaſi gluma hominis; nam veluti ſpicarum inuolucra ad hyememm pro cibo belluarum ſeruantur, pariter Portulacam paſsim naſcentem Ruricolæ olim partim elixatam comedebant, & partim ſiccatam, vel ſale, & aceto conditam ad hyemem ſeruabant. [Gliſrida, dicta, eò quia tota planta eſt craſſa, lenta, viſcoſa, glutinoſa, & ſucco plena, nam apud Græcos γλίσχρος eſt lentus, viſcoſus, tenax, glutinoſus.

Portulaca ſylueſtris, Matth. Ang. Fuch. Dod. Lob. Ger. Caſt. Lugd. Ad. Trag. Portulaca ſponte naſcens, Cord. hiſt. Portulaca anguſtioribus folijs, Cæſ. Portulaca anguſtifolia, ſiue ſylueſtris Bauh. Portulaca aruenſis, Tab. Portulaca minor, Geſ. hor. Cam.

Por-

Portulaca exigua, Cam. Portulaca aruensis, Bauh.
Portulaca marina fruticosa Alijs, est Halimus.
Portulaca aquatica nonnullorum, est Alsine palustris.
Posca, vel Phusca potio est ex aquæ, acetique mixtura temperata, vt dicemus in secunda parte Phyt. Cap. de Vite vinifera.
Potamantis herba, qua pota homines fiunt lymphatici, Plinius. Sed quid?

De Potamogetone. Synonyma, & Etymum.

Potamogeton, Matth. Tab. Cæs. Cast. Ang. Trag. Fuch. Lon. Lugd. & aliorum; Potamogeton λειόφυλλον Thal. Potamogeton latifolium Ger. Potamogetoni similis rotundiore folio, Cord. in Diosc. Fontanalis aliquibus. Græcis ποταμογεῖτων. Italis Potamogeto.

Potamogeton dicitur, quasi fluminibus vicina, cum in palustribus, & aquosis locis nascatur: ποταμὸς enim Græcis est flumen γείτων verò vicinus. [Liophyllon vocatur, idest leuia habens folia; nam apud. Græcos λεῖος est leuis φύλλον verò folium.

Potamogeton Salicis folio, Bauh. Potamogeton angustifolium, Tab. Ger. Potamogeton, siue Stachytes fontalis, & spicata Lob. ico Ad. Potamogeton, seu fontalis Persicariæ folijs Io. Bauh. Potamogeton ἰτεόφυλλον, Thal. Potamogeton, Dod. Potamogeton secundum Dalechampij, Lugd. Phyllitis lacustris, Cord. hist. [Iteophyllon dicitur idest habens folia Salicis, nam Græcis ἰτέα est Salix.

Potamogeton longo serrato folio, Bauh. Oxylapathum aquaticum, Lugd. Lapathi genus syluestre Ges. hor. Lapathum fluitans longo serrato folio Io. Bauh.

Potamogeton altera, Dod. Potamogeton folijs latis splendentibus Bauh. Potamogeton perfoliatum, Alijs. Potamogeton μαλαχόφυλλον Thal. ideſt habens folia lata Maluæ folijs similia, nam Græcis μαλάχη est malua.
Potamogeton folijs crispis, seu crispum, & fimbriatum, lege Alga secunda Tragi.
Potamogeton ramosum angustifolium, Bauh. Tribulus aquaticus minimus nonnullis.
Potamogeton gramineum ramosum, Bauh. Fontilapathum gramineum. Alijs.
Potamogeton Castoris apud Plinium, lege Millefolium aquaticum, seu Viola aquatica.
Potates, & Potate, lege Batatas.
Potentilla Herbariorum, lege Anserina Tragi, siue Argentina.
Potentilla prima, Ang. lege Vlmaria.
Potentilla secunda, lege Barba Capræ floribus oblongis.

De Poterio. Synonyma, & Etymum.

Poterium, Matth. Tab. Cast. Lugd. Ger. Neurada Alijs, & Phrynion. Spina hirci minor Aliquibus. Tragacanthæ affinis lanuginosa, siue Poterium, Bauh. Tragacanthæ primum genus Rauuolf. & Lugd. ap. Tragacantha altera fortè Poterium, Clus. hisp. & hist. Lob. Lugd. Tab. Græcis ποτήριον, & νευράς. Italis Poterio.
Poterium dicitur fortè à verbo πίνω bibo, ποτήριον poculum. Item canalis, seu piscina: hinc herba ita dicta, quia in piscinis, & locis paludosis nascatur, quasi potrix

trix herba. [νευρὰς dicta, nam νεῦρον est neruus, quòd neruis amica sit, & in neruis dissectis glutinandis sit vtilis. [Phrynion vocatur, quod aduersus rubetas sit auxilio, φρῦνος enim Græcis est Rubeta venenosa. Tragacantha appellata, ideſt Hirci spina, nam Grçcis τράγος est Hircus, ἄκανθα verò est Spina, fortè quia cum tota planta tenui lanosaque lanugine obducatur ad instar Hirci, postea sit spinis horrida, ideò spina Hirci nominatur.

Poterio affinis folijs Pimpinellæ lege Bellan. Rauuolf.

Pothel Theueti, Lugd. est arbor de qua in secunda parte Phyt.

Pothos album nonnullis dicitur Iasminum album.

Pothos flos nonnullis, est Lychnis hirsuta flore coccineo.

Pothos Theophrasti Alijs, lege Conuoluulus cæruleus hederaceo angulofo folio.

Potulaca arbor, de qua in secunda Parte Phytol.

Prasium, lege Marrubium, Matth. Prasium fœtidum, lege Ballote.

Prason, lege Porrum commune, & est species quædam Phucus fruticis marini.

Pratellum est Melilotus Syriaca odorata.

Præciæ vuæ dicuntur, quæ ante alias maturescunt, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Præmorsa, lege Morsus Diaboli, siue Succisa.

Prænestina nux, lege Corylus in secunda parte Phyt.

Præsepium, nonnullis, dicitur Atractylis, sed inter nothas voces recensetur.

Priapeia, Italis, lege Nicotiana minor.

Primitiæ sunt primi fructus plantarum, & apud Antiquos Dijs consecrabantur, vt videlicet in proximum annum augerent arborum fœturam.

Primula Veris Matth. Lugd. lege Alisma Pratorum, Col.

Primula Veris altera, Matth. Lugd. Primula veris pallido flore elatior, Clus. hist. Primula veris Paralysis syluestris, Thal. Primula veris maior floribus albis inodoris, Dod. Ger. Primula pratensis inodora luteo pallida, Lob. Primula syluestris tertia, Tab. Primula pratensis pallida, Ad. Primula veris caulifera pallido flore inodoro, Io. Bauh. Herba Paralysis alba Brunf. Verbasculum album, Dod. gal. Verbasculum pratense, vel syluaticum inodorum Bauh. Verbasculum non odoratum, Fuch. Nominum etyma, lege Alisma Pratorum, Col.

Primula syluarum, Lob. Ad. Lugd. Primula veris Pallido flore humilis, Clus. hist. Primula Veris syluestris flore pallido Eyst. Primula syluestris secunda, Tab. Alisma syluarum, Col. Arthritica caule exiguo, vel nullo, Cam. Arthriticç species flore singulari, Ges. hor. Herba Paralysis, Cæs. Verbasculum minus, Dod. gal. Verbasculum syluarum maius singulari flore Bauh. syluarum. Primula alba, Ad.

Primula Veris montana incana lutea, Bauh. Paralytica rotundifolia montana, Col.

Primula hortensis Anglica flore pleno, Lob. Ad. Lugd. Ger. Primula veris Anglicana flore pleno Eyst. Primulæ veris flos multiplex, Dod. multiflora, Tab Arthritica pleno flore, Cam. Arthriticę genus Dasypodium, siue densifolium Ges. hor. Verbasculum hortense multiplex Bauh. [Dasypodij etymum, lege supra suo loco.

Primula veris syluarum flore pleno speciofo, Lob. ico. Ad. Eyst. Primula veris multiflora syluestris, Tab. Veris flore pleno, Ger. Primula veris syluarum flore multiplici, Lugd. Verbasculum syluestre magno plenoque flore, Bauh.

Primula sylvarum floribus obscurè virentibus fimbriatis, Lob. Ad. Lugd. Primula sylvestris flore viridi Tab. Ger. Primulę veris minoris altera species, Dod. Verbasculum sylvestre minus singulari flore, Bauh.

Primula veris flore gemino, altero alteri innato, Lob. Lugd. Primula veris flore geminato, Eyst. Ger. Primula veris prolifera, Tab. Verbasculum proliferum, Bauh.

Primula veris flore rubro, Clus. pan. & hist. Primula veris angustifolia rubra, & alba, Eyst. Primula alpina media Tab. Arthritica flore purpureo, Cam. Sanicula alpina minor, siue media, Lob. Lugd. Verbasculum vmbellatum alpinum minus, Bauh. Verbasculus alpinus, siue cæruleus, Lugd.

Primula veris albo flore, Clus. pan. & hist. Ger. Primula alpina angustifolia, Tab. Paralytica alpina, Sanicula angustifolia maior, Lob. Lugd. Verbasculum alpinum vmbellatum maius, Bauh. Paralyticæ etymum, lege supra Alisma pratorum, Col.

Primula veris pachyphyllos, lege Auricula Vrsi, Dod.

Primula veris Trag. & Cæs. est Bellis hortensis multiplici flore Lob.

Præcocia sunt mala Armeniaca, de quibus in secunda parte Phytol.

Prinos Theoph. lege Ilex aculeata in secunda Parte Phytologiæ.

Prisa, apud Tartaros est potus ex Milio paratus, quem Prisa vocant.

Procura Valesianorum est Lichen Dioscoridis, & Plinij alterum, Col.

Prodromi dicuntur Fici præcoces, quasi præcursores reliquarumque maturitatem præuertentes, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Prometheus flos, vel Herba Promethea, quę ad dirimendas amicitias efficax esse credebatur Propert. lib. 1. sed quid?

Propago dicitur Vitis vetula depressa, atque in terram per inflexos artus submersa, vt ex vna plures emergant, dicta quòd porrò pangatur, idest figatur, & vt latiùs in secunda parte Phyt. Cap. de Vite.

Propolis non est planta, sed est cerosa materia, quæ in aluearijs præ foribus reperitur, seu præ spiraculis, vbi intrandi, exeundique apibus patet adytus.

Proserpinaca, lege Polygonum mas.

Prosopion, & Prosopis, lege supra Arcium, siue Arction προσωπεῖον, & προσωπὶς apud Græcos est Persona, & Larua.

Protomedia Plinij, nonnullis est Pimpinella, cum dicat, quoniam vino mirè conuenit.

Prouinca vulgò, lege Clematis daphnoides.

Prunella vulgaris, & Pruneola Officinarum, lege Brunella.

Prunella cærulea altera, vel tertia Tragi, est Prunella grandiflora, Cam. Prunella prima, & maior Clus. pan. & hist. Prunella cærulea magno flore Bauh. Eyst.

Prunellus, & Prunulus, lege Prunus sylvestris in secunda parte Phyt.

Prunus, eiusque species, in secunda parte Phytologiæ erunt recensendæ.

Pruna insana spinosa, de ijs erit sermo in secunda parte Phyt.

Pseudoacorus cæruleus, Tragi Lugd. est Iris pratensis angustifolia humilior.

Pseudoagnos, idest Vitex falsa, lege Vitex in secunda parte Phytol.

Pseudoamomum Ges. & Amomum falsum, lege Grossolaria in secunda parte Phyt.

Pseudoambrosia, lege Ambrosia spontanea, siue campestris repens.

Pseudoanchusa, est Anchusa lutea minor.

Pseudoapios Matth. lege Astragalus aruensis.

Pseudoapocynon Aliquibus est Noli-me-tangere, siue Persicaria siliquosa.

Pseu-

Pseudoasphodelus palustris, lege Asphodelus luteus palustris.
Pseudoasphodelus pumilio, folio Iridis, Clus. pan. vel secundus Eidem hist. Pseudoasphodelus alpinus Bauh.
Pseudoasphodelus palustris Scoticus Bauh. Asphodelus Lancastriæ, Ger. Asphodelus minimus Noruegicus luteus palustris Scoticus, & Lancastriensis, Lob. aduers, par. 2.
Pseudobunias, lege Barbarea, Dod.
Pseudocapsicum Dod. lege Solanum arborescens.
Pseudochamæbuxus, lege Chamæbuxus in secunda parte Phyt.
Pseudochamędrys, lege Veronica supina facie Teucrij pratensis.
Pseudochina radix ex Virginea, Clus. exot. est China spuria nodosa Bauh.
Pseudocinamomum, lege Xylocassia, in secunda parte Phyt.
Pseudocyperus, Lob. ico. Dod. Gel. hor. Pseudocyperus ὀλιγόκαρπος Thal. Gramen cyperoides spica pendula breuiore Bauh. Gramen aquaticum, Lugd. [Oligocarpos dicitur idest habens paruum, & exilem fructum, nam Græcis ὀλιγὸς est paruus, exilis, καρπὸς verò fructus.
Pseudocyperus πολύκαρπος, Thal. Gramen cyperoides miliaceum Bauh. Cyperus graminea Lob. ico. Ad. Iuncus latus, Lugd. [Polycarpos dicitur, idest multiplicem fructum habens, nam πολὺς est multus.
Pseudocypirus nonnullorum est Gladiolus vulgaris.
Pseudocytisus, lege Cytisus in secunda parte Phytolog.
Pseudoclinopodium, lege Clinopodium, aut lectipes Ad.
Pseudocolocynthis pyriformis, lege Colocynthis turbinata.
Pseudocolocynthis pomiformis, lege Colocynthis pomiformis.
Pseudocoronopus, lege Coronopus, Matth.

De Pseudocosto Matth. Synonyma, & Etymum.

Pseudocostus, Matth. Lugd. Panaces costinum, & Costus Illyricus, Tab. Panax Chironium Theoph. Cam. Panax costinum Bauh. Costus Matth. Lon. vulgaris, Cam. ep. Costus spurius Matthioli Lob. ob. Cam. Herba Costa, Cæs. Ferula Sagapenifera quorundam. Italis Pseudocosto.
Pseudocostus dicitur, nimirum Costus falsus. Panacis, & Costi etymum, lege suo loco.
Pseudocrania Cordi, quæ nam sit arbor in secunda parte Phyt. manifestabimus.
Pseudodictamnum, lege Dictamnum falsum.
Pseudoelleborum, lege Helleborus niger Buphtalmi flore.
Pseudohepatorium mas, lege Eupatorium cannabinum vulgare.
Pseudohermodactylus, lege Dens canis, siue caninus.


De Pseudohyacintho comoso. Synonyma, & Etymum.

Pseudohyacinthus comosus. Hyacinthus cupressinus dictus Bononiensibus. Hyacinthus Sannesius paniculosa coma Col. Hyacinthus comosus florum panicula. Sannesius dictus quod primum Romæ in Sannesiæ domus horto vitales habuit auras, vt inquit Columna. Pseudohyacinthus appellare libuit, nam præter ramulos è cælesti colore in purpuram inclinantes, & folia, nil cum Hyacintho comoso commune habet, nam flores nullatenus Hyacintho comoso similes producit; flosculos tamen capillamenti modo tenues, tenerrimos, & fragiles gignit, ac instar Cupressus in fastigium assurgit, vt in sequenti icone apparet, & vt diffusius

 agemus

PSEVDO-HYACINTHVS COMOSVS,

Cupressinus Hyacinthus dictus



agemus in secundo Tomo partis primæ Phytologiæ, quando descriptionem, & historiam exponemus.
Pseudoiris, Dod. est Acorus adulterinus.
Pseudoleontopodium, Matth. lege Gnaphalium maius angusto oblongo folio.
Pseudolotus, lege Lotus arbor in secunda parte Phytol.
Pseudolinum, Cast. est Gramen tomentosum panicula sparsa.
Pseudoligustrum est arbor, de qua in secunda parte Phytolog.
Pseudolysimachium purpureum, lege Lysimachia siliquosa glabra.
Pseudolysimachium purpureum minus, lege Lysimachia Chamænerion dicta angustifolia.
Pseudolonchitis aspera, lege Lonchitis folio Ceterach.
Pseudomelanthium, lege Githago Rosæ marianæ genus.
Pseudomelilotus, lege Lotus pentaphyllos.
Pseudomyagrum, lege Myagrum.
Pseudomyrtus Myrto admodum similis, vt dicemus in secunda parte Phyt.
Pseudomoly, lege Statice altera, siue Caryophyllus montanus minor.
Pseudonardus Matth. lege Lauandula maior.

De Pseudonarcisso. Synonyma, & Etymum.

Pseudonarcissus vulgaris, Clus. hist. Pseudonarcissus Anglicus, & Hispanicus, Ger. Pseudonarcissus luteus, Tab. Eyst. Pseudonarcissus minor Germanicus, Suuer. Narcissus totus luteus montanus, Theoph. Lob. Narcissus luteus syluestris, Dod. Lugd. Narcissus calyce prælongo angulo so, Cæs. Narcissus luteus Trag. Ges. hor. Narcissus syluestris pallidus calyce luteo Bauh. Bulbus syluestris, & Codiaminum Ges. hor. βολβοκώδιον Theoph. Codiaminum Gaza vertit. Codianum, vel Codiaminum flore Codij, ideft Campanulæ. Italis Trombone.
Pseudonarcissus dicitur, quia quodammodo formam Narcissi repræsentat, & illi assimilatur, ideo Pseudonarcissus vocatur, ideft falsus Narcissus. Codiaminum appellatur, eò quia bis quot annis floret, Vere, & Autumno, Æstates, atque Hyemes fugiens; sicuti bis in anno nempe Vere, & Autumno potissimum illis mensibus ex ouibus velli solitã est Lana, nam Græcis κώδιον est ouium vellus, μὴν verò est mensis. Huius Pseudonarcissi multæ obseruantur differentiæ in floribus, & folijs, de quibus in secundo Tomo partis primæ Phytol. erit sermo.

Pseudonarcissus maior, Clus. hisp. & hist. Narcissus totus luteus montanus, Theophrasti. Hispanicus Lob. Narcissus maior totus luteus calyce prælongo, Bauh. Narcissus totus luteus montanus maior Eyst. Narcisus syluestris alter, Dod.

Pseudonarcisus minor Hispanicus latifolius Clus. hist. Narcissus Hispanicus flore luteo pumilus Suuer. Narcissus paruus totus luteus, Bauh. Narcisus totus luteus montanus minimus, Eyst.

Pseudonarcissus albo flore Clus. hist. totus albus Eyst. Narcissus oblonga tuba totus albus Suuer. Narcissus albo oblongo calyce, Bauh.

Pseudonarcissus flore albo tuba oblonga, fimbrijs luteis Suuer. Narcissus albus fimbria lutea, Bauh.

Pseudonarcissus iuncifolius primus, Clus. hist. & iunceis folijs Eidem cur. post. Nar-
cissus

cissus Iuncifolius flore luteo reflexo Suuer. Narcissus montanus iuncifolius calyce flauo, Bauh. Narcissus montanus iuncifolius minimus Lob. Lugd.

Pseudonarcissus iuncifolius secundus flauo flore Clus. hist. Pseudonarcissus iuncifolius Eyst. Narcissus montanus iuncifolius minimus alter flore fimbriato Bauh. Narcissus montanus iuncifolius minimus alter flore luteo fimbriato, Lob. Lugd.

Pseudonarcissus iuncifolius tertius albo flore Clus. hist. Narcissus montanus albus minimus, Bauh. Narcissus omnium minimus montanus albus, Lob. Lugd. reperitur, & calyce aureo.

Pseudonarcissus Gramineo folio, Leuconarcissus æstiuus.

Pseudonardus est Nardus adulterata, quæ Nardum Indicam repræsentat.

Pseudoorchis Clus. lege Orchis lilifolius minor.

Pseudoorchis Dod. lege Ophris bifolia bulbosa.

Pseudophu, nonnulli Valerianam peregrinam appellant.

Pseudorhabarbarum, nonnulli Rhabarbarum monachorum vocitant.

Pseudoschœnanthum est Iuncus marinus gramineus folijs Schoenanthi, nam specie, magnitudine, culmo, Schoenantho est simile, à quò tamen spica oblonga, & odore aromatico differt.

Pseudostachys, lege Stachys Matth. ed. prim.

Pseudostachys alpina Bauh. Saluia alpina Tab. Ger. Saluia sylueſtris nigrior, Cæs. fortè Sphacelus Theophrasti, Lon. Marrubium montanum primum, Thal.

Pseudostruthium, Matth. lege Luteola.

Pseudosycomorus Matth. est arbor, vt dicemus in secunda parte Phyt.

Pseudoturpetum Garganicum, lege Turbith. ex Apulia.

Psiadion, lege Alchimilla vulgaris, siue Pes Leonis, ita nuncupata à rore folijs insidente, nam Græcis ψιὰς est roris gutta, siue ros.

Psidia, & Psidion Officinarum, est malicorium siue cortex Mali granati, vt dicemus in secunda parte Phytol.

Psilothrum, apud Plinium, dicitur Vitis alba, quod eius semen vitia cutis in facie detergat, & quasi faciem depilet, ideo psilothrum fuit nuncupata.

Psiphacia, & Psiphatida Bel. lege Pęonia albo flore Lob.

Psirococcon, lege Staphisagria, Matth.

Psittaci herba, lege Amaranthus tricolor, siue folio variegato.

Psora Aetij, lege Scabiosa.

Psicotrophum à nonnullis Serratula appellatur, quòd locis potissimum gaudeat alsiosis. Alijs verò est Betonica.

De Psyllio. Synonyma, & Etymum.

Psyllium maius erectum Bauh. Psyllium, Matth. Ad. Lob. Cast. Ger. Cord. in Diosc. Trag. Tur. Fuch. Dod. Ges. hor. Psyllium primum Tab. secundum Ang. Cynops Theophrasti Ges. hor. Pulicaris herba, Lugd. Cataphysis Dioscoridis nonnullis, sed inter nomina notha recensetur. Græcis ψύλλιον, Italis Psillio.

Psyllium dicitur, & Pulicaria, quod ψύλλας, ideſt pulices si virens domum importetur in ea gigni non sinat, ψύλλος enim, & ψύλλα Græcis est pulex, vel à semine pulici simili dictum Psyllium, Cynops verò, ideſt oculus canis.

Psyllium alterum, Matth. Lugd. Cast. Tab. Psyllium Plinianum fortè maius radice perenni supinum, Ad. Lob. Psyllium semper virens Ger. Psyllium maius supinum, Bauh.

Bauh. Psyllium perenne Gef. hist. Cam. Psyllium tertium, Ang. maius, Cæs.
Psyllium minus, Bauh. quod Gotme rubri, & Botrio rubro nomine ab alijs decoratur.
Psyllium Dioscoridis, vel Indicum crenatis folijs, Bauh. Psyllium primum Ang.
Psyllomicron nonnullorum est Psyllium paruum.
Psythia vuæ genus est, ex qua optimum fit passum, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.
Ptarmica, lege Dracunculus pratensis serrato folio.
Ptarmica altera, Matth. lege Ptarmica Austriaca.
Ptarmica montana Lugd. lege Alisma, Matth.
Ptarmica Austriaca, Dod. Lob. Cam. Ger. Clus. pan. & hist. Ptarmica altera, Matth. Lugd. Ptarmica Lac. Cyano similis Cæs. Iacea oleæ folio capitulis simplicibus, Bauh. Xeranthemum aliud, siue Ptarmica quorundam Io. Bauh. [Ptarmicæ nomen huic plantæ est impositum, non quod sternutamenta moueat, vt dictum fuit supra de Dracunculo pratensi, sed quòd reliquis notis satis aptè cum Dioscoridis Ptarmica conueniat. Iaceæ, & Xeranthemi etyma lege suo loco.
Ptelea Græcis, Vlmus Latinis dicitur, vt in secunda parte Phyt. demonstrabimus.
Pteriadion Cord. lege Filicula alpina crispa.
Pteridion, fœmina Cord. lege Dryopteris Matth.
Pteris, & Pterion, lege Filix fœmina Matth.
Ptemica, & Ptemix, est caulis rectus Cardui altilis apud Siculos.
Ptisana est hordei granum à membranis, & corticibus suis mundatum, excorticatum, maceratum, & coctum; quamuis omnia frumentorum genera ptisanæ modo decorticari, & præparari possint.
Pucho Linsc. lege Costus Indicus.
Pudica arbor Pudiferam Scaliger appellat, quæ animali appropinquante constringit ramos, & recedente pandit, vt dicemus in secunda parte Phyt.

De Pulegio. Synonyma, & Etymum.

Pulegium, Matth. Dod. Lon. Cam. Fuch. Trag. Brunf. Tur. Cord. in Diosc. & hist. Cæs. Cast. Pulegium regium Lob. Ad. Lugd. Eyst. Pulegium vulgatum, Ang. Pulegium latifolium Bauh. Pulegium aquaticum Ges. hor. Pulegium fœmina Fuch. in ico. Alijs verò Puleium, Græcis γλήχων, & βλήχων. Italis Pulegio.
Pulegium dicitur, quod eius flos recens incensus pulices odore interficiat: vel, vt scribit Pena, quòd pulmonibus pituitam crassam, farctamque extundat. [Glichon, & Blichon vocatur à βληχῆ balatu, quoniam dum floret gustatum à pecoribus balatum concitat. Regium fortè dictum, nam flores instar coronæ totam exornant plantam, dum verticillatim enascuntur, in toto caule ad summum vsque, per interualla propè foliorum exortum, & sic surculi purpureo coronantur flore.

Pulegium alterum folijs oblongis, Dod. Pulegium angustifolium Bauh. Pulegium angustifolium, siue ceruinum, Lob. Ad. Pulegium ceruinum Lugd. Ges. hor. Eyst. Cam. Pulegium mas, & Pulegium regium Ger. Pulegium Creticum, & Pulegium Massilioticum, Tab. [Ceruinum dicitur, quòd nascatur in locis frequentissimè vbi Cerui stabulantur, vel quod libenter à Ceruis depascatur.

Pulegium aquaticum, seu palustre spicatum, est Mentha syluestris angustifolia.
Pulegium montanum nonnullorum est Pulegium syluestre, siue Calamintha altera Matthioli.

Pule-

Pulegium montanum, Lon. lege Acinos, siue Clinopodium vulgare.
Pulegium petręum Ges. est Clinopodium, aut Lectipes.
Pulegium syluestre, lege Calamintha alrera Matth.
Pulicaris herba, lege Psyllium maius erectum.
Pulicaria Gazæ, lege Conyza maior, Matth.

De Pulmonaria. Synonyma, & Etymum.

Pulmonaria vulgaris maculoso folio, Clus. hist. Pulmonaria Cæs. maculosa Lob. Ad. Clus. pan. Cam. Tab. Ger. Eyst. Pulmonaria, & Pulmonalis Dod. gal. Pulmonaria maior, Lugd. Pulmonaria Plinij Ges. hor. Pulmonaria altera Matth. Cast. Symphytum maculosum, Dod. Symphytum maculosum, siue Pulmonaria latifolia Bauh. Puglossum maculosum, Alijs. Calle alterum genus quibusdam apud Plinium. Italis Polmonaria.

Pulmonaria dicitur, à maculis albicantibus, quæ in folijs, vt plurimùm albæ, & latæ conspiciuntur ad instar macularum pulmonis, & quòd pulmonum affectibus medeatur. Aliorum nominum etyma lege suo loco; folijs enim variat, vt dicemus in secundo Tomo partis primæ Phytol. cap. de differentijs, nam aliquando folia maculis carent.

Pulmonaria angustifolia rubente cærulco flore, Bauh. Pulmonaria folijs Echij Lob. ico. Ger. Pulmonaria quarta Plinij angustifolia Tab. Pulmonariæ tertiæ species altera Clus. pan. Pannonica Eidem hist. Consolida maior syluestris Trag. Symphytum syluestre Cord. hist. & Pulmonaria Plinij Schol.

Pulmonaria prima angustifolia, Tab. secunda angustifolia. Ger. Pulmonaria secunda, vel angustifolia cæruleo flore Clus. pan. tertia Austriaca Eidem hist. Pulmonaria Austriaca secunda, Cam. Symphytum maculosum, siue Pulmonaria angustifolia cærulea, Bauh.

Pulmonaria Gallorum flore Hieracij, Lob. Ad. Clus. hist. Pulmonaria Gallica, Scopa regia fortè Plinij Ges. hor. Pulmonaria Gallica, siue aurea Tab. Corchorus Dalechampij, Lugd. Hieracium murorum folio pilosissimo, Bauh. Pilosella maior Gallorum Thal. an Costa Cam. Auricula muris maior, Trag. Sideritis Plinij latissimo folio Eidem. Nominum etyma, lege suo loco.

Pulmonaria Gallica fœmina, Tab. Pulmonaria Gallica tenuifolia, Alijs. Hieracium murorum laciniatum minus pilosum, Bauh.
Pulmonaria quibusdam, lege Dentaria minor.
Pulmonaria minor Dalechampij, Lugd. lege Lithospermum minus repens latifolium.
Pulmonaria Romana, Cæs. lege Cerinthe maior.
Pulmonaria maculosa, lege Pulmonaria vulgaris.
Pulmonaria Vegerij, Ges. est Helleborus niger alter.
Pulmonaria, Matth. & aliorum, lege Muscus Pulmonarius.
Pulmonea, quædam poma sunt, pulmonis instar tumentia, vt dicemus in secunda parte Phyt.
Pulmonia, aliquibus est Geranij species, sed vox est spuria.
Pulmo marinus, est Vrticæ marinæ species.
Pulpa in fructibus nominatur pars mollior, sine cortice, & neruis venisque dicta autem

tem

tem pulpa à pulte, quoniam fructus maturi quamdam similitudinem habent, cum pulte, vt plenius in secunda parte Phyt. differemus.

Puls est cibus, ex quauis puriore farina coctus cum tenui liquore permixtus, solidior ac spissior Athera, liquidior verò glutine.

De Pulsatilla. Synonyma, & Etymum.

Pulsatilla vulgaris, Lob. Ger. recentiorum, Cæs. communis, Cam. Pulsatilla folio crassiore, & maiore flore Bauh. Pulsatilla vulgaris dilutior, Clus. pan. & hist. Pulsatilla, Matth. Dod. Lugd. Tab. Ad. Ges. hor. Cast. Herba venti Trag. Lon. Herba Sardoa Dod. gal. Anemone limonia, & Samolus Plinij Dalech. in Plinium. Anemone syluestris Fuch. communis Tur. montana Ges. hor. Anemone decima, vel leptophyllon, Cord. hist. Anemone species Thal. Ranunculus secundus Lac. Diosc. secunda species Ges. hor. Anemone genus Alijs. Gaza Fremium vertit, Plinius verò Phœnion habet, Græcis ὀρίγερον. Italis Pulsatilla.

Pulsatilla dicitur, quod seminum tremuli pappi leuissimo flatu huc atque illuc agirentur: vnde, & Herba venti etiam nominatur. Herba Sardoa dicta, quia in montibus Sardiniæ frequentissimè crescat. Anemonis etymum, lege suo loco. ὀρίγερον vocatur, quasi dicas monrium senex, nam Græcis ὄρος est mons γέρων verò est senex, cum in montibus nascatur, & seminum albi pappi capillis senum assimilenrur. Et hanc ob causam fortè fremium quasi Phenium nuncupatur, nam coma additiria, & capillamentum præ se ferunt, φενάκη enim Græcis est coma addititia, galericulum, & capillamentum.

Pulsatilla vulgatior saturatiore flore, Clus. hist. Pulsatilla altera Dod. Lugd. Pulsatilla flore minore nigricante, Bauh. Pulsatilla flore clauso, Lob. ico.

Pulsatilla alba, Lob. Lugd. flore candido, Dodon. Pulsatilla flore albo Bauh. Anemone syluestris secunda, Clus. pan. & hist. Lob. ad par. sec. Anemone alpina, Ges.

Pulsatilla lutea Ad. Cam. ep. Ges. hor. Pulsatilla lutea Pastinacæ syluestris folio, Bauh. Pulsatilla tertia alpina, Lugd. Anemone syluestris tertia, Clus. hist.

Pulsatilla prima alpina, Lugd. Pulsatilla lutea alpina hispidior, Bauh. an Anemone lutea, Ang.

Pulsatilla rubra, Lob. Tab. Ad. Lugd. Ger. Pulsatilla flore rubro obtuso, Bauh. an Anemone quarta, Cam. ep.

Pumex quercinus, lege Quercus excrementa in secunda parte Phyt.

Pumilio, est Orchis Basilica minor Gemmæ, eò quia flos nudi hominis effigiem repræsentat, nimirum homunculi.

Punica malus, & Punica mala, lege in secunda parte Phytol.

Punicum Allium, lege Allium Cyprium.

Pupilla oculi, lege Herba Paris.

Putamen, Plinius vocat cutem, qua fructus obducuntur, vt dicemus in secunda parte Phyt.

Pycielt, lege Nicotiana maior, siue Tabacum.

Pychnitis nonnullis, siue Lychnitis, lege Verbascum nigrum, sed inter nothas appel-

lationes recensetur, ita appellatum, eò quia densissimis stipetur floribus nam πυκνὸς Græcis exponitur densus, spissus.

Pyrama, vel Phyrama lacrymæ genus ex Metopio arbore stillans pingue, & resinosum, vt dicemus in secunda parte Phytol.

Pyraria, & Pyracia apud Cratenses est Apios Matth. eò quia radicis extremum in pyri figuram turbinetur.

Pyracantha, est Oxyacantha, siue Spina acuta Pyri folio de qua in secunda parte Phytologiæ.

Pyramidalis, lege Campanula maior lactescens.

Pyra insana, Cæs. lege Solanum pomiferum fructu oblongo.

Pyramis siue Conus, est inuersus turbo, hoc est, id quod ex latitudine in arctius protrahitur, cui Calathus, vt diximus contrarius existit, lege supra conus.

Pyraster est Pyrus syluestris, de quo in secunda parte Phytol.

De Pyrethro. Synonyma, & Etymum.

Pyrethrum verum, Matth. Lugd. Pyrethrum vmbelliferum, Bauh. Pyrethrum Dioscoridis primum, Cam. Pyrethrum Italicum Ges. hor. ap. Pyrethrum alterum, Lob. Cast. Tab. syluestre Ger. fœniculum montanum, Trag. Saxifragæ species Dod. 8. Dentaria aliquibus teste Gasp. Scuuencfelt. Pituitaria Alijs, & Saliuaris Romanis. Græcis πύρεθρον. Italis Piretro, & Radice di S. Apollonia.

Pyrethrum dicitur ab igne πῦρ, est ignis ob radicis eius feruorem igneum, nam radix comansa linguam, & os vellicat, & quasi vrit. [Saliuaris appellata, nam similiter mansa suo feruore saliuam elicit, ac pituitam, ideo Pituitaria etiam dicta. Dentaria verò nominata eò quia dolorem dentium sedare dicatur, & propterea Italis Radice di S. Apollonia indigitatur.

Pyrethrum alterum Matth. Cam. Cæs. Lugd. primum Tab. Pyrethrum Officinarum Lob. Ger. Ad. Eyst. Pyrethrum flore Bellidis, Bauh. Pyrethrum Germanicum, Ges. hor. Pyrethrum maius Lon. verum Cast. Pyrethrum, Dod. Tur. Trag. Brunf. Lac. Fuch.

Pyrethrum syluestre, lege Dracunculus pratensis serrato folio.

Pyrethrum alpinum Ges. lege Leucanthemum.

Pyrites, lege Nardus montana.

De Pyrola, Synonyma, & Etymum.

Pyrola maior, siue Beta syluestris, Thal. Pyrola vulgatior Clus. hist. Pyrola rotundifolia maior, Bauh. Pyrola alia in campestribus, Cæs. Pyrola, Matth. Lob. Lugd. Tab. Dod. Ang. Cast. & aliorum. Beta syluestris, Cord. in Diosc. Limonium, & Pyrola Lon. Limonium Tur. Fuch. syluestre, Trag. Apiophyllum Gasp. Schuuencfelt. Italis Pirola.

Pyrola à folio, quod pyri folium prę se ferat nomen accepit. Betæ, & Limonij etymum, lege suo loco.

Pyrola minor, Thal. Pyrola follo mucronato serrato, Bauh. Pyrola pannonica secunda Cam. Pyrola secunda, & tenerior Clus. pan. & hist. Ambrosia Dalechampij in Diosc. montana Lugd.

Pyrola Alsines flore Europæa, lege Alsineanthemos.

Pyro-

Pyromelo eſt Melo pyriformis, Bauh.
Pyrum marinum, eſt Vrticæ marinæ ſpecies.
Pyrus arbor, Pyrum fructus, eiuſque ſpecies in ſecunda parte Phytologiæ erunt recenſendæ.
Pyroſachne apud nonnullos eſt Thymelea.
Pythonion apud Apuleium, eſt Dracontium, ſed nomen eſt peregrinum.
Pytion Croci ſylueſtris ſpecies apud Plinium.
Pythahaia, vel Pitahaja fructus cardui cuiuſdam, veſcus, ruber in Ind. Occid. vt apud Ouied. lib. 6. cap. vlt.

Q



Vabebe, lege Cubebe fructus arboris, vt dicemus in secunda parte Phyt.
Quadrifolium phœum fuscum, lege Lotus quadrifolia.
Quadrilettum apud Rusticos, est Iuncus quadratus, siue Cyperus rotundus vulgaris.
Quamoclit, lege Iasminum Millefolij folio.
Quebulgi Arabibus dicuntur Mirobalani Kebuli.
Queillos frutex Tamarindo similis, de quo in secunda parte Phytologiæ.
Quercula, lege Chamedrys maior repens.
Quercus, Arbor Iouis C. Scuuencfelt, eiusque species in secunda parte Phyt. erunt considerandæ.
Quercus marina Clus. hist. est Fucus maritimus. Quercus marina Theoph. Clus. exot. lege Corallina fruticosa recta alba.
Querna filix, lege Polypodium, Matth.
Quimbaya, radix est in Prouincia Quimbaya nascens, vt dicemus in secundo Tomo partis primæ Phyt.

De Quinquefolio. Synonyma, & Etymum.

Quinquefolium, siue Pentaphyllum primum Clus. pan. & hist. Quinquefolium maius candidum, Fuch. Quinquefolium album maius alterum Bauh. Quinquefolium primum, Tur. album Dod. gal. Ges. ap. Lugd. Quinquefolium syluaticum, Tab. Ger. Nonnulli verò. Quinquepetam appellant. Græcis πεντάφυλλον. Italis Pentafilo, & Cinquefoglio.

Quinquefolium dicitur à numero foliorum, nam folium in quinque partes diuisum habet. Similiter Græcis vocatur πεντάφυλλον, idest quinquefolium, nam πέντε est quinque, φύλλον verò est folium. Similiter appellatur etiam à Græcis Pentapetes nam πέταλον est propriè folium in amplitudinem expansum.

Quinquefolium Matth. Lob. Ad. Lac. Cord. in Diosc. Ang. Quinquefolium maius repens, Bauh. Quinquefolium maius, Dod. Ger. Luteum maius Fuch. Pentaphyllon maius, Thal. luteum maius, Dod. gal. Lugd. Pentaphyllum vulgare Trag. Pentaphyllum minus Brunf. Pentaphyllon primum, & secundum Lon. repens, Cam. Pentaphyllon Ges. hor. Cast. Dioscoridis, Tab.

Quinquefolium minus repens lanuginosum luteum, Bauh. Quinquefolij quarti prima species, Clus. pan. & hist. Pentaphyllum, siue Quinquefolium minus, Tab. Incana pentaphyllea, Ger. Pentaphyllon Bauaricum, Cam.

Quinquefolium luteum minus, Lugd. Tur. Fuch. Quinquefolium Tormentillæ facie Ger. Quinquefolium folio argenteo Bauh. Quinquefolium petræum maius Tab. Pentaphyllon album Matth. canum Thal. Pentaphyllon tertium, Lon. Pentaphyllon exiguum alterum, Trag. Pentaphyllon luteum minus, Dod. gal. rectum minus Cam.

Quinquefolium vulgare Lob. ico. Ger. alterum vulgare, Dod. Quinquefolium rectum

ctum luteum Bauh. Quinquefolium Theophrasti maius, Tab. Quinquefolium luteum rectum Gef. ap. Pentaphyllon maius Lob. ob. Brunf. Eyst. rectum maius, Cam. Heptaphyllon Hermolai, Cæf. [ἑπτάφυλλον dicitur à feptenario foliorum numero : Græcis enim ἑπτὰ eft feptem.

Quinquefolium fragiferum Bauh. Quinquefolium quintum fragiferum Cluf. hift. Quinquefolium fragiferum fextum, Tab. Fragaria quarta Tragi. [Fragiferum dicitur, & Fragaria, eò quia fructus Fragis non diffimiles producit, nulla tamen faporis gratia commendabiles.

Quinquefolium fragiferum repens, Tab. Quinquefolium tertium ferpens Lob. Quinquefolio fragifero affinis, Bauh. Pentaphyllum fupinum Potentillæ facie Cluf. pan. & hift. Pentaphyllum fupinum Tormentillæ facie, Lob. Lugd. Fragaria vefca, Ger.

Quinquefolium paluftre, Cam. ep. Gef. hor. Tab. Eyft. Quinquefolium paluftre rubrum, Bauh. Quinquefolium quartum, Dod. Quinquefolium rubrum, Lugd. Pentaphyllum rubrum Dod. gal. Lugd. Ad. paluftre Lob. ico. Ger. Thal. Pentaphyllon paluftre Cam. Cord. hift. Pentaphyllum, vel potius Heptaphyllum flore rubro, Io. Bauh.

Quinquefolium lupini folio Bauh. Pentaphyllon θερμόφυλλον, Thal. nam Græcis θέρμος eft Lupinus.

Quinquefolium tuberofum Indicum Bauh. Pentaphyllum Indicum Cluf. exot.

Quinquefolium alpinum, lege Argentaria petrea.

Quinqueneruia, lege Plantago.

Quinquepeta, lege Quinquefolium, fiue Pentaphyllum.

Quinua, fiue Blitum maius Peruanum, eft Amaranthus maior floribus paniculofis fpicatis purpureis.

Quifquilium, eft granum Ilicis aquifoliæ, vt dicemus in fecunda parte Phyt.

Raba.

R




Abaxit fructus est arboris Indicæ, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.
Rabis, est Gramen Rabinum, vel Rauisium, lege supra Gramen.
Rabuscula vua Plin. idest Rauuscula colore ad rauam nimirùm Rapam tendente, de qua in secunda parte Phyt.
Racemus dicitur de omnibus fructibus, qui vuæ in modum ex pluribus acinis sunt conglobati, nam Græcis ῥάξ exponitur acinus, & racemosum id, à quo dependent acini.
Racyntha nonnullis, lege Zacintha.
Radices, dicuntur à similitudine radiorum, nam quasi radijs quibusdam fixæ terris in profunda demerguntur.
Radicula satiua Dod. lege Raphanus vulgaris.
Radicula satiua minor, lege Raphanus secundus Matth.
Radicula syluestris Dod. lege Raphanus syluestris Officinarum.
Radicula magna Dod. lege Armoracia Plinij.
Radiculæ Thraciæ sunt radices, quæ in Thracia nascuntnr, & Nardi odorem habent cuius folia nihil ab Indica Nardo specie differentiunt Plin.
Radij, dicuntur oliuæ oblongæ, de quibus in secunda parte Phyt.
Radiolus, dicitur Phyllitis apud Apuleium.
Radix in herbis est id, quo alimentum allicitur, & terræ cohęret, & sub terra latitat.
Radix vulgò, siue domestica, vel satiua, lege Raphanus vulgaris.
Radix China, lege China radix.
Radix caua Herbariorum, lege Fumaria bulbosa. Alijs dicitur Tonitrufuga, quasi post tonitrua marcescat.
Radix caua minima Ger. lege Denticulata.
Radix Carlo Sancto, lege Lupulus Mechioacanus.
Radix Pontica est Rhaponticum.
Radix Illyrica est Iris Illyrica dicta.
Radix S. Helenæ, lege Cyperus rotundus inodorus Americanus.

De Radice Contrayerua. Synonyma, & Etymum.

Radix Contrayerua, apud omnes ferè Authores hoc nomine insignitur. Radix contra venena Lugd. Radix bezahartica Alijs, siue belzahartica, Radix alexipharmaca, & radix venenis aduersans Monardi nonnullis. Cyperus longus odorus Peruanus Bauh. Italis Contraherba.
Radix Contrayerua dicitur, eò quia sit alexipharmacum aduersus omne venenum cuiuscumque tandem sit generis, & præsertim contra Napellum, quæ est herba venenata, nam apud Hispanos Yerua appellatur herba, ideò Contrayerua dicta, idest contra herbam subintellige venenatam. Vel & forsan veriùs, dicta ab Hispan is fuit Contrayerua, quia esset vnicum præsidium aduersus tela veneno infecta, quibus Indi Canibales aduersus ipsos pugnabant, quę vocabant Flechas con yerua, eò quod ignorarent toxici eiusdem materiam. Radicem verò, quæ hoc virus expugnabat Contrayerua vocarunt, idest vincens prædictam herbam venenatam incognitam, contra quam illhucusq; nullum inuenerunt alexiterium. [Bezahartica, & Belzahartica nominata, quasi Domina veneni à Bel quod significat

RADICES CONTRAYERVAE,

Siue Anthoræ Indicæ, ex radicibus ficcis, delineatæ.



ficat Dominus, & Zahar venenum apud Hebræos, nascaturque in regione antartica, nam ex India nimirum ex Prouincia Peru, ad nos defertur. [Sed si ex radicibus suis, quæ in officinis seruantur coniectari licet. Anthoræ Indicæ radices esse affirmare non dubitamus, (vt nostra fert opinio.) Cum similiter radices Anthoræ vulgaris, siue nostræ omnes notas habeant qualitates, virtutes, & facultates aduersus venena, & præcipuè contra Napellum, quæ Contrayeruæ attribuuntur. Varias enim Contrayeruæ radices ad viuum delineatas in antecedenti pagina repræsentare volui; hæc enim varietas similiter in Anthoræ radicibus obseruatur, sicuti apud Bauhinum in Matth. videre licet, vt rei herbariæ studiosis veritas innotescat, sed de hac radice diffusius agemus in tertio Tomo, partis primæ Phytol. quando de facultatibus,& virtutibus verba fient,

Radix Idæa Dioscoridis Col. lege Bislingua,

Radix conseruatrix est Radix Iridis ita nuncupata, quoniam huius radices vestibus interponunt, vt à tinearum erosionibus tueantur, & odoris fragrantia commendent.

Radix Piperis, lege Galanga minor Officinarum.

Radix pestilentialis, lege Tussilago maior, Matth.

Radix Marica, aut Maronica, vel potius Naronica, à Narone fluuio circa quem optima, & copiosissima nascitur,est radix Iridis.

Radix Idæa fructu nigro, lege Myrtillus Matth.

Radix Quimbaya Monard. qua vice Rhabarbari vtuntur in Prouincia Quambaya.

Radix dulcis lege Glycyrrhiza Matth.

Radix Alcannæ in Officinis quibusdam est Anchusa lutea.

Radix S. Spiritus, lege Angelica satiua Matth.

Radix Nautica, lege Acorus.

Radix squamata, lege Anblatum Cordi.

Radix Singentiaria & Vnguentaria, teste Apuleio,est Acorus.

Radix Apri, lege Carlina herbariorum.

Radix Syriaca Columellæ est Struthium, quia in Syria colitur.

Radix Sybillæ in Officinis quibusdam,est Gentiana minor, siue Cruciata.

Radix Macedonia Nonnullis, est Echium vulgare.

Radix sulphurea, lege Peucedanum.

Radix violacea,est radix Iridis,eò quod violarum purpurearum odorem referat,sed de radicibus siccis intelligitur.

Radix Rhodia, siue rosea, lege Rhodia radix.

Ragadiolus, lege Hieracium falcatum, Ger.

Ramich vocant Ægyptij,& Arabes Dactylum, vt dicemus in secunda part. Phytol.

Ramus & rami, sunt qui in caule fissi multiplices sparguntur, & sunt veluti brachia, quæ à caudice fusa, & in latitudinem sparsa frondes emittunt, quos nonnulli nodos voluerunt appellare.

Ranæ morsus,aliquibus est Alga secunda Tragi. Alijs verò est Nymphea parua.

De Ranunculo. Synonyma, & Etymum.

Ranunculus pratensis surrectis cauliculis Lob. Ranunculus pratensis erectus acris Bauh. Ranunculus læuis Cæs. Ranunculus polyanthemus maculatus Thal. Ranunculus luteus Trag. Ranunculus hortensis secundus Dod. Lugd. Ranunculus syluestris & secundus, Tab. Ranunculus Batrachoides Ger. Græcis βατράχιον. Italis Ranuncolo.

Ranunculus dicitur,quòd in vdis, & paludosis locis ranarum more proueniat,& cre- scat,

ſcat vbi ranæ degunt. Vel quia eius radix quamdam ſimilitudinem habeat, cum ranarum pedibus. Batrachion Græcis nominatur, nam βάτραξ eſt rana. Maculatus vocatur, quoniam in folij medio ſæpè macula reperitur.

Ranunculus ſurrectis cauliculis, Ger. Ranunculus pratenſis, vel primus Tragi. Ranunculus hortenſis erectus flore ſimplici luteo, Eyſt. Ranunculus pratenſis erectus dulcis, Bauh. Ranunculus ſeptimus, Lon. dulcis, Tab. Chryſanthemum ſimplex Fuch. Polyanthemum ſimplex Lugd. Dod.

Ranunculus pratenſis reptante cauliculo, Lob. Ranunculus pratenſis, etiamque hortenſis, Ger. Ranunculus pratenſis repens hirſutus Bauh. Ranunculus hortenſis primus, Dod. Lugd. Ranunculi octaua ſpecies Cord. hiſt. Ranunculus vinealis, Tab.

Ranunculus tuberoſus, bulboſus, lanuginoſus flore ſimplici, pratenſis radice verticilli modò rotunda, flammula dictus, lege Batrachion Apuleij.

Ranunculus minimus Apulus, Col. eſt Ranunculus aruenſis paruus folio trifido.

Ranunculus nemoroſus flore luteo, Ad. Eyſt. Ranunculus phragmites luteo flore Geſ. hor. nemoroſus luteus, Lob. ico. Tab. Bauh. Ranunculi quarta ſpecies lutea, Lugd. Fuch. Dod. gal. Ranunculi ſylueſtris alterum genus Trag. Anemone nemorum lutea, Ger. Anemone montana colore luteo, Cæſ. Anemone ſexta, Dod. Lugd. [Phragmites dicitur, quia circa ſepes naſcitur; φράγμα Græcis eſt ſepes, ſepimentum, ſeptum.

Ranunculus auricomus, Lob. ico. Thal. Dod. gal. Ranunculus dulcis ſub ſylueſtris deſcriptione Trag. Ranunculus nemoroſus, Ger. dulcis nemorum, Tab. Ranunculus nemoroſus, vel ſyluaticus folio rotundo Bauh. Ranunculi prima ſpecies Lon. Fuch. Lugd. Tur. Polyanthemum Ang. [Polyanthemum dicitur, ideſt multifloridum, quia multos producat flores, nam Græcis πόλυς eſt multus ἄνθιμος eſt floridus.

Ranunculus præcox ſecundus Thalictri folio Cluſ. hiſt. Ranunculus nemoroſus Thalictri folio Bauh. Ranunculus Thalietri folio, Cam. Cluſ. pan. Aquilegia minor Dalechampij, Lugd.

Ranunculus nemoroſus Muſchatellina dictus, & minimus Septentrionalium, lege Denticulata.

Ranunculus polyanthemos, Lob. Ad. Polyanthemos tertius erectus Cam. Ranunculus multiplex Fuch. tertius Tur. quartus, Lon. Ranunculus erectus hortenſis flore pleno, Eyſt. Bauh. Ranunculi ſeptima ſpecies coronaria, Cord. hiſt. Ranunculus luteus, vel tertius, flore multiplici, Trag.

Ranunculus Polyanthos luteus repens, Cam. Ranunculus hortenſis reptante cauliculo, Lob. Ranunculus hortenſis flore pleno, Eyſt. Ranunculus repens flore multiplici luteo, Geſ. hor. Ranunculus hortenſis inclinans, Bauh.

Ranunculus bulboſus flore pleno, Bauh. Ranunculus radice bulboſa flore pleno,

Cam. Ranunculus bulbosus maior, Eyst. Pes corui flore pleno, Brunf. Coronopus quorundam multiplici luteo flore, Ges. hor.

Ranunculus magnus Anglicus polyanthos, Lob. ico. Ranunculus tuberosus Anglicus, Tab. Ranunculus tuberosus flore multiplici, Dod. Ranunculus tertius, Cam. ep. Ranunculus radice tuberosa flore pleno, & prolifero, Bauh.

Ranunculus niueus polyanthos, Lob. Lugd. Ranunculus albus multi-florus, Tab. Ger. Ranunculus montanus magnus flore multiplici Ges. hor. Ranunculus leucanthemos flore pleno, Cam. Ranunculus pleno flore albo Clus. hist. Ranunculus folio Aconiti flore albo multiplici, Bauh.

Ranunculus aruorum, Lob. ico. Ger. Ranunculus albus, siue echinatus, Dod. gal. Ranunculi quinta species, vel segetalis Cord. hist. Ranunculus aruensis echinatus Bauh. Ranunculus syluestris tertius, Dod.

Ranunculus echinatus Creticus Ponæ. Ranunculus stellatus echinatus Creticus, Bauh.

Ranunculus palustris echinatus Bauh. Ranunculus Apuleij quibusdam Clus. hist.

Ranunculus palustris Apij folio, lege Apiastrum. Cord. in Diosc.

Ranunculus aquaticus vmbilicato folio, Col. Ranunculus aquaticus cotyledonis folio, Bauh. Cotyledon aquatica acris Septentrionalium, Lob. Cotyledon aquatica Dod. gal. palustris Eidem, Herba rotundo folio Aliquibus, Acetabulum Cord. in Diosc.

Ranunculus in aquis nascens folio parùm scisso Cæs. Ranunculus aquaticus folio rotundo, & capillaceo, Bauh. Ranunculus aquatilis, Dod. Ger. Ranunculus aquaticus Hepaticæ facie, Lob. Ranunculus fluuiatilis, Tab. Polyanthemum palustre, aut aquaticum Dod. gal. Hepatica aquatica Lugd. palustris, Thal.

Ranunculus trichophyllon aquaticus medioluteus Col. Ranunculus aquaticus capillaceus, Bauh. Ranunculus in aquis, folijs in capillaceam tenuitatem scissis, Cæs. [Trichophyllon dicitur, ideft habens folia in tenuitatem capillaceam fissa, nam Græcis τρίξ est capillus.

Ranunculus longifolius palustris maior, Bauh. Ranunculus πλατυφυλλος, Thal. Ranunculus infectus primus, Cæs. Ranunculus lanceolatus maior, Tab. flammeus maior, Ger. Lingua Plinij, Lugd. [Platyphillos dicitur, ideft habens folium latum, & amplum, nam πλατύς Græcis est latus, & amplus. Infectus nominatur, quia in folijs nullam habet sectionem. Lanceolatus etiam dictus, nam folia habet mucroni lanceę quodāmodo similia in longitudinem protracta, & acuminata. Hic in gratiam Lectoris in seq. pag. exhibemus iconem Rnunculi longifolij, folijs quodammodo ad Plantaginem lanceolatam accedentibus, per oras tamen, leuiter serratis, quam plantam ex Agro Rauennatensi decerptam, nobis attulit Pręclarissimus vir D. Carolus Galleratus Medicinæ Professor Bononiensis, mihi affinitate propinquus, qui nostra ætate omni studiorum genere efflorescit, assiduus, publicus, ac priuatus anatomicarum administrationum cultor, no-

uarum-

RANVNCVLVS LONGIFOLIVS,

Lingua Plinij dictus, folijs serratis.



narumque inuentor eximius, chirurgicis operationibus excultus, famæ celebritate etiam absentibus clarus, dum veternosis, & nutantibus apud Aduenas in medica arte infirmis, imò propemodum casuris perbellè suppetias tulit, & sanitati restituit: vnde dignus est, æterni cui decernantur honores. Sed de hac planta in secundo Tomo historiam percurram.

Ranunculus aquaticus ἀγροχλωσσαίφυλλος, lege Ægolethron Plinij.

Ranunculus serratus, Tab. Flammeus serratus, Ger. Ranunculus palustris serratus, Bauh. Ranunculus aquatilis angustifolius serratus Lob. Flammula ranunculus folio serrato, Dod. Flammula aquatica Lugd. [Flammeus, & Flammula dictus, eò quia acris est facultatis, exulcerantis, & vesicas excitantis.

Ranunculus montanus folijs plantaginis, Bauh. Ranunculus Pyreneus albo flore, Clus. hisp. ap. 2. Ranunculus phœniceus Myconi ob similitudinem cum Palmæ folijs Lugd.

Ranunculus gramineus, vel montanus folio gramineo, lege Hydropiper lanceolatum, Lugd.

Ranunculus leptomacrophyllos bulbosus, vel Ranunculus bulbosus gramineus montanus, Col. Ranunculus gramineo folio bulbosus Bauh. [Leptomacrophyllos dicitur, ideſt habens folium tenue, longum, & prolixum, nam Græcis λεπτὸς est tenuis μακρὸς verò longus, & prolixus.

Ranunculus Illyricus, Lob. Dod. Cam. Tab. Ger. Eyst. Ranunculus lanuginosus angustifolius grumosa radice, Bauh. Ranunculus peregrinus alter, Cæs. Ranunculus grumosa radice Clus. hist. Ranunculus Pannonicus Eidem hisp.

Ranunculus saxatilis montanus, Asphodeli radice, Col. Ranunculus lanuginosus Apij folio Asphodeli radice Bauh.

Ranunculus Asiaticus grumosa radice Clus. hist. Ranunculus Tripolitanus phœniceo flore Eidem Pan. Ranunculus grumosa radice flore phœniceo minimo simplici, Bauh.

Ranunculus Asiaticus πολύκλωνος, siue grumosa radice Clus. hist. Ranunculus grumosa radice ramosus Bauh. Ranunculus Asiaticus grumosa radice flore phœniceo ruberrimo Eyst. [Polyclonos dicitur ideſt multos habens ramulos, nam Græcis πολὺς est multus κλὼν est ramulus, vel surculus.

Ranunculus Lusitanus Clus. Lob. ico. Ger. Ranunculus Lusitanicus autumnalis Lob. ob. Ranunculus grumosa radice primus Clus. hist. Ranunculus latifolius bullatus asphodeli radice, Bauh.

Ranunculus montanus leptophyllos Asphodeli radice Col. Ranunculus Chærophyllos Asphodeli radice Bauh. [Leptophyllos dicitur, ideſt habens tenuia folia. Chærophyllos verò eò quia habet folium Chærophyllo simile.

Ranunculus Asiaticus grumosa radice pleno flore Clus. hist. Ranunculus Turcicus, siue sanguineus, Tab. Ranunculus Constantinopolitanus Clus. hisp. Cam. Dod. Lugd.

Lugd. Ranunculus sanguineus multiplex Lob. Ger. Ranunculus polyphyllos flore coccineo, Clus. pan. [Polyphyllos dicitur ideſt multa habens folia.

Ranunculus alpinus Coriandri folio Ponæ. Ranunculus rutaceo folio, flore suaue-rubente, Bauh. Ranunculus præcox primus Rutæ folo Cluf. hist.

Ranunculus montanus minimus Gef. hor. Ranunculus alpinus humilis rotundifolius flore maiore, Bauh. Ranunculus montanus Dod. ed. Belg.

Ranunculus montanus hirsutus purpurascente flore, Bauh. Ranunculus montanus tertius Clus. pan. & hist. Aconitum candidum ἄκαυλον, Dalech. Lugd. [Acaulon dicitur, ideſt sinè caule.

Ranunculus maximus leucanthemon, Thal. Leucanthemus folio Aconiti, Cam. Ranunculus montanus Aconiti folio albus flore maiore, Bauh. Ranunculus montanus tertius, Cæf. quartus Clus. pan. & hist. Ranunculus albus maior simplici flore Gef. hor. ap. Aconiti quinti nomine Matthiolus, & Lugdunensis exprimere videntur.

Ranunculus montanus alpinus glomeratus, Lob. montanus alter Cæf. Ranunculus montanus Aconiti folio flore globoso Bauh. Ranunculus flore globoso, Dod. Lugd. Eyst. glomerato flore, Clus. hist. globosus Ger. siue montanus Cam. Aconitum tertium, Matth. Tab. Lac. Thal. Anemone montana quædam Gef. hor. Trollius flos Gef. Fr. Clus. pan.

Ranunculus montanus latissimo folio hirsutus, Bauh. Ranunculus montanus quintus Cluf. hist. Ranunculus platyphyllos flore luteo Cluf. pan.

De Rapa. Synonyma, & Etymum.

Rapa Satiua Brunf. Cord. Rapa mas Theoph. Plinij. Rapa satiua rotunda Bauh. Rapum satiuum, Fuch. Ruel. Vulgare Trag. Dod. Rapum satiuum orbiculatum Rapum rotundum Matth. Lon. Ama. Rapum maius orbiculatum, seu turbinatum, Ad. Lob. Rapum orbiculatum Franco, Taber. Rapum sessili rotunditate, Cæf. Rapum, vel Rapa Ang. Lac. Cast. Gef. hor. Tur, Græcis γογγύλη. Alijs γαςέρος, vel γαςερίδος. Italis Rapa, Raua, & Nauone.

Rapa dicitur, quod passim ex agro rapiatur, vel quasi Ruapa, eò quia è terra eruatur, teste Varrone. Vel Rapa, quasi Ropa à verbo græco ῥοπή, est enim momentum, siue pondus, & instrumentum quod ſtateræ apponitur, & quo res ponderantur, & quoniam Rapa huiusmodi instrumentum rotundum affabrè imitatur quoad formam, idcirco nomine Rapæ fuit insignita. [Gongyle appellatur, quoniam radicem habet in formam rotundam, aut turbinatam conformatam, & hoc nomen γογγύλη Rapis magis conuenit, quàm Napis, vt superius dictum fuit: nam Græcis γογγύλος est rotundus, ideſt in formam rotundam, aut turbinatam contractus, aut conglobatus. [γαςέρος etiam dicta, quòd instar ventriculi repleti extuberet, γαςὴρ enim Græcis est ventriculus, in quem cibi ingeruntur, & concoquuntur.

Rapa satiua oblonga, seu fœmina, Bauh. Rapum longum Matth. Lugd. Lon. Cast. Rapum tereti rotunda, oblongaque radice Lob. Ad. Rapa fœmina Theophrasti, & Pli-

& Plinij. Rapa oblonga, Ama, Cæs. Rapum oblongum, Trag. oblongius, Dod.

Rapa syluestris, Cæs. Bauh. Rapum syluestre, Matth. Lugd. Ger. Tab. Rapum syluestre non bulbosum Lob. Ad.

Rapa brassica peregrina, lege Brassica caule rapum gerens.

Rapacia, raporum frondes dicuntur.

Rapeium, nonnullis, dicitur Leontopetalum, sed inter nomina notha recensetur.

Rapulum dicitur parua rapa.

De Raphano. Synonyma, & Etymum.

Raphanus vulgaris, Ges. hor. primus, Matth. Raphanus satiuus Lac. Cast. Lugd. Fuch. Raphanus maior orbicularis, vel rotundus, Bauh. Raphanus rotundus Tab. Lon. orbiculatus Ger. & pyriformis. Raphanus Trag. Cord. in Diosc. Ang. Brunf. Radix vulgò quibusdam, Radicula, Cæs. Græcis ῥάφανις, & ῥάφανος. Italis Radice, & Rauanello.

Raphanus dicitur, quasi diaphanus, nimirum radix perspicua, & diaphana, à verbo græco φαίνω, quòd significat luceo, splendeo, colluceo. Vel ῥάφανος ἀπὸ τοῦ ῥᾳ φαίνειν quòd facilè appareat, nam die tertio à satu prosilit. vel παρὰ τὸ ῥᾳδίως φαίνεσθαι, ῥᾳδίως enim Græcis est facilè φαίνομαι in lucem prodeo. quia facilè post sationem in lucem prodeat. [Radix dicitur per antonomasiam, & excellentiam, nam cæteras radices edules bonitate, & magnitudine excellit, & stomacho amica existit.

Raphanus niger, Lob. ico. Bauh. radice nigra, Cam. Raphanus cortice nigricante, Ger. hor. Raphanus syluestris, Cast. ico.

Raphanus secundus, Matth. Lugd. Raphanus longus, Trag. Lon. Raphanus minor oblongus, Bauh. Raphanus minor purpureus, Lob. Lugd. Raphanus prælongus Ges. hor. Raphanus Cleonæus Theoph. Algidensis Plinij.

Raphanus rusticanus, & syluestris, lege Armoracia Plinij.

Raphanus syluestris Officinarum aquaticus, Lob. ico. Raphanus syluestris, & Raphanus palustris, Lugd. Raphanus aquaticus folijs in profundas lacinias diuisis, Bauh. Raphanus aquaticus, Tab. Ger. an Raphanus cuius folia Erucæ similia, Theoph. & Napi syluestris genus Plinij. Radicula syluestris, Dod.

Raphanus aquaticus alter Bauh. Rapistrum aquaticum, Tab. Ger.

De Rapistro. Synonyma, & Etymum.

Rapistrum aruorum, Lob. Ad. Rapistrum flore luteo, Bauh. Rapistrum, Dod. Ges. hor. Brunf. Lampsana, Matth. Quibusdam etiam Irio eiusdem, Ang. Lugd. Ges. hor. Lon. Ger. Lampsana vera flore melino, Tab. Radix syluestris, Cæs. Sinapi agreste quartum, Trag. Olus syluestre Plinij nonnullis. Italis Rauarello.

Rapistrum dicitur à similitudine cum folijs rapæ, vnde quibusdam Rapa syluestris altera nominatur. Aliorum nominum etyma, lege suo loco.

Rapi-

Rapistrum flore albo Erucæ folijs, Lob. ico Rapistrum aruorum Ger. Rapistrum flore albo siliqua articulata, Bauh. Armoracia quibusdam Rapistrum album Tab. Lampsana Tur. Cæs. Raphanus syluestris, Ger. ico.

Rapistrum flore albo lineis nigris depicto, Bauh. Lampsana Apula Plinij, & Dioscoridis Colum.

Rapistrum montanum, siue syluestre Irionis folio, Colum. Rapistrum Italicum siliquis longissimis, Bauh.

Rapistrum monospermon dicitur, idest habens vnicum semen, nam Græcis μόνος est vnus, σπέρμα verò est semen.

Rapitius colis Catoni, & Rapocaulis, est Brassica ramosa, siue caule rapum gerens.

Rapum Americanum folijs Bryoniæ. Hetich Indis, & Æthiopibus dicitur.

Rapum Brasilianum, siue Americanum, est Igname Lob. lege Batat, & Batatas.

Rapum genistæ, lege Orobanche, Matth.

Rapum rubrum, lege Beta rubra Matth.

Rapum satiuum orbiculatum, lege Rapa satiua.

Rapum syluestre, lege Rapa syluestris.

Rapum terræ, & porcinum, Nonnullis, est Cyclaminus, siue Arthanita.

Rapum D. Antonij, Aliquibus, est Ranunculus tuberosus, nam radicem habet instar rotundi globuli, paruoque rapo similem, & quia cuicumq; corporis parti applicata velut ignis exulcerat, & vesicam excitat; ideo D. Antonij rapum nominant.

De Rapunculo. Synonyma, & Etymum.

Rapunculus, Matth. Dod. Tab. Lac. Cam. Cast. Cæs. Rapunculus esculentus, Bauh. Rapunculum vulgare, Trag. Raponcoli Brunf. Rapum syluestre Ges. hor. Fuch. Dod. Gal. Rapuntium paruum, Lob. Ad. Pes Locustæ Auicennæ Ger. Erinus Nicandri, & Diosc. Colum. Græcis γογγύλη ἀγρία. Italis Raponzolo, & Rapunculo.

Rapunculus dicitur, idest parua rapa, quia in figura radicis rapam imitatur. Erini etymum, lege supra Erinus. Gongyle agria, idest Rapa syluestris.

Rapunculus spicatus, Bauh. Rapunculus alopecuroides longa spica, Clus. hist. Rapunculus flore spicato purpureo, & albo, Cam. Rapunculus syluestris spicatus, Thal. Rapunculus nemorosus primus, Tab. Rapunculus maior Dod. Lugd. Rapunculum alopecuron, & Rapi syluestris sextum genus Dod. Rapunculum syluestre, Trag. Lon. Rapuntium maius, alopecuron comoso flore, Lob. Ad. Rapuntium maius Ger. Phyteuma folijs Rapunculi, Cæs. [Alopecuron, & Alopecuroides dicitur, à figura floris, nam caudam vulpis imitatur, ἀλώπηξ est vulpes, οὐρὰ est cauda.

Rapunculus scabiosæ capitulo cæruleo, Bauh. Rapuntium alterum leptophyllon capitatum, Colum. Aphyllantes primum Theophrasti, Lugd. Scabiosa media serrato angusto folio, flore globulariæ, Ad. Scabiosa ouilla, Cam. Scabiosa syluestris minor cærulea, Eyst. Scabiosæ tertium genus, siue Ouium Dod. gal. Ges. hor. Ouilla, & ouium dicitur, quia frequentissimè in pascuis ouium oriatur, & crescat.

Rapunculus persicifolius, lege Campanula cærulea satiua.

Rapunculus hortensis latiore folio, seu Pyramidalis, lege Campanula maior lactescens.

Rapun-

Rapunculus Creticus, seu Pyramidalis altera, lege Retromarula, seu Lactuca petræa.

Rapunculus alpinus corniculatus Bauh. Rapuntio corniculato affinis, Colum. Trachelium petræum minus, Ponæ.

Rapunculus campanulatus linifolius, & sylvestris minor, lege Campanula minor alpina rotundioribus imis folijs.

Rapunculus sylvestris flore ex purpureo candicante, Tab. Rapunculus sylvestris flore albo, Eidem. Rapunculus sylvestris minor Eyst. lege Campanula minor alba, & purpurea, Ger.

Rapunculus nemorosus angustifolius, lege Campanula lutea linifolia.

Rapunculus alpinus, seu Pyramidalis minor, lege Campanula folijs serratis cærulea.

Rapunculus nemorosus secundus, Tab. nemorosus Ger. Rapunculus sylvestris maior Eyst. Rapunculus nemorosus angustifolius magno flore maior, Bauh. Rapunculus campanulatus Nerijfolius tertius, Thal.

Rapunculus alopecuroides orbiculari penè spica, Clus. hist. Rapunculus folio oblongo, spica orbiculari, Bauh. Rapuntium corniculatum, montanum Colum.

Rapuntium paruum Lob. lege Rapunculus Matth.

Rapuntium vmbellatum, lege Telephium purpureum maius.

Rattiak est arbor in Virginea, vt dicemus in secunda parte Phyt.

Rauedseni, lege Rhabarbarum.

Recoctaria, lege Xyris, Matth.

Refrina, authore Festo, erat faba apud Antiquos ita dicta, quia refringatur, idest teratur.

Regalega nonnullis, idest Galega siue Ruta Capraria.

Regina prati, lege Vlmaria.

Regolitia, lege Glycyrrhiza.

Remedium pauperum, & Destructio Chirurgorum, est Herba Malucana Acostæ, ita nuncupata ob admirabilem in curandis vulneribus prærogatiuam.

Remenia Phrygibus est Hyoscíamus albus.

Remora aratri, siue Anonis, lege Acutella.

Renaria nonnullis, est Herniaria, siue Polygonum minus.

Reobarbarum, lege Rhabarbarum officinarum.

De Reseda. Synonyma, & Etymum.

Reseda maxima, Lob. maior Thal. Tab. Reseda lutea Lugd. recta Cam. Reseda, quæ Sesamoides maius Ghino, Gesn. hor. Reseda lutea maxima, Bauh. Sesamoides magnum Lac. & alterum Cæs. an Pycnocomon, Ang. Erucæ sylvestris genus nonnullis. Italis Reseda.

Reseda dicitur à sedandis doloribus: collectiones namque. & inflammationes omnes discutit. Sesamoidis etymum, lege suo loco. [Pycnocomon vocatur eò quia comam habet densam, nam Græcis πυκνὸς est densus, spissus. κόμη verò est coma. Vel πύκνωμα spissamentum, fortè quia habeat vim spissandi, & densandi.

Reseda latifolia, Tab. at supina, Cam. Rheseda Plinij Neotericorum. Eruca peregrina Italica, vel Cantabrica, Ad. Lob. Rheseda Plinij Ger. Eyst. Erucago vulgaris Colum. Sesamoides primum, Cæs. [Erucago dicitur, quoniam folia ad sylvestris Erucæ similitudinem accedere videntur.

Re-

Reseda Linariæ folijs, Bauh. an Reseda candida, Lugd. an Sesamoides Salmanticense paruum alterum, Clus. hist. & hisp.

Reseda alba minor, Bauh. Sesamoides paruum Salmanticum Clus. hist. & hisp.
Resedæ affinis, Phyteuma dicta, lege Erucago Apula.
Reseda lapidea Bauh. est planta marina Resedæ facie Clus. exot.
Resedæ similis maritima, est planta marina Resedæ facie Clus. exot.
Resina, eiusque species, in secunda parte Phyt. quando de Arboribus verba fient, erunt considerandæ.
Resta bouis, siue Anonis, lege Acutella.
Retæ sunt arbores, quæ ex ripis fluminum eminent, aut in alueis ipsorum extant à retibus dictæ, quòd prætereuntes naues retinerent instar retium, & vt dicemus in secunda parte Phyt.
Retusa, est Fuci marini species.
Rheubarbarum, lege Rhabarbarum.

De Rhabarbaro. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Rha fluuius est Sarmatiæ Europeæ supra Pontum, & Bosphorum Cimmerium, non procul à Tanai fluuio teste Ptolemæo, & est etiam Radix, & Planta, de qua in præsenti.
Rhabarbarum officinarum Bauh. Rhabarbarum cholagogon, Ad. Rhabarbarum Americanum, Monar. Rhabarbarum, nostrum, idem genere cum Dioscoridis Rhapontico, tantùm loco differens, Cord. in Diosc. Rheobarbarum, seu Indicum Cord. hist. Reobarbarum, Lac. Rha barbaricum verum Lapathiorum generis videtur. Ges. hor. Radix Pontica Alijs. Grçcis ῥᾶ καὶ ῥῆον, Rha, & Rheum. Italis Rhabarbaro, & Reobarbaro.
Rhabarbarum dicitur Latinis, quòd sit insignis radix populi barbari, est enim vox Arabica. Arabibus enim vocatur Rhaued, Rhauedseni est Indicum optimum, ita à medicis Arabibus nuncupatum, & quia prouenit in Barbaria, Rhabarbarum appellatur. Cholagogon nominatur, nimirum bilem educens, nam Græcis χολὴ est bilis ἄγω verò est duco, adduco: hinc planta Cholagogon dicta, eò quia bilem euacuat.
Rhabarbarum monachorum, lege Lapathum latifolium.
Rha & Rheum Dioscoridis, Bauh. Rhaponticum siccatum, Ger. Ponticum Rha antiquorum Lob. Ad. an Rhapontica Lon. Rhaponticum verum officinarum, Tab. [Rhaponticum dicitur, quia nascatur in Ponto supra Bosphorum, & à natali solo retulit appellationem, siquidem in ripis Rha fluminis supra Pontum frequentissimè crescat.
Rha capitatum folio Enulæ Centaurij maioris facie, Lob. Ad. Rha capitatum, Ger. Helenij folio, Lug. Rha, Rhecoma, & Rhacoma Plinij, Dod. gal. Rha, siue Rhei vt existimatur icon Dod. Rhaponticum folio Helenij incano, Bauh. Rhaponticum, Lac. Cast.
Rhacoma, & Rhecoma est Rha capitatum folio Enulæ.
Rhaponticum folio lapathi maioris glabro, Bauh. Rhaponticum Thracium Alpino. Rheum Antiquis appellatum, Cæs.
Rhabarbarum Indicum, lege Bryonia Mechoacana alba.
Rhabarbarum Monachorum, lege Lapathum latifolium.
Rhagadiolus Cæs. est Hieracium facie Hedypnois Lob. ico. Hieracium capitulum inclinans semine adunco, Bauh. [Rhagadiolus dicitur, quia rhagades curare perhibe-

hibetur nimirum scissuras in pedibus, & alia quauis parte corporis existentes.
Rhamnus eiusque species in secunda parte Phyt. erunt recensendæ.
Rhamnus solutiuus, & catharticus, lege Spina infectoria in secunda parte Phyt.
Rhapeion Plinij, lege Leontopetalum, Matth.
Raphanitis Plinij, lege Iris biflora Lusitanica,
Rhaphanus, lege supra Raphanus.
Rhaponticum vulgare nonnullorum, lege Centaurium maius.
Rhaponticum, lege supra Rhabarbarum.
Rha, Rheon, & Rheum, lege Rhabarbarum.
Rha album, & Rhabarbarum Indicum, est Mechioacan, siue Bryonia Mechoacana.
Rhasut, & Rumigi à Mauris nominata, Rauuolf. Lugd. ap.
Rheseda Plinij, lege Reseda latifolia,
Rheticæ Vites, & Rheticum vinum lege Vitis vinifera in secunda parte Phyt.
Rhexia, aliquibus est Anchusa, sed nomen est spurium.
Rhinoclisia Callæ herbæ alterum genus apud Plinium, lege Arisarum ita appellatum eò quia pistillum huius herbæ tunica, siue pellicula clauditur, nam Græcis ῥινὸς est pellis, cutis, corium κλεῖσις verò est clausio, siue claustrum.
Rhyzias succus est è radice Laserpitij profluens, nam qui è caulibus exprimitur, Caulias appellatur. Plinius.
Rhizotomos Plinij, lege Iris angustifolia prunum redolens, Rhizotomos appellata eò quia radix incisa, & secta videatur, nam Græcis ῥίζα est radix τομὴ sectio, sectura, vel incisio.
Rhodacina, sunt Persica, de quibus in secunda parte Phytologiæ.

De Rhodia radice, Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Rhodia Nymphæ marinæ nomen, Oceani, & Tethyos filiæ, à roseo, vt videtur, genarum colore impositum. Est vitis etiam, & vuæ genus, è Rhodo insula primum in Italiam aductum. Item est herba, de qua in præsenti.
Rhodia radix, Matth. Lugd. Cam. Ger. Cast. Cord. hist. Clus. hist. Ges. hor. Lac. Dod. Trag. Ang. Rhodia, siue Rosea radix, Lob. Ad. Fuch. Rosea radix, Lon. Tab. Græcis ῥοδία ῥίζα. Italis Radice Rodia.
Rhodia radix dicitur, quasi rosea, quòd contrita rosas redoleat. Græcis enim rosa ῥόδον vocatur, vel, vt alijs placet, à Rhodo insula nomen accepit, in qua vt aiunt, copiosissimè crescit.
Rhodium lignum, lege Lignum Rhodium in secunda parte Phyt.
Rhododaphne, & Rhododendron arbor est, vt dicemus in secunda parte Phyt.
Rhododendron alpina, lege Nerium alpinum.
Rhodon, & Rhodonia Rosæ planta est, & Rosarium, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.
Rhodora, lege Barba Capræ floribus oblongis.
Rhoeas est morbus nimirum erosio caruncula, quæ est in maiore angulo oculi, & est etiam Papaueris genus, lege supra Papauer Rhoeas.
Rhoites vinum ex malis punicis, quæ Græcis ῥοιαὶ, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.
Rhopalon nonnullis, est Nymphæa à radice clauæ simili dicta, ideo ab alijs Claua Herculis nominata, lege Nymphæa; ῥόπαλον enim est claua gestamen Herculis apud Græcos.
Rhombolinus arbor, eius historiam in secunda parte Phyt. breuibus exponam.
Rhus coriaria, & obsoniorum Rhoe, & Rhois, lege Rhus frutex in secunda p. Phyt.

Rhus

Rhus myrtifolium,& Virginianum, de ijs erit sermo in secunda parte Phytol.
Ribes, eiusque species, in secunda parte Phyt. erunt considerandæ.
Ribesium, lege Ribes in secunda parte Phytologiæ.

De Ricino. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Ricinus, & Ricinum, siue Recinum erat vestis antiquissima quadrata à reijciendo dicta, cuius partem mediam retrorsum iaciebant, & post tergum reijciebant. Est & Ricinus genus vermis canum, boumque aures acerrimè infestans. Est item herba, de qua in præsenti.

Ricinus Matth. Dod. Cord. in Diosc. Lob. Cast. Tab. Lugd. Cæs. Lon. Ad. Ges. hor. Ricinus vulgaris, Cam. Bauh. Ricinus maior Eyst. Ricinus Kerua Tripoli Rauuolf. Cerua, aut Cataputia maior Frag. Cici Ges. hor. Granum regium maius Mesueo Kikaion S. Ionæ. Alkaroa, & Kerua Arabibus. Mirasole Italis Guiland. Palma Christi Gallis secundum aliquos, Phaselus Romanus Tuscis, Mar. Virgilio. Pentadactylus alijs, Plinius Trixim, & Sesamum syluestre dici testatur. Græcis κίκι καὶ κρότων. Italis Ricino, Cataputia maggiore, & Fico dell'Inferno.

Ricinus dicitur à similitudine Ricini animalculi cuius formam fructus cortice exutus refert, & à Græcis hoc animal Cici, & Croton appellatur. Kerua Arabibus nominatur, Mauritanis Cerua. Cataputiæ etymum, lege supra Lathyris, siue Cataputia minor. Granum regium vocatur fortè ob potentissimam in purgando facultatem, nam cætera grana purgantia superat, & tota planta cæteras herbas magnitudine, & crassitudine sua transcendit, ideò Granum regium dictum. [Kikaion S. Ionæ verò dictum, quia pro vmbraculo, tota planta vsus est Ionas Propheta iuxta Niniuem, vt aiunt Authores. [Palma Christi à figura foliorum, quæ palmam digitis expansis æmulantur, nomen sortita est: nulla enim planta licèt adeò pusilla non reperitur, in qua mirabile aliquod non refulgeat, & quæ admirabilem contemplationem, diuinamque admirationem mentibus nostris non pariat, habent enim plantæ tot characteres Omnipotentis Dei digito exaratos, ideo non est mirum si à Deo denominationem quandoque sortiantur, sicuti hæc Palma Christi nominata; & propter hanc rationem pentadactylon appellatur, nam Græcis πέντε est quinque, δάκτυλος verò digitus; ideò folia in angulos formantur tamquam perfectè articulata, & digitata. [Phaselus verò ob figuram seminis Phaseli quodammodo similitudinem habens. Fico dell'Inferno verò Italis dicitur, quia cum eminus Ficum æmuletur, postea cominus deletteria est, ac solutiua.

Ricinus Americus, Curcas Incolis, Clus. notis ad Monard. Tab. Lugd. Ricinus Syriacus, Cam. Ricinus Americanus maior semine nigro, Bauh.
Ricinus Americanus minor, Bauh. Erauuai, Ricini pusillum genus Clus. exot.
Ricinus Americanus falsò creditus, lege Abelmoluch Ricini Americani folio ficus. descriptionem Lector in secundo Tomo partis primæ Phytologiæ obseruare, & legere poterit.
Ridica, lege Pedamen, siue Pedamenta.
Rima marina, lege Alliaria.
Rincum marinum, lege Batis, dicitur Rincum, fortè cum tota planta sit edulis veluti sunt radices Eryngij siue Cardui, Rinzo vulgò appellati.
Rinoclisia Plinij est quædam Anchusæ species, quam, & Callam appellant; nondum vidimus.
Risum, lege Oriza, quam inter legumina Galenus recenset.
Ritro, Rithrum, & Rutro, lege Carduus sphærocephalus latifolius vulgaris.

Rosa laurea, lege Oleander, in secunda parte Phytol.
Rosa Iunonis, lege Lilium album.
Rosa mariana satiua, & Rosa dominarum, lege Lychnis coronaria Dioscoridis satiua.
Rosa mariana Tragi, lege Been album.
Rosa Græca Plinij, lege Flos Constantinopolitanus.
Rosæ marianæ genus, lege Githago.
Rosæ domesticæ, & syluestris species, de ijs erit sermo in secunda parte Phyt.
Rosea radix, lege Rhodia radix.
Rosea arbor, & rosea Laurus, est Rhododendrum, siue Rhododaphne, nempe Oleander, vt dicemus in secunda parte Phyt.
Rosella nonnullis appellatur Cistus, vt dicemus in secunda parte Phyt.
Roseti rubei Fructus Crol. sunt fructus Paliuri, de quibus in secunda parte Phytologiæ,

De Rosmarino hortensi. Synonyma, & Etymum.

Rosmarinum coronarium, Matth. Ang. Lob. Ad. Lac. Lugd. Cam. Cæs. Eyst. Rosmarinus hortensis angustiore folio, Bauh. Rosmarinus minor, siue tenuifolius, Gesn. hor. Rosmarinus Trag. Fuch. Lon. Brunf. Tur. Casia nigra Theophrasti Dalech. in Plinium. Cneorum Theophrasti, & Casia Latinorum Alijs. Hyssopus Hebræorum quibusdam, teste Io. Bauh. Libanotis coronaria Gesn. hor. Cord. in Diosc. Alchachil, & Anthos in Antidotario Bonon. Græcis λιβανωτὶς στεφανωματική. Italis Rosmarino. Thuscis Ramerino.

Rosmarinum dicitur, quia eius flos rore madidus semper apparet, & color aquæ marinæ, similis videtur: ideo Ros maris, & marinus dictus. [Vel quod folia qua parte minus viridia sunt, quandoque albedine quadam asperfa sint, quę rorem videtur mentiri, & albedo aliquando, etiam in parte viridiore obseruatur. [Vel quia nascatur in Solo arenoso, & sabuloso veluti sunt maris litora, ideo marinus vocatus. Libanotis Græcis appellatur ab odore thuris, nam λίβανος apud Grecos est thus. Stephanomatice, nimirum coronaria, quia Gręcis στέφω est corono, στέφανος verò est corona, seu corolla, nam hac herba vtuntur ad coronas texendas, vel quia producat flores, & folia caulem circumambientia, in modum coronę. Vel dicitur coronaria ad differentiam aliarum vmbelliferarum Libanotidum. [Hyssopus Hebræorum fortè dictus, quoniam Hebræi hac planta sæpius vtantur in varijs, vt in sacrificijs, & expiationibus, & fortè est illa Hyssopus, (vt nostra fert opinio, quamuis alij eruditi Authores aliter sentiant; nolo tamen cum sapientibus viris altercari: sua cuique arbitraria esto sententia) in sactis literis memorata, lib. 3. Reg. *quæ egreditur de pariete*, quoniam Rosmarinus noster coronarius, hortorum, & claustrorum parietes ornat, dum secus illos nascitur, itaut de pariete exire videatur, & re vera exit dum in parietinis libentissimè crescit, & fructificat, inibi enim frigori magis resistit, & eò facilius hyemem non reconditus perfert: tradunt enim Authores, & experientia comprobatum è parietibus latere tuso mirè ali. Dixit Scriptura *quæ egreditur de pariete*, ad differentiam vulgaris Hyssopi, quæ in hortis colitur, & similiter planta est odorata, sed non lignosa, veluti est Rosmarinus coronarius, etenim hæ duæ plantæ quamdam similitudinem inter se habere videntur; vt verbosiùs agemus in secundo Tomo partis primæ Phytolog. quando harum plantarum descriptiones, & historias non incuriosè percurremus.

Rosmarinum syluestre, siue Bohemicum, nonnullorum est Cistus Ledon folijs roris mari-

marini, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ. Alijs verò est Rhus myrthifolia Belgica.

Rosmarinum syluestre, Cæs. Rosmarinus syluestris, seu maior Cord. hist. Rosmarinus spontaneus latiore folio Bauh. Rosmarinus alter ignobilior, Ges. hor.
Rosmarinus Theoph. Ang. lege Libanotis alba maior.
Rosmarinus primus, Ang. lege Libanotis, seu Rosmarinum Matth.
Rostrum Ciconiæ siue Gruis, lege Acus moschata, siue Myrrhida Plinij.
Rostrum passeris nonnullorum, est Capsici, siue Pseudocapsici species.
Rostrum porcinum, lege Dens Leonis Matth. ita nominatum, quoniam porci libenter hanc radicem rostro euellunt, & extrahunt pabuli gratia.
Rota in Bengala, genus est arundinis gracilius, & succinctius, viminis ad modum flexile, ex quo calathi, & alia multa pulcherrima conficiuntur ex hist. Ind. Orient. Arundo Indica versicolor flexilis nuncupata, & quia ad modum rotæ complicatur, ideo Rota dicta.
Rotob apud Ægyptios, & Arabes sunt Dactyli ferè putridi Vesling. obser. & vt dicemus in secunda parte Phyt.
Rubella tinctorum, Herba cretica Imper. Alga cornu cerui diuisura, Bauh.
Rubellianæ vites, siue Rubellæ de ijs erit sermo in secunda parte Phytolog. Capite de Vite.
Rubeia, & Rubea nonnullis, est Rubia Tinctorum, lege Rubia satiua, & Rubia maior.
Rubeola aruensis, Cam. Rubeola aruensis repens cœrulea Bauh. [Rubeola dicta, idest parua Rubia.
Rubeola repens lutea folijs spinosis Bauh. Rubia minima, Lob. Lugd.
Rubeola echinata saxatilis, lege Cruciata muralis Colum.
Ruberta, ac Ruberti herba, lege Geranium Robertianum.

De Rubia. Synonyma, & Etymum.

Rubia satiua, Matth. Ges. hor. Lon. Lugd. Cast. Lac. Tur. Fuch. Brunf. Trag. Rubia maior, Ad. Lob. Clus. hist. Rubia tinctorum satiua, Bauh. Rubea tinctorum, Cord. Thapsia Asclepiadis Ang. Græcis ἐρυθρόδανον, & ἐρευθέδανον. Alijs verò Varantia. Italis Rubia da Tintori.
Rubia dicitur à rubore radicis, quo lanæ, & coria tinguntur. Erythrodanum similiter Græcis appellatur, idest rubrum donum, nam apud ipsos ἐρυθρος, & ἐρευθος est ruber, δανος verò, est donum, munus, cum a Natura nobis sit donata, & à Tinctoribus expetita, cum ex illa magnum faciant quæstum. [Varantia infimi latini vocarunt Rubiam, nomen corruptum ex Verantia, vt scribit Salmasius. Verantia pro vero colore, vt aurantia pro aureo. Antiqui Latini verum colorem de rubro, & coccineo dixerunt, & sic hanc herbam vocarunt propter radicem rubram.

Rubia maxima, Lob. ob. Rubia erratica, Trag. Rubia syluestris, Cæs. Rubia syluestris vera, Cord. ob. Rubia syluestris aspera, quæ syluestris Dioscoridi, Bauh. Stellaria nonnullis.

Rubia syluestris læuis Bauh. Rubia syluestris, Matth. Lob. Lac. Lon. Lugd. Cast. Tab. Ger. Thal. Tur. Ges. hor. Fuch. Brunf. Rubia syluestris minor Lob. ob. Ad. Lappago Plinij, Cæs. [Lappago dicitur, quia ad instar Lappæ vestibus adhæret.

Rubia

Rubia sylvatica longioribus, & angustioribus folijs, Gesf. hor. Rubia montana angustifolia, Bauh.

Rubia cynanchica, Bauh. Galium tetraphyllon montanum cruciatum, Col. Aspergula herba repens, Gesf. col. Saxifraga altera, Cæs. Synanchica alijs, quod ad anginas sumpta, & admota valeat, Lugd. κυνάγχη, & συνάγχη est anginæ species, quando interni faucium musculi inflammantur ἄγχω enim est fauces constringo. Aliorum nominum etyma, lege suo loco.

Rubia marina Narbonensium, Dod. Ad. Lob. Clus. hist. Tab. Rubia maritima, Bauh. Crucialis maritima. Ces. Erytrhodanum marinum, Lugd. Crucialis dicta, eò quia folia in modum crucis sint conformata.
Rubia linifolia aspera, lege Iuncaria, Tab.
Rubia leuis Taurinensium, Lugd. Lob. Rubia quadrifolia, vel latifolia læuis, Bauh.
Rubia spicata Cretica Clus. hist. Rubia latifolia spicata, Bauh.
Rubia Virginea Chappauur dicta, in Virginea, lege supra.
Rubigo morbus satorum è frigore, & pruinis. Vredo, & Rubigo, vel Robigo frigoris causa tantùm nascitur (vel vt alij volunt) ob leuem pluuiam, vel rorem inustum Sole acri, cum exceptus in spicam ros, aut pluuia non decutitur, sed Solis superuentu excalfacta putrescit.

De Rubo. Synonyma, & Etymum.

Rubus vulgaris, siue Rubus fructu nigro, Bauh. Rubus Matth. Dod. Lac. Lon. Lob. Lugd. Cæs. Cast. Tur. Fuch. Cord. in Diosc. Brunf. Rubus vulgaris Gesf. hor. Thal. Rubus aruensis, Tab. Rubus grandis, & secundus, Trag. Rubus excelsa Theophrasto, Rubus Idæus Ger. ico. Rubus Batis, Ad. Morus, siue Rubus Ang. Quibusdam Sentis. Græcis βάτος. Italis Rouo. Bononiensibus Raza. Fructus Mora rubi dicuntur, & βάτινα Galeno. Quibusdam Vaccinia. Officinis mora bati.
Rubus dicitur fortè à rubore, quasi Rubeus, nam rami ferè omnes rubent, & fructus antequam maturescant rubore sunt perfusi, necnon mora eius compressa, sanguineum succum reddunt. [Batis Græcis vocatur, nam βατὸς apud ipsos est peruius, nimirum per quod iri potest; Sed hoc nomen Rubo competit per antiphrasim, nam vbi sunt rubi inaccessibilis redditur iter, propter minores, & nocentes spinas. [Similiter Sentis fuit appellata propter eandem rationem à numerosissimis spinis quibus tota planta est vestita, ita dicta, quòd à tangentibus quamprimùm sentiatur. [Mora bati, & mora rubi dicuntur, ad differentiam arboris, qui fructus similiter Mora Celsi nuncupantur. Vaccinia nominata, quasi Baccinia, nam huiusmodi fructus baccæ racemosæ quodammodò videntur.

Rubus humilis, & primus Trag. Rubus humilis Belgicus Clus. pan. & hist. Rubus repens fructu cæsio, Bauh. Rubus reptans, Ad. Rubi alterum genus Lugd. Cæs. Rubus minor, Dod. Chamæbatos Theophrasto. Humirubus Gazæ.

Rubus Idæus spinosus Lugd. Bauh. Rubus Idæus Matth. Dod. Trag. Ang. Lon. Ad. Cast. Lob. Ger. Thal. Rubus Idæus maior Lac. des. Rubus Idęus vulgaris, Clus. hist. Rubus Idęus Dioscoridis, & Plinij. Rubus Idęus exilibus spinis. Cord. in Diosc. Rubus tertius montibus proprius Cæs. Græcis βάτος ἰδαία. Idæa dicitur quoniam copiosus in Ida monte nascatur. Bononiensibus Alpinis dicitur Lampone.

Rubus Idęus non spinosus, Lugd. Rubus Idæus lęuis, Bauh. Rubus Idæus Placæ Clus. hist. desc. Rubi alia species, Ges. hor. Rubus hircinus, Tab. Chamæbatus, seu Rubus Idæus alter, Trag.

Rubus Idæus fructu candido, Clus. hist. Thal. Rubus Idęus fructu albo, Bauh. Rubus Idęus leucocarpos, Cam. ideſt albo fructu, nam Græcis λίυκος est albus, καρπός verò est fructus.

Rubus ceruinus, lege Smilax aspera.

Rubus alpinus humilis, saxatilis, siue petræus, & minimus, lege Chamærubus saxatilis.

Rubus canis, siue cynosbatos, lege Rosa canina, in secunda parte Phytologiæ, ita nuncupata, quòd eius flores canum rabidorum morsibus medeantur.

Rubus Idæus non spinosus, quibusdam, lege Fragaria,

Rucula maior, lege Eruca satiua Matth,

Rumex vrbana, & maior, lege Lapathum latifolium,

Rumex agrestis, lege Lapathum folio minus acuto,

Rumicis species folijs rubentibus, siue Rumex variegatum, & nigrum, lege Lapathum sanguineum,

Rumex vnctuosus, lege Atriplex caninus, siue canina,

Ruscus, lege Bruscus,

Ruscus syluestris, lege Aquifolia arbor in secunda parte Phyt.

Rusco affinis, lege Poligonatum latifolium ramosum, & Bislingua Clus.

Ruta baccifera, siue trifolia, lege Iasminum luteum.

Ruta canina Lob. Tab. Clus. hist. Ad. Lugd. Sideritis altera Diosc. Lac. Lon. Cast. an Sideritis tertia Matth. Galeopsis tertia, Dod. gal. Scrophulariæ similis planta maior Sideritis secunda Diosc. Cæs. Scrophularia Ruta canina dicta vulgaris Bauh. Herba sancti Antonij, & Antoniana Alijs. Harmala Italica, & Harmel Aliquibus. Quamuis hoc nomen Harmel Rutæ syluestri Harmalæ Matth. conueniat. [Scrophularia dicta, quia flores floribus Scrophulariæ quodammodo similes producat.

Ruta capraria, lege Galega, siue Ruta Capraria,

Ruta Lunaria, vel Iecoraria, lege Lunaria racemosa,

De Ruta muraria, Synonyma, & Etymum.

Ruta muraria Dodonei, Bauh. Ger. Ges. hor. Adiantum album Cam. Lon. Tab. Adiantum candidum Cord. in Diosc, & hist. Thal. Guil. Paronychia, Matth. Lac. Capillus Veneris, Trag. Brunf. Saxifraga, seu Empetron, Fuch. Saxifraga minor secunda Brunf. Saluia vitæ, Ad. Lob. Lugd. Ruta marina nonnullis, Italis Ruta murale, & muraria.

Ruta dicitur ob quamdam foliorum cum folijs rutæ similitudinem, & cum frequenter in muris reperiatur, & crescat, ideo muraria nuncupatur. Aliorum nominum etyma lege suo loco. Saluia vitæ dicta; ideſt seruit vice, & loco aliarum capillarium herbarum, nam in defectu illarum: hac possumus vti felici cum successu.

De Ruta hortensi, siue domestica. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Ruta, orum apud Iuris Consultos, quasi eruta dicuntur, vt arena, creta, & his similia, nondum in opus conuersa. Est item prouerbialis locutio, dum inquiunt, ne in rutis quidem, & cæsis, pro eo, quod est nulla in parte, vt est apud Ciceronem. Item

Item est herba de qua in præsenti.

Ruta Matth. Tur. Cæs. Brunf. Ang. Lac. Cast. Ruta maior, & hortensis, Ad. Ruta domestica, Trag. hortensis Fuch. Lob. Ger. Cam. Gesf. hor. Dod. gal. Ruta latifolia Tab. Ruta hortensis latifolia, Bauh. Ruta satiua, Cord. in Diosc. Lugd. maior Gesf. hor. Ruta graueolens hortensis, Dod. Græcis πήγανον. Italis Ruda, & Ruta.

Ruta dicitur à ruendo, quòd vnà ex omnibus herbis propter multiplices eius vsus maximè eruatur, & à mulieribus summoperè expetatur, frangatur, & rumpatur: ideò Ruta quasi rupta potest etiam vocari, cum ad varia medicamenta trahatur, fortè à verbo græco ῥύτη dicta, nam ῥύω significat traho. [Peganon appellatur à πηγνύω congelo, quod siccitate, & calore congelet semen exsiccando: excalfacit enim ordine tertio: ideò apud Græcos dicitur ἀπὸ τῦ ρυτῆρος quòd libidinosos, nimiumque Veneri addictos frenet.

Ruta hortensis minor Tragi. Ruta hortensis nobilitate præstans Ger. hor. Ruta syluestris graueolens. Ger. ico. Ruta hortensis altera, Bauh. Ruta satiua tenuifolia Cord. hist. Ruta tenuifolia, Tab.

Ruta syluestris, Matth. Lon. Dod. gal. Lugd. Ad. Ruta syluestris maioribus folijs, Gesf. hor. Ruta syluestris maior Bauh. Ruta syluestris prima, Lac. Cast. graueolens, Dod. Ruta montana, Tab. Ger. syluestris montana, Lob.

Ruta montana, & syluestris Clus. hisp. & hist. Ruta syluestris minoribus folijs Gesf. hor. Ruta syluestris minima, Dod. Ger. Ruta syluestris minor, Bauh. Ruta syluestris, Lob. Cam. epit. Lugd. Ruta syluestris tenuifolia, Cam. syluestris minor, Tab. Peganion Narbonensium, siue Rutula, Ad.

Ruta syluestris Matth. Harmala, Lugd. Clus. hist. Ruta syluestris flore magno albo, Bauh. Ruta syluestris secunda, Cast. Cam. Ruta syluestris, Ang. Gesf. hor. Cord. in Diosc. Harmala, Dod. Tab. Clus. hisp. Cæs. Harmala Syriaca, Lob. Ad. Harmel. Gesf. hor. Constantinopolitanum, Cæs. Harmala dicta, quia Arabibus dicitur Harmel.

Ruta syluestris hypericoides, Dod. Androsæmon Lob. Androsæmon alterum folijs Hyperici, quod aliquibus Hypericoides, Androsæmum magnum, Ad.

Ruta graueolens, lege Ruta, Matth.

Ruta pratensis herbariorum, lege Thalictrum magnum, & minus.

Ruta maior, minor, & tenuifolia, lege Thalictrum.

Ruta pedicularis, lege Fistularia.

Ruthrum, siue Rutrum, lege Carduus sphærocephalus latifolius vulgaris.

Rutinalis herba Angelica Plinij apud Authores, sed quid?

Rutula Ad. lege Ruta montana, & syluestris.

S



Abaia in Illyria, potio vilis est, ex hordeo, vel Tritico in liquorem verso parata.
Sabdariffa, Dod. Lob. Cam. Ger. Lugd. Tab. Eyst. Alcea Americana Clus. hist. Alcea Indica magno flore, Bauh. [Sabdariffa nomen est vernaculum.
Sabdariffa alia, lege Bamia Ægyptia, siue Alexandrina.
Sabellica Plinij, lege Brassica alba crispa.
Sabina, eiusque species, in secunda parte Phytologiæ erunt recensendæ.
Sabanpute, est piper album, de quo in secunda parte Phytol.
Sabucaie, fructus est Palmæ cocciferæ, vt dicemus in secunda parte Phyt.
Saccharum Alusar, lege Apocynum Syriacum.
Saccar mambu, lege Mambu, & Bambus.
Saccolaa Quebir, idest Cardamomum magnum Arabum, aut Sacoule Auicennæ, Elachi Mauritanis, Cardamomum maius Cord. in Diosc. cui Heyl Arabum, & hist. Clus. ad Dod. Cardamomum secundum, Cam. ep. Cardamomum maius Officinarum, Bauh. Cardamomum medium, Matth. Cast. Lon. Lugd. Cardamomum minus vulgare Lob. Tab. Ad. Clus. in Garz. Cardamomi etymum, lege supra Cardamomum maius, Matth.
Saccolaa ceguer, idest Cardamomum minus Arabum, Cardamomum minus Matth. Lon. Lugd. Tab. Lac. Ad. Cardamomum minus vulgare, Lob. Clus. in Garz. Cardamomum verum, Ang. Cardamomum in Officinis simpliciter dictum Bauh. Cardamomum minus, Cord in Diosc. & hist. cui & Helbane Arabum Cardamomum primum, Cæs. tertium, Cam. ep.
Sacquenumemer, baccæ plantæ, quæ in stagnantibus aquis reperiuntur par. 1. Ind. occid. Capparibus similes baccæ in Virginea.
Sacra herba, & Sacra recta, lege Verbena communis.
Sacra herba Agrippæ, est Saluia.
Sadar Serapionis est Nabca Arabum, & Ægyptiorum, vt dicemus in secunda parte Pytholog.
Safsaf Syrorum Rauuolf. & Lugd. ap. est Salix exotica, de qua in secunda parte Phytolog.
Sagapenum liquor est, vel lacryma plantæ ferulaceæ in Media prouenientis, an fortè Panacis succus, Hammoniaci lacrymæ similis. Sagapenum officinis Serapinum, Matt. Cord. hist. Sagapenum Cæs.
Sagatemener genus glandium, vel baccarum, vt dicemus in secunda parte Phyt.
Sagine spergula, lege Alsine spergula.
Sagina, lege Melica, siue Sorgum.

De Sagitta, Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Sagitta est iaculi genus, quod arcu emittitur. Est etiam signum cæleste, & est superior pars malleoli, seu surculi, acuminata; est denique herba, de qua in præsenti.
Sagitta maior, Matth. Cast. Dod. Tab. Sagitta aquatica maior Bauh. Sagittaria maior, Ger. Barba syluana recentioribus Cæs. Phleos mas latifolia Lugd. Pistana magonis, siue Sagittaria aquatica Plinij. Ad. cui an Stoebe fœmina, Lob. Magopistana,

na alijs, & Teliformis. Gallis cauda hirundinis, à foliorum figura hirundinis caudam repræſentantium. Italis Sactta maggiore.

Sagitta dicitur, & Sagittaria à foliorum forma tricuſpidi, ſupernè in vnam cuſpidem, infernè in duas deſinentium, itaut alatæ ſagittæ, vel teli miſſilis cuſpidem proximè referant, idirco Teliformis etiam vocata. Barbæ ſyluanæ etymum, lege ſupra Barba ſyluana. [Piſtana appellatur ratione loci natalis, nam Græcis πιστὴρ & πιστήριον exponitur alueus, & quoniam, hæc herba in aquis, & torrentium alueis frequentiſſimè creſcit, ideò Piſtana dicta; Magonis verò nomen eſt Inuentoris. [Phlcos vocatur à verbo græco φλύω, quòd ſignificat ferueo, bullio, ebullio, quia cum naſcatur in aquis ſtagnantibus, vi & calore Solis aqua feruefacta ebullire videtur, ideò herba Phlyos fuit appellata. [Vel quaſi φλέος cortex, pellis, cutis hinc φλόιζω, decortico, pellem detraho, quia folia huius plantæ contrectantium manus ſauciant, & pellem, ſeu cuticulam detrahunt, Stoebe etymum, lege ſuo loco.

Sagitta minor, Matth. Lugd. Ad. Tab. Dod. Lob. Caſt. Sagitta, & Sagittalis Cord. hiſt. Sagitta aquatica minor latifolia, Bauh. Sagittaria minor Lob. ico. Ger. Piſtana Plinij, Ang. Sagitta Iouis Gaſp. Schuuencfelt.

Sagitta minor anguſtifolia, Tab. Ger. Sagitta aquatica minor anguſtifolia, Bauh. Phloeos, ſiue Stoebe Theoph. anguſtifolia Lugd.

Saga, & Sagu, arbor eſt, Palmam referens, de qua in ſecunda parte Phyt.

Sagmina, Sagminalis, & Sagmen, lege Verbena communis.

Sahang, eſt Piper. rotundum nigrum, vt dicemus in ſecunda parte Phyt.

Sal Alkali eſt cinis Kali, ſiue Alkali herbæ, & cinerem harum herbarum Matthæus Syluaticus Sodam appellat.

Salapa, & Silapa, radix eſt diſſecta in tenues lamellas, per Liburni portum, & etiam Venetijs delata Bononiam, ad inſtar radices Bryonię Mechioacanę; purgat humores pituitoſos, & aquєos, vt dicemus in Tertio Tomo partis primæ Phytologiæ quando de facultatibus verba fient.

Salicaria Geſ. lege Lyſimachia Matth.

Salicaſtrum Plinij nonnullis, eſt Bryonia nigra. Alijs verò eſt Dulcis amara: ita nuncupata, fortè quia in Salictis, nempe in Salicetis naſcatur; lege ſupra Amara dulcis vbi etymum inuenies. Alijs verò eſt labruſcæ genus, vt dicemus in ſecunda parte Phytol.

Salicornia, lege Kali geniculatum vermiculatum.

Saliuaris, lege Pyrethrum verum.

Saliunca, lege Nardus, ſiue Spica Celtica.

Salix eiuſque ſpecies, in ſecunda parte Phytol. hiſtorias non incurioſè percurram; & de Salice pumila.

Salpingion Democrito, eſt Equiſetum folijs nudum non ramoſum, ſiue iunceum; ita cognominatum, quaſi tubulum dixeris.

Salſaparilla, & Sarſaparilla, lege Zarzaparilla.

Salſola, lege Kali album.

Salſirora, lege Rorella, ſiue Ros Solis.

Salſicortex, arbor eſt, vt dicemus in ſecunda parte Phytolog.

Saluara, lege Rorella, ſiue Ros Solis.

De Saluia. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Saluia est oppidum Triaeensium in quinta regione Italiæ, vt inquit Plinius. Fuit & Saluia mater Apuleij. fuit & Saluia familia Romana, ex qua ortus est M. Saluius Otho Imp. Item est herba de qua in præsenti,

Saluia maior, Matth. Dod. Lac. Cast. Ger. Fuch. Tur. Lugd. Tab. Saluia maior scabrior Dioscoridis Lob. Ad. Saluia maior, an Sphacelus Theophrasti, Bauh. Saluia maior latifolia flore cæruleo Eyst. Saluia latifolia, Trag. Lon. Cam. Brunf. des. Ges. hor. Clus. hist. Saluia hortulana Eric. Cord. Saluia domestica, Cæs. Sacra herba Agrippæ. Græcis ἐλελίσφακος. Alijs verò Phacos. Italis Saluia.

Saluia dicitur à Saluando, quòd ad multa sit vtilis, & præsertim saluos homines, & incolumes efficiat in cibis sumpta, præseruetque ab omni morbo; vel quod ad fęcunditatem salutaris sit; hanc namq; sepè vsurpantes steriles grauidæ redduntur; & hac de causa Sacra herba etiam appellatur. [Elelisphacos dicta, quasi in tabem redacta, cum herba ipsa, semper retorrida, & exsucca videatur: ἐλελίζειν Græcis est intorquere, contrahere σφάκος, & σφάκελος est malum in plantis nempe syderatio, nam σφάζω, apud ipsos, est macto, folia enim attritis vestibus comparantur, mottuaque, & siccata apparent, vnde etiam sphacelus à nonnullis appellatur

Saluia minor, Matth. Dod. gal. Lac. Lob. Tab. Fuch. Cord. in Diosc. Tur. Cæs. Saluia minor pinnata, Ad. Eyst. Saluia minor aurita, & non aurita Bauh. Saluia tenuifolia auriculata, Cam. Saluia angustifolia, & minor, Trag. Saluia angustifolia, Clus. hist. Saluia nobilis, Brunf. Ges. hor. Saluia acuta, Lon. Sphacelus verus Theophrasti Lugd. [Pinnata dicitur, & auriculata eò, quia folijs ea parte, qua pediculo insistunt, duo hinc inde foliola exigua adnascuntur pinnarum, aut auricularum quadam similitudine.

Saluia Hispanica odoratissima, Cam. Saluia Hispanica flore albo, Eyst. Saluia folio tenuiore, Bauh. Saluia Indica, Tab. Ger.

Saluia Cretica baccifera, Lob. ico. Cam. ep. Matth. Lugd. Saluia fructum instar gallæ ferens, Matth. Saluia Cretica, Tab. Dod. Saluia baccifera Bauh. Saluia coccifera, siue baccata Cretensis, Ad. Saluia Cretica pomifera, Alijs. Saluia Græca, quæ hodiæ φλασκομηλία, Ang. idest Saluia fructum ferens, nam Græcis μῆλα quemlibet fructum significat; & inter genicula in crassitudinem extuberant excrescentiæ quædam, quę magnitudinem, & similitudinem baccarum, & pomorum orbiculatorum assequuntur, ideo Saluia baccifera appellatur.

Saluia cretica angustifolia, Clus. hist. Saluia angustifolia serrata, Bauh.

Saluia agrestis, siue Sphacelus, lege Scordium alterum. Saluia bosci alijs, nam Ruellius Galliæ rura bosci Saluiam vocare refert; quasi nemoris saluiam, cum in nemoribus oriatur.

Saluia montana, Ges. lege Scordium alterum.

Saluia alpina, lege Pseudostachys alpina.

Saluia vitæ, lege Ruta muraria.

Saluia syluestris nigrior, lege Pseudostachys alpina.

Saluia Romana, lege Costus hortorum, siue Herba S. Mariæ,

Saluia syluestris, Cæs. lege Stachys, Matth.

Saluia tenuifolia auriculata, lege Saluia minor.

Saluia

Saluia ingens nonnullis dicitur. Sclarea.
Salufandria à nonnullis Nigella, fiue Melanthium appellatur, fed vox fpuria,
Salutaris herba aliquibus, vocatur Rhamnus, vt dicemus in fecunda parte Phytol.
Samaca, fructus citri magnitudine acidus Linfc. lege Malus Medica in fecunda parte Phytolog.
Sambach, lege Iafminum album. Sambach, Alijs eft Iafminum, fiue Gelfeminum Arabicum.
Sambaya, lege Zedoaria Geiduar dicta.
Sambarane Acoftæ, eft Pfeudofantalum album, vt dicemus in fecunda parte Phytol.
Sambucus, eiufque fpecies, de ijs in fecunda parte Phytologiæ verba locupletiora proferam.
Samarrhich apud Arabes, & Ægyptios eft Ramus Palmæ cui appenfi funt Dactyli.
Samera, & Amera femen eft Vlmi, apud Columellam, quamuis Plinius Samaram vocet. Apud nonnullos verò Samara, & Samera funt folliculi Vlmi, feu potius liquor in folliculis exiftens, quo in fmegmatibus mulieres vtuntur. ἀμάρα enim Græcis exponitur meatus, & foffa, nam folliculi foffæ videntur, in quibus humor confluit. Samera verò dicta, quafi σεμνέρα à verbo σεμνόω fpeciofum reddo, fpeciosè fingo, adorno, vt dicemus in fecunda parte Phytologiæ capite de Vlmo; quando de facultatibus verba fient.
Samolus Plinij, lege Anagallis aquatica folio rotundo non crenato.
Samolus Plinij nonnullis eft Pulfatilla vulgaris.
Samolus Plinij Alijs, lege Vaccinia paluftria.
Samparanton Cluf. exot. eft Lobus orbicularis fufcus, vt dicemus in fecunda parte Phytologiæ.
Sampetra, eft herba S. Petri, fiue Crithmum, lege Batis, & Baticula.
Sampfa, nucleus eft oliuæ, vt dicemus in fecunda parte Phytologiæ capite de Olea.
Sampfuchus, fiue Marum maftichen redolens, lege Marum Maftic Gallorum.
Sampfuchus, fiue Amaracus, Latinis Maiorana, lege Amaracus Matth.
Sanamunda quibufdam, lege Bupleurum anguftifolium, Alijs verò eft Caryophyllata vulgaris.
Sanamunda Cluf. lege Thymælea tomentofa, vbi etymum inuenies.
Sanafancta Indorum, lege Nicotiana maior.
Sanctimen nonnullis, eft Verbena communis.
Sandali rubri femina, Cæf. an Phafeolus Indicus.
Sandalida Cretica, lege Lotus pulcherrima tetragonolobus.
Sandalides Palmæ genus, à fimilitudine fandalis dictum, hoc eft muliebris calceamenti, vt dicemus in fecunda parte Phytologiæ.
Sandalum farris Gallici genus, plus alio quouis farre panis reddens. Plinius.
Sandaracha, & Sandarax, gummi eft refinofum ex Iunipero, vt dicemus in fecunda parte Phytologiæ.
Sandaracha, apud Plinium, eft herbæ nomen apibus gratiffimæ, quam alio nomine Cerinthum appellant.
Sandyx coloris rubri genus eft factitium, non autem herba, vt nonnulli voluerunt, quamuis Sandix nautica nonnullis dicatur Acorus Diofcoridis.
Sanguen vulgò, Cæf. & Sanguinus, fiue Virga fanguinea, lege in fecunda parte Phytolog.
Sanguinaria, & Sanguinalis, lege Polygonum mas, Matth. Alijs verò Sanguinaria eft Burfa paftoris. Sanguinaria radix alijs eft Geranium fanguineum à mirifica in fiftendo fanguinis profluuio facultate. Ruellius.
Sanguinalis fœmina, lege Equifetum paluftre breuioribus folijs.

San-

Sanguinaria, Trag. lege Ischæmon vulgare.
Sanguinella, lege Virga Sanguinea in secunda parte Phytologiæ, & Cornus fœmina.
Sanguinus nonnullis, est Virga Sanguinea de qua in secunda parte Phytol.
Sanguisorba, lege Pimpinella, seu Sanguisorba maior.
Sanguis Herculis, aliquibus est Helleborus albus, siue Veratrum album.
Sanguis Draconis herba, lege Lapathum sanguineum.
Sanguis Draconis Officinarum, est arboris exoticæ lacryma, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.
Sanguis terræ apud Paracelsum est vinum, secundùm Quercetanum dicitur Princeps omnium vegetabilium, vt diffusius agemus in secunda parte Phytologiæ, Capite de Vite.
Sanicula alba Ges. lege Dentaria minor, Matth.
Sanicula mas, & Officinarum lege Diapensia, Matth. à nonnullis etiam quinque folia Officinarum mas appellatur, & Ferraria minor C. Schuuencfelt.
Sanicula fœmina, lege Helleborus niger Saniculæ folio maior.
Sanicula corallina, est Dentaria baccifera, siue bulbifera.
Sanicula alpina, lege Auricula Vrsi.
Sanicula montana latifolia, lege Caryophyllata Veronensium.
Sanicula montana rotundifolia, lege Geum alpinum.
Sanicula montana flore calcari donato, lege Pinguicula.
Sant arborem ab Aegyptijs vocatam, esse veram Acaciam, dicemus in secunda parte Phytol.
Santalum lignum, eiusq; species, lege in secunda parte Phytologiæ.
Santolina, & Sanctolina vulgò, lege Abrotonum fœmina, dicitur etiam Chamæpitys nobilis Tragi, & Camphorata Cast. & in Antidotario Bonon.
Santonicum Cord. lege Abrotonum fœmina.
Santonica herba, & Santonicum, lege Absinthium Santonicum.
Sapena riparum, lege Persicaria vrens.
Sapinea, & Sapinus est inferior pars Abietis, quæ enodis est, vt dicemus in secunda parte Phytol.
Sapinus Bellonio, arbor est, de qua in secunda parte Phytologiæ.
Sapa ex musto conficitur, est enim mustum ad tertias decoctum, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

De Saponaria. Synonyma, & Etymum.

Saponaria, Lob. Dod. Lac. Cam. Eyst. Trag. Ges. hor. Ad. Cæs. Tab. Ger. Saponaria maior Lugd. Saponaria maior leuis, Bauh. Herba fullonum recentioribus Fuchsij ex Ruellio. Lanaria, & Lychnis fullonia C. Schuuencfelt. Struthium, Lon. Lugd. Fuch. Thal. satiuum Fuch. ico. Viola agrestis Tragi. Cunder Auicennæ Mutoni Valerand. Lob. Italis Saponaria.
Saponaria ab extergendi potestate dicta, folia quippe abstergendi vi pollent, dum confricantur, vel quemdam effundunt succum, qui valdè abstergit, & saponis vicem præbet, ad purgandos pannos laneos, & abstergendos; ideò Herba fullonum nuncupata. Struthij etymum, lege supra Luteola.

Saponaria Lychnidis folio flosculis albis, an Condisi Arabum, Bauh. Struthion Diosc. siue Radicula, & Lanaria vulgò Neapoli, quia succo foliorum, & radicum ad lanas purgandas vtuntur.
Saponaria concaua Anglica, Bauh. Gentiana concaua Ger.

Sapo-

Saponaria hirſuta, lege Ocymoides, ſiue Ocymaſtrum.
Saponaria minor, ſiue altera, lege Ocymoides alpinum.
Sapummener, eſt glandium, vel baccarum genus, vt dicemus in ſecunda parte Phytologiæ.
Saracenica nonnullis, eſt Ariſtolochia longa, Alijs verò eſt Conſolida Saracenica, ſiue Virga aurea anguſtifolia ferrato folio.
Sarcocolla eſt ſuccus pellucidus; an arboris in Perſide naſcentis, vel ſpinæ lacryma ſit, vt nonnulli putant, in ſecunda parte Phytol. manifeſtabimus.
Sarcophago Cretenſibus, lege Dentellaria Rondeletij.
Sardoa, & Sardonia herba, lege Apiaſtrum Cord. in Dioſc.
Sardinia glans, lege Caſtanea in ſec. parte Phytol.
Sargazo Acoſtæ, Lugd. lege Lenticula marina ſerratis folijs.
Sari Theophraſti, lege Papyrus Syriaca, & Siciliana.
Sarmentum eſt prælonga luxuriantis vitis præcipuè, ſed & cuiuſcumque arboris, & plantæ virga, à ſarpendo, quia tales plerumque reſecantur, dum ſarpuntur, ideſt purgantur, & tam dum ſunt in ipſis plantis, quàm dum ſecta, & exempta ſunt ſarmenta dicuntur: nam σάρμενα apud Græcos exponitur, quod purgando collectum eſt, nimirum ſordes; vnde virgulę illæ plantarum ſarmenta appellantur, cum ſint ipſarum purgamenta, quæ ab ipſis plantis eijcimus.
Sarxiphagon à nonnullis Betonica appellatur.
Saſeni, ſemen eſt Sinapis, lege Sinapi Indicum.
Saſſefrica, & Saſſifica Italorum, lege Tragopogon purpuro-cæruleum porri folio.
Saſſafras arbor ex Florida, lege in ſec. parte Phytologiæ.
Saſſifragia Indica nonnullis, eſt Saſſafras arbor, vt dicemus in ſecunda parte Phytol.
Satyrium baſilicum, lege Orchis palmata pratenſis.
Satyrium caſtratum, lege Orchis caſtrata. Satyrij etymum, lege ſupra Orchis.
Satyrium erythronium, Matth. Lugd. Caſt. Erythronium dicitur eò quia corticem radicis habet rubrum, nam Græcis ἐρυθρὸς eſt ruber, lege Dens canis.
Satyrion trifolium Matthioli; Ponæ, eſt Phallus Hollandicus, ſiue fungus marinus, vt in fungorum hiſtoria manifeſtabimus.
Satyrium trifolium, Caſt. Satyrium primum Matth. Lugd.
Satyrium regale, lege Orchis palmata anguſtifolia minor.
Satyrium verum Paracelſi, ſecundum nonnullos, Crol. eſt Aron, ſiue Arum.

De Satureia. Synonyma, & Etymum.

Satureia vulgaris hortenſis, Lugd. Satureia ſatiua Fuch. Tur. hortenſis Geſ. hor. Lob. ico. Ad. Satureia hortenſis, ſiue Cunila ſatiua Plinij Bauh. Satureia altera Matth. vulgaris, Dod. gal. Satureia hortenſis æſtiua Ger. Satureia domeſtica Eyſt. Satureia ſylueſtris altera Caſt. Satureia, ſiue Thymbra ſatiua Cord. in Dioſc. & hiſt. Satureia, Dod. Lob. Lac. Lon. Trag. Cæſ. cui, & Cunila, & Thymbra agreſtis, Thymbra vera Geſ. hor. Thymbræ ſecunda ſpecies, Ang. Hyſſopus agreſtis Brunf. Piperella nonnullis. Græcis θύμβρα & θύμβρον. Italis Satureia, Sauorigine, Sauoreggia, & Peuerella Thuſcis.

Satureia dicitur, quaſi Saporeia à ſapore, quoniam edulijs admixta gratum conciliat ſaporem. Alijs verò à ſaturando, quòd cibis loco condimenti addatur. [Vel à Satyris nomen traxiſſe putant, quaſi Satyreia, quòd ſcilicet marceſcentes coitus ſtimulet, cum ſit calida, & propè ignita. Piperella vocata eò quia guſtu quodammodò piper referat.] Thymbra appellatur ἀπὸ τοῦ θύειν ob fragrantiam, eſt enim planta odorata, & Thyam arborem odore referens θύον enim Græcis pro arbore accipi-

accipitur, seu materia odorata; vel ἀπὸ τοῦ θυμιᾶν, idest suffitu vaporari.] Vel dicitur Thymbra à loco natali, quia nascatur in campo propè Troiam Thymbra nominato. Aliorum nominum etyma, lege suo loco.

Satureia, siue Thymbra altera Lob. ico. Ad. Satureia montana Bauh. Satureia altera, Lac. Satureia hortensis, Lob. ob. Cæs. an Satureia perennis Cam. Satureia durior Alijs. Thymus niger Theophrasti nonnullis.] Dicitur durior, non solum quia folia habeat duriora, sed quia sit radice perenni, & duret, ad differentiam alterius, quæ quot annis seritur.

Satureia spicata Bauh. Satureia S. Iuliani, Ger. Thymbra S. Iuliani, siue Satureia vera, Ad. Lob. ico. Thymbra vera Lugd. Tab. Saxifragia prima, Matth. Saxifragia vera Diosc. Lugd. Clinopodium, Cæs. Nominum etyma, lege suo loco.

Satureia Cretica Bauh. Satureia legitima Dioscoridis, Ponæ. Thymbra Cretensis Alpini. Thymbra Bellonij, antiquorum legitima censet Belli ep. ad Clusium. Thymbra legitima Clus. hist. vulgò τρίβι, & θύμβρα dicitur Honor. Belli.

Satureia Thymi folio, Bauh. Satureia Dioscoridis, Matth. Cast. Lugd. Thymum vulgatiorem folio tenuiore, dicit Eyst. Polium fœminam recentiorum esse volunt Ad.
Satureia lutea Dalechampij Lugd. lege Melampyrum luteum.
Sauchromaton, & Sauromaton, & Sauriaria apud Apuleium est Dracontea, sed nomen est peregrinum.
Sauimera nonnullis vocatur Sabina, vt dicemus in sec. par. Phytol.
Sauina Officinarum, lege Sabina vulgatior in sec. par. Phytol.
Sauina fœmina lege Sabina baccifera in secunda parte Phytol.
Sauina syluestris Tragi, lege Muscus clauatus folijs Cupressi.
Saurion, & Sauridion à quibusdam dicitur Sinapi, teste Plinio, ab alijs Nasturtium, & ab alijs Iberis & Cardamine.
Sauritis, lege Anagallis terrestris mas.
Saxifragia tertia Matth. Lugd. lege Peucedanum minus.
Saxifragia tertia Col. est Alsine alpina cauliculis nudis prolifera.
Saxifraga Anglica, lege Polygonum minus polycarpon.
Saxifragia, siue Saxifraga Antiquorum est Caryophyllus Saxifragus strigosior, vel Caryophyllus syluestris flore minimo Bauh.
Saxifragia muralis repens Antirrhini flore, & folijs Saxifragiæ albæ alpinæ, est Cymbalaria Matth.
Saxifragia marina, nonnullis, est Crithmum, siue Fœniculus marinus.

De Saxifraga alba. Synonyma, & Etymum.

Saxifraga alba, Dod. Ges. hor. Thal. Tab. Trag. Fuch. ico. Lugd. Cam. Saxifraga Lon. alba chelidonides, Lob. Ad. Saxifraga alba tuberosa radice, Clus. hist. Saxifraga rotundifolia alba Bauh. Saxifragia quarta Matth. Cast. Saxifragia Brunf. maior eidem 4. Lac. Theligono affinis herba Cæsalp. Italis Sassifragia.
Saxifraga dicitur fortè, quòd in locis saxosis enascatur, & saxa ipsa frangat, vel potius ab effectu dicta, cum eius stillatitia aqua, vt & decoctum lapides renales confringat, alba verò vocatur, quoniam flosculi albi existunt, punctisque rubris quasi guttulis aspersi videntur; ideò à nonnullis etiã appellatur Saxifragia alpina guttato flore. Chelidonides dicitur, quoniam folia Chelidonio minori quodammodo similia producat.

Saxi-

Saxifraga aurea, Dod. Thal. Ger. Gef. hor. Cam. Lugd. Saxifraga rotundifolia aurea, Bauh. Saxifraga aurea Lichenis facie, & natalitijs, Lob. Ad. Hepatica palustris Eystet. Erysimi species nonnullis. Chrysosplenium, Taber.

Saxifraga aurea dicitur, quoniam flosculi auri luteo colore resplendent. Chrysosplenium vocatur, eò quòd folia spleni medeantur, nimirum Splenium aureum, nam Græcis χρυσὸς est aurum.

Saxifraga bulbosa altera, bulbifera montana, Colum. Saxifraga ad folia bulbos gerens, Bauh.

Saxifraga, seu Empetron Fuch. lege Ruta muraria.

Saxifraga prima, Matth. lege Satureia spicata.

Saxifraga magna Matth. Lugd. Lob. Cam. an Saxifraga Bauarica, Cam. Ponæ. Saxifraga quinta, Cast. Caryophyllus Saxifragus, Bauh.

Saxifraga tertia Brunf. lege Lithospermum maius erectum.

Saxifraga hircina, & maior, lege Pimpinella saxifraga Matth.

Saxifraga altera Cæs. lege Rubia cynanchica.

Saxifraga montana, Gef. lege Dentaria minor.

Saxifraga lutea Gef. lege Thalictrum magnum.

Saxifraga lutea Fuch. lege Lotus vrbana Matthioli.

Saxifraga Pannonica Clus. pan. & hist. est Daucus montanus multifido, breuiq; folio Bauh.

Saxifraga alba petræa Ponæ. Sedum tridactylites alpinum maius album, Bauh. Alsine tridactylites alpina, Bauh. in Phytop.

Saxifraga Cord. hist. magna Dodon. maior Dod. gal. lege Pimpinella Saxifraga Matth.

Saxifraga Romanorum Lug. est Erysimum verum Ang. siue Irio alter.

Saxifraga rubra, Tab. lege Filipendula Matth.

Saxifraga rubra Brunf. lege Alkekengi.

Saxifragia rubra Thal. minor prima Brunf. lege Trichomanes, siue Polytrichum.

Saxifranga, & Saxifrangon Nonnullis, est Serpyllum vulgare.

De Scabiosa. Synonyma, & Etymum.

Scabiosa maior satorum vulgatior, Lob. Ad. Scabiosæ primum genus, Trag. Scabiosa maior, Cast. aruensis, Tab. vulgaris Eyst. Scabiosa maior flore ex cæruleo purpureo, Tab. Scabiosa vulgaris Fuch. communis Dod. gal. Scabiosa pratensis hirsuta Officinarum, Bauh. Scabiosa altera campestris, seu Segetum Lob. ico. Ger. Scabiosa folio scisso, Cæs. Scabiosa dissectifolia maior, Lugd. Dod. Psora, Alijs, ψώραι Aetij Aliqui censent. Herba apostematica C. Schuuencfel. Italis Scabiosa.

Scabiosa dicitur à Scabro herbæ habitu, & præcipuè capituli, vel vt alijs placet, quòd Scabiei medeatur. Græcis enim ψώρα vocatur Scabies, siue asperitas summæ cutis. [Apostematica nominatur, quia laterum dolores, & alia pectoris vitia purulenta expurgat.

Scabiosa maior, Matth. Cam. Lugd. Clus. hist. Scabiosa maior flore purpureo, Tab. Ger. Scabiosa maior squammatis capitulis, Bauh. Scabiosa quinta Tragi. Cyanus syluestris maior aruensis, Thal. Iacea nigra maior laciniosa, Ad.

Scabiosa montana calidarum regionum, Lob. Ad. Lugd. Scabiosa maior Pannonica al-

ca albo flore Cluf. hift. Scabiofa montana Tab. Sabiofa fruticans anguftifolia alba, Bauh. Scabiofa maxima leucanthemos, Cam. Scabiofa quarta, & maior Pannonica, Cluf. pan.

Scabiofa feptima, vel ὠχρολευκῷ flore Cluf. hift. Scabiofa lutea è Thuringia, Cam. Scabiofa multifido folio flore flauefcente Bauh. Scabiofa pannonica flore albo Eyft. Ochroleucos dicta eò quia habeat florem pallido luteum ὠχρος enim Græcis eft pallidus.

Scabiofa alba Belgarum Cluf. hift. Scabiofa Belgica flore albo Eyft. Scabiofa flore globofo niueo, Bauh.

Scabiofa alpina maxima Lob. ico. Ad. Tab. Scabiofa alpina centauroides, Cam. Eyft. Sabiofa alpina folijs Centaurij maioris, Bauh. Centaurium nothum Dalechampij, Lugd.

Scabiofa rubra Auftriaca, Lob. ico. Scabiofa tertia, vel latifolia Pannonica rubro flore Cluf. hift. Scabiofa latifolia feptima, Tab. Scabiofa latifolia rubra non laciniata fecunda, Bauh. Scabiofa Succifæ fimilis, Cæf. Scabiofa integrifolia prima, Thal. Scabiofa prima, vel latifolia rubro flore, Cluf. pan. Scabiofa Virgæ Paftoris folio, Alijs.

Scabiofa latifolia peregrina. Tab. Scabiofa Virgæ paftoris folio, Bauh.

Scabiofa graminea folio argenteo flore purpureo, Cam. Scabiofa argentea anguftifolia, Bauh.

Scabiofa montana omnium minima. Lob. ico. Ad. Lugd. Scabiofa montana minor feptima, Tab. Scabiofa montana minor capitulo fquamofo, Bauh. Scabiofa æftiua minor Lob.

Scabiofa velutina odore Zibethi. Scabiofa nigra Alijs Scabiofa Indica, fiue fexta, Cluf. hift. Scabiofa peregrina rubra capitulo oblongo, Bauh. Scabiofa Indica flore faturè rubro, & Scabiofa Indica flore dilutè rubro Eyft. Phyteuma vera, nonnullis. Phyteuma fortè dicta, nam φυτίυειν, non tantum plantare, fed producere, generare, ac parere, fignificare traditur, & cum hæc herba ad amatoria maximè apta fit ob floris odorem, & elegantiam, ficque ad generationem prӕalijs φυτευμα eft appellata.

Scabiofa minor, Matth. Lob. cui & columbaria, Caft. Lugd. Scabiofa quinta, fiue montana, Cluf. hift. ico. Scabiofa media ferrata anguftifolia, flore Globulariæ, Ad. Scabiofa minor lęuis, Gef. hor. Scabiofa quinta, & fexta Tragi Scabiofa media, Dod. Scabiofa folijs Bellidis fylueftris, maioris maior Thal. Scabiofa capitulo globofo maior. Bauh. Scabiofa fœmina Herbariorum Tab. Phyteuma Diofcoridis, Col.

Scabiofa anguftifolia flore fubcæruleo, Eyft. Scabiofæ folijs Bellidis fpecies minor, Thal. Scabiofa media minima, maior, & minor, Ger. ico. Scabiofa capitulo globofo minor, Bauh. an Scabiofa arietina Alijs.

Scabiofa peregrina, Dod. Cæf. Scabiofa Hifpanica, Cam. Eyft. Scabiofa Hifpanica maior,

maior, Cluſ. hiſp. & hiſt. Lob. Tab. Lugd. Ger. Scabioſa ſtellata folio laciniato maior, Bauh.

Scabioſa Hiſpanica minor, Cluſ. hiſp. & hiſt. Scabioſa Hiſpanica minor, vel altera, Lugd. Scabioſa ſtellata folio laciniato minor, ſiue maritima, Bauh. Scabioſæ peregrinæ altera ſpecies, Dod.

Scabioſa arborea Cretica Ponæ Scabioſa arboreſcens, Cæſ. Scabioſa ſtellata folio non diſſecto, Bauh. Scabioſa peregrina folijs non diſſectis, Tab. Scabioſa peregrina Lugd. Lob. Ger.

Scabioſa minor capitulo globoſo odoro, lege Phyteuma minus Col.
Scabioſa folio integro, lege Morſus Diaboli.
Scabioſa argenteis pericarpijs, eſt Stoebe argentea apud nonnullos.
Scabioſæ pumilum genus, lege Aphyllantes.
Scabioſa prolifera Lob. ico. Tab. prolifero flore Cluſ. hiſt. Scabioſa prolifera folio latiore, Bauh.
Scalia, & Aſcaleron, lege Aſcalia.
Scalogna vulgò, lege Cæpa Aſcalonia.

De Scammonio. Synonyma, & Etymum.

Scammonia, Matth. Lon. Caſt. Geſ. hor. Lugd. Cæſ. Scammonium Dod. Cord. hiſt. Syriacum Lob. Ad. Scammonia Syriaca, Bauh. Scammonea, Cord. in Dioſc. Dod. gal. Antiochena Cam. Græcis σκαμμωνία. Italis Scammonea.

Scammonia dicitur fortè à verbo Græco σκάπτω fodio, excauo, σκάμμα etiam eſt foſſa, eò quia huius herbæ radix cultro excauatur ad eliciendum ſuccum, quo fit vt in cauum confluat ſuccus, liquorem verò illum, ſeu ſuccum, qui ex radice inciſa lacteus, & liquidus effluit Scammonium nominant: hic denſatus in maſſas cogitur, & exſiccatus fuſcus, aut liuidus, aut cinericius, aut fuluus redditur; ſi præparatus ſit, vel in malo cydonio, aut in eius ſucco Diacridion appellatur, & quoniam huiuſmodi ſuccus præparatus odorem arietinum quodammodo æmulatur, ideo diacridium dictum, κριδίον enim Græcis eſt paruus aries, διὰ verò eſt præpoſitio, quæ, ex, ſignificat quaſi dicas διὰ κριδίον, ideſt ex ariete confectum, propter odorem; alijs verò, Diacrydium, quaſi δακρύδιον, ideſt lacrymula.

Scammonium Monſpelienſe, Lob. ico. Ad. Scammonia maritima Monſpeliaca, Cam. Lugd. Scammonia Monſpeliaca folijs rotundioribus Bauh. Scammonia Monſpeliaca Geſ. hor. Eyſt. Scammonea Valentina Cluſ. hiſp. Ger. Tab. Apocynum quartum latifolium Cluſ. hiſt.

Scammonij quoddam genus Cæſalp. Scammonij Monſpeliaci varietas Lob. Scammoniæ Monſpeliacæ affinis, folijs acutioribus, Bauh. Apocynum tertium Cluſij hiſp. tertium latifolium Eidem hiſt. Periploca prior, Dod. Volubilis marina Taber.
Scammonium minus Plinij, lege Conuoluulus minimus ſpicæfolius.
Scammonea parua, Cam. lege Smilax læuis minor.
Scanaria herba, lege Scandix.
Scandella in Tridentino agro, nil aliud eſt quàm Hordeum minus, quæ binis tantùm

versibus spicam gerit, vt dicemus in secundo Tomo Partis primæ Phytologiæ, Capite de Hordeo.

De Scandice, Synonyma, & Etymum.

Scandix Dod. Tab. Gesf. hor. Lac. Cæs. Cord. in Diosc. scandix semine rostrato vulgaris Bauh. Pecten Veneris Matth. Gesf. hor. Lob. Lugd. Ger. Ang. Ad. Cast. Cam. Pecten Veneris, ἀγριοκάντζικα vulgò dicitur Hon. Belli ep. 1. ad Clus. Scanariam herbam, & Aculam nonnulli nominant. Græcis σκάνδιξ. Italis Pettine di Venere. Chærefolium aciculatum C. Schuuencfelt.

Scandix dicitur fortè à verbo Græco σκαίρω salio, saltito, lasciuio, quoniam hæc herba per arua vbiq; passim inter segetes luxuriet. [Pecten Veneris à similitudine pectinis, qui explicat capillos nomen habet, nam siliquæ insimul iunctæ formam pectinis repræsentant, [ἀγριοκάντζικα vocatur, nimirum agrestis pecten, nam Græcis ἄγριος est agrestis, κατ verò est prępositio significans ex, ζευγνύω verò est iungo, copulo, quoniam semina ex multis siliquis insimul iunctis, & copulatis constant. Scanaria herba inter nothas voces reperitur. Acula vero vocata à semine acum referente.

Scandix minor, Taber, lege Alchimilla montana minima.

Scandix Cretica, lege Anthriscus Plinij.

Scandix Colum. est Caucalis nodoso echinato semine Bauh.

Scandulaca, lege Smilax læuis, Matth. Alijs verò est Aphaca.

Scantiana poma, lege Pomum in secunda parte Phytologiæ.

Scapus, caulis plantæ rectus in columnæ, aut styli in modum surrectus, qui sursum prorepit, aut in altum fertur, cui rami adhærent. Est Item scapus ipsum corpus columnæ inter basim & epistylium. Est etiam scapus pars Fungi, vt dicemus in fungorum historia.

Scarlatea, & Scarlatina nonnullis dicitur Lychnis Calcedonica à rubeo floris colore coccum referente.

Scarlea, id est Sclarea, lege Horminum hortense.

Scariola Arabum Interpretibus, est Endiuia vulgaris.

Scariola, syluestris lactucæ species Galeno, lege Sonchus læuis, laciniatus muralis paruis floribus.

Scarriola, & Serriola Officinarum, lege Lactuca syluestris Matth. vbi etymum inuenies.

Scatum Cæli, Scatellum, & Scatuncellus, lege Acetabulum, est enim Cotyledon palustre.

Scebra, & Scebran Arabum, lege Esula maior Cæsalp.

Scelerata Apulei, lege Apiastrum Cord. in Diosc. siue Ranunculus.

Sceptrum morionis lege Typha palustris maior.

Sceptrum aliquibus, lege Malua maior Matth.

Sceptrum regium, & Archityrsus à nonnullis dicitur Corona Imperialis.

Sceuola mulierculis Ferrariensibus Brasauola teste, est Equisetum aruense.

Sceyle apud Arabes, est Zizania, siue Lolium.

Scheha Arabum Lugd. ap. est Absynthium Santonicum, Scheha Arabum, vnde semen Lumbricorum colligitur, Rauu. Absynthium Santonicum Iudaicum, Bauh.

Scheiteregi apud Arabes, est Fumaria, siue Fumus terræ. Ab alijs Schehedenegi, est Cannabis, siue eius semen.

Schenna Græcorum, est Ligustrum Aegyptiacum, vt dicemus in sec. parte Phytol.

Schina, & China Tab. est Chinæ radix, lege China radix.

Schi-

Schinos, Lentiscus arbor est, de qua in sec. parte Phytologiæ.
Schistæ cepæ, ideſt ſciſſiles, quæ hyeme cum coma relinquuntur, quibus & Vere noua folia detrahuntur, & alia ſubnaſcuntur iiſdem diuiſuris, dictæ à verbo Græco σχίζω findo, ſcindo; σχιςὸς fiſſus, ſciſſus, vel fiſſilis.
Schoenanthum, lege Iuncus odoratus.
Schoenopraſum, lege Porrum ſectile.
Schoenolaguros eſt Iuncus alpinus, cum cauda leporina, nam capitulum habet vnicum, oblongum, molle, hirſutum, lanuginoſum, haud multùm leporum caudæ diſſimile.
Schoenos, lege Iuncus odoratus, & Schoenanthi ſunt flores Iunci odorati, nam σχῶνος eſt Iuncus, ἄνθος eſt flos.

De Scilla. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Scilla eſt monſtrum marinum, ideſt monſtroſa vorago marina è regione Charybdis poſita, naufragiis famoſa, nempè ſaxum periculoſum in mari. Squilla etiam eſt paruus piſcis. Item eſt planta, de qua in præſenti.
Scilla vulgaris radice rubra, Bauh. Scilla, Matth. Tur. Geſ. hor. Cam. Trag. Fuch. Cord. in Dioſc. Lon. Cæſ. Scilla maior Caſt. Scilla communis, & Pancratium, Dod. gal. Scilla fœmina Plinio. Scilla nigra, & fœmina Plinij, & Pancratium Dioſcoridis Coſtæo. Squilla Brunſ. Pancratium, & Scilla Dioſc. Scilla rubentibus radicis tunicis folio Aloes carinato, Lob. Cepa maris Aliquibus, & Cepa marina Græcis σκίλλα. Italis Squilla.
Scilla dicitur fortè à σκύλλαν, quod ſignificat ſpolium, corium etiam, & tunica in fructibus plantarum, & quoniam Scilla, nimirum bulbus Scillæ ex multis tunicis eſt compactus, ideo Scilla nuncupata. [Vel (vt aliis placet) σκίλλα à σκύλλειν ab infeſtãdo, ſeu moleſtando, etenim Græcis σκύλλω eſt vexo, moleſtus ſum, moleſtiam exhibeo, nam ſi nondum præparata fumatur Scilla, corporibus admodum noxia perſentitur. [Pancratij, & Cæpæ etymum, lege ſuo loco. Squilla eſt nomen corruptum à Scilla. Folio carinato dicitur, ideſt folio concauo, & in carinæ modum incuruato.

Scilla radice alba, Bauh. Scilla Dod. Guil. Hiſpanica Cluſ. hiſp. & hiſt. Lugd. Caſt. ap. alba Eyſt. Scilla minor, ſiue Pancratium, Caſt. Scilla, ſiue Cæpa marina Lob. maior. Tab. Aliis verò dicitur Cæpa muris, eò quia mures necat.

Scilla eſculenta, Bauh. Scilla vera, & legitima, Ang. Scilla Epiminidia, Theoph. Scilla dulcis, & candida in Cephalænia, & Creta Coſtæo in Meſuem. Scillæ tertium genus. Epiminidia, Plinij. [Epiminidia dicitur ab vſu eò quia cibis grata, auguſtiore folio, minuſq; aſpero, quam cæteræ Scillæ ſpecies.
Scindapſus plantæ genus ſimile hederæ, naſcens apud Nyſam in India. Scholiaſtes Apollonij, ſed quid?
Scirpus maior, lege Holoſchænos Theophraſti, vbi etymum inuenies.
Scirpus Indicus, lege Iuncus, ſeu Scirpus Indicus.
Scirpi primum genus Tragi, eſt Iuncus Lychnanthemos maior, Thal. Iuncus ſylueſtris, Lon. ico. Gramen arundinaceum enode maius montanum, Bauh. Gramen harundinaceum montanum, Tab.
Scirpi alterum genus, Trag. Iuncus Lychnanthemos tenuis maior Thal. Gramen arundinaceum enode minus ſyluaticum, Bauh.
Sciſcima arbor eſt, ad Fagi genus accedens, vt dicemus in ſec. parte Phytologiæ.

Scythi-

Schythica herba, siue radix, lege Glycyrrhiza altera Matth.
Sclarea Matth. lege Horminum hortense Sclarea dictum.
Scolecion, lege Coccus Infectoria in secunda parte Phytologiæ.

De Scolopendria leguminosa. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Scolopendria est animal è vermibus terræ pilosum multis pedibus, vnde & Millepedam, Centipedam, & Multipedam vocant. Est etiam herba, de qua in præsenti.
Scolopendria leguminosa, Cortuso. Securidaca filiquis planis vtrinque dentatis, Bauh. Securidaca peregrina, Clus. hist.
Scolopendria dicitur ob siliquas Scolopendriæ animalculo similes, leguminosa verò, eò quia oriatur inter legumina.
Scolopendria vulgaris, lege Hemionitis.
Scolopendrium, lege Asplenium, siue Cetrach.
Scolopendrium maius, Lon. lege Lonchitis aspera minor.
Scolymus aculeatus, lege Cactos Theophrasti, vbi etymum inuenies.
Scolymus non aculeatus, lege Cinara.
Scolymus syluestris, Lob. Ad, Scolymus Dioscoridis, Lugd. Cinara syluestris latifolia, Bauh.
Scolymus Theophrasti, Clus. lege Ascolimbros.
Scopa regia, siue Sideritis latissima, lege Barbarea.
Scopa regia Plinij, Dalech. lege Achillea.
Scopa dicitur etiam Erica, vulgo Scoua, de qua erit sermo in secunda parte Phyt.
Scoparia, lege Beluedere Linaria dicta.
Scopus dicitur ramosum illud ex quo dependent acini, ita nuncupatus, quasi Scolus à verbo græco σκέλλω exsicco, arefacio vnde σκῶλος quod significat lignum duriusculum, & quasi illa materia, à qua dependent acini, duriuscula est, & quodammodo exsiccata; ideo Scopus à Latinis appellata.
Sordioides, lege Sideritis Monspeliaca.

De Scordio. Synonyma, & Etymum.

Scordium, Matth. Lac. Lon. Lob. Lugd. Trag. Dod. Tur. Ad. Cast. Cam. Bauh. Scordium commune, Ang. Scordium verum Ges. hor. Scordium, Tab. Chamædrea Alijs, Chamedrys aquatica, & Trixago palustris, magnitudine variat, vt dicemus in secundo Tomo partis primę Phytol. Cap. de Differentijs. Græcis σκόρδιον. Italis Scordio.
Scordium dicitur ab Allio, quia folia eius affricta Allij odorem, & acrimoniam allio similem habere referunt, nam Allium Græcis σκόροδον vocatur, & propter acrimoniam Scorodo, idest Allio adsimile nomen sortitum putant. [Chamædrea, & Trixago appellatur, ob similitudinem foliorum cum Chamædry herba, Chamædrys palustris dicta.

Scordium alterum, siue Saluia syluestris, Bauh. Scordium alterum Plinij, Lob. Ad. Cam. Scorodonia, Cord, in hist. Ger. Thal. Saluia syluestris Tragi, & Nepeta altera, Lon. Tab. Saluia agrestis, siue Sphacelus, Dod. Lugd. Saluia montana, & Ambrosia quibusdam, Ges. hor. Sphacelus syluestris, Dod. gal. Nominum etyma, lege suo loco.
Scordium Creticum lanuginosum, Cam. Scordotis legitimum Plinij Ponæ Scordotis Plinij Hon. Bell. epist. ad Clus. Scordium lanuginosum verticillatum, Bauh.

Scor-

Scordium alterum Plinij Dalech. lege Hominum hortense Sclarea dictum.
Scordolasarum nonnullis appellatur Scordium.
Scorodon, lege Allium.
Scorodonia, lege Scordium alterum.
Scorodoprasum, lege Allioporrum, siue Scorodoprasum.
Scorodothlaspi, lege Thlaspi secundum Matth.

De Scorpioide, Synonyma, & Etymum.

Scorpioides Bupleuri folio, Tab. Bauh. Cam. Ger. Scorpioides repens Bupleuri folio, Lob. Ad. Scorpioides, Gef. hor. Lugd. prior, Dod. Catanance quorumdam, Cam. Clymenos Dioscoridis, Col. Leporis auricula vulgò, Cæs. Græcis σκορπιοειδὴς. Italis Scorpioide.
Scorpioides dicitur, quòd semen habeat ad similitudinem caudæ scorpionis, nam siliquæ contortæ caudam scorpionis æmulantur. Vel quia hæc herba scorpionum ictibus præsentaneo sit auxilio.
Scorpioides Matthioli Gef. hor. Cam. Dod. Lugd. Scorpioides Matth. Lac. Ad. Lon. Ang. Cast. Lob. Telephium veterum verum Guil. Telephium Dioscoridis, seu scorpioides ob siliquarum similitudinem, Bauh. Telephium herba amoris, Cæs. Telephyllon Crateuæ, Ang. Lunaria burissa aliquibus Gef. hor. [Telephij etymum, lege suo loco. Herba amoris dicta, quia puellæ in amore explorando folijs huius vtuntur, si enim folia cum saliua applicata, cutim tantùm rubefaciant amoris putant indicium, si pustulas excitant odij. [Lunaria appellata eò quia siliquas ad instar Lunæ falcatas habeat; burissa verò dicta, id est rugosa, nam similiter siliquæ rugosæ existunt, & contractæ; Græcis enim ῥυσσὸς, & ῥυσὶς est rugosus, βα verò est particula augens significatum; id est Lunaria tota rugosa. Vel quia ad similitudinem Erucæ vermis sit conformata.

Scorpioides aquaticum Gef. lege Echium Scorpioides aruense.
Scorpioides album, & Scorpiuros, lege Heliotropium maius Matth.
Scorpioides leguminosa, est Ornithopodio affinis planta.

De Scorpio; Aequinoca, Synonyma, & Etymum.

Scorpius est animal venenosum cauda feriens. Scorpius etiam siue Scorpio, est cæleste signum. Item Scorpius est militare instrumentum, ita dictum, quòd paruis, ac subtilibus spiculis inferat mortem. Est etiam Scorpius genus tormenti, vt sunt rubi aculeati. Est & Scorpius piscis apud Plinium. Præterea Scorpius, Scorpion, & Scorpiuros est herba, lege Tragum Matth.
Scorpiurus, & Scorpiuros, lege Heliotropium maius.
Scorpius Theophrasti, Lugd. lege Genista spinosa in sec. parte Phytol.
Scorpius maritimus, lege Polygonum bacciferum maritimum minus.

De Scorzonera, Synonyma, & Etymum.

Scorzonera Hispanica, Matth. Cast. Lugd. Tab. Scorzonera maior Hispanica, prima, Clus. hist. Scorzonera latifolia Thal. sinuata, Bauh. Scorzonera Germanica, Tab. Scorzonera, Lob. Cæs. Dod. Cam. Tragopogon peregrinus, vel Hispanicus, Gef. hor. Viperaria Hispanica humilis, Ger. ico. Viperina, aut Serpentina, Alijs. Italis Scorzonera.

Scor-

Scorzonera nomen est Hispanicum, nam Viperam Hispani Escorzo appellāt,& Serpentem Scorzone indigitant, idest nigrum corium, siue corticem habentem, & quoniam hæc herba radicem quoad colorem, longitudinem, & crassitiem serpentem Scorzone dictum imitatur, ideo Scorzonera nuncupata, vel quia corticem radicis nigrum habeat,& contra Viperarum,& Serpentum venena efficax sit,ideo Viperina, Viperaria, & Serpentaria etiam nuncupatur.

Scorzonera Bohemica, Matth. Lugd. Lob. Scorzonera Germanica Tab. latifolia Germanica Eyst. Scorzonera latifolia altera, Bauh. Scorzonera maior, vel Pannonica prima, Clus. pan. & hist.

Scorzonera Germanica angustifolia, Tab. Scorzonera folijs neruosis, Bauh. Scorzonera altera, Lob. ico. Viperaria humilis, Ger. ico.

Scorzonera Pannonica Tab. Scorzonera latifolia humilis neruosa Bauh. corzonera humilis latifolia, siue secunda, Clus. pan. Pannonica secunda Eidem hist.

Scorzonera Pannonica angustifolia, Tab. Scorzonera angustifolia prima, Bauh. Scorzonera humilis angustifolia, & Pannonica tertia, Clus. pan. & hist. Viperaria Pannonica angustifolia, Ger.

Scorzonera angustifolia altera, Bauh. Scorzonera tenuifolia prima, Thal. Scorzonera Pannonica quarta, vel Scorzonera humilis fibrosa radice, Clus. pan. Hieracium septimum, Clus. hist.

Scorzonera angustifolia subcærulea, Bauh. Scorzonera angustifolia elatior Pannonica quarta Clus. hist. Scorsonera Pannonicá quinta, vel maior angustifolia Clus. pan. Scorzonera tenuifolia altera, Thal.

Scorzonera quarta Clus. pan. lege Hieracium Tragopogonis folio.

Scotanum, & Scotinus est arbor, de qua in sec. parte Phytol.

Scourgeon frumentum apud Ruellium interpretatum succursum, vel subsidium gentium, est Tritici species Zeopyrum nuncupatum.

De Scrophularia. Synonyma, & Etymum.

Scrophularia, Matth. Dod. Lac. Cast. Scrophularia maior Ges. hor. Lon. Lob. Thal. Cam. Ger. Brunf. Tur. Ad. Cæs. Lugd. Tab. Srophularia nodosa fœtida, Bauh. Galeopsis Fuch. Dod. gal. Clymenum mas Ges. hor. Milleborbia, Ficaria, Ferraria, siue Castrangula Chrysippea, & Strumaria Alijs. Italis Scrofolaria.

Scrophularia dicitur à radice nodosa, & ab effectu, quòd ad grumas, siue strumas vulgò Scrophulas dictas prodesse credatur, vel alij volunt ita dici, quòd porcis sint familiares, aut quod numerosæ sint sobolis, & prolificæ veluti Scrophæ: est autem Scropha Sus, quæ fœtus causa alitur. [Aliorum nominum etyma non apponuntur, nam inter nothas appellationes recensentur.

Scrophularia fœmina, Cam. & Matth. Scrophularia palustris non fœtida, siue aquatica minor, Bauh. Betonicæ aquaticæ Septentrionalium species minor, Lob. obs.

Scrophularia maior aquatica, Thal. Bauh. Scrophulariæ maioris altera, species, Ges. hor. Betonica aquatica, Ad. Lugd. Ger. Dod. Lob. Tab. Clymenon, siue Betonica aquatica Tur. Galeopsis secunda Dod. gal. Ocimastrum maius Trag.

Scrophularia folio vrticæ Bauh. Scrophularia peregrina Cam. Scrophularia Cretica secunda Clus. hist. Galeopsis, Aug.

Scro-

Scrophularia montana maxima, Col. Scrophularia flore luteo, Bauh. Lamium Pannonicum secundum Clus. pan. alterum siuè exoticum Clus. hist.
Scrophularia Cretica prima Clus. hist. Scrophularia folijs filicis modo laciniatis, vel Ruta canina latifolia, Bauh.
Scrophularia Ruta canina dicta vulgaris, lege Ruta canina.
Scrophularia maior, Trag. lege Telephium purpureum maius.
Scrophularia media, vel tertia Brunf. lege Telephium vulgare.
Scrophularia minor, Brunf. lege Chelidonium minus.
Scutellaria, lege Cassida Fabij Columnæ.
Sebastum, lege Zizipha in secunda parte Phytologiæ.
Sebesten, Sebeste fructus arboris, de quo in secunda parte Phyt.
Secacul Arabum, lege Sisarum Syriacum.
Secacul Ang. lege Cachry marinum.
Secacul nonnullorum, sed malè, est Polygonatum Matth.

De Secale. Synonyma, & Etymum.

Secale Matth. Lob. Ger. Fuch. Tab. Secale hybernum, vel maius Bauh. Secale, & Farrago Plinij Lugd. Cast. Farrago quibusdam. Non tamen est vera Farrago, quæ nil aliud est quam Hordeum. Siligo Brunf. Lon. veterum, & Secale Trag. Rogga siue Secale Plinij, Dod. Olyra Cord. in Diosc. Tipha cerealis, & Tipha Theophrasti, Portæ. Rùellius litera vna detrita seclam vocat. Italis Segala.
Secale dicitur à secando, quia vbique secari potest, nam in agris sterilibus, atque lætis feliciſſimè prouenit, & Autumno cum alia deficiunt, hæc iumentis, & bobus dissecta præbetur. Rogga verò est nomen Belgicum. Olyræ etymum, lege Olyra. Aliorum nominum etyma, lege suo loco.

Secale alterum Lugd. Secale vernum, vel minus Bauh. Siligo æstiua, Trag. Rogga, siue Secale æstiuum, Dod.

Secale luxurians Bauh. Secalis mater, Thal. Claui filiginis. Lon. ita appellatur, nam spicæ quædam postquam flores deciderunt, ac semina iam augmenta suscipere incipiunt vitium aliquod in granis contrahant; videmus quædam semina longius ex suis vtriculis, seu glumis protendi, ac in mediocrem etiam crassitiem excrescere, quorum quædam in corniculi modum recuruantur, quæ omnia nigrum colorem foris contrahunt, & clauos repræsentant.
Secales peregrinum genus, Lugd. Secale affinis peregrina Bauh. Nuchani Garziæ.
Secales vitium nonnullis est Auena sterilis, siue festuca.
Secalis mater Thal. lege Secale luxurians.
Secamone, Alpini Scammonij species, lege Apocynum angusto Salicis folio.
Secla, lege Secale Matthioli.
Securidaca maior, minor, & dumetorum, lege Hedysarum, maius, minus, & purpureum.
Securidaca filiquis planis, lege Scolopendria leguminosa.
Securina, apud nonnullos appellatur Securidaca.
Sedar Arabibus, est Lotus arbor, vt dicemus in secunda parte Phytolog.
Sedum maius, & minus, lege supra Aizoum maius, & minus.
Sedum arborescens maius græcum, Lob. ico. Eyst. Sedum maius verum Gef. hor. Sedum maius arborescens flosculis candidis Bauh. Sedum arborescens græcum, Illyricum, & Anglicum, siue maritimum Ad. Sedum maius. Clus. hisp. legitimum

Eidem hist. Aizoon magnum Dioscoridis. Aizoon Arborescens, Lugd. Cam. Semperuiuum arborescens, Matth. Cast. Semperuiuum maius, Ang. Semperuiuum, siue Sedum arborescens maius, Dod. Semperuiui maioris alterum genus, Cæs. [Sedi & Semperuiui etymum lege supra Aizoum.

Sedum minimum, Illecebra, sed tertium genus non semperuirens Ad. Sedum minus tertium,& Vermicularis, Trag. Sedum tertium Dioscoridis Ges. hor. Sedi tertium genus Fuch. Tur. Lac. Sedum minimum Tab. Sedum minus octauum causticum, Clus. hist. Sedum minus, seu minimum causticum Eyst. Aizoon tertium Dioscoridis. Aizoon acre, Cord.hist. Aizoon minus feruidi gustus Thal. Aizoon minimum repens, tertium Diosc. Lugd. Aizoi facie planta, quæ dactilon 2. vel 3. Colum. Portulaca tertia Brunf. Semperuiuum minus vermiculatum acre, Bauh. Semperuiuum minimum, siue tertium, Matth. Cast. Semperuiuum tertium desc. ar secundum icon. Lon. Semperuiuum minimum, siue Illecebra, Lob. Semperuiuum tertium minimum alterum, Cæs. Illecebra, siue Semperuiuum tertium Dod. Vermicularis, siue Illecebra, Ger. Piper murinum C. Schuuencfelt. [Nominum etyma, lege supra Aizoum.

Sedum minus quartum, vel Sedum minus Dioscoridis primum Clus. hist. Sedum minus luteum ramulis reflexis, Bauh. Aizoon minus flore luteo inflexo, Cam. Aizoon Scorpioides Lob. ico. [Scorpioides dicitur, eò quia ramuli sunt incurui, ad instar caudæ Scorpionis.

Sedum minus quintum Clus. hist. Sedum minus Fuch. Tur. mas Hęmatodes, Tab. Ger. Sedum minus luteum folio acuto Bauh. Aizoon hæmatodes Lob. ico. Semperuiuum minus primum, Dod. [Hæmatodes dicitur nimirum coloris sanguinei, ideſt rubri, nam folia vnà cum cauliculis subrubent, αἷμα Græcis est sanguis, αἱματώδης sanguineus.

Sedum minus alterum, Clus. Hist. Sedum medium tereti-folium Lob.ico. Ad. Sedum minus tereti-folium alterum, Bauh. Semperuiuum paruum, Lob. Semperuiuum tertium, Lon. Aizoon minus Matthioli Lugd.

Sedum minus teretifolium luteum, Bauh. Sedi minoris secunda species Trag. Aizoon medium, Thal Semperuiuum minus æstiuum, Lob. Lugd.

Sedum minimum alpinum flore luteo, cuius folia in ramulis conspiciuntur orbiculatim radiata, vt in Mollugine, & Gallio: itaut Præc. Io. Baptista Capponius Stirpium obseruator diligentissimus, qui hanc plantam in suo fundo Porrectano primus indigitauit Sedum rotatum minimum nuncupauerit.

Sedum minus septimum Clus. hist. Sedum minimum frigidum Clus. hisp. Sedum minus folio circinato, Bauh. Aizoon dasyphyllum, ideſt densifolium, Lugd. [δάσυς est densus, φύλλον verò folium. Hoc genus in tegulis propè odęum D. Mariæ Gratiarum apud nos oritur. Idem D. Io: Baptista Capponius Sedum cinereum racemosum, à folijs cinereo colore respersis, & racemi instar è ramulo exilissimo dependentibus apellabat.

Sedum minus, seu Vermicularis insipida, Eyst. Semperuiuum tertium minimum, Cæs. Semperuiuum minus vermiculatum insipidum, Bauh. Aizoon minus,& Vermicularis insipida Thal. Aizoon minimum, Cord. hist.

Sedum minus fruticosum, Bauh. Sedum minimum arborescens vermiculatum, Lob. Lugd. Polygonum masculum fruticosum, Thal.

Sedum

Sedum minus fruticosum alterum Bauh. Cassiæ ligneæ similis frutex tertius Cęs. Vermiculatus frutex maior, Lugd. Vermiculatæ fruticis varietas maior, Lob.

Sedum petræum montanum, Ad. Lob.ico. Sedum saxatile folijs margine piloso, Ges. hor. Sedum minus duodecimum, alpinum sextum Clus. hist. Sedum alpinum hirsutum luteum Bauh. Sedum alpinum sextum, Clus. pan. Leucoion luteum aizoides montanum Colum. Phyllon thelygonon, Dalec. in Diosc. Phyllon arrhenogonon Dalechampij Lugd.

Sedum minimum tertium, Lob. Lugd. Sedum alpinum Saxifragæ albæ, vel grandiflorum, Bauh, Sedum serratum, Dod. Sedum alpinum quartum Colum.

Sedum minus nonum, siue alpinum tertium Clus. hist. Sedum alpinum tertium, Clus. pan. Sedum alpinum album foliolis compactis, Bauh. Sedi, aut Phylli genus flosculis albis, Ges. fra.

Sedum alpinum hirsutum lacteo flore, lege Iasme montana, Lugd.

Sedum alpinum rubro magno flore Bauh. Aizoon montanum, Lugd.

Sedum montanum tomentosum, Bauh. Semperuiuum rubrum montanum γναφαλώδες, Col. [γνάφαλον Græcis est tomentum ex floccis Carduo fullonico detractis è panno inter pectendum.

Sedum tridactylites alpinum, lege Saxifraga alba petræa.

Sedum alpinum trifido folio, Bauh. Sedum minus, decimum tertium Clus. hist. Sedum septimum, vel alpinum Aiugæ folio Clus. pan. Sedum alpinum laciniatis folijs Aliquibus. Sedis affinis Trifulca alpina, flore albo. Io. Bauh. cuius iconem ad viuum delineatam in gratiam Lectoris hic adponimus; cum hactenus eius figuram apud Authores non viderim.

SEDVM ALPINVM AIVGAE FOLIIS.



Sedum tridactylites tectorum, lege Dactyliobotanon alterum.
Sedum palustre secundum, Clus. pan. Sedum minus tertium, siue palustre, Clus. hist. Sedum palustre subhirsutum purpureum, Bauh. Sedum palustre flore incarnato, Eyst. Sedi minoris quarta species, Trag. Aizoon palustre Cam.
Sedum aquatile, Dod. lege Aloe palustris.
Sedum amarum, lege Aloe communis.
Sedum Madagascaricum, Clus. exot. quid? Sedum Nicotianæ flore Bauh.
Sedum petræum bupleuri folio, lege Perfoliata alpina gramineo folio.
Segala, lege secale Matthioli.
Seges, propriè fruges eorum seminum, ex quibus conficitur panis, & omne quod in aruo frumenti more seritur dicitur seges, nimirum sata, siue à sectione.
Segetalis, lege Gladiolus, Matth.
Seha Arabum, & Scheha idem sunt, lege Absynthium santonicum.
Seiscsun Rauuolf. est oleę syluestris species, vt dicemus in sec. parte Phytologiæ.
Seitaragi apud Arabes est Iberis, vel Lepidium, aut Nasturtium hortense.
Selaginis Plinij species, lege Muscus clauatus.
Selago Plinij, Cæs. est Sedum minus fruticosum alterum.
Selago Plinij quibusdam est Erica Myricæ folio, de qua in sec. parte Phytologiæ.
Selago Plinij, siue Camphorata Lugd. lege Camphorata Monspel.
Sel Serapionis, & Auicennæ fructus est, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.
Selenion, & Selenogonion à nonnullis Pæonia appellatur, sed inter nothas voces recensentur.
Seli, & Sili, lege Ligusticum Matthioli.
Selinitis aliquibus dicitur Hedera terrestris, sed inter nomenclaturas nothas reponitur.
Selinitium Plinio, est Hedera minor fructum ferens candidum.
Selinum, siue Selinon, lege Apium hortense.
Selinum montanum pumilum Clus. pan. & hist. Daucus montanus multifido folio Selini semine, Bauh. Oreoselinum, Tab. ico. Ger. Nominum etyma, lege suo loco.
Selinusia, lege Brassica Apiana crispa.
Selterais ex Syria, Capnos Cretica floribus candidis fusca macula, Clus. hist. Fumaria altera tenerior Syriaca, Cam. Fumaria minor folio oblongo capillaceo, Bauh. Capnos, & Fumariæ etymum, lege suo loco.
Semen dicitur quasi sumen, à sumendo, quod à terra sumitur ad gignendum plantam, vel dicitur, quasi sumen eò quia in summitate plantæ reperiatur.
Semen adoreum, lege Adoreum Veterum.
Semen Canariense, lege Phalaris Matthioli.
Semen Congianum, lege Milium Aethiopicum Portæ.
Semen Leoninum dicitur Leontopetalum Aliquibus, sed nomen spurium.
Semen Psittaci nonnullis, est Carthamus, siue Carthamum.
Semen Sanctum, Semen contra Vermes, Semen Zedoariæ, & semen Lumbricorum, siue Sementina, lege Absynthium Santonicum. Dicitur Sanctum, quia nascitur in terra Sancta: effertur enim ex Alexandria Aegypti, & alijs meridionalibus locis.
Semen trimestre, lege Triticum trimestre.
Sementina, lege Absynthium Santonicum.
Seminalis, lege Polygonum minus, siue Millegrana.
Semnion herba apud Authores pauonis picturis similis, an fortè Amaranthus pictus, siue tricolor?
Semperflorium apud Apuleium est Semperuiuum.

Semper-

Semperuiuum maius, & minus, & Semperuiua, lege Aizoum maius, & minus. In nonnullis Officinis dicitur Barba Iouis, fortè quia in aliquibus locis Plebis animos inuaserit opinio, non feriri fulmine domum in cuius tegulis vireat sedum. Orechiella Italis nuncupatur, quoniam folia, & præsertim Sedi maioris æmulantur formam aurium.

Semperuiuum minimum, lege Sedum minimum.

Semperuiuum Indicum, & marinum, lege Aloe vulgaris.

Sempia, est fucus vermicularis species.

Sena Ruellij est Colutea vesicaria, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Sena vera; de ea erit sermo in secunda parte Phytologiæ.

Senecio vulgaris, & minor, lege Erigerum Dioscoridis, vbi etymum inuenies, nam Erigerum dicitur, quasi vernus senex, assiduè enim, & per totam æstatem flores emittit, qui subitò in pappos abeunt; (vnde herba Pappa vulgò dicta) & lanuginem albã ostendunt, vt in carduis. C. Hofman, ideo Carduncellus etiam vocauit, & Senecio dicta quia citò senescat. Bononiensibus corrupta voce Semenzone.

Senecio maior, siue flos S. Iacobi, lege Iacobea vulgaris.

Senecio flore odorato, Cam. est Senecio Ambrosiæ odore, Bauh.

Senecionis genus Myconi Lugd. est Senecio folio non laciniato Bauh.

Senecio fœtidus, lege Erygeron primum, Dod.

Senecio carduus Apulus Col. lege Chondrilla rara purpurea.

Senelle Senellorum sunt fructus Paliuri Quercet. lege Paliurus in sec. parte Phytol.

Senex Veris, lege Erigerum Dioscoridis, Solizone, quasi Senecione mulierculis, & rusticis Bonon. Spelliciosa Cast.

Sentis, lege Rubus vulgaris, siue Rubus fructu nigro.

Sentis canis, & canina, lege Rosa syluestris in sec. parte Phytologiæ.

Septineruia, lege Plantago Heptapleuros.

Serapias Dioscoridis, lege Orchis, Cynosorchis, & Testiculus canis maior.

Serapias minor, lege Orchis palmata minor.

Serapias batrachites, lege Orchis palmata batrachites.

Serapinum Officinarum, lege Sagapenum.

Sergia, oliuæ genus, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Serica, & Syrica sunt fructus Zizyphi arboris, & an Serica Zizypha sit eadem arbor in secunda parte Phytologiæ manifestabimus.

Serifolia Fragos. sunt Cydonia exotica, de quibus in secunda parte Phytologiæ.

Seriphium, lege Absynthium Seriphium, siue marinum.

Seriphium Dioscoridis Abrotoni fœminæ facie, Lob. Ad. est Abrotonum fœmina villosis, & incanis folijs Bauh.

Seriphium Germanicũm, & Lumbricorum herba Tragi, est Accipitrina Cæs.

Serriola, aut Endiuiola, lege Endiuia minor, Matth.

Serriola, & Scarriola, lege Lactuca syluestris Matth.

Seris domestica, & Satiua, lege Endiuia vulgaris.

Seris longifolia, lege Ixopus Cordi.

Seris picris syluestris, lege Cichorium syluestre Dod.

Ser montanum, Cæs. lege Ligusticum, Matth.

Serpentaria Brunf. lege Centimorbia, ita nuncupata, quia tamquam anguis subter alias plantas serpat.

Serpentaria fœmina Fuch. lege Bistorta maior.

Serpentaria maior Lugd. lege Dracunculus maior.

Serpentaria minor Matthioli, est Serpentaria, apud nos, maior nuncupata; nam Serpentariã maiorem Matthioli dicunt esse Dracunculum maiorem Bistortæ folio,

sed

fed nondum videre licuit.

Serpentaria minor vulgaris, lege Arum venis albis.

Serpentifera arbor, in Chili Americæ meridionalis prouincia, in cuius folijs vermes, qui dum in terram concidunt in serpentes mutantur, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

De Serpentina Matth. Synonyma, & Etymum.

Serpentina Matth. siue Coronopus syluestris Matth. Lob. Cast. Gef. hor. Lugd. Tab. Serpentaria, Ad. Dod. Coronopus Ger. ico. montanus, Cæf. Holosteum strictissimo folio maius, Bauh. Plantago marina, Cam. Italis Serpentina.

Serpentina dicitur eò quia radix in vino pota viperarum, & serpentum morsibus aduersatur. Aliorum nominum etyma, lege suo loco.

Serpentina minor Ger. siue Coronopus. Coronopi, & Sedi montani media planta Massiliensium, Lob. Ad. Coronopus Massiliensium, Tab. Lugd. Holosteum Massiliense Bauh.

Serpentina omnium minima, Dod. Lob. Lugd. Coronopus siue Serpentina minima, Ger. Coronopus altera Gæf. minor, Tab. Holostcum strictissimo folio minus Bauh.

De Serpyllo. Synonyma, & Etymum.

Serpyllum, Matth. Lugd. Lac. Tab. Serpyllum domesticum, Cast. Serpyllum satiuum, Bauh. Serpyllum folijs Amaraci, Ger. Gręcis ἕρπυλλος: apud Nicandrum in Theriacis νομαῖον, & φιλόζωον appellatur. Italis Serpillo.

Serpyllum dicitur à serpendo, nam si aliqua pars terram attingat, inibi radices dimittit. Similiter vocatur Herpyllos propter eamdem rationem ἀπὸ τοῦ ἕρπειν, idest à serpendo, nam ἕρπω apud ipsos significat serpo. νομαῖον appellatur à verbo græco νέμω, vel νόμος, idest pascuum, quia in pascuis armentorum frequentissimus proueniat. φιλόζωον vocatur, nam Græcis φιλόζωος dicitur amans vitæ, cupidus vitæ, & quoniam serpyllum vitam suam amare videtur, dum seipsum noua perpetuo sobole, & propagatione conseruat: siquidem qua terræ parte eius cauliculi adhęserint, in ea radices agunt: ob id etiam ῥιζοβόλα appellantur, hoc est radices demittentia.

Serpyllum syluestre, Matth. Cord. in Diosc. syluestre alterum Cast. Serpyllum vulgare repens, Clus. hist. Serpyllum vulgare minus, Bauh. Serpyllum minus flore albo, & flore purpureo, Tab. Serpyllum simpliciter dictum ab omnibus ferè Authoribus. Pulegium montanum nonnullorum.

Serpyllum syluestre, Zygis Dioscoridis Clus. hist. Serpyllum alterum, Dod. Serpyllum Creticum, Tab. Ger. Serpyllum folio Thymi Bauh. Serpyllum Narbonense folijs, & facie perpusilli angustifolij Thymi, Lob. Lugd. [Zygis dicitur fortè à verbo græco ζευγνύω iungo, eò quia rami iuncti in altitudinem excrescunt, & in terram non prolabuntur, nec serpunt siuti euenit in alijs Serpylli speciebus.

Serpyllum alterum citratum, Matth. citrum olens Gef. hor. Thal. citratum, Tab. Eyst. Serpyllum referens planta odore citri, Cęf. Serpyllum folijs citri odore Bauh. Serpyllum syluestre primum citratum Cast. Serpyllum pannonicum primum Clus. pan. & hist. Thymum latifolium Ger. ico.

Ser-

Serpyllum hortense, Dod. lege Thymus vulgaris folio tenuiore.
Serpyllum acinarium, lege Vaccinia palustria.
Serpinaca, Renod, lege Polygonum mas, Matth.

De Serratula. Synonyma, & Etymum.

Serratula Matth. Ad. Clus. hist. Cast. Ger. Dod. Lob. Lugd. Cam. Serratula tinctoria, Tab. tinctoris, Eyst. Centauroides, vel Centaurium maius syluestre Germanicum, Thal. qui vult Schartam, seu tinctorium florem à Trago nominari. Cerretta siue Serretta, Cæs. Serrata Alijs. Solidago Sarracenica quarta Lon. ico. Iacea aromatica, siue Caryophyllata Nonnullis, propter radicem odoram. Italis Serratola.

Serratula dicitur à folijs minutim serratis, idest in serræ modum denticulatis. lio- rum nominum etyma, lege suo loco.

Serratula secunda, Tab. Serratula folijs ad radicem integris reliquis profundè incisis Bauh. Serratula flore albo Ger.

Serratula tertia, Tab. Ger. & secunda apud Lobel. Serratula tinctoris, Eyst. folia, vtroq; latere omnia similibus diuisionibus diuulsa sunt Bauh.
Serrata, & Serreta, lege Serratula Matth.
Serrifolia Cordi, lege Virga aurea angustifolia Serrata.
Serta, & Sertula campana, lege Lotus syluestris Gesf. Alijs est Melilotus vera.
Sertolaria Imperati, lege Lichen marinus, Clus. hist.
Seruilla, & Seruillum, lege Sisarum.

De Sesamo. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Sesamum est Vrbs Paphlagoniæ, postea Amastris appellata, cuius meminit Plinius; est item herba frugis genus, de qua in præsenti.
Sesamum, Matth. Tur. Dod. Tab. Ang. Lob. Cast. Portæ. Bauh. Sesamum verum Gesf. hor. Cam. Cord. in Diosc. Lugd. Sesama, & Sesima Cæsalp. Sempsen Alpino. Italis Sesamo.
Sesamum dicitur fortè à σείω concutio, & agito, eò quia producit semina in vasculis inclusa papaueris modò, quæ flante vento facilè quassantur, & concutiuntur, exsiccataque ad instar capitulorum Papaueris resonant [Vel, vt alij volunt, à σείω concutio, impello, & ἀμάω meto, quòd subitò, & quasi impetu ad messem propelleretur.
Sesamum syluestre Plinij, lege Ricinus Matthioli.
Sesamum Tragi, lege Myagrum, Ang. Dod.
Sesamoides maius multorum Dalechampij, Lugd. Sesamoides maius Scaligeri, Tab. Thymelæa folijs candicantibus serici instar mollibus, Bauh. Tartouraire Galloprouinciæ Massiliensium, Ad. Lob. ico.
Sesamoides dicitur à Sesami forma, & similitudine, & quia semen Sesamo simile habeat.

Sesamoides minus Dalechampij Lugd. lege Thymelæa folijs Kali lanuginosis falsis.
Sesamoides magnum Lac. lege Reseda maxima.
Sesamoides magnum Cord. Lob. est Helleborus niger alter.

De

De Sesamoide magno. Synonyma, & Etymum.

Sesamoides magnum Salmanticum, Clus. hist. & hisp. Cam. Tab. Ger. Lychnis viscosa flore muscoso, Bauh. Muscipula altera flore muscoso, Lob. Lugd. Muscipula, siue Viscaria altera flore muscoso, Ad. Muscipula, siue Armeria altera Lob. ico. Ocymoides belliforme Io. Bauh. Otites Lychnidis syluestris genus, Tab. Viscago, Cæs. maior, Cam. Κραυρόφυλλον Thal.

Sesamoides, & Muscipulæ etymum, lege supra suis locis. Otites dicitur eò quia folia quodammodo ad similitudinem auris sint efformata, nam Græcis ὠτίτης auricularis exponitur.] Craurophyllon vocatur, nimirum folium viscosum, quoniam folia, & tota planta humore viscoso est prædita, sicuti in strumis humor viscosus inest, nam Græcis κραῦρος dicitur struma morbus, & φύλλον folium.

Sesamoides paruum Salmanticum, lege Reseda alba minor.

Sesamoides minus Cord. in Diosc. est Helleborus niger tenuifolius Buphthalmi flore.

Sesamoides paruum Matth. Cam. Ger. Cast. Tab. Sesamoides parua Diosc. Lob. Ad. est Chondrilla cærulea Cyani capitulo Bauh. Chondrillæ species, tertia Dod.

Seseleos Officinæ nonnullæ Siler montanum vulgò nominant. Alijs verò est Seseli Massiliense Fæniculi folio.

De Seseli. Synonyma, & Etymum.

Seseli Massiliense, Matth. Ges. hor. Cast. Tab. Lac. Lon. Lugd. nuperorum Lob. ico. Seseli Massiliense Ferulæ, aut Dauci Cretici facie Lob. ob. Seseli Massiliense Ferulę folio Bauh. Siler montanum, Officinarum, Ger. Græcis σίσελι ab Alijs Sile nominatur. Italis Seseli.

Seseli dicitur à verbo græco σίσιλος, idest Cochlea, quòd ab ijsdem in cibum summoperè expetatur. Massiliense dictum, quia in Massilia frequentissimum.

Seseli Massiliense Fœniculi folio, quod Dioscoridis censetur, Bauh. Seseli Massiliense folio fæniculi crassiore, Lob. Ad. Seseli Massiliense, Dod. Cæs. Ang. Lugd. Seseli Massiliense fortè Clus. hisp. nonnullorum, Cam. Seseli Massiliense Diosc. Clus. hist. Seseleos Massiliense nonnullorum Fœniculum petræum, Tab. Fœniculum tortuosum Lug. In sequenti pag. Lectorum oculis subijcimus iconem Seseli Massiliensis folijs tenuissimis odore Pastinacæ, quam plantam à DD. de Campis, olim, nobis communicatam, sub nomine Pastinacæ nodosæ Creticæ, vt dicemus in secundo Tomo partis primæ Phytologiæ, quando descriptionem afferremus.

Seseli pratense Monspeliensium, Lob. Cam. Ad. Lugd. Seseli pratense, Silaus fortè Plinij. Siler alterum pratense Dod. Pastinaca pratensis Theophrasti, Cord. in Diosc. Pastinaca nigra syluestris, Cord. hist. Hippomarathrum primum, Tab. sub Fœniculo dulci Ger. ico. Ligusticum Matthioli censet Ges. hor.

Seseli Aethiopicum Ad. Cast. verum Lugd. Ang. Lob. Tab. Cam. Seseli Aethiopicum Salicis folio, Bauh. Seseli Aethiopicum frutex, Dod. Ger. Seseli Aethiopicum alterum Matth. Ges. hor. Herba, quæ pro Seseli Aethiopico ostenditur, Cæs. Græcis αἰθιόπικον.

Seseli montanum Cicutæ folio glabrum, an Peloponnesiacum Diosc. Bauh. Seseli monta-

SESELI MASSILIENSE
tenuiſsimo folio, odore Paſtinacæ.



montanum primum, vel alpinum Cluſ. pan. & hiſt. Liguſticum ſecundum herbariorum, Tab. Liguſticum alterum Belgarum, Lob. Lugd. Græcis πελοποννησιακόν.

Seſeli Creticum maius, Cam. & Bauh. ſecundum Tab. Pimpinellæ romanæ alterum genus ſylueſtre, Cæſ. Tordylion, ſiue Seſeli Creticum maius, Lob. Lug. τορδύλιον κρητικόν.

Seſeli Creticum minus, lege Tordylion, & Gordilion.

Seſeli Creticum minimum, Bauh. Tordylium minimum Apulum Col.

Seſeli Creticum fructu maiore Bauh. Tordylium maius luteum alterum λειόκαρπος, ideſt ſemine, & fructu læui, & non hirſuto, nam Græcis λεῖος, eſt leuis καρπὸς verò eſt ſemen, ſiue fructus.

Seſeli montanum tertium, vel montanum anguſtifolium Cluſ. pan. & hiſt. qui vult à Libanotide Dioſc. altera fructifera non multùm differre. Seſeli montanum fæniculi folio, Bauh.

Seſeli paluſtre, Cam. Seſeli paluſtre lacteſcens Bauh.

Seſeli Aethiopicum herba Dod. lege Libanotis alba.

Seſeli Aethiopicum alterum Cam. lege Libanotis latifolia.

Seſeli Aethiopicum Dioſc. Cæſ. lege Perfoliata.

Seſeli Creticum Fuch. lege Meum Matth.

Seſeli Maſſilienſe Fuch. lege Gingidium Ang. Cord. in Dioſc.

Seſeli Peloponnenſe maius, Lob. lege Thapſia latifolia Cluſij.

Seſeli Peloponnenſe Fuchſij, lege Libanotis nigra Dodonei.

Seſelis Aegyptijs eſt Caucalis.

Seſtiana mala, & Seſtiana pyra à Seſtio cognominata, de quibus in ſecunda parte Phytologiæ.

Seſuuium, & Seſurium, lege Aizoum, ſiue Sedum maius.

Setacea corallina, lege Antipathes, dicta ſetacea, eò quia folium nigrum ad inſtar ſetæ porcorum gignat.

Setania, vel Setanios apud nonnullos, eſt Meſpilus, vt dicemus in ſecunda parte Phytologiæ.

Setaniæ, & Setanicæ Cepæ dicuntur, quæ hoc anno, ideſt Vere ineunte ſunt ſatæ, nam Græcis σητινὸς eſt hornus, ſeu hornotinus, qui huius eſt anni; minimæ enim ſunt, & dulces, quas Palladius Cepullas, quaſi paruas cepas nominat.

Setanium Triticum, lege Triticum trimeſtre.

Seueriana Pyra, lege Pyrus in ſecunda parte Phytologiæ.

Seutlomalache, & Seutlolapathum, lege Spinacia Matth.

Seutloſtaphylinum, lege Beta rubra, Matth.

Sferra Cauallo, lege ferrum equinum Matthioli.

Sicelion, & Sicelium a nonnullis appellatur Pſyllium, Plin.

Siciliana, lege Androſæmum, Dodonæi.

Sicilimentum, herba ſicilitione reſecta, ideſt ea, quæ à fæniſecis prima ſectione relicta, iterata ſectione demetitur.

Sicla, & Sicula, lege Beta alba Matthioli.

Sicla ſylueſtris, lege Lapathum hortenſe.

Sicys, & Sicyon, lege Citreolus vulgò, & Sicya apud nonnullos eſt Cucurbita.

Sida vulgò, lege Abutilon Auicennæ.

Side, & Sidion arbor punica, & malum punicum, lege Malus Punica in ſecunda parte Phytologiæ.

Sideratio in plantis, eſt quando vaporum ſiccitate herbæ moriuntur.

De

De Sideriti. Aequivoca, Synonyma, & Etymum.

Sideritis lapis est, alio nomine Magnes dicitur, & Herculeus lapis occultæ naturæ vi ferrum ad se trahens, vnde, & nomen accepit, nam σίδηρον Græci ferrū appellant. Est præterea Siderites gemma ex genere adamantum à ferri splendore nomen habens. Item est herba, de qua in præsenti.

Sideritis vulgaris hirsuta erecta Bauh. Sideritis vulgaris Cam. in Matth. vel secunda Clus. hist. Sideritis Heraclea Cord. hist. Tab. Sideritis Herculea altera in vineis Cæs. Sideritis prima Fuch. Cord. in Diosc. Thal. Tur. Ges. hor. Sideritis quarta Lon. Sideritis, siue Ferruminatrix Lob. ico. Ad. Herba Iudaica Ges. Col. Tetrahit Lugd. Græcis σιδηρίτις. Italis Herba Giudaica, & Herba buona.

Sideritis dicitur à ferro, nam σίδηρος, vt diximus, est ferrum, quoniam hæc herba vulneribus ferro inflictis perutilis sit ob vim glutinantem. [Herba Iudaica nominatur, quoniam Iudæi illa vtuntur similiter ad vulnera. Tetrahit verò est nomen arabicum. Herba bona etiam vocatur, quoniam in fasciculos colligitur vnà cum alijs herbis D. Ioannis festo, & domi seruantur exsiccatæ ad multa vtiles.

Sideritis hirsuta procumbens, Bauh. Sideritis Herculea Dioscoridis, Cæs. Sideritis herbariorum quarta, Tab. Sideritis Heraclea Clus. hisp. tertia hist. Sideritis prima herculea, Cam. Herba, Iudaica Dod. Tetrahit Herbariorum Lob. Lugd.

Sideritis Monspeliaca Scordioides, Ad. floribus luteis Lob. Lugd. Sideritis folijs hirsutis profundè crenatis Bauh. Sideritis herbariorum quinta Tab. Tragoriganum Prassoides alijs.

Sideritis montana Lob. ico. Ad. Lugd. Sideritis septima Clus. hist. Sideritis alpina Hyssopifolia, Bauh. Sideritis Herbariorum sexta, Tab.

Sideritis aruensis flore pallido, Cam. Sideritis secunda Matth. quamuis hist. Lugd. velit esse Cannabinam spuriam Lobelij: alij Marrubium Pannonicum Clusij. Sideritis prima aruensis species altera, Thal. Sideritis Heraclea altera, Cæs. Sideritis aruensis latifolia glabra, Bauh. Alyssum Germanicum Ger. Alyssum maius Tab.

Sideritis aruensis flore rubro, Cam. Sideritis aruensis angustifolia rubra Bauh. Sideritidi primæ congener secunda Thal. Sideritis alia in vineis flore purpureo, Cæs. Ladanum segetum Plinij, & Tetrahit angustifolium Alijs, Lugd. Alysum Galeni flore purpureo, Tab. Ladani etymum, lege supra Ladanum segetum.

Sideritis prima Matthioli, lege Marrubium palustre.

Sideritis tertia Matthioli, & Lugd. est Tanacetum inodorum Dod. Ger. flore Bellidis maioris Eyst. Tanacetum inodorum secundum Clus. pan. & hist. Tanacetum non odorum syluestre, Ad. lege supra Athanasia leucanthemos, cum sit vna, & eadem planta.

Sideritis Achillea, lege Achillea Matthioli.

Sideritis Alysson, lege Alysson verticillatum.

Sideritis tertia Dioscoridis, Col. lege Diapensia Matth.

Sideritis nonnullorum, lege Pimpinella Sanguisorba.

Sideritis altera Aliquibus, lege Ruta canina.

Sideritis cærulæa, Thal. lege Lysimachia cærulea galericulata.

Sideritis heracleæ species Fracast. est Horminum pratense folijs serratis.
Sideritis latissima Fuch. lege Barbarea.
Sideritis Plinij latissimo folio, lege Pulmonaria Gallorum.
Sideritis Monspeliensium, lege Parietaria Monspeliensium.
Sideritis pratensis rubra Lugd. est Euphrasia pratensis rubra.
Sideritis pratensis lutea, lege Euphrasia pratensis lutea.
Sideron herba ab Hercule inuenta, Plin. est Sideritis Heraclea.
Sidium Latinis, & Sidion, malicorium, seu putamen, cortex est Mali punici quoniam σιδὴ Græcis est Malum punicum, vt dicemus in secunda parte Phyt.
Sigillum Mariæ, Cæs. est Helleborine angustifolia Tab. Ger. Helleborine montana angustifolia purpurascens Bauh. Elleborine quinta Clusij pan. sexta Eidem hist. Damasonium alpinum, Lugd. Damasonium tenuifolium Cord. hist. Alisma tenuifolium Thal.
Sigillum dicitur eò quia folia florem constituentia quodam ordine sunt digesta medio aliquantulum prominente, itaut Sigillum repræsentare videantur. Aliorum nominum etyma lege suo loco.
Sigillum Mariæ alterum, Cæs. Elleborine tertia Clus. pan. quarta eidem hist. Helleborine flore carneo, Bauh.
Sigillum Salomonis, lege Polygonatum, Matth.
Sigillum Salomonis, Cæs. lege Epipactis latifolia.
Sigillum marianum, lege Bryonia nigra ita nuncupata, quia ad sugillata valeat.
Sigingiaria nonnullis, est Draeontea, sed inter nothas voces recensetur.
Silago apud aliquos, est Cornu ceruinum, siue Coronopus.
Silapa. lege supra Salapa.
Silaum Plinij, lege Sium verum Matthioli.
Silaus Plinij, Cæs. lege Cicutaria palustris.
Silaus fortè Plinij Alijs, est Seseli pratense Monspeliensium.
Sile, & Sili apud nonnullos est Seseli Massiliense.
Silene Theophrasti nonnullis, lege Lychnis syluestris viscosa rubra altera.
Siler montanum, lege Ligusticum Matthioli.
Siler montanum officinarum, lege Seseli Massiliense Matth.
Siler Creticum, Cam. est Ligusticum folijs Cicutæ Bauh.
Siler alterum pratense, Dod. lege Seseli pratense Monspeliensium.
Siler Plinij, Cæs. est arbor, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.
Silibum Lobelij, lege Carduus lacteus.
Silybum Lugd. siue Leucacantha Loniceri, est Acanthium Matth.
Silicula, Silicia, & Siliqua apud nonnullos, est Fœnum græcum.
Siligo spica mutica, Veterum, lege Triticum hybernum aristis carens, vbi etymum inuenies.
Siligo Brunf. & Silago, lege Secale Matthioli.
Siligo Turcica est Oryzæ Germanicæ species.
Siliginis claui, lege Secale luxurians.
Siliqua tegumentum est, & folliculus, quo, vel grana leguminum, vel herbarum semina, & similium grana includuntur, dicta siliqua, idest sine qua, nam semen intus inclusum sine illa subsistere nequit.
Siliqua Columel. lege Fœnum græcum, siliqua dictum pro eo, quod est Silicia.
Siliqua Theoph. Tragi, est Smilax hortensis, siue Phaseolus maior.
Siliqua ceratia, dulcis, syluestris, fatua, & edulis, de ijs erit sermo in 2. parte Phyt.
Siliqua, siue Cassiafistula, seu purgatrix, lege in secunda parte Phytologiæ.
Siliquastrum Bellonij, est Arbor Iudæ, vt dicemus in secunda parte Phytolog.

Siliqua-

Siliquaſtrum maius, & minus, lege Capſicum.
Siliquaſtrum Fuchſij, lege Piper oblongum recuruis ſiliquis, & Piper Indicum rotundum.
Sillicypria, apud nonnullos eſt arbor Aegyptia ex cuius fructu fit vnguentum, vt dicemus in ſecunda parte Phytologiæ.
Silphion Dioſcoridis, & Theophraſti, lege Laſerpitium.
Silphium, ſuccus eſt Libycus, interdum Syriacus, aliàs Cyrenaicus à loco natali vocatus, de quo in ſecunda parte Phytologiæ.
Simeonis herba apud vulgares Herbarios, & Empiricos, eſt Alcea vulgaris maior.
Simila, & Similago, medulla eſt farinæ triticeæ, hoc eſt ea pars, quæ media eſt inter pollinem, & farinam, potiſſimùm nutriendi vim habens, ex qua non omnes excuſſi ſunt furfures, ſed craſſiores tantùm repurgati; ſecundarium panem nonnulli appellant.

De Sinapi. Synonyma, & Etymum.

Sinapi primum Matth. Cæſ. Lac. Sinapi Dioſc. & Theoph. Geſ. hor. Caſt. Ang. Sinapi alterum Plinij. Sinapi ſatiuum prius, Dod. Sinapi ſatiuum Erucæ, aut Rapi folio, Lob. Sinapi hortenſe Cord. in Dioſc. Lugd. deſc. Lon. Sinapi album, Cam. Sinapi rapicea fronde nonnullis. Græcis σίναπι. Italis Senape, & Seneua. Gallis Mouſtarde. Barbaris Sinapium.
Sinapi dicitur, quaſi Napi, quia eius ſapor ſit acerrimus ad inſtar Napyos; νάπυ eſt immite, ob vehementem eius acrimoniam. Vel quod folijs ſit ſimilis Napis.] Vel σίναπι dictum à σίνομαι noceo, quia ſemen tanta acrimonia eſt præditum, vt cieat lacrymas comedenti, & oculis noceat, nareſq; offendat.] Mouſtarde vocatur, quòd cum muſto Sinapis ſemen acre ad intinctus conteri ſoleat. Vel Camerario Muſtarda dicta placet, quaſi muſtum ardens, cum ignea vi ſemen nares, & cerebrum apprehendat, lacrymas excutiendo nullo aſperrimi ſaporis præuio odore.

Sinapi alterum, Matth. Lac. Cæſ. Sinapi ſatiuum luteum alterum, Trag. Sinapi ſatiuum Lugd. ſatiuum alterum Dod. Ger. Sinapi ſylueſtre luteum Lon. Sinapi Apij folio, ſiue album Bauh. Sinapi agreſte Apij, aut potius Laueris folio, Lob. Sinapi hortenſe Fuch. ico. Dod. gal. Sinapi primum Tur. Caſt. album Eyſt. Sinapi gracile Plinio. Eruca paluſtris maior Tab. Thlaſpi nonnullis ob ſimilitudinem, quam habet cum Thlaſpi.

Sinapi tertium, Matth. Caſt. Cæſ. Sinapi ſylueſtre minus Burſæ paſtoris folio, Lob. Sinapi Erucæ folio, Bauh. Sinapi ſylueſtre, Dod. Lugd. Eruca ſylueſtris Geſ. hor. Eruca, ſiue Rucula marina minor, & Sinapi nonum Tragi.
Sinapi alterum ſatiuum Lob. ico. Sinapi ſiliqua hirſuta Bauh.
Sinapi alterum agreſte noſtras Colum. Sinapi vmbella purpurea, Bauh.
Sinapi Indicum Bauh. Saſeni Semen Sinapis par.4. Ind. or.
Sinapi ſimile Indicum Semen, lege Nachani.
Sinapi agreſte Tragi, lege Rapiſtrum aruorum.
Sinapi album Lugd. eſt Braſſica ſylueſtris, virgata, Cord. hiſt. Braſſica ſylueſtris longifolia, Thal. Braſſica ſylueſtris folijs circa radicem cichoraceis, Bauh. Braſſica ſylueſtris prima Cordi, Lugd.
Sinapi echinatum, Lugd. eſt Eruca Monſpeliaca ſiliqua quadrangula echinata, Bauh.

Sinapi

Sinapi pumilum alpinum, lege Nasturtium alpinum Bellidis folio.
Sinapi alterum genus, lege Erysimum vulgare.
Sinapismum nonnullorum, lege Cakile Serapionis.
Sinapi Persicum quibusdam, lege Bolbonach, siue Bulbonach.
Sinapium, lege Sinapi primum.
Singadi, in India vocatur Arbor tristis, vt dicemus in secunda par. Phytol.
Singentiana nonnullis, est Acorus Dioscoridis, siue adulterinus, incerta tamen est huius nominis origo.
Sinon, siue Sison exiguum Semen, est in Syria natum Apio simile, oblongum, nigrum, feruentis naturæ, sed hodie nobis incognitum, nec huiusmodi Semen amplius ad nos defertur, ideò difficile est de rebus peregrinis aliquid proferre.
Sinus, caua est alarum inter caulem, & ramulos, vnde noua proles egreditur, & dicuntur etiam Alæ. Sinus appellatur à verbo Græco συνείω, siue συνέω in vnum aceruum, seu cumulum congero, vnde noua proles recollecta emergit: hinc sinus maris dicuntur cauitates illæ, vbi in vnum aceruum colliguntur aquæ, & fluctuant.
Sion Crateuæ, lege Nasturtium aquaticum.
Sion inodorum, lege Anagallis aquatica minor.
Sion, siue Lauer, lege Sium.
Siphonium, lege Aegylops, ità fortè dictum à verbo Græco σίφων, quod significat vas in quo continetur Triticum, hinc herba ità nuncupata, quoniam ex illa huiusmodi vasa construebantur.
Sippo, sarmenta sunt longa, lupulis sarmentis non absimilia, quibus ad religandum Brasiliani vtuntur par. tertia Americ.
Siræum, teste Plinio, est sapa, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ Capite de Vite, & Vua: quamuis alijs Sirium, succum Phalangij esse autument, vt dicemus in secundo Tomo partis primæ Phytol. Cap. de Phalangio.
Sisamum nonnullis; est Sesamum.

De Sisaro. Synonyma, & Etymum.

Sisarum Tragi, & Rapunculus hortensis, Dod. Ad. Tab. Lugd. Ang. Lob. Ger. Sisarum Germanorum Bauh. Siser Germanicum Cæs. cui Elaphoboscum Diosc. & Plinij Siser Matth. Ges. hor. Cam. Brunf. Cord. in Diosc. Lon. Siser satiuum Fuch. minus, Tur. Siser alterum, Lac. Elaphoboscum Dioscoridis Col. Cheruillum alijs, Dod. & Seruillum. Pastinacæ species, & Pastinaca Polyrrhizos dicta, eò quia multas habeat radices. Græcis σίσαρον. Italis Sisaro.
Sisarum dicitur, nam σῦς apud Græcos est Porcus ἀρόω verò est aro, hinc herba ità dicta, quia Porci rostro arando terram illius radices quærant pabuli gratia. [Vel Sisarum nomen accepisse volunt à Sio, vel Sione, quoniam quamdam similitudinem Sionis habet. [Cheruillum vocatur, nam Græcis χαίρω, est lætitiam capio, gaudeo, delector, & quoniam radix elixa ori est grata, stomacho vtilis, & appetentiam incitat; ideo hoc nomine forsan fuit insignita.

Sisarum Syriacum, Bauh. Secacul Arabum, & Maurorum, siue Pastinaca Syriaca, Rauu. Lugd. ap.
Sisarum satiuum, lege Pastinaca domestica Matth.
Sisarum Peruuianum, lege Solanum tuberosum esculentum.
Siser alterum Matthioli, est Carota vulgaris radice flaua.
Siser palustre Lugd. lege Filipendula aquatica.

Sison

Sison Tab. Gef. hor. Ang. Cam. Lugd. Tur. Sison quod Amomum Officinis dictum Bauh. Sinon, siue Sison Cord. in Diosc. & hist. Ammi paruum Gef. hor. Amomum Officinis falsò dictum Gef. hor. Amomum Germanicum, Trag. Petroselinnm Macedonicum, Dod. Lon. Fuch. Græcis σίσων. Italis Sinone. Senon, & Silion Alijs.

Sison dicitur Latinis, & Græcis, quasi Syrion, quia in Syria potissimum nascatur, & ibi frequentissimè proueniat.

Sison Lon. est Apium cicutarium, Thal.
Sisymbrium Matth. & Aliorum, lege Mentha rotundifolia palustris.
Sisymbrium alterum, Cardamine Lugd. lege Nasturtium pratense magno flore.
Sisymbrium secundum, vel Cardamine Diosc. lege Nasturtium aquaticum supinum.
Sisymbrium syluestre, Cæs. lege Raphanus syluestris Officinarum.
Sisymbria Mentha, lege Mentha hortensis altera.
Sisymbria Mentha Ger. lege Mentha rotundifolia palustris.

De Sisyrinchio. Synonyma, & Etymum.

Sisyrinchium maius, Dod. flore cæruleo Scuuenc. Sisynrichium maius flore luteæ macula notato, Bauh. Sisyrinchium Cord. & Clusij, Lob. ico. Sisyrichion maius, vel primum, Nofelha Hispanis, quasi. Nucula auellana Cluf. hisp. Sisynrichium bulbi esculenti genus, Lugd. Hyacinthus poeticus hispanicus gemino gladioli reticulato bulbo Lob. obs. Græcis σισυρίγχιον.

Sisyrinchium dicitur à forma plantæ rostrata, idest rostro fuillo simili, vt nonnulli volunt, vel quia bulbosæ radices suillo pabulo sint iucundissimæ, nam Græcis ρύγχος est rostrum, rictus, σῦς verò est sus. [Vel quia σισύρα apud ipsos Græcos est vestis barbarica ex pellibus caprinis confecta, seu Sagum pelliceum, aut ex villis concinnatum, & cum tunica huius bulbi sit villosa, & reticulata; ideo Sisynrichium fuit appellatum.

Sisyrinchium Mauritanicum Cluf. in app. & cur. post. Sisynrichium flore alba macula notato, Bauh.

Sisyrinchium minus, Dod. Lugd. Cluf. hisp. Suuert. Eyst. Sisynrichium medium, Bauh. Sisyrinchion Theophrasti, & parua Nofelha, Lob.

Sisyrinchium Asprensium angustifolium alterum Colum. Sisynrichium minus angustifolium flore maiore variegato Bauh.

Sisyrinchium Persianum, Bauh. flos Persicus Sisynrichio congener Cluf. hist.
Sisyrinchium Cord. lege Ornithogalon luteum.
Sissitieteris Plinij, lege Pimpinella Sanguisorba maior.
Sistra, est Spica syluestris, nonnullis appellatur Phu, siue Valeriana maior.
Sitanion est Mespilus arbor, de qua in secunda par. Phyt.
Sitanion etiam est frumenti genus, eò quia tertio à satu mense metitur, à Latinis trimestre dictum.

De Sio. Synonyma, & Etymum.

Sium verum, Matth. Thal. Lugd. cui, & Sium Crateuæ maius. Sium siue Lauer. Diosc.

Diosc. Olusatri folio, siue aquatica Pastinaca Ad.Lob. Sium Gef. hor. Cord.hist. Dod. primum minus,Tab. Sij primum genus, quod Lauer Fuch. Sion, siue Apium palustre folijs oblongis, Bauh. Sion odoratum, Trag. Silaum Plinij Ang. Lauer. Tur. Dod. gal. Crescione vulgo Cæs. Apium palustre Fuch. ico. Ges. col. Lugd. Lon. Græcis σίον Italis Crescione.

Sium dicitur Græcis à verbo σείω concutio, & agito, quia continuò concutiatur, & agitetur à præterlabentibus vndis, secus quas nascitur; vel à σκιά vmbra, quia loca vmbrosa, & opaca amet. [Vel potius ab excutiendis calculis dictus, nam apud Græcos σείω significat cieo, excutio, concito. [Lauer vocatur, quia ab aquis lauetur; vnde à loco natali nomen accepit.

Sium maius latifolium, vel tertium, & Sium medium, vel secundum Tab. Sium latifolium Bauh. Sium maius, Ger.

Sium alterum, Dod. Olus atri facie, Lob. Sium maius angustifolium, Tab. Sium Erucæ folio, Bauh. Sium alterum Erucæ folio Lugd. Cicuta maxima quorumdam Eyst. an Crescionis alterum genus, Cæs.

De Smilace, siue Conuolulo. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Smilax est nomen puellæ à Croco quodam amatæ apud Poetas. Est etiam Arboris genus, quod alio nomine dicitur Taxus. Est quoque herba de qua in præsenti.

Smilax lęuis Matth. Gef hor. Cast. Fuch. Lac. Lugd. Smilax læuis maior, Dod. vel lenis maior, Lob. Ger. Conuoluulus maior, Ad. Gef. hor. Cæsalp. Conuoluulus maior flore albo, Eyst. Conuoluulus maior albus Bauh. Liliastrum nonnullis Campanula alba syluestris Suuer. Helxine cissampelos, Cord. in Diosc. Malacocissus Damocratis, Ang. Volubilis maior Lon. Tab. Trag. Thal. Volubilis Brunf. latifolia alijs. Volubilis maior Campanella, & funis arborum nonnullis, & Scandulaca. Coniugulum Catoni Dod. Græcis σμίλαξ λεία Italis Viluchio maggiore.

Smilax dicitur à verbo σμάω abstergo, detergo, vel purgo, quia eius flos in Smegmatibus expetatur, habet enim vim detergendi, & dealbandi cutim. [Læuis, & lenis dicitur, quia aculeis careat, ad differentiam Smilacis asperæ. Conuoluulus, & Volubilis nuncupatur, eò quia arbores, & herbas scandat, & eis se conuoluat, ideo Funis arborum, & Scandulaca dicta. Coniugulum verò à coniungendo vocatum, quòd herbas coniungat, & vniat. Helxine appellatur, à Græcis ἕλξις, quod est attractio, attrahit enim, & amplectitur vicinas plantas. Cissampelos verò dicitur, quasi hederouitis, nam κίσσος est Hedera, & ἄμπελος Vitis. Aliorum nominum etyma, lege suo loco.

Smilax lęuis minor, Dod. & Ger. Conuoluulus, Tur. minor. Cæf. Cluf. hist. Gef. hor. Conuoluulus, minor aruensis Bauh. Conuoluulus minor purpureus Lob. Ad. Volubilis minor, Lob. Trag. Thal. Volubilis aruensis Tab. Helxine in segetibus nascens, Cord. in Diosc. Helxine cissampelos, Matth. Ang. Lugd. Fuch. Gef. hor. Cast. Helxine hederacea, Lacun. Orobanche Theophrasti Ang. Scammonea parua, Cam. Scammonea tenuis Plinij Alijs.

De Smilace aspera. Synonyma & Etymum.

Smilax aspera Matth. Dod. Lac. Gef. hor. Lob. Cast. Cæsalp. Fuch. Tur. Cord. in Diosc. Ad. Lugd. Cam. Smilax aspera prima, & tertia, Tab. Ger. Smilax aspera fructu rubente Bauh. Smilax aspera fructu rutilo, Cluf. hisp. & hist. Smilax aspera vera, Trag. Hedera. Cilicia nonnullis. Volubilis aspera Lonic. Acuta, vel

pungens

pungens nonnullis. Smilax nicophoros ab alijs cognominatur. Hetruſcis Hedera ſpinoſa, & Rubus ceruinus. Græcis σμιλαξ τραχεῖα. Italis Smilace aſpera.

Smilax aſpera dicitur, quia rubi modò ramulos aculeatos producit, ſiue ſarmenta aculeata; vnde Græcis trachia cognominatur, ideſt aſpera à verbo græco τραχὺς quod ſignificat aſper, ſcaber; hac de cauſa Rubus vocata: Ceruinus verò, quia in locis vbi degunt Cerui frequenter oriatur. [Hedera Cilicia nominatur, quia ad modum Hederæ ſerpit, & hæret, primumque è Cilicia profecta. Smilax nicophoros fortè appellatur propter ſpinas acutiſsimas, nam Græcis νικάω eſt vinco, ſupero, cæteras enim Smilacis ſpecies vincit, & ſuperat.

Smilax aſpera altera facie Sarſæparillæ, aut congener, Lob. ico. Smilax aſpera minus ſpinoſa fructu nigro, Bauh. Smilax aſpera Luſitanica, Tab. Ger. Smilax aſpera fructu nigro Cluſ. hiſp. & hiſt.

Smilax Arcadum glandifera, eſt arbor, de qua in ſecunda parte Phytolog.

Smilax arbor Caſt. lege in ſecunda parte Phytolog.

Smilax hortenſis, & ſatiua, lege Dolichus, ſiue Phaſeolus δολιχὸς Græcis eſt longus prolixus, hinc planta ita dicta propter ſiliquarum longitudinem, & prolixitatem. Italis Bon. Fagiuoli raparini.

Smilax cærulea eſt Conuolulus azureus.

Smilax redolens nonnullis, eſt Gelſeminum.

Smyrnium Fuch. lege Leuiſticum.

Smyrnium Cord. in Dioſc. lege Angelica ſatiua.

Smyrnium Matthioli, lege Hippoſelinum, Smyrnium ab alijs dictum, quod radix lacrymam emittat Myrrhæ ſimilem, nam lacrymam ex Hippoſelino colligebant, quam quidam pro vera, & legitima Myrrha habuerunt.

Smyrnium Amani montis, Dod. Smyrnium Creticum Matth. ed. 5. Smyrnium peregrinum rotundo folio, Bauh.

Smyrrhizza, & Smyrrha, lege Myrrhis maior ſiue Cicutaria odorata.

Soda Lob. lege Alcali: dicitur verò Soda, quaſi Seda, eò quia Sedi medij folijs quodammodo ſit referta. Iſgarum etiam cognominatur, quoniam folia, & cauliculi gari ſaporem referunt; nam Græcis ἴς eſt fibra, & neruus γάρος verò eſt condimentum quoddam ſapidum ex ſale, & piſcium viſceribus, & ſanguine paratum.

Solaris herba Gazæ, lege Heliotropium maius Matthioli.

Sol Indianus, lege Helenium Indicum maximum.

Solamen nonnullis, ſiue oculorum ſolatium, lege Euphraſia.

De Solano. Synonyma, & Etymum.

Solanum hortenſe Matth. Ang. Geſ. hor. Lugd. Ger. Fuch. Dod. Lob. Cam. Solanum officinarum, Bauh. Solanum hortenſe Circeæ aut Phaſeoli folio, Ad. Solanum nigrum Cord. in Dioſc. & hiſt. Solanum holeraceum, ſiue eſculentum C. Scuuencfelt. Solatrum vulgare Trag. Solatrum Brunf. minus Cæſ. Cuculus, & Cacubalum Plinij Ang. Vua lupina, & Vua Vulpis nonnullis. Aliquibus Morella. Alijs verò Strumus, & Strumum Græcis στρύχνον κηπαῖον, & τρύχνος, præpoſito σ στρύχνος. Italis Solatro hortenſe Biaſola vulgò Bononiæ.

Solanum dicitur Latinis, fortè, quia ſolo quo naſcitur anno duret, & hoc propriè intelligitur de Solano hortenſi. Græcis verò στρυχνον, quod vitem, vel acinum, aut tale quid ſignificat, vt nonnulli aiunt, Solani enim ſpeciebus proprium eſt vt acinos producant inſtar Vitis. Ideo vua vulpina, & lupina appellatur; & herba mo-

rella popter baccas ad nigredinem tendentes. [Strumus verò, & Strumum eò quia folia cum sale detrita strumas nempe parotidas,& eparmata illitu discutiant. [Vel potius legendum est στρύχνος, quasi στρυφνὸς quod significat astringens, acerbus, austerus,nam Solani speciebus vis adstrictoria inest. [Vel στρύχνος quasi τρύχνος; quòd dolores ex bile ardenti calidoque humore contractos refrigerando leniat,& molliat, nam Græcis τρύχνος exponitur vox mollis. [στρύχνον κηπαῖον vocatur, idest Solanum hortense, cum frequentissimè in hortis nascatur, Græcis enim κῆπος est hortus.

Solanum vesicarium,& halicacabum,lege Alkekengi. Græcis dicitur στρύχνον φυσαλίδα, idest Solanum vesicarium; φῦσα apud Græcos exponitur Vesica; & à mulieribus Siculis vocatur Concordia, quoniam maritos cum vxoribus rixantes conciliare dicatur.

Solanum lethale somniferum, & maius μελανοκέρασος, lege Bella donnà. Græcis στρύχνον ὑπνωτικὸν, idest Solanum somniferum, ὕπνος apud Græcos est somnus: ideo Mandragora Theophrasti à nonnullis appellatur,& Solatrum herba ob facultatem soporiferam.

Solanum somniferum alterum, Matth. Lugd. Ges. hor. Cam. Solanum somniferum, Lon. Solanum somniferum bacciferum, Bauh. Solanum de Hiericho, Cast. Solani lethalis aliud genus, Dod.

Solanum somniferum, Matth. Ges. hor. Clus. hisp. & hist. Ad. Cast. Cæs. Guil. Lac. Dod. Lob. Lugd. Cam. Solanum somniferum verticillatum, Bauh.

Solanum arborescens Cast. Cam. Cæs. Solanum fruticosum bacciferum Bauh. Solanum Americanum Lugd. Solanum fruticosum Tab.Ges.hor. Amomum Plinij Ger. Lob. ico. Pseudocapsicum Dod. Strychnodendron Ges. hor. Lob. ob. Ad. Eyst. Solanum rubrum, & Solanum lignosum Alijs. [Strychnodendron dicitur, idest Solanum arborescens, nam Græcis δένδρον est arbor, cum ad similitudinem arboris excrescat, ideo Solanum lignosum dictum. [Amomum vocatur quoniam sit Amomo similis. Pseudocapsicum cognominatur à Capsici similitudine, nimirum Capsicum falsum, nam fructus rubros producit; itaut fructus Capsici præ se ferre videantur, ideo Solanum rubrum dictum. Bononiensibus Corallo, quia semina globulorum corallinorum æmula producat.

Solanum quadrifolium bacciferum, Bauh. Solanum tetraphyllon Ad. Ges. hor. Herba paris Matth. Dodon. Cæs. Thal. Eyst. Ang. Cast. Lugd. Ger. Paris herba Lon. Cam. Aconitum salutiferum, Tab. Aconitum,siue Pardalianches monococcon, Cord. in Diosc. & hist. Aster, sed non atticus Tragi. Oculi pupilla Alijs. Vua lupina, Vulpina, & Vrsina, aliquibus verò Aranea appellatur. Italis Herba Paris.

Solanum tetraphyllum dicitur, idest quadrifolium; nam quatuor folia insimul vnita semper producit, Græcis enim τετρὰς est quaternarius numerus: hinc herba Paris vocatur à paritate foliorum. [Oculi pupilla appellatur,eò quia grana nimirum eius semina oculi pupillæ habent signaturam. Vua Lupina, Vulpina, & Vrsina, & versa quia producit instar vuæ eius grana. Et cum nascatur in locis syluestribus vbi hæc animalia stabulantur, ideò his nominibus fuit insignita. [Aranea verò dicta ab ementita, videlicet Araneæ forma, quam bacca vnà cum reflexis exiguis alabastris per maturitatem exprimit.

Sola-

Solanum ſcandens, Solanum lignoſum Park. Solanum γλυκύπικρον, lege Amara dulcis.

Solanum tuberoſum eſculentum, Bauh. Arachidna Theophraſti: Papas Peruuianorum Cluſ. hiſt. Papas radix, ex qua edulium Chunno dictum conficitur, Ioſeph Acoſta. Papas Peruanorum Eyſt. Pappar Hiſpanorum. Siſarum Peruuianum C. Schuuencfelt. Arachidnæ etymum, lege ſupra.

Solanum pomiferum fructu rotundo ſtriato molli, lege Aurea mala Dod.

Solanum pomiferum fructu rotundo ſtriato duro, Bauh. Solanum pomiferum Lob. Tab. Eyſt. Lugd. Ger. Capſicum rotundum Dalechampij, Lugd. Mala Aethiopica, Lugd. Dod. Ger.

Solanum peregrinum fructu rotundo, lege Hyoſciamus peregrinus.

Solanum pomiferum fructu oblongo, Bauh. Solanum hortenſe, & Pyra inſana, Cæſ. Melanzana fructu pallido, Eyſt. Melongena Matth. Ad. Caſt. Cam. Cord. hiſt. Lob. Lugd. Mala inſana Fuch. Lac. Tab. Trag. Dod. Lon. Ger. Malum inſanum Geſ. hor. Verengena Toletanorum, fortè Strychnon hortenſe Dioſcoridis, vrbanum Theoph. Eſculentum Galeni, & tertium genus Plinij. Italis Melanzana, Hetruſcis Petranciana apud Matthiolum, Romæ Marignani. [Nominum etyma, lege ſuo loco. Pomum furoris nonnullis, quoniam, referunt, comedentes aſſiduè huiuſmodi fructum facilè inſanire: ideo Pyra inſana, Melanzana, & Melongena, quaſi mala inſana appellantur.

Solanum pomiferum fructu incuruo, lege Bedengian Arabum.

Solanum ſpinoſum fructu rotundo, lege Pomum Hiericonticum.

Solanum pomiferum folio rotundo tenui, lege Cachos Indorum.

Solanum pomo ſpinoſo rotundo. Solanum ſpinoſum, & Solani pomiferi genus, lege Baryccocalon, ſiue Baracoccalon.

Solanum Indicum pulchrum, ſiue Solanum Mexicanum, lege Admirabilis Peruuiana.

Solanum fœtidum pomo ſpinoſo oblongo. Solanum manicum, lege Datura Turcarum. Græcis στρύχνον μανικόν, Solanum manicum, ideſt furorem afferens, μανία Græcis eſt furor, inſania.

Solanum fœtidum pomo ſpinoſo rotundo, lege Datura Aegyptiaca flore pleno.

Solanum Virginianum veſicarium fructu luteo. Virginianum halicacabum, ſiue Alkekengi Virginienſe Park.

Solanum racemoſum Indicum magnum Virginianum rubrum Park.

Solanum Indicum hirſutum corymbiferum, Bauh. Solani Indici genus, Cluſ. exot.

Solanum peregrinum, Lac. lege Halicacabum peregrinum.

Solanum perpetuum apud nonnullos, eſt Bryonia nigra.

Solani folia Circæa dicta, lege Circæa Lutetiana.

Solaris herba, lege Heliotropium maius, Matth.

Solatrum vulgare, lege Solanum hortenſe.

Solbaſtrella, & Sorbaſtrella, lege Pimpinella.

De Soldanella. Synonyma, & Etymum.

Soldanella, vel Braſſica maritima maior, Bauh. Braſſicæ marinæ genus, Lugd. ap. Rauuolf. Soldana alijs. Conuoluulus marinus noſter Imperato. Græcis Κράμβη θαλάσσια. Italis Soldanella.

Soldanella fortè dicta, quia folium quodammodo ſolidum imitatur, ſicuti Numularia numum; Vel quaſi Solidamna, quia Solo afferat damnum inſigni amarore

rore quo prædita est. Vel vt inquit C. Hoffman. ab Arabico Soldan esse deductam, quod Principem denotat, ob insignem vim purgandi humores serosos hydropicorum. Græcis κράμβη θαλασσία, idest Brassica marina, nam Κράμβη, est Brassica θάλλασσα, verò est mare, θαλλάσσιος marinus. Aliorum nominum etyma, lege suo loco.

Soldanella maritima minor, Bauh. Soldanella marina Ger. Eyst. Soldanella Dod. Ad. Cæs. Ges. hor. Lon. Lob. Tab. Brassica marina, Matth. Ang. Tur. Lugd. Dod. gal. Cord. in Diosc. & hist. Lac. Lon. Cast.

Soldanella alpina, Cam. ep. Clus. pan. Soldanella alpina rotundifolia, Bauh. Soldanella alpina minor, Clus. hist. Soldanella montana, Ad. Lob. ico.

Soldanella alpina maior Clus. hist. Soldanella alpina folio minus rotundo Bauh. Soldanellæ alpinæ, aliud genus Clus. pan.

Sol Indianus, lege Helenium Indicum maximum, siue Planta maxima.

Solea equina, lege Ferrum equinum.

Solidago maior est Consolida maior.

Solidago Consolidæ species Brunf. est Bellis syluestris minor.

Solidago Sarracenica, lege Virga aurea angustifolia serrata.

Solidaginis Sarracenicæ species, lege Lysimachia altera Matth.

Solidago Sarracenica tertia Trag. Lon. Consolida Satracenica tertia Trag. Lugd. Conyzæ affinis Germanica Bauh. Conyzæ nomine posita in Cord. historia. Herba vulneraria ad fluuium Pefrim Trag. Herba fortis Alijs.

Solifuga, lege Admirabilis Peruana.

Solisequus, lege Tithymalus helioscopius.

Solis flos Peruuianus, lege Helenium Indicum maximum.

Solis flos tuberosus, & glandulosus, apud nonnullos, est Helianthemum Indicum tuberosum.

Solis seculum, Aliquibus est Matricaria, siue Parthenium, sed inter nothas voces recensetur.

Solsequium, lege Cichorium syluestre Dod.

Solsirora, seu Sponsa Solis, lege Rorella, siue Ros Solis.

Solstitialis herba, lege Heliotropium maius. Ab alijs verò Solstitialis herba exponitur, quæ æstate crescit, & propter anni vaporem mox exarescit.

Sol terrestris Paracelsi, est Hypericum Matthioli.

Somphos Cucurbitæ syluestris genus, lege Colocynthis turbinata.

De Soncho. Synonyma, & Etymum.

Sonchus asper maior, Cord. hist. Sonchus asper non laciniatus, Bauh. Sonchus asperior Lugd. tertia asperior, Dod. Sonchus tenerior aculeis asperior, aut horridiuscula Lob. ob. Sonchus alia in ruderibus, Cæs. Intybus syluestris, seu erratica acutis folijs, Trag. Latinis Cicerbita, Lactucella, Lacteron, & Lactuca leporaria, & Brassica leporina. Græcis σόγχος. Italis Soncho, & Cicerbita, Crespigno, Cast. Crespinula Alijs.

Sonchus dicitur, quasi salubris succus, à χέω fundo, effundo, & σῶος saluus, & salubris, quòd succum salubrem, qui stomachi rosiones lenit, & nutricibus lac auget, fundat. & hanc ob causam Lactucella, & Lacteron cognominatur, necnon etiam, quia disrupta, modicam lactis copiam effundat. [Cicerbita verò dicta forsitan,

quia

quia vbique, & passim crescit, & viuit, à verbo Græco ζίω vado, & βίος vita, βίοω viuo. [Græcis σόγχος quasi σομφὸς ab inanitate caulium, nam apud Græcos exponitur inanis, fungosus, velut spongia, cum caulem habeat cauum, & inanem. [Lactuca leporaria nuncupata; nam cum lepores æstu deficiant hac herba soleant mederi; æstiuo enim tempore hoc pluries obseruatum. Cresspinula, & Cresspigno fortè dicta ob spinas veluti in Cresspino frutice.

Sonchus aspera, & Sonchus spinosus, lege Andryala maior; dicitur etiam Brassica leporina C. Schunencfelt.

Sonchus læuis, lenis, tenerior, & non aspera, lege Andryala minor.

Sonchus læuis laciniatus muralis paruis floribus Bauh. Sonchus læuis alter Matth. Lugd. Cast. Sonchus læuior vulgaris, Clus. hist. Sonchus syluaticus quartus, Tab. Sonchus alter folio profundis lacinijs sinuato hederaceo, Lob. Sonchi genus læue Ges. hor. in ap. Sonchus quartus læuis alter, Lugd. Lactuca syluestris luteo flore, Ges. hor. Lactuca murorum, Cæs. Scariola syluestris Lactucæ species Galeno, Ang.

Sonchus lęuis angustifolius, lege Crepis Dalechampij, Lugd.

Sonchi genus terra crispa, lege Crepis Dalechampij.

Sonchus alpinus cæruleus, Sonchus læuis laciniatus cæruleus Bauh. Sonchus flore cæruleo, Ger. Sonchus cæruleo flore, Cam. hor. Sonchus læuior Austriacus cæruleo flore Clus. hist. Sonchus læuis quartus flore cæruleo, Tab. Sonchus cæruleus, & Soncho cichoreum, Cam. in Matth. Sonchus læuis flore cæruleo Clus. pan. Intybus πλατυφύλλος Harcynia Thalij.

Sonchus dendroides Dalechampij Lugd. Sonchus lęuis laciniatus luteus montanus maior, Bauh.

Sonchus lanatus Dalechampij Lugd. Sonchus villosus luteus maior, Bauh. [Lanatus dictus à candore, & mollitie ad tactum manus suaui, præsertim in capitulis florem promentibus.

Sonchus latifolius leuiter hirsutus, Bauh. Cichorium syluestre alterum ἀπικρὶς, siue Cichoreum dulce, Colum. nam πικρὸς Græcis est amarus, alpha ante est particula priuatiua, id est sine amaritudine.

Soncho affinis, & Sonchis cognatum, lege Lampsana.

Soncho affinis Lampsana syluatica, Bauh. Sonchus syluaticus secundus, Tab.

Sophera Alpini, lege Galegæ affinis Sophera dicta.

Sophia Chirurgorum, lege Accipitrina, Cæs.

Sophia Chirurgorum latiore folio, Thalictrum latifolium Tab. Accipitrina alia Cæsalp.

Soporiferum Plinij est Solanum somniferum.

Sora, potus subacidulus in Peruuia, Indis nuncupatus ex frumento Indico paratus.

Sorbaria, & Sorbastrella, lege Pimpinella.

Sorbus eiusq; species in secunda parte Phytol. erunt recensendæ.

Sorghi, Sorgo, Sorgum, lege Melica, siue Sorgum.

Spadix, est ramus Palmę vnà cum fructibus auulsus, inde quidam color spadiceus denominatur, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Spadonium, & Eunuchion à Pytagoreis dicitur quædam Lactucæ species, quoniam maximè Veneri refragatur: cum Spado non solum dicatur cui testes euulsi sunt, sed etiam natura quis esse potest, vt cum frigidior temperatura Veneris vsum cuiquam pernegat.

Spagas, authore Plinio, resinæ est species, vt dicemus in sec. par. Phytologiæ.

Spanacia, & Spanachia, lege Spinacia Matth.

Sparagus, lege Asparagus.

De

De Sparganio. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Sparganium eſt faſciola, ſiue faſcia tumida, in qua infans inuoluitur. Item eſt herba, de qua in præſenti.

Sparganium Matth. Tur. Geſ. cat. Cæſ. Cam. Trag. Ang. Cord. in Dioſc. Lac. Caſt. Tab. Sparganium, & Butomos Theophraſti Lob. Sparganium ramoſum Bauh. Butomon Ruel. Dod. gal. Gladiolus paluſtris, Tab. Calamagroſtis ſecunda Lugd. Phleos fæmina Eidem. Platanaria Dod. Thal. Carex. Lon. Græcis σπαργάνιον. Italis Sparganio.

Sparganium dicitur, quaſi faſciola, σπαργάνον enim Græcis eſt faſcia: hinc σπαργάνιον faſciola, quòd folijs eius latis, & virilium modò lentis, pro faſcijs mulieres vterentur. Butomos etymum, lege ſuo loco. Phleos etymum, lege Sagitta maior. Carex etymum, lege ſuo loco. Platanaria vocatur, eò quia pilulas echinatas, Platani pilulis ſimiles producat.

Sparganium alterum, Lob. Lugd. Cæſ. Tab. Sparganium latifolium Ger. Sparganium non ramoſum, Bauh. Platanaria altera, Dod.
Sparganium Dod. gal. eſt Iuncus floridus Matthioli.
Sparganium Ruellij, lege Spatula fœtida.
Sparganium Placæ Cluſ. hiſp. & hiſt. eſt Colchico luteo ſimilis flore albo Bauh.
Spargula nonnullis eſt Aparine vulgaris, ſiue Speronella vulgò.
Spartium, eiuſq; ſpecies in ſecunda parte Phytologiæ erunt recenſendæ.
Spartum herba Plinij, lege Gramen ſparteum panicula comoſa; eſt etiam Spartum Iunci ſpecies, ex quo ſportæ, ſeu fiſcellæ fiunt.
Spartum aphyllon, lege Erinacea Cluſij.
Spatha nonnullorum, arbor eſt, de qua in ſec. par. Phytol.
Spathalion ſignificat ramulum Palmæ cum dactylis inde pendentibus, vt dicemus in ſecunda parte Phytologiæ.
Spathe inuolucrum eſt, ſiue operimentum fructus palmarum adhuc florentium, vt differemus ſuo loco in Hiſtoria de Palma, nempè in ſec. par. Phytologiæ.
Spatula eſt Gladiolus vulgaris apud nonnullos.
Spatula fœtida, lege Xyris Matthioli.
Speculum Veneris, lege Auicularia.
Spelta vulgò Cæſ. lege Briza Dodonæi.
Spelta prima Tragi, lege Zea vulgò Spelta.
Speragus, & Sparagus Officinis eſt Aſparagus.
Spergula, lege Alſine ſpergula dicta maior.
Spergula minor flore ſubcæruleo, lege Alſine ſpergulæ facie minor.
Spergula marina, Lugd. Alſine ſpergulæ facie media Bauh. Anthylloides Thal.
Sperniola non eſt herba, vt nonnulli voluerunt, ſed ſperma ranatum, quod colligendum eſt menſe Martio triduum circiter ante nouilunium.
Speronella, lege Aparine vulgaris.
Sphacelos eſt tabitudo plantarum, ſiue ſideratio, quando nimio æſtu humore abſumpto, vel alia quauis cauſa, vel totæ, vel aliqua ſui parte inareſcunt.
Sphacelus Guil. lege Stachys Matthioli.
Sphacelus Alijs eſt Colus Iouis, ſeu Horminum luteum glutinoſum.
Sphacelus ſylueſtris, lege Scordium alterum, ſiue Saluia ſylueſtris.
Sphacelus verus Theophraſti, lege Saluia minor.
Sphacum, Sphacos, idem eſt quod Sphacelus apud nonnullos.

Spha-

Sphagnos Plinij est Quercus excrementum, de quo in 2. p. Phyt. Cap. de Quercu.
Sphagnum, lege Muscus arboreus, & Splaehnon.
Sphendamnos arbor est, vt dicemus in secunda parte Phyt.
Sphæritis Aetij, lege Arthanita. Alijs verò est Aphyllantis species.
Sphæritis ex Codice Cæsareo, nondum vidimus.
Sphærulæ saponariæ Oniedo, Monardi; fructus exoticus Clus. vt dicemus in 2. p. Phyt.

De Sphondylio. Synonyma, & Etymum.

Sphondylium Matth. Gef. hor. Cast. Tab. Lac. Lon. Cæs. vulgare Dod. Sphondylium vulgare hirsutum Bauh. Spondylium Ad. Dod. Acanthus vulgaris, siue Germanica, Fuch. Branca vrsina Brunf. Cord. in Diosc. Germanica Dod. gal. Græcis σφονδύλιον, Italis Sfondilio.

Sphondylium dicitur, & Spondylium, eò quia grauem odorem spirat similem Spondylo pisci, vel Spondylo Insecti genere, vt Pena tradidit. Vel quia contra virus lethiferum perniciosissimi Serpentis Spondyles nuncupati plurimum valeat.
Sphondylium alterum, Dod. lege Panaces Heracleum.
Spica in plantis dicitur, quòd ex floribus, vel seminibus constat; itaut conum erectum oblongum, & acutum repræsentet. [Et in radice siue Allij bulbo, nucleus spica Allij appellatur. [Spica in frumento dicitur totum illud quo granum continetur, cuius partes sunt glumæ, & aristæ, Dicitur autem spica, cum in modum spiculi supra culmum emineat: vel spica dicta, quasi speca, à spe, nam cum fruges in spicam exeunt spem omnibus præbent.
Spica Lilissa Ouid. à nonnullis sumitur pro bulbo Croci, quanquam pro ipso Croco accipiatur Calep. Passer. Alijs verò pro Nardo siue Lauandula sumitur, eò quia odorem habeat Lilio simillimum.
Spica Celtica, Germanica, & Gallica, lege Nardus Celtica.
Spica Indica, lege Nardus Indica.
Spica Venti, est Gramen agrostinum, siue agrorum.
Spica nardus, lege Lauandula maior.
Spicant Germanorum, lege Lonchitis aspera maior.
Spicata nonnullis, dicitur Fontalis, siue Potamogeton.
Spina vocatur, quod prætenue in durum mucronem incaluit, sic vt vellicet, vel stimulo quodam lacessat. Spina verò dicta quasi suis pinna eò quia pili in suibus sunt longi veluti pinnæ in auibus, spinæ verò per similitudinem dictæ.
Spina Ægyptia, & Acaciæ, lege Acacia in secunda parte Phytologiæ.
Spina acantha, est Acanthus aculeatus.
Spina acida, est Berberis. vt dicemus in secunda Parte Phyt.
Spina alba Cæs. lege Carduus eriocephalus, Dod.
Spina alba Fuch. est Carduus lacteus Matthioli.
Spina alba Dalechampij Lugd. est Eryngium montanum tenuifolium.
Spina alba Lob. Ang. Ad. Carduus Sphærocephalus acutus Lugd. Dod. an Sphærocephalus maximus, Cam.
Spina alba Lon. est Rhamnus catharticus, vt dicemus in secunda parte Phyt.
Spina alba tomentosa, lege Acanthium Matth. dicitur alba, & tomentosa eò quia habeat folia araneosa lanugine alba obducta.
Spina alba altera Matth. lege Carduus sphærocephalus latifolius vulgaris, Spina alba dicta ab albis folijs, nam folia inuersa albida apparent.
Spina anserina, aliquibus, est Sonchus aspera, quia anseribus grata.
Spina Arabica Dioscoridis, & Plinij. Matth. emend. & Cæs. est Carduus tomentosus

fus

ſus capitulo maiore Bauh. Carduus tomentoſus Lob. ico. Ad. Alijs verò eſt Acacia, vt dicemus in ſecunda parte Phytolog.
Spina borda, nonnullis eſt Carduus Chryſanthemus, ita nuncupatus ob denſiſſimas ſpinas; itaut hominibus horrorem, & terrorem incutiat.
Spina buxea, lege Pyxacantha in ſecunda parte Phytolog.
Spina ceruina, & cerualis eſt Rhamnus catharticus, de quo in ſecunda parte Phytol.
Spina Chriſti Cæſ. lege Geniſta ſpartium ſpinoſum in ſecunda parte Phyt.
Spina hirci, lege Poterium Matthioli.
Spina appendix Plinij, frutex eſt, de qua in ſecunda parte Phyt.
Spina Infectoria, lege Rhamnus catharticus in ſecunda parte Phyt.
Spina Ianalis, eſt Rhamnus primus, vt dicemus in ſecunda parte Phyt.
Spina Iudaica, lege Rhamnus tertius Dioc. in ſecunda Phyt.
Spina Latinorum, & acuta lege Oxyacantha Matth. in ſecunda parte Phytol.
Spina Marruca eſt Rhamnus tertius Matth. vt dicemus in ſecunda parte Phytol.
Spina mollis, lege Cirſium, ſiue Circium.
Spina muralis nonnullis, eſt Carduus ſtellatus.
Spina murina, lege Bruſcus, ſiue Myrtacantha.
Spina nigra, eſt Prunus ſylueſtris, vt dicemus in ſecunda parte Phyt.
Spina peregrina, & incognita, lege Carduus ſphærocephalus.
Spina Regia Theophraſti, eſt Arundinacea pinnata, & ſpinoſa exotica planta Lob. ico. Ad.
Spina ſancta nonnullis, eſt Berberis, vt dicemus in ſecunda parte Phyt.
Spina ſalutaris, & Herba ſalutaris, eſt Rhamni ſpecies, de qua in ſecunda parte Phyt.
Spina Solſtitialis, lege Carduus ſolſtitialis.
Spina ſolſtitialis altera Dod. lege Iacea maior lutea.
Spina ſtella nonnullis, eſt Carduus ſtellatus.
Spina S. Franciſci, eſt Eryngium montanum cæruleum, ita nuncupatum, quia naſcatur frequentiſsimè propè templum S. Franciſci Aſsiſio Vmbriæ vrbe extructum.
Spina vallaris, & Sepicularis, eſt Oxyacantha, vt dicemus in ſecunda parte Phyt.

De Spinacijs. Synonyma, & Etymum.

Spinacia Matth. Lob. Cæſ. Cam. Ad. Lugd. Ger. Spinaceum olus, Geſ. hor. Spinachia, Fuch. Tab. Brunf. Dod. Spanachia Matth. Lon. Caſt. Lapathum hortenſe, ſeu Spinacia ſemine ſpinoſo, Bauh. Rumex domeſticus Alijs. Græcis σπανάχια. Italis Spinaci.

Spinacia dicuntur, ob ſemina dura, & ſpinoſa, quæ habent coaceruata. Græcis Spanachia dicta à raritate, quòd rarò medici illis vtantur in vſu medico, σπανὸς enim Græcis eſt rarus. [Seutlolapathum etiam nominatur, hoc eſt mediæ naturæ inter Betam, & Lapathum, nam σεύτλον apud Græcos eſt Beta. [Alijs verò Seutlomalache, & Teutlomalache hoc eſt mediæ naturæ inter Betam, & Maluam; τεύτλον etiam dicitur Beta, μαλάχη verò eſt Malua, nam figura, & denticulato ſeminis habitu Betam, & mollitie Maluam mentiatur, quod inſtar Maluæ mollis ſit, & aluum emolliat. Rumicis etymum, lege ſuo loco.

Spinachia ſatiua mas Lugd. Spinachia nobilis, Trag. Lapathum hortenſe, ſeu Spinacia ſemine non ſpinoſo Bauh.

Spinachia fæmina, Lugd. Cam. Spinachia tertia Trag. Lapathum hortenſe, ſeu Spinachia ſterilis, Bauh.

Spina-

Spinacia fragifera Tobiæ Aldini in Horto Farnesiano. Atriplex fragifera Alijs nuncupata.
Spinastella Tab. est Calcatreppola, Cæs.
Spiniuineta, lege Spina acida, siue Berberis in sec. par. Phytologiæ.
Spin merlo Cast. lege Rhammus Catharticus in secunda parte Phytol.
Spinus, agrestium prunorum arbor, quòd spinis referta sit, de qua in secunda parte Phytologiæ.
Spiræa Theophrasti frutex est, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.
Spirillum Antiqui dicebant barbam capræ, ita nuncupatum, quia pendet instar stiriæ; vnde nonnulli hodie etiam herbam Barbam capræ nuncupatam Spirillum appellant.
Splachnon, lege Muscus arboreus.
Splenium Matthioli, lege Asplenium.
Split Cæs. lege Fumaria lutea montana.
Spondylium, & Spondylum, lege Sphondylium.
Spongiæ, & Spongiolæ in Rosis, lege Rosa syluestris vulgaris in sec. parte Phytol.
Spongiæ sunt, quæ neq; fruticum, neq; animalium, sed tertiam quamdam ex vtroque naturam habent, de quibus suo loco.
Spongiæ; antiqui Olitores vocarunt Spongias radiculas illigatas, & connexas; hinc Asparagi satiui, & altilis radices multis irretitæ capillamentis coalescentes, & inter se implicatæ, ac quasi in vnitatem coeuntes Spongiolæ, Spongiæ, & Spongiosæ appellantur, quia Spongiam marinam quodammodo repræsentant.
Spongiolæ sunt fungi præcoces, vt dicemus in Fungorum historia.
Sponsa Solis, Thal. lege Rorella, siue Ros Solis. Alijs verò est Calendula.
Spuma Maris Cæs. est Pila marina, velut ex ampullis constans ad spumæ similitudinem. Alcyonij species.
Squala apud Ananienses dicitur Hordeum, quod degenerauit in Aegylopem, referente Matthiolo.
Squamatia, & Squamata, lege Anblatum, siue Dentaria maior.
Squilla communis, lege Scilla vulgaris.
Squinanthum, lege Iuncus odoratus.
Stabalon, & Stobolon, est genus Ladani, vt dicemus in sec. par. Phytol.

De Stachy. Synonyma, & Etymum.

Stachys Matth. ed. prim. Dod. gal. Tur. Lon. Cast. Tab. Dioscoridis Fuch. Cord. in Diosc. & hist. Lac. Ad. Lugd. Ger. Lob. Stachys Germanica, Ges. ap. minor, Cam. Stachys maior Germanica Bauh. Saluia syluestris, Cæs. Sideritis Heraclea, Col. Sphacelus Alijs. Stachys Guil. Marrubium agreste, vel tertium, Trag. Marrubium montanum alterum, Thal. Pseudostachys, Matth. Lugd. Græcis στάχυς; Italis Stachi.

Stachys dicitur, idest spica, nam στάχυς est spica, flores enim tanquam in spica profert, cum verticillato ambitu florum, & orbibus spicarum caules cingentibus coronetur. Aliorum nominum etyma, lege suo loco.

Stachys, Matth. Lugd. Ger. Dod. Tab. minor. Cam. Stachys minor Italica, Bauh. Stachys Lychnitis, Lob. ico. Stachys floribus gratioris odoris, Ges. ap. Stachys spuria Flandrorum, Ad. Lob. ob. Saluia syluestris tertia, Cæs. [Lychnitis dicitur, quoniam folia, & tota planta lanugine quadam aspersa videtur.

Stachys paluſtris Geſneri, Cam. Stachys paluſtris fœtida Bauh. Betonica fœtida Geſ. col. Clymenon minus, Lugd. Lyſimachia galericulata adulterina, Eyſt. Marrubium aquaticum acutum, Ger. Sideritis prima grauis odoris, Thal. Sideritis Anglica ſtrumoſa radice Park. Galeopſis anguſtifolia fœtida Io. Bauh. Tertiola quòd tertianas ſanet, Cæſ. Nominum etyma, lege ſuo loco.

Stachys ſpinoſa Cretica, lege Gaiderothymum Creticum.

Stachys, Ang. lege Lauendula minor.

Stachys Plinij quibuſdam, eſt Colus Iouis, ſiue Horminum luteum.

Stachyites fontalis, lege Potamogeton Salicis folio.

Stacte, ſecundum aliquos, eſt Styrax liquida; ſecundum alios eſt pinguitudo recentis Myrrhæ, vt dicemus in ſecunda parte Phytol.

Staphuſaria, lege Staphiſagria.

Stamina, ſunt capillamenta in medio floris exiſtentia, nimirum partes oblongę tenues apicibus præditæ, quæ ſtylum, partem ſimiliter oblongam, è centro vmbilici emergentem ambiunt, & veluti filamenta ab intimo floris ſinu proſiliunt.

Staphylinus ſatiuus, lege Carota vulgaris, & Staphylinus niger, lege Carota ſanguinei coloris.

Staphylinus ſylueſtris Tragi, lege Daucus Officinarum.

Staphylinus primus, & ſecundus, & tertius Tragi, lege Carota Matth. altera, vbi etymum inuenies.

Staphylodendron Plinij, arbor eſt, de qua in ſecunda parte Phytol.

De Staphiſagria. Synonyma, & Etymum.

Staphiſagria, Matth. Dod. Lac. Ad. Lugd. Caſt. Trag. Fuch. Geſ. hor. Tur. Lob. Cæſ. Cam. Aſtaphis agria, ſiue Staphis Plinio. Pedicularis Cord. in Dioſc. Vitifolia, & Vua ſylueſtris, Alijs. Phthiroctonon Aliquibus. Græcis σαφὶς ἀγρία, & φθειρόκοκκον, & ψιρόκοκκον. Italis Staſiſagria, & Straſuſaria.

Staphiſagria dicitur, quaſi Vua ſylueſtris, eò quia folia vitis folijs ſimilia producat: vnde Vitifolia nominatur: nam Græcis σαφὶς eſt vua, ἀγρία verò eſt ſylueſtris. [Pedicularis, & Peduncularis appellatur ab effectu, quia pediculos necat, ideo Phthiroctonon dicta; Græcis enim φθεὶρ eſt pediculus, κτείνω verò eſt neco: vnde Phthirococcon, & Pſirococcon nominatur, ideſt granum pedicularium.

Stataria apud Iunium in Nomenclaturis, eſt Peucedanum.

De Statice. Synonyma, & Etymum.

Statice Lugd. Cam. cui videtur Britannica, Ang. Caryophyllus montanus maior flore globoſo, Bauh. Caryophyllus montanus Lob. mediteraneus Ger. Caryophyllo marino ſimilis, Ad. Gramen marinum maius Cluſ. pan. Tab. Gramen polyanthemum maius Dod. Armerius montanus tenuifolius maior, Cluſ. hiſt.

Statice dicitur à ſiſtendo ſanguine à quacumque parte corporis effluente. Aliorum nominum etyma, lege ſuo loco.

Statice altera, ſiue Caryophyllus montanus minor, Bauh. Armerius montanus tenuifolius minor, Cluſ. hiſt. Caryophyllus marinus minimus, Ad. Lob. Ger. Gramen polyanthemon minus, Dod. Gramen marinum minus Cluſ. pan. Tab. Pſeudomoly Geſ. hor. Dod. gal. Lugd.

Staurophora, lege Leucoium marinum.

Steatapia, ſunt Pyra, ita dicta, quia inſtar liquaminis in ore liqueſcunt, vt dicemus in ſecunda parte Phyt.

Stœchas,

Stechas, & Stichados, lege Stœchas.

Stelephuros Theophrasti, Ang. Gramen typhoides maximum spica longissima; Bauh. Alijs est Plantago angustifolia. [Stelephuros dicitur eò quia spicam longam, teretem, & rectam profert caudæ instar, quæ οὐρα Græcis dicitur, & στέλεχος caudex, quasi caudam caudice gerens.

Stelephuros alijs, lege Melampyrum. Alijs est Plantago lanceolata.

Stelis viscum, lege in secunda parte Phytologiæ.

Stella herba, & Stella maris nonnullis, est Coronopus Matth.

Stella leguminosa, lege Ornithopodio affinis hirsuta fructu stellato.

Stellaria, Lugd. lege Alsine, Spergulæ facie, minor.

Stellaria aquatica, Lob. ico. est Fœniculum aquaticum stellatum, Tab. Alsine aquis innatans folijs longiusculis Io. Bauh. Stellaria dicta, quia eius folia stellarum radios referant in summitate.

Stellaria argentea, Cam. lege Argentaria petræa.

Stellaria Brunf. lege Asperula odorata.

Stellaria, Matth. lege Alchimilla vulgaris.

Stephanomelis Plinij, lege Anserina Tragi, siue Argentina.

Stergethron, lege Aizoum, siue Semperuiuum maius.

Sternutamentaria, lege Dracunculus pratensis serrato folio.

Sterrhogonia, genus thuris, quod Latini masculum dicunt à soliditate στέῤῥον enim Græci solidum exponunt, vt dicemus in secunda parte Phyt.

Stipulæ sunt folia culmum ambientia: dicitur autem stipula à verbo græco στυπὴ, quod stuppam significat, nam sicuti stuppa in ignem coniecta facile accenditur, sic etiam stipulæ carbonibus superpositæ facillimè flammam concipiunt.

Stirps est planta firmitate prædita Iun: nam quædam in arbores attolluntur, aliæ in frutices exiliunt: sunt quæ humiliori statu contentæ, solùm exeunt in herbas. Porrò ex herbarum genere quædam fruticantur, quæ ramulis compluribus surculisque scatent lignosis, sed minutis constant folijs; has veluti fruticum rudimenta quædam. Suffrutices aliqui maluerunt appellare.

Stiuida nonnullis dicitur Pimpinella spinosa.

De Stœbe. Synonyma, & Etymum.

Stœbe Salmantica prima Clus. hisp. & hist. Stœbe Salmantica maior Lob. Stœbe maior Tab. Stœbe Hispanica, Cam. Stœbe maior folijs cichoraceis, mollibus, lanuginosis Bauh. Stœbe argentea minor, Ger. Aphyllantes prima, Dod. Scabiosa, seu Stœbe Salmantica prior Lugd. Trichophyllantes, Alijs. Græcis στοιβὴ. Italis Strebe.

Stœbe dicitur fortè à στοιβῶ calco, & condenso, στοιβὰς stratum structum è frondibus, & alijs herbis, quasi calcatum, & stipatum: hinc Stœbe herba, quia in stibadijs extruendis, idest sedilibus, siue lectulis ea vtebantur. [Salmantica vocatur, quia abundè nascitur, in Salmanticensi agro. Aliorum nominum etyma, lege suo loco. Aphyllantes dicta, nam Græcis ἄφυλλος est folijs carens. ἄνθος flos: hinc ἀφύλλανθὴς flos folijs carens, cum totus sit capillaceus vnde τριχόφυλλος, quod habet folia capillata.

Stœbe Salmantica secunda Clus. hist. Stœbe Salmanticæ primæ altera species, Clus. hisp. Lugd. Stœbe maior folijs Erucæ mollibus lanuginosis, Bauh. Stœbe argentea incana, Lob. Aphyllanthes tertia, Dod.

Stoebe Salmantica tertia, Cluf. hift. Stoebe minor, Tab. Stoebe calyculis argenteis, Bauh. Stoebe argentea Salmantica minor; Lob. Stoebe Salmantica altera, Cluf. hifp. Lugd. Stoebe argentea maior, Tab. an Papauer fpumeum Cæf. Aphyllantes quarta, Dod.

Stoebes Salmanticæ alterius altera fpecies, Cluf. hifp. Lugd. Stoebe Gallica, & Auftriaca elatior, Cluft. hift. Stoebe maior calyculis non fplendentibus, Bauh. Cyanus fylueftris tenuifolius, Thal. Centaurium maius in muris Gef. hor. Iacea alba Lugd. Iacea, fiue Stoebe Gallica Cluf. pan.

Stoebe incana Cyano fimilis tenuifolia Bauh. Stoebe Auftriaca humilis, Cluf. hift. Centaurij maioris, fpecies minor Gef. col. Cyano minori fimilis, Cluf. pan. an Papauer fpumeum aliud in faxofis, Cæf.

Stoebe rubra Monfpeliaca paruis Cyani capitulis, vel Iacea rubra anguftifolia laciniata Bauh. Iacea rubra maior laciniofa, Lugd.

Stoebe fpinofa maritima, Bauh. Stoebe peregrina Cluf. hifp. ap. alt. auct. Stoebe ex Codice cæfareo Dod. Cyanus fpinofus Creticus Ponæ.
Stoebe calyculis argenteis minor, lege Iacea alba, Tab.
Stoebe capitata Rofmarini folio, lege Chamæpitys fruticofa Cretica.
Stoebe Salmantica fecunda Cluf. hift. ico. eft Cyanoides flos Dod.
Stoebe Theophrafti anguftifolia, lege Sagitta minor anguftifolia.
Stoebe legitima Diofcoridis, & στοίβαδα in Græcia Honor. Belli, eft Pimpinella fpinofa, Cluf. hifp. Cam.
Stoebe Theophrafti putata, lege Calcatreppola, Cæf.

De Stoechade. Synonyma, & Etymum.

Stoechas Matth. Lac. Lob. Caft. def. Trag. Gef. hor. Ad. Lon. Lugd. Stoechas Arabica Cam. Stoechas breuioribus ligulis, Cluf. hift. Stoechas purpurea, Bauh. Stichas, Dod. gal. Fuch. Tur. Stichas Arabica Cord. in Diofc. & hift. Spica Italica fylueftris Cæf. Officinis Stecados, & Sticados Græcis στοίχας. Italis Stecade.
Stoechas Arabica, & citrina, ab Infulis eiufdem nominis; tres enim funt in Mari Tyrrheno è regione Maffiliæ, vbi gignitur, cognomentum accepit. Vel Stoechas, quafi Stachys, ideft fpicam dici exiftimant.

Stoechas longioribus ligulis, Cluf. hift. Stoechas nudis cauliculis fummis, Lob. Stoechas cauliculis non foliatis, Bauh. Stoechas capitulis foliatis, Lugd.

Stoechas crifpo folio, Cluf. hift. Stoechas folio ferrato, & crifpo, Lob. Stoechas folio ferrato Dod. Ger. Bauh. Stoechas ferrata, Tab. Stoechas fecunda, Cluf. hifp. Succudus Auicennæ. Myconi Lugd. [Mauritani huic plantæ nomen dederunt Sugudum nominantes.
Stoechas citrina Matth. lege Helichryfum, & Amaranthus Galeni.
Stolones funt cauliculi inutiles è radicibus, aut caudicis lateribus fuccrefcentes, qui auulfi cum radicis parte viuunt, plantaturque, & dicuntur Stolones, quafi Stelechones à nomine Græco στέλεχος, quod fignificat truncus, caudex.
Storax, fiue Styrax lacryma eft arboris, vt dicemus in fec. par. Phytol.
Stramen, & Stramentum dicuntur omnes herbæ, quæ fubfecantur, & animalibus fubfternun-

sternuntur, & sic à stratu dictum putant, alij verò à stando.
Stramonia, lege Datura Turcarum.
Strangulator animalium, lege Aconitum.
Stratiotes, lege Millefolium vulgare album.
Stratiotes potamios, lege Aloe palustris.
Stratiotes Dioscoridis, Alpini, lege Lenticula palustris Ægyptiaca.
Stratiotes aquatica Dioscoridis, Cæs. est Lenticula palustris latifolia punctata.
Stridula Pandectario, & Imperato, est Chondrillæ bulbosæ species.
Striæ in plantis partes quædam sunt, quæ protuberant sicuti cauæ, canaliculique hinc caules Striatos appellamus Strijs præditos, aut Striaturis exasperatos, nam στρυφνὸς, apud Græcos est asper: vnde Latini nomen Striæ sumpserunt, quasi asperæ.
Striges dicuntur olera vilia, apud Plautum, & Strix frumenti genus est apud Hippocratem.
Strobilus Græcè nux pinea, & globosus Cinaræ vertex à similitudine Cinaræ.
Strobus Plinij, est arbor odorifera, de qua in sec. par. Phytologiæ.
Strongyle nonnullis, est Chondrillæ pusillæ species.
Strumaria, Lob. lege Arctium minus. Strumaria dicta, eò quia fructum commodè tumoribus, siuè Strumis imponi aiunt.
Strumea Ranunculus, lege Apiastrum Cord. Alijs verò est Chelidonium minus.
Strumosa radix, Nonnullis est Scrophularia.
Strumum apud aliquos, est Solanum bacca nigra Cerasi simili, Bella donna nuncupatum.
Strumus, & Strumum, lege Solanum hortense Matth.
Struppi, apud Festum vocabantur in puluinaribus fasciculi de Verbenis facti, qui pro corona Deorum capitibus imponebantur.
Struthia mala, & Struthiomela, lege Malus in sec. parte Phytologiæ.
Struthion Cord. lege Astrantia.
Struthium Lac. lege Luteola, siue Lutum herba.
Struthium Lugd. lege Saponaria Lob.
Struthium quorumdam, est Valeriana rubra, siue Phu peregrinum.
Struthiopteris Cordi, lege Lonchitis aspera minor.
Struthiopteris, Thal. lege Filix palustris altera.
Strychnodendron, lege Solanum arborescens, siue Amomum.
Strychnon, & Strychnus, lege Solanum.
Stubulus, lege Pinus syluestris in sec. parte Phytologiæ.
Styrax, eiusque species in secunda parte Phytol. erunt recensendæ.
Suber, eiusq; species in secunda parte Phytol. erunt numerandæ.
Subgrundia, lege Aizoum.
Succisa Matth. lege Morsus Diaboli.
Succisa tertia Tragi, est Hieracium minus Matthioli.
Succudus Auicennæ, lege Stoechas crispo folio.
Succus Cyrenaicus, lege Assa fœtida.
Suchaha Arabibus, est Spina Arabica.
Sudar Serapioni arbor est, de qua in secunda parte Phytologiæ.
Suffrutex est planta humilior, perennis, naturæ mediæ inter fruticem, & herbam quamproximè accedens ad ligneam naturam, & dicuntur Suffrutices, quia sunt frutice minores.
Sultan Zambach, lege Lilium album Byzantinum.
Sumach Arabum, & Rhu Græcorum frutex est, vt dicemus in secunda parte Phytol.

Suneg

Sunceg Ægyptijs, lege Nigella flore maiore pleno cæruleo.

De Superba, siue Caryophyllo simplici laciniato, Synonyma, & Etymum.

Superba Recentiorum, Ad. Superba Lon. Cam. Trag. Thal. Superba alba, corolla purpureorubra, Suner. Superba alba media corolla purpurouiolacea Bry, obsoleta cincta, Lob. ico. Cariophyllus plumarius albus, Tab. Ger. Caryophyllus flore tenuissimè dissecto, Bauh. Caryophyllus syluestris flore albo picto, Eyst. Caryophyllus minor, Dod. Caryophylli syluestris quinta species, Clus. pan. & hist. Caryophyllatæ syluestris genus, Ges. col. Diosanthos Theophrasti, Ang. Armeria Vetonica coronaria, Lugd. Vetonica altilis minor Dod. gal. Vetonica syluestris tertia Ges. hor. Betonica syluestris altera Fuch. Italis Bononiensibus Pennellini.

Superba dicitur, quasi opulenta nimirum floribus abundans ob maximam florum copiam in planta existentium. [Caryophyllus plumarius vocatur, à flosculorum folijs fimbriatis, & plumarum similitudine dissectis, vnde penicilli videntur, hinc vulgò Pennellini. [Diosanthos nominatur, nimirum flos à Ioue progenitus, vel oriundus. Græcis enim Διὸς exponitur Iouialis, ἄνθος verò flos. Aliorum nominum etyma, lege Caryophyllus.

Superba maior flore albo, Lob. ico. Suuer. Caryophyllus syluestris flore laciniato albo inodoro Bauh. Caryophyllus syluestris plumarius albus, Ger. Tab.

Superba Austriaca, Lob. ico. Caryophyllus minor alter, Dod. Caryophylli species altera flore carneo Bry. Caryophyllus alter flore laciniato odoratissimo Bauh. Caryophyllus syluestris flore laciniato carneo, Eyst. Caryophyllus sextus Clus. pan. & hist. Armerius flos quartus, Dod.

Superba altera, & suaue rubens, Lob. ico. Caryophyllus plumarius purpurocæruleus, Tab. Ger. Caryophyllus syluestris floribus lanuginosis hirsutis, Bauh. Caryophyllus syluestris flore albo, Eyst.

Supercilium terræ, lege Adiantum.

Supercilium Veneris, apud nonnullos, est Myriophyllon.

Sura, liquor ex nuce Indica, de quo in secunda parte Phyt.

Surculus est, quod ex ramis simplex assurgit tenerum, & exile, ramulusque nouellus appellatur; dicitur Surculus à surgendo, velut germen quoddam ex ipso trunco, vel caudice productum.

Surungen Serapionis est Hermodactylus, siue Colchicum.

Syce, Sycas, Sycon, Syce, & Sycas Ficus arbor est, Sycon pomum fici. Sycada, vt placet Polluci nouellam ficum intelligi, vt dicemus in secunda parte Phyt.

Sycaminodes Theophrasti, est Quercus excrementum, de quo in secunda parte Phyt. capite de Quercu.

Sycamine Theophrasti est arbor, de qua in secunda parte Phytol.

Sycion Theoprasto, lege Melo vulgaris.

Sycios Galeni, est Cucumis satiuus.

Syluestres plantæ dicuntur, quæ non solum in syluis nascuntur, & crescunt, sed etiam quæ sine cura, & industria artificis, sponte sua proueniunt.

Symphytum magnum flore purpureo, & albo, lege Consolida maior; dicitur etiam Vnctuosa C. Scuuencfel. propter radices fortè succo tenaci, & viscoso præditas.

Symphytum medium, lege Bugula Dodonæi.

Symphytum tuberosum, lege Consolida tuberosa.

Sym-

Symphytum tuberosum minus Clus. hist. est Symphytum minus tuberosa radice, Bauh.

Symphytum petræum, lege Caryophyllus saxatilis.

Symphytum petræum Lob. lege Brunella, Dod.

Symphytum petræum tertium Tab. lege Virga aurea Matth.

Symphytum petræum, Matth. Lon. Tab. Lac. Lugd. Symphytum petræum Matth. ad Coridem Gallicam plurimùm accedere Clus. hist. Symphytum petræum folijs Thymi, Bauh. Symphytum petræum Matthiolo creditur, Ad. Græcis σύμφυτον πέτραιον, quia in petris nascatur, ideo petræum dictum.

Symphytum maculosum, lege Pulmonaria vulgaris maculoso folio.

Symphonia Plinij, lege Amaranthus tricolor.

Symphoniaca nonnullis, est Hyosciamus niger, sed inter voces spurias recensetur.


Synanchica, lege Rubia Cynanchica.

Synanchicæ species, lege Iuncaria.

Syrmæa Raphani genus est, Herodoto, vt legimus apud Cælium Rhodiginum.

Tabacum

T



Abacum, Tobacum, Tabaca, Tubac, lege Nicotiana maior latifolia.

Tabaxir ab Arabibus, Persis, & Æthiopibus vocatur medulla Arundinis, lege Mambu, & Bambus; apud Christophorum Acostam Spodium verum nuncupatur; & quamuis ex radicibus arundinum concrematis dicatur Spodium posse fieri, hoc non Spodium, sed Antispodium potiùs est dicendum, & vt diffusiùs agemus in secundo Tomo partis primæ Phytologiæ Capite de Arundine.

Tabitudo morbus est radicis in plantis.

Tabinaria Scroder. Pharmac. dicitur Linaria vulgaris lutea flore maiore.

Tac arbor, Cupresso similis ex qua gummi Taxa, vt dicemus in sec. parte Phytol.

Tacamhaca gummi, siue resinæ genus proceræ arboris ex noua Hispania, de qua in secunda parte Phytologiæ.

Tacori arbor, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Tagari radix in Naupon pro lauando corpore par.4. Ind. or.

Tagetes Indica, lege Tanacetum Africanum.

Taicol fructus in India, de quo in sec. parte Phytol.

Tal in Prouincia Mangi Lugd. est Papyri species.

Tala Arriano, est Ficus Indica, vt dicemus in sec. par. Phytol.

Talasse Iauanensibus, lege Arum Ægyptium.

Talcuition, lege Osteocollon Absyrti Italis.

Talea, est arboris surculus præcisus ab vtraque parte, vt in terram inferatur, & vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Talisafar radicis cortex Auicennæ, vt dicemus in sec. par. Phytologiæ.

Talla etiam in herbis est pars caulis, cum frondibus à planta auulsa plantandi gratia, vt in Caryophyllis. Est etiam Talla propriè folliculum ceparum ex Græco θυλλὶς, quod est inuolucrum, vel Sacculus apud aliquos. Talla est etiam Dactylum recenter enixum, & prorsus immaturum, nec non etiam Dactylorum inuolucrum, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Tamajo arbor, lege in secunda parte Phytologiæ.

Tamalapatra, lege Malabathrum in sec. par. Phytol.

Tamar, Palmæ Indicæ genus, & fructus, vt dicemus in sec. par. Phytol.

Tamaraka fructus, de quo in secunda par. Phytologiæ.

Tamarindi Palmæ Indicæ fructus, vt dicemus in sec. par. Phytol.

Tamariscus, & Tamarix, eiusque species, de ijs erit sermo in sec. par. Phytol.

Tamarus Cæs. Tamus, vel Tannus vulgò, lege Bryonia nigra.

Tamaxo. Clus. frutex est exiguis foliolis. vt dicemus in sec. par. Phytol.

Tambul, & Tembul, lege Betella, & Betel.

Tamecnemon, lege Thamecnemon, siue Vaccaria rubra.

Taminia vuæ genus acinos habens rubentes, de ea erit sermo in sec. par. Phytol. Capite de Vite.

De Tanaceto Africano. Synonyma, & Etymum.

Tanacetum, siue Flos Africanus maior flore pleno Bauh. Flos Africanus maior multiplex Dod. Flos Africanus maior polyanthos, Ger. Africanus flos maximus flore auran-

aurantij colore, & Africanus maior flore pleno addit. Bry. Caryophyllus Indicus maior, Matth. Lugd. Caryophyllus Indicus flore multiplici luteo pleno maior, & Caryphyllus maior Indicus flore multiplici aureo Eyst. Othonna maior polyanthos Lob. Ad. an Othonna Dioscoridis, & Plinij: Rosa Indica magna Ges. hor. flos Tunetanus, Alijs. Flos Indiæ vulgò, Cæs. flos Africanus maior aureus multiflorus, Tab. flos seu Caryophyllus Indicus maior, Cast. flos Indianus maior flore pleno, Cam. Caltha Africana fruticosa, Ges. hor. Licopersicum Galeni Alijs. Petilius flos Aliquibus, flos Portugallicus maior Ges. col. stirp. Italis Garofali d'India. Bononiensibus verò Rose da morto: cioè Rose per ornare i morti. Est enim flos autumnalis, & tunc temporis pauci admodum flores reperiuntur, pro ornandis mortuorum scilicet infantium togis, comis, & coronis.

Tanacetum, siue flos Africanus dicitur, quia in Africa sponte proueniat, flos Tunetanus verò dictus, eò quòd primum hic flos in Germaniam fuerit allatus, quando Carolus Quintus Imperator, apud Tunetum victoria potitus est. [Caryophyllus vocatus, quoniam flos ad figuram, & formam Caryophyllorum altilium fit efformatus. Othonna nuncupatus fortè, quia ὀθόνη, apud Græcos est linteum, vel panniculus: hinc herba, fortè dicta, quoniam habeat folia porrosa panniculi instar. [Caltha similiter vocata ob florem Calthæ palustri simillimum. Tagetes Indica dicta corrupto nomine, idest Tanacetum Indicum. Tanacetum nuncupatum, quoniam tota planta Tanacetum nostrum vulgare præ se ferre videtur. [Petilius flos dictus à Petilia magnæ Græciæ vrbe, vt quidam existimant.

Tanacetum Africanum maius simplici flore Bauh. flos Africanus maior simplici flore, Lob. ico. Tab. Ger. Africanus flos maximus simplex flore luteo Bry flos Indicus maior flore simplici, Cam. Caltha Africana fruticosa flore simplici Ges. hor.

Tanacetum Africanum, seu flos Africanus minor, Bauh. flos Africanus minor flore simplici, & multiflorus Tab. Ger. flos Africanus, Lob. Indianus minor, Lon. flos Indicus minor flore simplici, & pleno, Cam. flos Indianus, seu Viola flammea Fuch. flos Portugallicus, vel Indicus minor Ges. col. flos Indiæ alter minor, Cæs. an Argemone Dioscoridis Argemonia Plinij. Caltha Africana minor flore simplici Ges. hor. Caryophyllus Indicus flore luteo simplex minor, & Caryophyllus Indicus flore aureo simplex minor, Eyst. Caryophyllus Indicus minor, Matth. Lugd. Ges. col. Cast. Othonna, Lac. Italorum, Ad. Pedua Pęnorum Guil. pap. Tanacetum Peruuianum, Cord. hist. Tagetes Indica, Lugd. Fuch. Viola flammea quibusdam, Ges. hor.

Tanacetum Africanum minimum sericea hirsutie obsitum Bauh. Caryophylli Hispanici dicti varietas septima, & octaua Colum.

Tanacetum, siue flos Mexicanus flore fistuloso simplici Bauh. Caryophyllus Mexicanus fistuloso flore simplex, Colum.

Tanacetum, siue flos Mexicanus flore fistuloso pleno Bauh. Caryophyllus Mexicanus alter polyanthos fistuloso flore Colum.

Tanacetum Africanum folijs tenuissimè diuisis, Bauh. Caryophylli Hispanici dicti varietas nona Colum.

Tanacetum vulgare, lege Athanasia vulgaris.

Tanacetum minus album odore Camphoræ, lege Achillea Matth.

Tanacetum alpinum, lege Iua moschata Rhetis.

Tanacetum montanum inodorum, lege Athanasia leucanthemos.
Tanacetum album, seu acutum, Trag. lege Dracunculus pratensis serrato folio,
Tanacetum agreste Brunf. est Anserina Tragi,
Tanacetum lanuginosum, lege Millefolium minus siue Stratiotes,
Tanacetum Millefolij folijs, est Artemisia tenuifolia, Tab.
Tanacetum leucanthemum, lege Athanasia leucanthemos,
Tanacetum Indianum, & Peruuianum, est Tanacetum, siue flos Africanus,
Tannus, & Tania vulgò, lege Bryonia nigra.
Tapsus barbatus Officinarum, lege Verbascum primum Matthioli,
Taraxacon minus, lege Dens Leonis Matth. Taraxacon appellatio Arabica est, ex Auicenna, & Serapione desumpta, quod nomen Arabes fortè à verbo Græco Troximum mutuarunt; nam Græcis τρώγω est comedo τρώξιμος edulis, vescus, qui comedi potest,
Taraxacon maius, Alteraxacon, Taraxaten; Tarascun, est Cichorium satiuum.
Tarchon, lege Dracunculus hortensis, Matth.
Tarchum, est Nasturtium hortense folio crispo Aleppi in Syria; vt habet Petr. à Valle in epistolis.
Tarentina nux è Iuglandium genere, de ea erit sermo in secunda parte Phytol.
Tarifilon Auicennæ, nonnullis dicitur Trifolium bituminosum.
Tarpentaria, lege Betonica aquatica Septentrionalium.
Tartarum officinis, est fæx vini, quæ crustæ instar concreta vasorum vinariorum lateribus adhæret, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ capite de Vite.
Tartonraire, lege Sesamoides maius multorum,
Tarum Cordi, idest Xyloaloe fissilis, leuis, & aromaticus, lege in secunda parte Phyt.
Tataria Vngarica, lege Panaci Heracleo similis Vngarica herba.
Tatoula, quæ Nux Methel Arabum, lege Datura Turcarum,
Tatura Turcarum, lege Barycoccalon,
Tauil, siue Felfel Alpini Io: Bauh. lege Piper longum in secunda parte Phyt.
Taura Valdensis, lege Thora,
Taura Pastoribus, lege Lunaria racemosa,
Taurion nonnullis, Lychnis coronaria appellatur, nescio vnde,
Tauzarghent radix odorata Io. Bauh. sed quid?
Taxus arbor, de qua in secunda parte Phytologiæ.
Teda, vel Thæda pinei generis arbores, quæ resinam ferunt, lege Pinus syluestris in secunda parte Phytol,
Tegname Italis, cortex est arboris, vt dicemus in secunda parte Phyt.

De Telephio. Synonyma, & Etymum.

Telephium vulgare, Bauh. Telephium vulgare, siue secundum Clus. hist. Telephium, Matth. Lob. Cast. Ges. hor. Tab. Cam. Telephium alterum, siue Crassula Dod. Telephium album Fuch. Acetabulum alterum, Cord. in Diosc. Anacampseros, Ges. hor. Crassula maior Cæs. Dod. gal. Thal. Crassula, siue Faba inuersa, Ger. Cotyledon alterum Dioscoridis, Col. Faba inuersa, Ad. Lob. ico. Fabaria Matth. Guil. Lugd. Scrophularia media, vel tertia Brunf. Sedi genus alterum nonnullis. Græcis τηλέφιον. Italis Faua grassa.
Telephium dicitur ab effectu, quia medeatur telephijs vlceribus, idest malignis, & inueteratis, quibus Telephus Mysiæ Rex ab Achille vulneratus consenuit; quam ob causam Telephia etiam vocantur. [Crassula nuncupatur eò quia folia solida, & crassa habeat. Acetabuli etymum, lege suo loco. Anacampseros etymum, lege

lege supra. [Faba inuersa cognominatur, quia radices ad similitudinem fabæ inueniantur, sic dicitur inuersa; & Fabaria à foliorum cum Faba similitudine. Scrophularia etiam nominatur propter radices.

Telephium purpureum maius, Bauh. Telephium purpurascens Fuch. Lugd. Telephium floribus purpureis Lob. ico. Cam. ep. Ger. Lugd. Tab. Telephium quintum purpureo flore, Clus. hist. Acetabulum purpureum alterum Fuch. ico. Crassula montana Cæs. Rapuntium vmbellatum, Colum. Scrophularia, seu Portulaca maior, Trag. Fabaria, Lon. Anacampseros purpurea Io. Bauh.

Telephium latifolium peregrinum, Bauh. Telephium, seu Crassula maior Hispanica Lob. Telephium Austriacum Clus. hisp. & hist. Telephium primum Dod. siue Hispanicum Clus. hist. Telephium Hispanicum Clus. Hisp. Tab. Lugd. Crassula maior Hispanica, Ger. Anacampseros maxima Io. Bauh.

Telephium repens folio deciduo, Bauh. Telephium tertium, Dod. sextum Clus. hist. fortè Dioscoridis Telephium semperuirens, Ger. Telephium minus repens semperuirens, Lob. Cam. Lugd. Telephium minus, Tab. Cepæa Pancij, Clus. hisp. & hist. Cam. Anacampseros minor rotundiore folio semperuirens, Io. Bauh.

Telephium repens folio non deciduo, Bauh Telephium septimum, siue legitimum Imperati Clus hist. Telephium Imperati in sua hist. Cam.
Telephium Dioscoridis, seu Scorpioides, lege Scorpioides Matthioli.
Telephium Lac. lege Cochlearia Matthioli.
Telephium Diosc. quibusdam, & maculosum Cam. lege Cerinthe maior.
Telephium Dioscoridis, & Plinij Col. lege Capparis leguminosa.
Telephyllon Crateuæ, lege Scorpioides Matthioli.
Teliformis nonnullis, lege Sagitta maior, Matthioli.
Tembul, & Tambul, lege Betella Lugd.
Terdina Teophrasto Paracelso, Valeriana, siue Phu appellatur.
Terebintharia Dilphij nonnullis, est Betonica aquatica Septentrionalium, ita appellata a Terebinthinæ dote simili.
Terebinthus, eiusque species, de ijs erit sermo in secunda parte Phytologiæ.
Terebinthina officinarum, Abiegna lacryma est, siue Resina liquida, vt dicemus in secunda parte Phyt.
Tersef Africanorum, Tuberis genus album, vt dicemus suo loco.
Termes propriè est ramus ex arbore decerptus cum fructu, de quo in 2. p. Phyt.
Terminalium nonnullis, est Enula Campana, sed inter notha nomina extat.
Terniabin Arabibus Serapioni, & Auicennæ, lege Manna in secunda parte Phyt.
Terra crepula Italorum Lugd. lege Apate Dalechampij.
Terra crepulus in Hetruria, Cæs. lege Crepis Dalechampij.
Terra merita Ruel. lege Curcuma longa.
Terræ glandes Dod. lege Astragalus aruensis.
Terræ corona, lege Hedera terrestris.
Terræ malum, nonnullis est Panis porcinus, alijs verò est Mandragora.
Terræ capillus, lege Adiantum Matthioli.
Terræ rapum, aliquibus est Arthanita, siue Panis porcinus.
Terræ filius, apud nonnullos est Cucumis.
Terrestris glans Malacensis à nonnullis dicitur Batatas.
Terrestris malus, lege Mandragora mas.

Terriola Cæs. lege Stachys palustris.
Tertianaria, Tab. lege Lysimachia cærulea galericulata.
Terzola vulgò, lege Eupatorium cannabinum vulgare.
Testiculus canis Officinarum, lege Orchis mas latifolia.
Testiculus hircinus, & leporis, lege Orchis Saurodes.
Testiculus muscarius, lege Orchis myodes.
Testiculus morionis mas, lege Orchis morio mas.
Testiculus vulpinus, lege Orchis Serapias.
Tetragonia Theophrasti arbor est, de qua in secunda parte Phytol.
Tetrahit, aut Tetrahil, lege Sideritis vulgaris hirsuta erecta.
Tetralice apud nonnullos, est Erica, vt dicemus in sec. par. Phytol.
Tetralix spinosa, lege Carduus sphærocephalus latifolius.
Tetrangutia, de Cirreolis intelligitur, quia videntur constare ex tribus, aut quatuor corporibus, in longitudine productis.
Tetraphyllum est quinque folij species, quatuor tantùm folia habens, & non plura; nam Græcis τετρα dicitur quatuor φύλλον folium.
Tetrorchis, lege Triorchis, vel Terrorchis alba.
Teuchites Iunci odorati species laudatissima, à loco in quo nascitur nomen habens. Plinius 1.0. fortassis quòd vasis afferebatur, τεῦχος enim vas significat apud Græcos.

De Teucrio, Synonyma, & Etymum.

Teucrium Fuch. Dod. gal. Lac. Ad. Bauh. Cæs. verum Gesn. hor. Ang. Cord. in Diosc. Lon. Lob. Cast. Eyst. Teucrium vulgare fruticans, siue primum Clus. hist. Teucrium secundum Matth. Lugd. primum. Tab. Teucrium latifolium Ger. Chamædrys altera, seu assurgens, Dod. Græcis τεύκριον. Italis Teucrio.
Teucrium dicitur, quia ex Regione Teucria delata fuerit hæc herba, id est Troade, vel vt alijs placet, eò quòd Teucer eius inuentor existimetur.

Teucrium Bæticum Lugd. Ger. Clus. hisp. Tal. Teucrium peregrinum folio sinuoso Bauh. Teucrium fruticans Bæticum, Clus. hist. an Pederota Pausaniæ, Teucriodendron alijs. Bæticum dicitur, quia in Bætica regione Hispaniæ, vulgò Andalusia copiosissimè proueniat. Pæderotæ etymum, lege supra Acanthus aculeatus.
Teucrium verum, Cam. Teucrium folijs Scorodonis, Bauh.
Teucrium alpinum coma purpurocærulea, Bauh. Clinopodium alpinum Ponæ.
Teucrio affinis, lege Chamærops Plinij.
Teucrium alpinum Cisti flore, lege Ceruaria.
Teucrium pratense, Ad. Lob. & Teucrium Spurium. Teucrium tertium minus, Tab. Teucrij species, quam Chamædryn vocant Cord. in Diosc. Chamædrys syluestris Ger. Clus. hist. Chamædrys vulgaris fæmina Tur. Lugd. Fuch. Lon. Chamædrys spuria minor rotundifolia, Bauh. Chamædryoides, Lob. ico. Auricula muris sexta Cæs. Hierobotane mas, vel Verbenaca supina mas, Dod. gal. Lugd.
Teucrium Pannonicum, Tab. Ger. Teucrium secundum, vel Teucrium Pannonicum minus, Clus. pan. & hist. quintum.
Teucrium Tragi, lege Veronica vulgaris supina, Clus. hist.
Teuthalis à nonnullis Polygonaton appellatur à frequentia geniculorum, Plinius.
Teuthrion. Alijs Polion dicitur, Plinius.
Teutlon, lege Beta alba Matth.

Teutlo-

Teutlomalache, lege Spinacium, siue Spanachium.

Teutonica herba, apud Iurisconsultos dicitur habere easdem vires quas Betonica, fortè est Betonicæ species.

De Thalietra. Synonyma, & Etymum.

Thalietrum magnum, nonnullis Pseudorhabarbarum, ob radicis luteum colorem, Dod. Thalictrum maius siliqua angulosa, aut striata, Bauh. Thalictrum quorundam Ges. hor. Thalictrum Cord. in Diosc. nigrum eidem hist. Thal. Thalictrum secundum, siue Germanicum latifolium, Cam. Thalictrum pratense primum, vel quintum Clusij pan. & hist. Barba caprina minor Ges. hor. Piganum Dod. gal. Lugd. Ruta syluestris, Cæs. Ruta pratensis Ges. hor. herbariorum, Ad. Lob. Saxifraga lutea Ges. hor. Græcis θαλίκτρον. Italis Thalietro.

Thalictrum, & Thalictrum dicitur fortè, vt nonnullis placet à θάλλω, vireo, eò quòd dum germina protrudit eleganter vireat. Vel Thalictrum dictum ab effectu, quia valeat ad tali ictum, nam rustici in Saxonia hac planta maxima curant vulnera, & vlcera, sine aliquo adiutore medico, & præcipuè in talo pedis existentia, etenim folia trita, & imposita id præstant; vt dicemus in tertio Tomo partis primæ Phytogiæ, quando de virtutibus huius plantæ verba fient. [Barba caprina dicta, quia flos barbam caprinam imitatur. Pigani etymum, lege supra, Ruta.

Thalietrum magnum secundum, Dod. Thalictrum maius non striatum, Bauh. Ruta pratensis maior secunda, Tab.

Thalietrum maius flauum staminibus luteis, vel glauco folio, Bauh. Thalietrum primum, vel Hispanicum, Clus. pan. & hist. Thalietrum in Hetruria vulgò Verdemarcum, Cæsalp. Thalietrum, siue Thalictrum maius Ger. Thalietrum maius tertium, Dod. Thalietrum primum Italicum, Cam. Pes Milui Anguil. Ruta pratensis maior, quarta, Tab.

Thalietrum maius quartum, Dod. Thalictrum quintum flore purpureo, Cam. Thalictrum maius florum staminibus purpurascentibus, Bauh. Thalietrum quartum, Vel montanum tertium Clus. pan. & hist. Ruta pratensis maior tertia Tab.

Thalietrum minus, Dod. Ger. paruum, Cam. Thalictrum minus Bauh. Thalictrum minus, siue Rutæ pratensis genus minus semine striato I. Bauh. Thalictrum tenuifolium Cord. hist. Lob. Thalictrum septimum Clus. pan. & hist. Hypecoum fortè Dod. gal. Lugd. Ruta pratensis minor Tab. Ruta pratensis tenuifolia, Ad. Ruta syluestris altera Cæsalp.

Thalietrum pratense secundum, vel sextum, Clus. pan. & hist. Thalictrum pratense angustifolium, Bauh. Thalictrum tertium angustifolium, Cam. Ruta pratensis maior quinta, Tab.

Thalictrum angustifolium, & latifolium, lege Accipitrina Cæs.

Thallia in Olca, sunt crescenres coliculi, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Thamæcnemon Cordi, lege Vaccaria rubra maior.

Thanasia, lege Athanasia, siue Tanacetum.

De Tha-

De Thapsia. Synonyma, & Etymum.

Thapsia latifolia, Cluſ. hiſp. Tab. Thapſia latifolia villoſa Bauh. Thapſia prima, Cluſ. hiſt. Seſeli Peloponenſe folio Ticutæ, Ad. Lugd. Seſeli Peloponenſe maius Lob. Peloponenſe, vt putatur Dod. Seſeli Peloponeſiacum primum, Tab. Ferula fæmina Alijs. Græcis θάψια. Italis Tapſia.

Thapſia dicitur, quòd in Thapſo eius nominis Inſula primùm inuenta ſit.

Thapſia ſecunda, vel tenuifolia, Cluſ. hiſp. & hiſt. Thapſia Fœniculi folio, Bauh. Thapſia anguſtifolia, Tab. tenuifolia Ger. Thapſia Dioſc. Ad. Lugd. Lob.

Thapſia quarta Cluſ. hiſt. Thapſia folijs Libanotidis fœtidiſſima, Bauh. Tuero Cluſ. hiſp.

Thapſia Matth. Lon. Caſt. Ang. Lugd. Cæſ. cui & Turbit album Meſuei Thapſia vulgaris Carotæ effigie, Ad. Lob. an hæc ferula Sagapeniſera. Thapſia Carotæ folio Bauh. Thapſia maior Cord. hiſt. Thapſia vera, & Turbith montis Gargani Geſ. hor. Turbith Alexandrinum nonnullis. Turpetum Griſeum, Tab.

Thapſia Aſclepiadis, lege Rubia ſatiua, Matth. ſiue Rubia Tinctorum.

Thapſia maior montis Gargani. Coſtus Officinarum ingratus, ſiue Thapſię ſpecies, Bauh.

Thapſus barbatus, lege Verbaſcum primum Matthioli.

Thapſi, lege Sinapi alterum Matthioli.

Theligono affinis herba Cæſ. eſt Saxifraga alba.

Thelygonum, lege Phyllon thelygonon.

Thelyctonum, lege Aconitum.

Thelyphonon ab alijs Scorpion vocatur propter ſimilitudinem radicis, cuius tactu moriuntur Scorpiones. Plinius; an Aconitum Scorpium?

Thelypteris Filicis ſpecies Plinius, θηλύπτερις. Alij Nymphæam Pterin appellant.

Theombrotios herba magica, qua Perſarum Reges aduerſus omnia, cùm animi, tùm corporis incommoda vtebantur. Plinius, ſed quid?

Theombrotum Plinij, ad mentem nonnullorum, eſt Amaranthus tricolor.

Theriacaria, lege Valeriana maior, ſiue Phu maius.

Therion, & Theriophonon, apud Apuleium Dracontea dicitur, ſed inter peregrina nomina recenſetur.

Therionarcha Plinij, nonnullis eſt Chamænerion; Alijs verò eſt Linaria.

Theſium Plinij nonnullis eſt radix caua, ſiue Fumaria. Alijs verò eſt Cichorij ſylueſtris ſpecies, θὴς Græcis eſt ſeruus: hinc planta θήσιον fortè dicta, quia multis inſeruiat, & cibarijs, & medicamentis.

Thermos, lege Lupinus, ſiue Lupinum.

Thereniabin apud nonnullos, dicitur Manna, de qua in ſecunda parte Phytol.

Thilichrania Theophraſti eſt arbor, vt dicemus in ſecunda parte Phytol.

De Thlaspi. Synonyma, & Etymum.

Thlaſpi primum Matth. Caſt. Lac. Lugd. Thlaſpi vulgatiſſimum Vaccariæ folio, Lob. Thlaſpi, & vulgare Thlaſpidium Trag. Thlaſpi verum, cuius ſemine in Theriaca vtimur, Cam. Thlaſpi theriacale alijs. Thlaſpi aruenſe Vaccariæ incano folio maius, Bauh. Thlaſpi Officinarum Colum. Thlaſpi cardamoides Cord. hiſt. Thlaſpi latifolium Fuch. Tur. Thlaſpi vulgatiſſimum, Ger. Thlaſpi minus Cord. in Dioſc.

Diosc. minus latifolium, Lon. Thlaspi alterum, Dod. Lugd. Græcis θλάσπη. Italis Tlaspi.

Thlaspi dicitur à fructus forma, qui velut infractus, & contusus apparet, θλαω enim apud Græcos est contundo, infringo; hinc θλασπίδιον, quasi fructum clypeatum eò quod seminis inuolucrum lenticulæ sit simile.

Thlaspi secundum Matth. Lugd. maius, Tab. Thlaspi Dioscoridis Drabæ, & Chamælinæ folio, Lob. ico. Thlaspi, & Thlaspi nigrum Galeni Cæs. Thlaspi aruense siliquis latis, Bauh. Thlaspi Drabæ folio Ad. Lob. Thlaspi latius Dod. Platycarpon, Cam. Thlaspi Dioscoridis, & Scorodothlaspi, Dod. gal. Lugd. Ger. Thlaspi primum Dioscoridis Creticum Galeni, Ang. Nasturtium quartum Tragi. [Platycarpon dicitur, id est habens latum fructum, πλάτος enim Græcis est latus κάρπος verò est fructus. Scorodothlaspi vocatur eò quia Allij saporem, & odorem quodammodo redoleat; σκόροδον, apud Græcos est Allium.

Thlaspi oleraceum, Tab. sub Thlaspi incano, Ger. ico. Thlaspi alterum mitius rotundifolium Bursæ pastoris fructu, Colum. Thlaspi aruense perfoliatum maius, Bauh. Thlaspi primum Dalech. Lugd.

Thlaspi Candiæ vmbellatum Iberidis folio, Lob. Thlaspi Cappadocicum Ang. flore incarnato, & flore albo, Eyst. Thlaspi vmbellatum Creticum Iberidis folio, Bauh. Thlaspi Candiæ, Ger. Thlaspi Creticum Cæs. Cam. Gef. hor. Tab. Thlaspi quartum Matth. Lugd. cui & Thlaspi quartum Dodonæi. Draba, siue Arabis, aut Thlaspi Candiæ Dod. Gef. hor. Dryophanon Plinij, Cordo referente, Lugd. [Dryophanon dictum, quasi dicas mordacem Raphanum, eò quia sit mordacis saporis, δριμὺς enim apud Græcos est mordax, acrem habens saporem.

Thlaspi amarum, Tab. Ger. Thlaspi vmbellatum aruense Iberidis folio, Bauh. Thlaspi Allobrogicum, Clus. hist. Thlaspidij aliud genus, vel tertium Tragi. Nasturtium syluestre Lugd.

Thlaspi alterum minus vmbellatum Nasturtij hortensis folio, Narbonense Lob. ico. Ad. Thlaspi Narbonense vmbellatum Tab. Ger. Thlaspi vmbellatum Nasturtij folio Monspeliacum, Bauh. Thlaspi aliud vmbellatum Penæ Lugd.

Thlaspi album supinum, Lob. ico. Tab. Ger. Thlaspi secundum, & Badense, Clus. pan. Thlaspi montanum Bursæ pastoris fructu primum Colum. Thlaspi alpinum Bellidis cæruleæ folio, Bauh. Thlaspi montanum secundum Clus. hist.

Thlaspi tertium saxatile, Cam. ep. Matth. & hort. Thlaspi saxatile minore folio Alijs. Thlaspi alpinum minus capitulo rotundo, Bauh. Tlaspi petræum myagrodes Ponæ.

Thlaspi Alysson dictum campestre minus, Bauh. Thlaspi minus clypeatum, Tab. Thlaspi quartum, Dod. gal. Alyssum minus Dalechampij Lugd. Alyssum minimum Clus. pan. & hist. Polium alpinum flore luteo Eyst.

Thlaspi maritimum, Dalech. Lugd. Thlaspi Narbonense centunculi angustifolio, Lob. ico. Tab. Ad. Lugd. Thlaspi Alysson dictum maritimum, Bauh. Thlaspi vmbellatum Narbonense Lob. ico.

Thla-

Thlaspi clypeatum, Clus. pan. & hist. Thlaspi bisulcatum, vel Lunaria bisulcata, Cam. Thlaspi minus clypeatum primum Thlaspi paruum hieracifolium, siue Lunaria lutea Monspeliensium, Ad. Lob. Thlaspi maius clypeatum Ger. Thlaspi biscutatum asperum hieracifolium, & maius Bauh. Leucoium alyssoides vmbellatum montanum Colum. Leucoium montanum primum, Thal. Lunaria lutea Dalech. Lugd.

Thlaspi alterum minus clypeatum Serpylli folio, Ad. Lob. Thlaspi clypeatum Serpilli folio, Bauh. Thlaspi minus clypeatum, Penæ Lugd. Thlaspi minimum spicatum lunatum Colum. Lunaria græca quarta Cæs.

Thlaspi fruticosum flore Leucoij marini minoris, Lugd. Lob. Tab. Thlaspi fruticosum Leucoij folio angustifolium Bauh. Thlaspi semper virens, Cam.

Thlaspi fruticosum alterum, Lugd. Lob. Tab. Thlaspi quintum Hispanicum albo flore Clus. hist. Thlaspi fruticosum folio Thymbræ hirsuto, Bauh. Thlaspi fruticosum minus, Ger.

Thlaspi fruticosum spinosum Narbonense, Lugd. Tab. Thlaspi fruticosum spinosum, Bauh. Thlaspi spinosum quintum Tab. Ger.

Thlaspi incanum Mechliniense, Lugd. Lob. Clus. pan. & hist. an Thlaspi incanum fruticosum Franconicum, Cam. Thlaspi fruticosum incanum, Bauh. an Iberis prima, Tab. quod sub Thlaspi fruticoso, Ger. ico.

Thlaspi hederaceum, Lugd. Lob. Thlaspi repens hederæ folio Bauh.

Thlaspi biscutatum asperum minus, lege Iondraba alyssoides Apula.

Thlaspi saxatile incanum luteum Serpylli folio minus, lege Ionthlaspi luteo flore.

Thlaspi saxatile vermiculato folio, lege Lithothlaspi montanum fruticosius.

Thlaspi paruum saxatile flore rubente, lege Lithothlaspi quartum carnoso rotundo folio.

Thlaspi alterum Dioscoridis, & maius Cord. est Armoracia siue Raphanus vulgaris.

Thlaspi alterum Crateuæ, est Bolbonach. siue Viola Lunaria.

Thlaspi minus Germanorum, lege Nasturtium syluestre Thal.

Thlaspi fatuum, lege Bursa pastoris Matthioli.

Thlaspi luteum Spanospermon I. Cornuti, ita nuncupatum à paucitate seminis, nam in tota planta vix quinque, aut sex semina reperiuntur σπανὸς apud Græcos est paucus σπέρμα verò semen.

Thlaspidium cornutum, lege Alliaria. Alijs verò Thlaspidium, est Thlaspi primum Matthioli.

Thora Valdensis, lege Aconitum Pardalianches, siue Thora.

Thoribetron nonnulli Leontopodium Matthioli vocant.

Thracia herba, lege Radiculæ Thraciæ.

Thraupalus Theophrasti, arbor est, de qua in secunda parte Phytol.

Thridacias est Mandragora fœmina à folijs lactucarum similitudine, quas θριδάκας vocant Græci.

Thridacine Galeni, lege Lactuca syluestris.

Thridax, lege Lactuca hortensis, & satiua.

Thrion est folium Fici, ob asperitatem, ita appellatum, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ. Thryon verò nonnullis dicitur Solanum manicum, apud Columellam. Alijs verò est Iuncus, vel Vlua.

Thritha.

Thrithales, lege Aizoum minus.
Thryalis herba, quæ aliàs Lychnitis dicitur, folia habens terna, aut quaterna crassa pinguia ad Lucernarum lumina apta. Plinius, fortè Lychnidis species.
Thuris arbor, lege Arbor thurifera in secunda parte Phytol.
Thus terræ, lege Abiga, siue Aiuga.
Thus est liquor, vel lacryma arboris thuriferæ, vt dicemus in secunda parte Phyt.
Thus Iudæorum cortex est arboris, quo Iudæi in suffumigijs frequenter vtuntur, de quo in secunda parte Phyt.
Thuia, & Thya arbor odorifera de qua in secunda parte Phyt.
Thymbra vera, lege Satureia vulgaris hortensis.
Thymbra legitima, lege Satureia Cretica.

De Thymelæa. Synonyma, & Etymum.

Thymelæa Matth. Lac. Lonic. Lob. Cast. Dod. Bellon. cui, & Coccum gnidium, Clus. hisp. & hist. Cæs. Lugd. Thymelæa grani Cnidij Ad. Lob. ico. Thymelæa folijs lini Bauh. Thymelæa vera Ges. hor. Thymelæa folijs paruis Mesuæ Thymelæa prima, & secunda, Tab. Chamelæa tenuifolia, & nigra Serapioni κνέωρος Theoph. Casiam Gaza vertit. Græcis θυμελαία. Italis Timelea.
Thymelæa dicitur, quasi Thithymelæa ex Tithymalo, & olea mixta facie, vel quòd folia inter Thymum, & Oleam producat æmulantia. Aliorum nominum etyma, lege suo loco.
Thymelæa folijs Kali lanuginosis salsis Bauh. Cneoron nigrum Myconi Lugd. Cneoron Cæs. Empetron Ang. Phacoides Oribasij quibusdam Lugd. Sesamoides minus Dalechampij Lugd. Sanamunda secunda Clus. hisp. & hist. Cast. Lob. Tab. Empetri, & Phacoides etymum, lege Alypum montis Ceti; Aliorum nominum etyma lege suo loco.

Thymelæa tomentosa folijs Sedi minoris Bauh. Cneoron Pantij. Erica Alexandrina, Lob. Tab. Sanamunda tertia Clus. hisp. & hist. [Sanamundas vocat Clusius, Granatenses Mauritanos imitatus, quia his ad corpus purgandum frequenter vtuntur. Sanat enim, & mundat corpus.

Thymelæa folijs candicantibus Serici instar mollibus Bauh. lege Sesamoides maius multorum.

Thymelæa folijs Chamelææ minoribus subhirsutis Bauh. Sanamunda prima Clusij hisp. & hist. Cast. Rauuolf. Lob. Tab.

Thymelea folijs Polygalæ glabris, Bauh. Thymelææ species Myconi Lugd. Sanamunda viridis vel glabra in Prodromo Bauh.

Thymelæa folijs acutis capitulo Succisæ, lege Alypum montis Ceti.
Thymiama, & Tigname Offic. vel thuris cortex, vel Thus, seu lignum arboris Indicæ iucundum spirans odorem, quo Iudæi eò sæpius vtuntur in suis suffumigijs, vt dicemus in secunda parte Phytol.

De Thymo. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Thymus, est carnis extuberatio, seu tuberculum carnosum, quod super corpus, quasi

verruca, seu verrucula parua eminet infra exilis, supra latior, subdura, in summo peraspera, Ægyptiæ fabæ magnitudine, scabra, & subrubens sanguinea specie, cacuminis herbæ Thymi, quòd corymbis thymi sit similis, vt Aetio placet, appellata, aut à colore floris thymi. Item Thymos dicitur glandulosa illa substantia, quæ in iugulo ad os summum pectoris consistit. Item Thymus, siue Thymon est bulbus, siuè Cæpa agrestis apud Aristophanem. Est præterea Thymus herba, de qua in præsenti.

Thymus Vulgaris folio tenuiore Bauh. & Eyst. Thymus nostras Cord. in Diosc. vulgaris Gesf. hor. Thymus Trag. Tur. Lon. Brunf. Fuch. Cord. hist. durior, Cam. Thymum durius Dod. gal. Pepolina Cæs. Serpillum hortense Dod. ico. Hyssopus syluestris Mesue, nonnullis. Græcis θύμος Italis Timo.

Thymus dicitur, quia adhibeatur ijs, qui patiuntur animi deliquium ob crassos humores; θυμὸς enim Græcis est animus. Alij verò à θύω ob fragrantiam deducunt, quoniam vterentur in sacrificijs, θυω enim est sacrifico, θύμα sacrificium, Vel θύμος, quasi, θυαίμος, id est sanguinem impellens, nam concretum sanguinem dissoluit. [Pepolina cognominatur, quasi Pepalina, quia nascatur in locis præruptis, & salebrosis παιπαλα enim Græcis dicuntur loca prærupta, & salebrosa, Thymum durius nominatur, eò quia duret, nimirum, quia perpetua habeat folia.

Thymum vulgare Lugd, Thymus vulgaris folio latiore, Bauh. Thymus alter durior, Cam. Thymum durius Lob. ico. Ger. Dod. Clus. hisp. Thymus niger, Tab.

Thymum, Matth. Lob. Dod. gal. Cæs. Creticum Cord. in Diosc. legitimum, Tlus. hisp. & hist. Thymus capitatus, cord. hist. Thymus capitatus, qui Dioscoridis Bauh. Thymus verus capitatus, siue Creticus, Cam. Thymum cephaloton Dod. [Cephaloton dicitur idest capitatum, quòd in summitate non spicas, sed capitula ferat, habet enim in summitate capitula floribus exiguis circumdata, Græcis siquidem κεφαλὴ est caput.

Thymum latifolium, Lob. ico. est Serpyllum maius latifolium Bauh.

Thymum magnum Alpini, lege Tragoriganum Creticum.

Thyon est Cedrus Atlantica, est etiam odoramenti genus, vt dicemus in secunda parte Phytol.

Thyrsus est caulis, quòd virgulæ in modum, aut in teli rectitudinem in plantis consurgit, pluribus frondibus, aut floribus stipatus, instar globi, aut pilæ. Est etiam pars fungi, vt dicemus in fungorum historia; θύρσος, verò apud Græcos hastula erat frondibus vestita, quæ in honorem Bacchi gestabatur.

Thysselinum Plinij, lege Apium syluestre Dodonæi.

Thyterium est herba apud Authores Libanotidi similis, quam iuraturi manu capiebant, sed quid?

Tianco fructus in Malacca, de quo in secunda parte Phytologiæ.

Tigridis flos, lege Ocelloxochiel, vel flos Tigridis.

Tiguar, idest Turbith in Conara insula, cuius ciuitas Goa appellatur.

Tilia eiusque species in secunda parte Phytol, de ijs erit Sermo, vbi etiam folia monstrosa exhibebimus, nam à tergo pensiles, quasi vermiculos quamplurimos subtiles ostendit folium.

Tinctorius flos vulgò, est Genistella infectoria, siue Tinctorum.

Tinctorius flos primus Tragi, lege Asteratticus cæruleus vulgaris.

Tinctoria prima Tab. est Serratula folijs non incisis.

Tinearia nonnullis, est Helychrisum, siue Stoechas citrina, eò quia vestes à tineis præseruet.

Tinica

Tinica, & Tunica herba, lege Caryophyllus syluestris.
Tinus est Laurus syluestris, vt dicemus in secunda parte Phytol.
Tipcadj, & Dipcadi, lege Bulbus vomitorius Matthioli.
Tiphium Theophrasti, lege Tussilago.
Tithe Africana, species Tithymali, vt dicemus in secundo Tomo partis primæ Phytologiæ. Capite de Tithymalis.

De Tithymalo. Synonyma, & Etymum.

Tithymalus characias, Matth. Lon. Cast. Lac. Lugd. Tab. Tithymalus characias Monspeliensium, Lob. Tithymalus characias alter Dod. Cæs. Tithymalus characias rubens peregrinus, Bauh. Tithymalus characias legitimus primus Clus. hisp. & hist. Tithymalus platyphyllos, Ad. Græcis τιθύμαλος χαρακίας. Lactaria Alijs, & Lactuca caprina, Italis Titimalo, & Tortumaglio.

Tithymalus dicitur, nam Græcis τιτθὸς est mamma, mamilla, μαλὸς exitiosus, virosus: hinc Tithymalus, quia effundit lac sicuti mamma, sed exitiosum, & virosum. Vel μάλος tener, quòd tenerum lac non secus ac mamma effundat. [Characias dictus, nam χάραξ est sulcus terræ, fossa, item vallis: hinc characias, idest vallaris, proueniens in vallibus. Lactaria nominata, nam leuiter secta planta, vel folio abrupto lac effluit, ideo etiam Lactuca caprina dicta; Caprinam addunt, quòd Capræ tithymalis vescantur, vt aiunt, sed fides sit penès Authores. Alij verò non Lactucam caprinam, sed marinam legunt.

Tithymalus characias amygdaloides, Lob. Bauh. Tithymalus characias, Ang. primus, siue mas Dod. Lugd. Cæs. Tithymalus amygdaloides, & amygdaloides latifolius, Tab. Tithymalus masculus Theoph. Tithymalus characias secundus Clus. hisp. Cam. Tithymali characiæ species, Thal. Alscebran magnum Mesuæo. [Amygdaloides dicitur à similitudine foliorum Amygdali.

Tithymalus characias quartus, Dod. Tithymalus fruticosus alius stipitibus rubris, Cam. Tithymalus characias rubens Germanicus Bauh. Tithymalus tertius Austriacus Clus. hist. Tithymalus characias Pannonicus Clus. pan. Tithymalus pentaclonos, Cord. hist. [Pentaclonos dicitur, idest quinque ramulos habens, nam Græcis πέντε est quinq; κλὼν, est ramulus, vel surculus.

Tithymalus characias angustifolius, Bauh. Tithymalus Myrsinites angustioribus folijs Cæs. Tithymalus myrsinites altera, Lob. Lugd. Tithymalus Myrsinites tertius angustifolius Tab. Myrsinites dicitur, quia habeat folia Myrti folijs quodammodo similia, μυρσίνη enim Græcis est Myrtus.

Tithymalus characias quintus, Dod. Tithymalus Myrtites Valentinus, Clus. hist. Tithymalus characias folio serrato Bauh. Tithymalus serratus Monspeliensium Ad. Lob. ico. Dalech. Lugd. cui, & myrsinites serratus.

Tithymalus lunato flore, Colum. Tithymalus syluaticus lunato flore, Bauh. Tithymalus in montibus, Cæs. Tithymalus platyphyllos Ang.

Tithymalus dendroides Matth. Lac. Lob. Cast. Ges. hor. Ad. Lugd. Tithymalus arborescens, Cæs. Tithymalus characias tertius, Dod. Tithymalus Myrtifolius arboreus Bauh. Lob. ico. [Dendroides dicitur, nimirum arboreus, nam Græcis δένδρον est arbor.

Tithymalus myrsinites, Matth. Dod. Lac. Lob. Lugd. Cam. Ang. Gef. ap. Lon. Cæs. Cast. Tithymalus myrsinites legitimus Clus. hist. Tithymalus myrsinites latifolius Bauh. Tithymalus myrsinites, myrtifolius, fœmina repens Diosc. Ad. Tithymalus myrsinites primus, Tab.

Tithymalus myrsinites Diosc. Ad. Lob. ico. Tithymalus myrsinites in montibus, Cæs. Tithymalus myrsinites angustifolius Bauh. Tithymalus myrsinites alter, Tab.

Tithymalus verrucosus Dalechampij Lugd. Tithymalus myrsinites fructu verrucæ simili Bauh. Tithymalus helioscopius, Dodonæi in ico. Esula multicaulis, & quarta Tragi. Hic in gratiam Lectoris damus iconem Tithymali tuberosis cauliculis, quam plantam primùm in Horto, nunquam satis laudato D. Iacobi Zanoni viri nouarum stirpium, ac plantarum apprimè studiosi, indagatoris, & cultoris eximij, conspeximus; sub nomine Esulæ rotundifoliæ tuberosę. Succus enim lacteus, quem tota fundit planta Tithymali speciem fatetur, ideo iure inter Tithymalorum species adnumerauimus, cum inscriptione Tithymalus rotundifolius ramulis propę summitatem tuberosis: alio nomine Peplus, siue Esula rotundifolia tuberosis, siue glandulosis cauliculis, nimirum ramulis, cum in internodijs, & inter genicula in crassitudinem extuberent excrescentiæ quædam, & tubercula rotunda magnitudinem, & similitudinem baccarum Hederæ æmulantia, ex quibus nonnullæ prælongæ appendices adnascuntur verrucarum instar, cum rudimentis foliorum, vt in seq. pag. in icone apparet, & vt distinctiùs agemus in secundo Tomo Partis Primæ Phytologiæ, quando descriptionem, & historiam explanatiùs exponemus.

Tithymalus paralius Matth. Dod. Gef. hor. Clus. hisp. Lon. Lugd. Tab. Ang. Lac. Ad. Lob. Cast. Cam. Tithymalus maritimus Cæs. Bauh. Paralius dicitur, ideſt in maritimis nascens, nam Græcis πάραλος, & παράλιος exponitur maritimus.

Tithymalus amygdaloides angustifolius Tab. Tithymalus linifolius Cam. Tithymalo maritimo affinis Linariæ folio Bauh. Esula altera in humidis Cæs.

Tithymalus platyphillos Clus. hisp. & hist. Lugd. Dod. Tithymalus latifolius Cæsalp. Hispanicus, Tab. Tithymalus latifolius Hispanicus, Bauh. Platyphyllum Hispanicum, Lob. [Platyphyllos dicitur, ideſt habens lata folia: nam Græcis πλατύς est latus φύλλον verò folium.

Tithymalus platyphyllus Tur. Fuch. Lon. Tithymalus aruensis latifolius Germanicus Bauh. Pityusa, siue Esula minor Dod. Lugd. Pityusa maior Dod. gal. ico. Thal.

Tithymalus helioscopius, Matth. Fuch. Cord. in Diosc. Gef. Lac. Ad. Cæs. Dod. Cam. Ang. Tur. Lac. Ad. Cæs. Thal. Tab. Tithymalus helioscopius Bauh. Helioscopius, siue Solisequus Io. Bauh. Tithymalus dendroides Dod. in ico. Thal. Esula Brunf. vulgaris, & tertia, Trag. [Helioscopius dicitur, quia caput cum Sole circumagit, & Solem intuetur, nam Græcis ἥλιος est Sol, σκοπέω verò intueor. Cicer Columbinum à nonnullis etiam appellatur; quoniam semen columbis est gratissimum, vt inquit Plinius, & à feminis figura, Latini Cicer columbinum dixerunt.

Tithy-

TITHYMALVS ROTVNDIFOLIVS

ramulis tuberosis.



Tithymalus Cyparissias Matth. Ang. Tur. Gef. hor. Ad. Cast. Lugd. Tab. Cam. Fuch. Dod. Lac. Lob. Thal. Tithymalus, cupressinus, siue humi pinus, Lob. ico. Tithymalus cyparissias Bauh. Esula Officinarum Cæsalp. [Cyparissias dicitur, nam Græcis κυπάρισσος est Cupressus, idest cupressinus. Esulæ etymum, lege suo loco.

Tithymalus cyparissias folijs punctis croceis notatis, Bauh. Tithymalus aruensis, Cam. Tithymalus στικτόφυλλος, Thal. Esula Scabiosa, Gef. col [Stictophyllos dicitur, nam Græcis στικτὸς est varijs notis compunctus, seu distinctus, cum folia habeat punctis croceis notata, & φύλλον folium.

Tithymalus leptophyllos, Matth. Cam. Lugd. Thal. Tithymalus minimus Taber. Tithymalus, siue Esula exigua Bauh. Esula exigua Tragi Lob. minima Lugd. Papauer spumeum Gef. hor. Peplis minor Dalechampij Lugd. [Leptophyllos dicitur, idest habens folia tenuia, nam Græcis λεπτὸς est tenuis.

Tithymalus maritimus spinosus, lege Glastiuida altera.

Tithymalus maritimus purpurascentibus floribus, lege Esula rara, è Lio Venetorum insula.

Tithymalus tuberosus, lege Apios Matthioli.

Tithymalus Epithymi fructu Col. est Peplios altera species Bauh.

Toccon herba Brasiliana Ler. Io: Bauh. cortice cannabino. Nondum vidimus.

Toçot Guebit arbor in India Occidentali ex qua Idola conficiunt, vt dicemus in secunda parte Phytol.

Tomates grana Ind. Occid. par. 8. Piperis genus de quibus in sec. par. Phytol.

Tomentum Cord. Tomentaria herba, & Tomentitia, lege Gnaphaliū vulgare Matth.

Tomentum Latinis dicitur omne id, quo culcitræ ad molliorem, & calidiorem quietem infarciuntur, siue id lana sit, siue pluma. In herbis verò Tomentum est lanosa coma in capitulis herbarum eminens, est etiam in nonnullis folijs in superficie pilis albidis obsitis, quæ folia quasi lanea apparent, ideò tomentitia dicuntur ob similitudinem cum lana forpicibus à Fullone de pannis rudibus deducta, ad inferciendas culcitras. Dicitur autem tomentum in ipsis plantis, eo quia in illarum superficie tumeat, & crescat.

Tomon pute, Radix, Galangæ, seu Curcumæ similis est, albicat, & ad illinenda corpora facit. par. 4. Ind. or.

Tonitruum flos nonnullis, est Caryophyllus minor sylueftris, siue Armerius minimus.

Topiaria herba, lege Acanthus Matthioli, ita nuncupata, quia in topiarijs operibus adhibebatur ad decorem, & ornatum. Topiarium enim, vel topium opus est, quod ex arbore, frutice vel herba ad decorem componitur in testudines, aut cameras fornicatum; hinc topiariæ dici merentur arbores, vel herbæ, quia flexiles sunt, & suo lentore sequaces huic operi accommodantur, τόπος enim apud Græcos est locus, ἀρύω verò est haurio ex profundo traho; vnde Topiaria, idest loca hausta, & fabrefacta ex arboribus, & herbis.

Tora venenata, lege Aconitum Pardalianches, seu Thora.

Tora Valdensium, lege Thora, idest Aconitum Pardalianches.

Tordylion, Cord. in Diosc, lege Meum Matthioli.

Tordylion, & Gordilion Gef. hor. Dod. gal. Lugd. Tordilium Creticum Eyst. Ordilion Nicandri, & Tordylion Diosc. Ang. Caucalis Bellonio. Gef. hor. ep. prima ad Clus. Belli. Seseli Creticum minus Bauh. & Cam. Seseli Cretici species Alijs. Seseli Creticum, Ad. Dod. Tab. Lac. Lob. Cast. Ger. Pimpinella Romana vulgò Cæs.

Tordylion dicitur, quasi Tornillion, τορνὸς enim est tornes, & ἴλλω est voluo, conuoluo, quasi torno circumuolutum, Semina enim in vmbella, sunt veluti circinata

cinata Aliorum nominum etyma, lege suo loco,
Torgylon, lege Meum Matthioli.
Tori in herbis sunt prominentes partium calli, & in se pulparum modò collecti Tori nominantur: vnde multæ radices torosæ videntur, & torosæ herbæ nominantur, Tori dicuntur quasi torti, quia in illis partes illæ quasi tortæ apparent.

De Tormentilla. Synonyma, & Etymum.

Tormentilla, Matth. Brunf. Cord. in Diosc. & hist. Lac. Ad. Cæs. Thal. Tab. Eyst. Trag. Dod. Ang. Lon. Lob. Lugd. Cast. Ger. Tormentilla syluestris Bauh. Heptaphyllum Tur. Fuch. Ges. hor. Consolida rubra Alijs, & Chrysogonum Diosc. Italis Tormentilla,

Tormentilla dicitur, quia tormentum, cruciatumquè dentium placare creditur, nam radicis puluis cum aluminis, & Pyrethri momento, cauis dentium inditus dentium tormentum, siue cruciatum sedet: vel à dysentericis torminibus sanandis recentioribus ita nominatam censent. [Heptaphyllum ideſt Septifolium vocatur, nam sæpissimè septena producit folia, aliquandò autem bina, Consolida verò rubra dicta à radicis colore rubro, ideò etiam Sanguinaria appellata, & à sedandis dentium doloribus, necnon consolidandis dentibus nominatur.

Tormentilla alpina, Cam. Tormentilla alpina vulgaris maior. Bauh.
Tormentilla alpina folio sericeo, & candida, lege Argentaria petræa.
Torminalis vera, lege Sorbus torminalis in secunda parte Phyt.
Tornabona, Cæs. lege Nicotiana maior latifolia.
Torabona Lob. lege Atriplex canina.
Tousai, lege Corona Imperialis.
Toxica Theophrasti, lege Arundo farcta, nempè toxica.
Toxicum Lugd. est Napellus verus, siue Aconitum cæruleum.
Toxicum Valdensium, lege Aconitum Pardalianches, Thora dictum.
Toxus, lege Taxus arbor in secunda parte Phytol. hinc venenum toxicum dictum, quasi taxicum; vnde etiam sagittæ ex ligno huius arboris conficiebantur, vt dicemus suo loco, quæ τόξα Græcis dicebantur.
Thrachelium maius folijs Vrticæ, siue Ceruicaria, lege Archangelica Cæs.
Trachelium minus Lob. Lugd. Dod. gal. Clus. hist. Ad. Ger. Campanula pratensis flore conglomerato, Bauh. Ceruicaria tertia siue minor, Dod. Ceruicaria minor, Ceruicaria sphærocephalos Clus. hist. Tab. Thal. Rapi syluestris genus, Vuularia in pratis Ges. hor. Vuularia exigua Tragi. Thachelij, Ceruicariæ, & Vuulariæ etyma, lege Archangelica.

Trachelium maius Belgarum, Lob. Clus. hist. Campanula maxima folijs latissimis Bauh.

Trachellum in maritimis Ad. Trachelij genus mollioribus folijs Clus. pan. & hist. Campanula hortensis Rapunculi radice Bauh. Ceruicaria quarta Dod. maior syluestris Eyst.
Trachelium vmbelliferum cæruleum Ponæ Ital. Ceruicaria Valerianoides cærulea Bauh.
Trachelium Tragopogoni folijs Clus. hist. Trachelium montanum Colum. Campanula alpina Tragopogoni folio Bauh.

Trachelium

TRACHELIVM AMERICANVM

Flore ad Purpuram vergente.



Trachelium maius petræum Ponæ. Campanula alpina Sphærocephalos Bauh.

Trachelium saxatile folijs Pulmonariæ Gallorum Bauh. Pyramidalis villosa saxatilis latifolia, vel Rapunculus montanus Pulmonariæ Gallorum folio, & Trachelij flore Clus. cur. post.

Trachelium pumilum alpinum, Clus. pan. & hist. Campanula alpina pumila lanuginosa Bauh.

Trachelium montanum, Lugd. Campanula folijs Anchusæ floribus oblongis Bauh.

Trachelium θυρσοειδὲς Clusij, ipsi Camer. Campanula folijs Echij Bauh. Ceruicaria maior tenuifolia, Thal. [Thyrsoides dicitur ideſt thyrsum gerens θύρσος enim Græcis est hastula frondibus vestita, quæ in honorem Bacchi gestabatur.

Trachelium δισκοειδὲς Clus. pan. Echium alpinum luteum Bauh. Echium montanum Dalechampij, Lugd. [Discoides dicitur, quia disci modò circa caulis summum, & alarum ouales fructus gerat.

Trachelium Americanum flore rubro Io. Bapt. Ferrarij, siue flore ad purpuram vergente. Rapuntium maximũ coccineo spicato flore, Colum. in Historia Mexicana. Flos Cardinalis Barberini Eiusdem. Planta Cardinalis Vulgò, nam floris color illi nomen indidit. Trachelium, & Rapuntium dicitur ob quandam similitudinem cum vulgari Trachelio, & Rapuntio, vt dicemus in secundo Tomo partis primæ Phytologiæ, quando descriptionem plantæ afferremus; iconem verò in gratiam Lectoris libuit apponere in antecedenti pagina.

Tragacantha frutex est, & lacryma, lege Gummi Tragacanthi, siue Tragacantha in secunda parte Phytol.

Tragacantha altera, lege Poterium Matthioli.

Traganos, lege Polygonum bacciferum maritimum.

Tragi, & Trasi, lege Cyperus esculentus.

Tragium, & Tragus Ges. lege Polygonum bacciferum maritimum.

Tragium Dod. gal. est Dictamnum album, siue Fraxinella.

Tragium Creticum Bellonij, lege Androsæmum fœtidum, vbi etymum inuenies.

Tragium Diosc. Col. lege Pimpinella Saxifraga.

Tragium alterum Dioscoridis, Secudus, & Sucudus Auicennæ Rauuolf. & Lugd. ap. Stœcadi serratæ affinis Bauh.

Tragium Germanicum, Dod. gal. lege Atriplex fœtida.

Tragonia herbę nomen, quam Democritus tradidit corpori adaligatam lienes triduo absumere, referente Plinio. Sed quid?

De Trago. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Tragus est animal, quæ vox apud Græcos Hircum significat. Est etiam Spongiæ genus spissum, prædurum, & asperum. Tragus item est herba de qua in præsenti.

Tragum Matth. Cast. des. Tab. Lac. Lon. Tragon. Matthioli, Lob. Lugd. Ger. Tragon improbus, Matth. Ad. Tragon non est, sed Drypis Guil. Tragus, & Kali secundum genus, Dod. gal. an Tragos, Cæs. Kali spinoso affinis, Bauh. Græcis τράγος, siue σκορπίον, aut τράγανος. Italis Trago.

Tragum dicitur, quia hæc herba est edulis, nam est Kali species, à verbo Græco τρώγω comedo, sic appellata. Scorpion etiam nominatur, quod eius virgulæ in acutum, ac pungens fastigium desinant.

Tragos, siue Hipophæston Dalechampij, Lugd. Drypis Theophrasti Tab. Kali siue Alkali Dod. belg. Kali spinosum cochleatum, Bauh. Nominum etyma, lege suo loco.

Tragum vulgare Clus. lege Dracunculus hortensis.

Tragum cereale est frumenti genus, à τραχὺς asper, dictum, quia habet spicam valdè asperam.

Tragus herba, Cord. est Aizoon minus.

Tragus frumenti genus, lege Triticum Loca vocatum.

Tragus est etiam res factitia à Chondro, & Halica, materia, & præparatione differt, vt dicemus in secundo Tomo partis primæ Phyt. Cap. de Differentijs,

De Tragopogo. Synonyma, & Etymum.

Tragopogon luteum Lob. Tab. Ger. Tragopogon Matth. Ang. Tur. Lon. Fuch. Ges. hor. Dod. Cæs. Flore luteo Eyst. Tragopogon pratense luteum maius, Bauh. Tragopogon luteus communis, Thal. Barba hirci Dod. gal. Lugd. Tord. in Diosc. & hist. Ges. hor. Flore luteo, Cam. Barbula hirci Matth. Cast. Trag. Lac. Gerontopogon flore luteo Ges. col. & Barba senis. Come Alijs. Græcis τραγόπογων. Italis Barba di Becco.

Tragopogon dicitur, idest barbula hirci τράγος enim Græcis est hircus, πώγων est barba, à prolixa lanugine, quæ è summo erumpit sibi nomen asciuit, nam è calycis summo floribus euanescentibus, papposa prodeat cæsaries, seu comosa lanugo, quæ hirci barbam imitatur, vel vt alij volunt, quòd flos nondum explicatus barbam hircinam figura sua repræsentet. [Gerontopogonis etymum, lege supra Gerontopogon, Comen alij vocant, lege supra Come herba.

Tragopogon laciniatis folijs, Col. Tragopogon laciniatum luteum, Bauh. Acorus Theophrasti Ang.

Tragopogon Coronopi folio Bauh. Chondrilla τραγοπωγωνάνθεμος maior Thal. idest habens florem Tragopogonis.

Tragopogon hirsutum Bauh. Tragopogon Apulum hirsutum humile, Col.

Tragopogon gramineo folio radice villosa, Bauh. Tragopogon minus Ger. Barbula hirci minor, Tab.

Tragopogon paruum flore Chondrillæ purpurocæruleæ Lob. ob. Tragopogon paruum ex luteo purpurascens Bauh. an Barbula hirci minor ex Ilua, Cam.

Tragopogon purpurocæruleum porrifolio, quod Artifi vulgò Bauh. Tragopogon syluestre flore purpureo Cæs. Tragopogon alterum, Matth. Lugd. Tragopogon Dod. Lob. puniceum Ges. hor. purpureum Ger. Eyst. Barba hirci flore purpureo Cam. Barbula hirci altera, Matth. Cast. purpurocærulea Tab. Gerontopogon, siue Saffefrica, & Saffifica Italorum Lugd. Gerontopogon flore puniceo, Ges. col.

Tragopogon crocifolium montanum, flore nigro purpureo Col. Tragopogon purpurocæruleum crocifolium Bauh.

Tragopogon alter gramineo folio suauerubente flore Col. Tragopogon gramineis folijs hirsutis, Bauh.

Tragopyron, lege frumentum Sarracenicum.

Tragorchis, lege Orchis odore hirci.

De Tragorigano. Synonyma, & Etymum.

Tragoriganum Matth. Ger. Cast. Lac. Lugd. primum Tab. Tragoriganum Serpylli folium Bauh. Græcis τραγορίγανος. Italis Tragorigano.

Tragoriganum dicitur, quasi dicas hircinum Origanum. cum sic dictum videatur, quòd Capris gratum sit.

Trago-

Tragoriganum alterum Lob. Ad. Gef. hor. Tragoriganum latifolium Bauh. Tragoriganum, Dod. Lugd. Marum Matth. Lugd. Caſt. Tab. Thymum Creticum Ger. ico.

Tragoriganum flore albo, Lob. Tragoriganum anguſtifolium Bauh. Tragoriganum ſecundum Cluſ. hiſp. & hiſt. Dod. Lugd. Cam. ep. Tab.

Tragoriganum Cretenſe apud Venetos Lob. Ad. Tragoriganum Creticum Bauh. Tragoriganum Hiſpanicum Cluſ. hiſt. Tragorigani ſecundi altera ſpecies Cluſ. hiſp. Thymum magnum Alp.

Tragoriganum primum Cluſij, lege Marum Maſtic Gallorum.
Tragoriganum nothum Dalechampij Lugd. eſt Anchuſa lignoſior anguſtifolia.
Tragoriganum praſſoides, lege Sideritis Monſpeliaca Scordioides.
Tragoſelinum maius, & minus, lege Pimpinella Saxifraga.
Tragoſelinum petræum, lege Pimpinella Saxifraga hircina.
Tragotrophon, lege Frumentum Sarracenicum.
Tranſchibil Mannæ ſpecies in Perſia, vt dicemus in ſec. par. Phytol.
Traſi Matthioli, lege Cyperus eſculentus. Dicitur etiam Aliquibus Gramen amygdaloſum, quia folia graminea profert Cypero, ſeu Gramini ſimilia, & in radicibus nuclei exiles paruarum amygdalarum inſtar illi inſunt.
Traupalus Theophraſti arbor eſt, de qua in ſecunda parte Phytol.
Treſſa, & Treſla eſt herba ita vocata in territorio Coſentiæ ciuitatis Calabriæ, cuius ſucco illuminatus fuit Cæcus, mandato Diui Franciſci de Paula, nondum vidimus, fortè Trifolij ſpecies.
Tremula Latinotum, lege Populus Tremula in ſecunda parte Phytologiæ, eſt etiam Gramen Tremulum, ſiue Phalaris pratenſis; Tremula vulgò dicta.

De Tribulo aquatico. Aequiuoca Synonyma, & Etymum.

Tribula, & Tribulum eſt genus vehiculi, quo frumenta in area teruntur à tribus lateribus ſic appellatum. Item Tribuli dicuntur ſtimuli ferrei formæ quadrangulæ, qui in bello aduerſus equitatum ſpargi ſolent, in quodcumq; latus incubuerint infeſtum ſemper aculeum protendunt. Eſt etiam herba de qua in præſenti.

Tribulus aquaticus Matth. Ang. Cord. in Dioſc. Lon. Lob. Caſt. Trag. Dod. Lac. Geſ. hor. Ad. Cæſ. Lugd. Tribulus aquaticus maior Cluſ. pan. Tribulus lacuſtris, Cord. hiſt. Butomos Damocratis, Ang. Nux aquatica, & Caſtanea lacuſtris Alijs. Græcis τρίβολος ἔνυδρος. Italis Tribolo aquatico.

Tribulus dicitur à triplici cuſpide ad ſimilitudinem machinularum ferrearum, quæ forma trigona ſunt, & in bello aduerſus equitatum ſpargi ſolent, & in quamcumque partem voluas ſemper mucronem ſpiculumque infeſtum oſtendunt, & tribuli vocantur. [Aquaticus verò dictus, cum in aquis oriatur, ſimiliter Græcis τρίβολος ἔνυδρος, ideſt aquaticus, nam apud ipſos Græcos, ἔνυδρος exponitur in aquis degens, aquaticus. Nux aquatica, & Caſtanea lacuſtris appellatur, quia more nucis, ſiue caſtanearum comeditur.

De Tribulo terreſtri. Synonyma, & Etymum.

Tribulus terreſtris Matth. Geſ. hor. Tur. Ad. Lob. Lugd. Cam. Cord. in Dioſc. Lac. Dod. Cluſ. hiſp. & hiſt. Cæſ. Caſt. Tribulus terreſtris Ciceris folio fructu aculea-

to Bauh. Tribulus Theophrasti, Ang. Lappa campestris C. Schuuencfelt. Græcis τρίβολος Italis Tribolo terrestre.

Tribulus latinis dicitur, quòd siliqua plantaq; muricata sit, & tribulos, sicuti Tribulus aquaticus gignit.

Tribulus terrestris minor repens, lege Medica pusilla, Cam.

Tribulus minor rectus Dalech, Lugd. est Trifoliũ echinatum aruense fructu minore.

Tribulus aquaticus minor Muscatellæ floribus, Ger. Fontinalis media lucens, Io: Bauh. Tribulus aquaticus minor alter Park.

Tribulus aquaticus minor, Clus. lege Alga secunda Tragi dicitur etiam Fontinalis crispa à Io: Bauh.

Tribulus marinus quorumdam Lugd. lege Cachry marinum.

Tribulus syluestris, & Lappa campestris, lege Caucalis alia vulgaris.

Trichodes bulbus, lege Bulbus crinitus.

De Trichomane, siue Polythrico Officinarum. Synonyma, & Etymum.

Trichomanes, siue Polythricum Officinarum, Trichomanes Matth. Ang. Cord. hist. Tur. Ad. Cast. Trag. Fuch. Dod. Gef. hor. Lac. Lob. Cam. Trichomanes mas Taber. Trichomanes nigrum communiter Saxifraga rubra, Tab. Adiantum rubrum Lonic. Polytrichum vulgò Cæs. Saxifraga minor prima, Brunf. Græcis τριχομανὲς. Italis Trichomane.

Trichomanes dicitur ab effectu, quod raritatem capillorum expleat, & subnasci faciat μανὸν enim Græci rarum vocant, & τρίχιον capillus; ideo capillaris etiam appellatur. Aliorum nominum etyma, lege suo loco.

Trichomanes candidum, Thal. Trichomanes minus,&tenerius Bauh. Trichomanes minor mas, Tab.

Trichomanes minor fœmina, Tab. Trichomanes fœmina, Ger. Trichomanes ramosum maius, & minus, Bauh.

Trichophyllantes, lege Stoebe Salmantica.

Tricoccus, & Tricoccum, lege Heliotropium minus Matthioli.

Tricoccus, genus est etiam Mespili Aroniæ, pomum ferens exigui mali magnitudine, in quo tria sunt ossicula à quibus tricoccus dicta, quasi trigonia siue triossia, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Tridactylites cærulea C. Scuuencfelt. est Alsine recta, siue Dactyliobotanum cæruleum, Thal.

Trientalis herba, lege Alsineanthemos.

Trifolia arbor, nonnullis, dicitur Laburnum.

De Trifolio. Synonyma, & Etymum.

Trifolium pratense Matth. Tur. Lob. Cæs. Ger. Dod. Lac. Lugd. Tab. Cast. Trifolium pratense purpureum Fuch. Ad. Trag. Bauh. Trifolium pratense rubrum, Cam. Thal. Græcis τρίφυλλον. Italis Trifolio.

Trifolium dicitur, quod singulis germinationibus terna exeant folia. Hic in gratiam Lectoris damus iconem in seq. pag. Trifolij pratensis capitulo folioso, cuius breuis descriptio in Horto nostro Studiosorum exhibita fuit; copiosiorem verò Lector in sec. Tomo partis primæ Phytologiæ legere poterit, capite de Trifolio pratensi.

Trifo-

TRIFOLIVM PRATENSE

Capitulo folioso.



Trifolium pratense alterum, Matth. Trag. Lac. Trifolium pratense album Dod. gal. Ad. Fuch. Tur. Cam. Bauh. Trifolium maius primum Clus. pan. & hist. Trifolium pratense primum, Cast. Trifolium pratense vulgare flore candido, Thal. Trifolium acutum Lon. Album dicitur, quia illi insunt flores candidi, aut ex albido purpurascentes.

Trifolium pratense luteum Fuch. Lugd. Tur. Cam. pratense tertium Cast. pratense luteum capitulo breuiore Bauh. Trifolium luteū primum capitulo breuiore Thal. Trifolium Burgundiacum Ger. Trifolium aruense Tab. Trifolij genus Medicæ simile, Ges. hor. Lotus syluestris, Lon. syluester minor, Dod. gal. Lugd. Meliloti exigua species, primus, vel sextus, vel minor Tragi.

Trifolium pratense luteum capitulo Lupuli, vel agrarium, Bauh. Melilotus Octauus, vel Lotus campestris Tragi. Trifolium luteum alterum Lupulinum, vulgò Lupulus syluaticus, Thal. Trifolium agrarium, Dod. Trifolium luteum minimum, Lob. Lugd.

Trifolium asphaltæum Matth. Fracast. Lob. Ges. hor. Ad. Lugd. Trifolium bituminosum Dod. Cast. Tab. Ang. Cæs. Cam. Ger. Trifolium bitumen redolens Bauh. Oxytriphyllum Ges. hor. [Asphaltæum dicitur ab odore Asphalti. Asphaltos enim bitumen significat; vnde vocatur etiam Trifolium bituminosum, quod bitumen oleat. Asphaltites enim est lacus Iudeæ bitumen gignens. [Oxytriphyllum etiam dictum, quia habeat folia in acutum desinentia ὀξὺς est acutus φύλλον folium.

Trifolium palustre, Bauh. Dod. Eyst. Cord. hist. Thal. Trifolium paludosum Lob. Ad. maius, & minus Ger. Trifolium maius, & fibrinum, Tab. Isopyrum, Dod. gal. Ges. hor. Limonium Cord. in Diosc. pratense Trag. Lotus palustris, Ges. hor. Menianthes palustre Lugd. Isopyrum, & Phasiolum etiam dici potest propter eam quam cum Phasiolo similitudinem habet; ideo Bona hircina ab odore olido nuncupatur C. Schuuencfelt. Etyma nominum, lege suo loco.

Trifolium Asphaltites Canadense nonnullorum, est Hedysarum triphyllum Canadense Iac. Cornuti.

Trifolium Americum Lob. Lugd. Cam. Dod. Tab. Trifolium Americanum, Bauh. Loti syluestris genus latifolium ex Armenia Cæs.

Trifolium argenteum alpinum Ponæ Ital. Trifolium alpinum argenteum Persici flore Bauh.

Trifolium pratense Salmanticum Clusij hisp. & hist. Lob. Lugd. Trifolium Hispanicum. Tab. Salmanticum, Ger. Trifolium pratense folliculatum Bauh.
Trifolium spicatum, lege Lagopus.
Trifolium album angustifolium floribus velut in capitulum congestis, lege Dorycnium Monspeliensium.
Trifolium cochleatum, & turbinatum, lege Medica.
Trifolium cochleatum hispidum, echinatum, & spinosum, lege Medica folliculo spinoso, & siliqua spinosa.
Trifolium cochleatum maritimum tomentosum Bauh. Trifolium cochleatum maritimum,

num, Ger. Trifolium maritimum Gef. hor. Trifolij quoddam genus in maritimis, Cæf. Medica marina Lob. ico. Tab. Ad. Cluf. hift. & hifp. Cam. Anthyllis altera Lugd. ico. Cicer Sacerdotale nonnullorum.

Trifolium Siliqua cornuta, lege Fœnum Burgundiacum.

Trifolium fylueftre luteum filiqua cornuta, vel Medica frutefcens Bauh. Lens maior repens, Tab. Medica flauo flore, Cluf. pan. & hift. Meliloti maioris fpecies tertia Trag. Trifolij genus Medicæ fimile, Gef.

Trifolium filiqua falcata, Bauh. Trifolij genus filiqua lata, & falcata Cæf. Lunaria radiata Italorum Lob. Medica fylueftris altera lunata, Lugd.

Trifolium filiqua falcata alterum Bauh. Trifolium falcatum. Cluf. hift. ap. alt. & cur. poft.

Trifolium acetofum, lege Alleluia, ita fortè nuncupata quoniam lætitiam affert deuorata, cor fcilicet corroborando, & exhilarando.

Trifolium acetofum flore luteo; Caft. Eyft. Trifolium acetofum corniculatum, Bauh. Lotus vrbana Tur. ico. Oxys flore luteo, vel flauo Cluf. hifp. & hift. Dod. Tab. Oxys. Cæf. Ger. lutea corniculata repens Lob. Lugd.

Trifolium aureum, Dod. Lon. aureum magnum, Caft. Hepatica Brunf. Gef. hor. Thal. aurea Brunf. 4. Trifolium magnum, feu aureum, Trag. Trifolium hepaticum flore fimplici, Bauh. Trinitas Matth. Cord. hift. Cæf. Ang. Gef. ap. Caft. Triada, & Taura Hermolao. Herba trinitatis Gef. hor. Lugd. Hepatica terreftris Gef. col. Hepatica trifolia Cluf. hift. Hepaticum trifolium Lob. Ger. Ad. Cam. [Aureum nominatur, eò quia folia auerfa parte aurei coloris cernuntur. Trinitas, & Trinitatis herba dicitur, quoniam folia in tres diuifa funt partes. Hepaticæ etymum, lege fuo loco.

Trifolium hepaticum flore pleno Bauh. Hepatica aurea flore pleno, & cæruleo Eyft. Hepatica trifolia cæruleo pleno flore Cluf. hift. ap. alt. Hepatica trifolia polyanthos Lob. Lugd. Hepatica multiflora Ger. aurea multiflora Tab.

Trifolium lupulinum, lege Trifolium pratenfe luteum capitulo Lupuli.

Trifolium fragarium, & Trifolium morarium, lege Fragaria Matth.

Trifolium leporinum, lege Lagopus, fiue Pes leporinus.

Trifolium ceruinum aquaticum, lege Eupatorium cannabinum vulgare.

Trifolium corniculatmn, lege Lotus pentaphyllos.

T rifolium odoratum, lege Lotus fylueftris Matthioli.

Trifoliumcaballinum, lege Lotus fylueftris Matth.

Trifolium vrfinum, nonnullis, eft Trifolium caballinum, fiue equinum.

Trifolium fpinofum Creticum Belli, & Bauh. in Prodromo.

Trifolium fruticans Dod. lege Iafminum luteum.

Triglochin, eft Gramen marinum Triglochin dictum.

Trimenon Plinio, eft Triticum martium, fiue trimeftre.

Trinciatella Cam. eft Dens Leonis minor folijs radiatis Bauh.

Trinitas, & Trinitatis herba, lege Trifolium aureum, fiue hepaticum.

Trinodis, & Trizon nonnullis dicitur Fraxinus, quia ramos habeat grandes, ordinato parefque numero, vt dicemus in fecunda parte.

Trionum Theophrafti, lege Bamia Ægyptia, fiue Alexandrina.

Triorchis, lege Orchis trifolia maior.

Triorchis lutea, lege Orchis minor Leodienfis.

Triorus apud aliquos eft idem quod Fraxinus, vt dicemus in fecunda parte Phty.

Triphyllum, lege Trifolium pratenfe.

De

De Tripolio, Synonyma, & Etymum.

Tripolium vulgare, Lob. Lugd. Eyst, Tripolium Dod. Lugd. Cam. Tripolium littorum, Ad. Tripolium maius cæruleum Bauh. Amelli species palustris, Col. Græcis τριπόλιον. Italis Tripolio.

Tripolium dicitur, quasi dicas ter canum, seu canescens, nam Græcis τρὶς est ter, πολιὸς verò canus: aiunt enim colorem ter in die mutare, nam flores mane candidi, meridie purpurei, serò punicei conspiciuntur.

Tripolium minus, Cam. Tripolium minus alterum Bauh, Anthyllis minor, Cord. obs.
Tripolium Diosc. lege Turpetum Arabum, siue Turbit Officinarum.
Trissago palustris, lege Scordium Matthioli.
Trissago Matth. lege Chamedrys maior repens. Trissago fortè dicta, quasi Dryssago, eò quia habet folia Quercus, δρῦς enim Græcis est Quercus.
Tristis arbor in India, Itinet, Io. Hug. de qua in secunda parte Phyt.
Trithales, lege Aizoum minus.
Tritiana, est Brassica alba glomerosa.
Triticospeltum, lege Hordeum nudum Ges. hor.

De Tritico, Synonyma, & Etymum.

Triticum generaliter omne genus Frumenti significat; & dicitur Frumentum à fruendo, quòd omnes homines illo fruantur.

Triticum hybernum aristis carens Bauh Triticum, Dod. Tab. siue Robus Colum. Dod. gal. Ges. hor. Cord. hist. Triticum spica mutica, Lugd. Ger. Tritici primum genus Fuch. Trag. Lon. Triticum aristis carens, Cæs. Siligo spica mutica, Lob. Græcis πυρὸς quasi σπυρὸς. Italis Formento tosello, & præcipuè Bonon.

Triticum dicitur à tritura, quòd tritum ex spicis fit, ac trituratione repurgatum. πυρὸς verò vocatur, quasi σπυρὸς à σπείρω semino, quia statim collectum denuò seminetur. [Spica mutica nominatur, quasi mutila, idest truncata, quia non habet aristas, ideò Bononiensibus vocatur Formento tosello, quasi detonsum, & aristis spoliatum. [Siligo cognominatur, à seligendo, quasi Seligo, quia inter alias Tritici species seorsum colligatur, & secernatur, ob eximium candorem, nam inter tritici delicias habetur. Plinius enim Tritici delicias vocauit.

Triticum multiplici spica, Lob. ico. Ger. Bauh. Triticum racemosum Portæ. Triticum ramosum Plinij spica ramosa, Cæs. Triticum typhinum multiplici spica, Tab. Tritici quinta species, & Gran del Graspo, idest Frumentum racemosum Ang.

Triticum typhinum simplici folliculo, Bauh. Triticum Matth. Cast. Lugd. Lac. Triticum aristis circumuallatum, Lob. Ger. Tritici tertium genus Trag. Lon. Fuch. Triticum aristis munitum. Cæs. Typha cerealis Dod. gal. Typha Dodonæi, & Typha Fuchsij, Lugd. [Typha dicta ob similitudinem, quam habet cum Typha palustri in spica tantùm.

Triticum Martium, siue trimestre dicitur, quòd tertio à satione mense maturescat; nam incunte Vere, idest mense Martio satum, cum alio colligitur. Græcis τρίμηνος πυρὸς, idest trimestre triticum, & σητάνιος nam apud Græcos σητάνιος est hornus,

nus, seu hornotinus, qui huius est anni, vel quod ætatem vnius anni non excellit. Dicitur etiam semen trimestre. Italis Formento Marzolo.

Triticum typhinum Dod. Lugd. simplici folliculo Hispanicum Bauh. Triticum aristis circumuallatum, Lobel.

Triticum typhinum multiplici folliculo, Bauh. Typha inter frumentacea, Theoph. Typha Galeno. Typhe Plinio.

Triticum Loca vocatum Insularis Gallobelgis, siue Robus Lob. ico. Triticum aristis longioribus spica alba Bauh. semen verò intus rubrum. an Far gallicum, siue barbati genus Ruel. [Robus dictum, nam optimum Triticum Columella Robus vocat, quoniam pondere, & nitore præstat. Robus antiquissimis Latinis idem quod rubens. Bouem enim Rustici antiqui Robum vocarunt; nunc Bononienses Rustici bouem rubrum Ro appellant, album verò Bin nominant.

Trilicum Loca vocatum alterum Lob. ico. ita nuncupatum, quod pluribus tunicis quasi loculis inuolutum condatur. Triticum nigrum peregrinum secundum, Tab. Triticum aristis longioribus spica cærulea Bauh. Triticum lucidum, Ger. Tragus frumenti genus spica cærulea Lugd. [Tragus appellatus, quia fit frumentum edule, à verbo græco τρώγω comedo. Lucidum verò dictum, quoniam semen habet longiulculum, & lucidum.

Triticum Iouis, lege Diospyros.

Triticum syluestre Creticum, lege Agriostari.

Triticum speltum, lege Hordeum nudum.

Triticum rufum grano maximo, lege Adoreum Veterum.

Triticum rufum hexastichon Bauh. Tritici rufi genus aliud, Lugd.

Triticum murinum, lege Phœnix Matthioli.

Triticum Bactrianum, Indicum aureum dictum à colore, lege Frumentum Indicum. Et cum inter Frumenti Indici genera planta quædam mihi primùm fuerit conspecta Bononiæ, apud D. Iacobum Zanonum peritum aromatarium, qui rariorum plantarum culturæ dat operam, virum in re herbaria peritissimum, ac exercitatissimum; cuius Plantæ iconem superius exhibuimus cum titulo. Frumentum Indicum perenne spica longissima articulata. Sed non aptius poterat ad aliud genus planta hæc exotica referri, quàm Graminum familiæ adscribi, & fortassis meliori iure Capiti de Gramine dactylo adnumeranda, cum omnes notæ Graminis Dactyli esculenti illi respondeant, vt in sequentibus Iconibus adpositis apparet; nam Gramen hoc Dactylon Indicum, ex radicibus perennibus, longis, latis, nodosis, geniculatis, candicantibus, lateque serpentibus exit: fibras paruas ex singulis geniculis spargentibus; culmi rotundi, geniculati assurgunt; è quibus folia oblonga, in acumen fastigiata, arundinacea dura, sed oblongiora, & angustiora prodeunt; costa, seu neruo per medium recurrente, marginibus leuiter serratis; itaut tangentibus, tenues digitos, vti serra secare potest. Culmi, siue calami aliquando in vnicas, binas, ternas, quaternas, quinas, nonnumquam senas spicas, longas, articulatas desinunt. Semen ab vtraq; parte vtriculis inclusum, oriza minus, sed rotundius, est; vt distinctius agemus in secundo Tomo Partis primæ Phytologiæ Capite de Gramine Dactylo Indico, vbi pleniorem historiam apertè & dilucidè afferemus.

Triticum temulentum, lege Aera siue Lolium.


GRAMEN DACTYLON INDICVM.

Esculentum spica articulata.



GRAMINIS INDICI,

Altera Icon, varietatem in ſpicis demonſtrans.



Triticum syluestre in Sicilia, Cæs. Frumentum syluestre Cast. ap. Festuca Italica Ger. Festuca altera capitulis duris Bauh. Festuca siue Ægylops Narbonensis, Lob. Ægilops Ang. Matth. comp. Dod. Ad. Lobelij & Penæ Lugd. Ægilops secunda Matth. Lugd. Ægylops peregrina. Tab.

Triticum vaccinum, siue bouinum, & Triticum nigrum, lege Melampyrum.

Tritici pestis, & Tritici vitium, est Lolium, lege Aera.

Trixago, lege Chamædrys maior repens.

Trixago Apula vnicaulis, Col. cui fortè Verbena recta Dioscoridis, est Chamædrys vnicaulis spicata Bauh.

Trixago palustris, lege Scordium Matthioli.

Trixis apud Plinium, est Ricinus, siue Cataputia maior.

Trochapia Tab. sunt Mala, de quibus in sec. par. Phytol.

Trollius flos, lege Ranunculus alpinus glomeratus.

Trombas, siue Arundineta fluctuantia in Bali Insula in Ind. or. par. 3. Arundines longæ, seù Algæ in Salo fluctuantes par. 5. Ind. or. Arundo Indica fluitans Bauh.

Truncus est caudex arboris ramis, & frondibus destitutus. Vel Truncum dicimus in arbore partem radici viciniorem, quæ crassior apparet, vt dicemus in secunda parte Phytol.

Trungibyn Mannæ species, Manna Persiana, de qua in sec. parte Phytol.

Trychnus, siue Strychnus, lege Solanum.

Tuba maior, & minor Italis, est Narcissi species vulgò Tromboni appellati.

Tuba amoris, lege Helenium Indicum maximum.

Tubac, & Tubacka, lege Nicotiana maior latifolia.

Tuber terræ, lege Arthanita.

Tubera terræ sunt fungi, quæ tellus in se parit, solo vndiq; circumdata inclusa cortice, sine folijs, sine caule; dicta autem sunt Tubera, quasi tumores terræ à similitudine tumorum in corpore existentium: sunt enim prominentiæ quædam supra reliquam superficiem extantes, Græcis οἴδημα idest tumor, & inflatio. Tubera ceruina reperiuntur, & sic dicta putant, quia frequens eorum prouentus ijs in locis, vbi Cerui inhabitant; vel quia inhiant ijs Cerui, ob odorem fortem, quo delectantur. Dicitur Fungus ceruinus, & Cerui boletus, vt in Fungorum historia manifestabimus.

Tuberaria maior Myconi Lugd. est Cistus folio plantaginis Bauh. dicitur Tuberaria fortè, quoniam vbi crescit, tubera frequentissimè reperiuntur.

Tuberes Plinio, Iuiubæ minores sunt, & rotundæ, de quibus in sec. parte. Phytol.

Tubulus, Pini species est, vt dicemus in sec. parte Phytologiæ.

Tubuli arundinacei, refert Monardes, & ex eo Lugd. hist. ex Hispaniola adferri tubulos cannarum, qui extrinsecùs, & intrinsecùs, gummi illiti sunt, quod Tabaci succum esse putant. Addit Clusius Incolas Virgineæ frequenter vti tubulis quibusdam ex Argilla paratis, ad Tabaci fumum hauriendum, quales apud Anglos in frequenti vsu, & apud nos vulgò Pippe dicuntur.

Tuero Clus. hisp. est Thapsia quarta Clus. hist.

Tuia, siue Tuya, lege Thya arbor in sec. parte Phytologiæ.

De Tulipa, Synonyma, & Etymum.

Tulipa præcox flaua, Clus. hist. Tulipa præcox lutea, Bauh. Tulipa alia Ges. ap. ad Cordum, lutea Cast. Lilionarcissus luteus Lob. an Oluudia Lugd. an Satyrion triphyllon Dioscoridis, Italis Tulipane.

Tulipa dicitur a figura pilei Sclauonici, siue Dalmatici, vel amiculi capitis ab ipsis gestari

gestari foliti, idque propter floris cum ipso pileo similitudinem, nam hi flores videntur exprimere hunc pileum, cui nomen Turcis est Tulipan. [Ouludia appellatur fortè ab οὖλος, Græcis crispus dictus, οὐλόκομος crispa coma: ideo vulgus Græcorum hanc plantam vocat Ouludiam, quia crispata habeat folia, Lilionarcissi, & Satyrij etymum, lege suo loco.

Tulipa præcox rubra, Bauh. Tulipa Dod. Lon. maior Lugd. rubra, Cast. Tulipa Turcarum, Ges. ap. ad Cordum, Anemone Limonia Theophrasti. Tulipa quorumdam Ges. hor. Lilij rubentis genus videtur, Ges. hor. Lilionarcissus sanguineus puniceusue, Ad. Lob. Narcissus quintus Matth. Lugd. Satyrium erythronium fortè Alijs.

Tulipa præcox alba, Clus. hist. & Bauh. Lilionarcissus niueus Lob. ico. In Tulipis præcocibus variæ differentiæ obseruantur, de quibus omnibus in secundo Tomo partis primæ Phytologiæ in Tractatu differentiarum verba fient.

Tulipa Serotina lutea Bauh. Tulipa lutea Clus. pan. Serotina flaua eidem hist. Tulipa, siue Lilionarcissus luteus latifolius obtusus phœniceis rubentibus oris, Lob. Tulipa, siue Lilionarcissus luteus latifolius, Lugd.

Tulipa Serotina rubra, & Tulipa Serotina alba visitur, & in his etiam varietas magna est obseruata, vt dicemus in secundo Tomo partis primæ Phytologiæ.

Tulipa Serotina ramosa maior Bauh. Tulipa Serotina polyanthos Eyst. Tulipa Serotina πολυκλαδής maior Clus. hist. [Polyclades dicitur, idest multos ramulos habens, nam Græcis πόλυς est multus, κλάδος, verò est ramus tener, & flexilis.

Tulipa Serotina ramosa minor Bauh. Tulipa Serotina πολύκλωνος minor, Clus. hist. [Polyclonos dicitur, idest multos habens ramos, ramosus, vel surculosus. Græcis enim κλὼν est ramulus, vel surculus.

Tulipa dubia maior Bauh. Tulipa dubia prima maior Clus. hist. Tulipa media maior prima, Clus. pan. Lilionarcissus luteus phœniceo confusè mixtus Lob. [Dubia dicitur, cum vtriusque generis naturam; nempè precocis, & Serotinæ referat, medio inter precocem, & Serotinam tempore floret; nam marcescente præcocium flore suos explicat, & Serotinis florere incipientibus iam senescunt, & interdum cum illis etiam florent. Variæ differentiæ obseruantur, vt dicemus in secundo Tomo partis primæ Phytologiæ.

Tulipa pumilio, Lob. ico. Tulipa pumilio latifolia rubra Bauh. Tulipa dubia pumilio Clus. hist. Tulipa dubia humilior, Clus. pan.

Tulipa pumilio angustifolia alba, Lob. ad par. alt. Tulipa pumilio angustifolia, Bauh. Tulipa pumilio altera Clus. hist. Tulipam nanam, siue pumilionem flore luteo Camer. habuit, inquit Bauhinus.

Tulipa pumilio alba altera Lusitanica, Lob. ad par. alt. Tulipa pumilio gramineo folio, Bauh.

Tulipa Apennineа Clus. hist. Italica prima Tab. Tulipa minor lutea Italica, Bauh.

Tulipa

Tulipa Bononiensis, quæ plerumq; polyclonos, Cam. idest multos habens ramulos. Lilionarcissus Bononiensis luteus, siue Tulipa Lob. Lugd. Lilionarcissus, Bononiensis Eyst. λειριοναρκισσος πολύκλωνος, Cam. in Matthiolum, an Narcissus octauus, Matth. comp. quem sub Narcisso Constantinopolitano primo Matthioli, ex eius historia latina Lugd. proposuit.

Tulipa rubra Apenninеæ similis, Clus. hist. Tulipa minor rubra Bauh. Tulipa rubra angustifolia facie Bononiensis Lob. ad partem secundam.

Tulipa bombycina flore rubro Suuert. & Bry. Tulipa bombycina Cretica, Bauh. Tulipam Bononiensem facie, & forma refert, sed bulbus lanugine obsitus, & veluti tomentosus est.

Tulipa Narbonensis, Clus. pan. & hist. Cam. Tulipa minor Narbonensis, Dod. minor Lugd. Tulipa Italica secunda Tab. Tulipa minor lutea Gallica Bauh. Lilionarcissus Narbonensis luteus montanus, Lob. Narcissolilium luteum, Ad.

Tulipa variegata Persica Bauh. Tulipa minor altera, Clus. cur. post. Tulipa Persica, Lob. Suuer. & Eyst.

Tumatle Americanorum, lege Aurea mala, Dod.

Tunal, Tune, & Tunas in noua Hispania, lege Ficus Indica in secunda parte Phyt.

Tunetanus flos, lege Tanacetum Africanum.

Tunica in plantis, est tenuis cortex, vel ambiens membrana, qua vel herba, vel radix inuestitur: sic Cepa folliculis est tunicata; dicta Tunica à tuendo corpore; idcirco apud Antiquos erat genus vestis antiquissimæ.

Tunica herba, Tunice, & Tinica, lege Caryophyllus domesticus. Alij verò Tunicam herbam esse Been album, seu Polemonium. Alij verò Saponariam indigitant.

Tunica minima Lugd. est Caryophyllus minimus muralis Bauh.

Tunificifera Indorum, est Ficus Indica, vt dicemus in secunda parte Phyt.

Tura, lege Thora Valdensis.

Turbiscus, apud Isidorum, dicitur omnis herba, quando ex vno cespite multi surculi, quasi turba prodeunt.

Turbit album Mesuei, Cæs. & Turbit montis Gargani, lege Thapsia Matth.

Turbit nigrum, lege Esula rara è Lio Venetorum Insula.

Turbo dicitur quicquid ex acumine tendens in amplius spaciatur, ita dictus à turbine, seu volubilitate ventorum, dum ventus consurgit, & terram in circuitum format, nam ex angusto continenter in latius prodit, vnde turbinatus appellatur, sic turbinata conspicitur Pyrorum forma, vt dicemus in secunda parte Phytol.

Turfane, & Tale patrijs vocibus appellari affirmant Coronam Imperialem.

Turcicum Frumentum, lege Frumentum Indicum.

De Turpeto. Synonyma, & Etymum.

Turpetum Arabum, seu Turbit Officinarum Bauh. Turbitum siue Turbit Arabum, Cord. hist. Turpetum, Tab. Turbit Mesuæi Matth. Turbith Alexandrinum, Ad. Lob. ico. Cast. Ger. Tripolium Dioscoridis si Serapioni credimus, nil aliud est, quam Turbith Cord. in Diosc. Turpetum Mesues Tithymali myrsinitis radix. Bras. at Fuch. Thapsiæ radix, & multis per Europam locis, Scammoneæ radicem concisam

fam pro Turpeto legitimo ostendunt Clus. in Garz. At Fragosus Turbit aliud genus quarundam Arundinum radicem esse ad mentem nonnullorum affirmat. Sed de hac radice diffusiùs agemus in secundo Tomo partis primæ Phytologiæ, quando suo loco diffusa dabitur descriptio.

Turpetum dicitur, & Turbith nomine ab Arabibus desumpto, est enim vox Arabica ab Auicenna, & alijs vsurpata, quamuis aliqui à turbando deducant, quod propter magnam violentiam, purgando corpus turbet.

Turbith ex Apulia, Turbit non est, sed ex lactarijs, & secundum aliquos, Thapsia Acostæ Turpetum, quod potius Pseudoturpetum dixeris; ex Gargano Apuliæ monte duplex, vnum de Thapsiæ, alterum de Pityusæ radicibus Impostores concinnant, Garz. Pseudoturpetum Garganicum Bauh.

Turpetum repens folijs Altheæ, vel Indicū, Bauh. Turbith Garziæ Acostę, Trag. Dod.
Turpetum Griseum, Tab. lege Thapsia Matthioli.
Turrita vulgatior, Clus. hist. Turritis Lob. Tab. Ger. Brassica syluestris folijs integris, hispidis Bauh. Vaccaria, Tab.
Turrita maior Clus. hist. lege Brassica syluestris procera, vbi etymum inuenies.
Tusai, lege Corona Imperialis.

De Tussilagine. Synonyma, & Etymum.

Tussilago, Matth. Fuch. Cord. in Diosc. Ges. hor. Dod. Lob. Cast. vulgaris, Cam. Ang. Tur. Lac. Lon. Ad. Cæs. Lugd. Tussilago vulgaris, Bauh. Bechion. Dod. gal. Cord. hist. Farfara, & Farfarella Alijs. Tiphium Theophrasti Quibusdam. Vngula Caballina Brunf. Trag. Pata equina Nonnullis. Vngula asinina, & Lactuca vstularia Germanorum Ericio, Cord. Nenuphar terrestre Alijs. Populago Hermol. corol. Filius ante patrem apud nonnullos. Radix pestilentialis G. Scuuencfelt. Græcis βήχιον. Italis Tossilagine, & Farfara.

Tussilago dicitur, quòd tussi medeatur, anhelosis enim, & tussi afflictis prodest: ideo Græcis Bechion vocatur, cum apud ipsos βὴξ sit tussis, βηχικος ad tussim pertinens, hinc herba, quia tussis sit remedium; & propter hanc rationem trochisci Bechici dicuntur, quia tussiculosis, & difficulter spirantibus auxiliantur. Trochisci enim dicti, idest patui orbiculi, nam τροχοὶ Græcis dicuntur orbes. [Tiphium vocatur, quia nascatur in locis humidis, & vliginosis, nam circa ripas fluminum crescit, Græcis enim τῖφος est palus, & vliginosus locus. Vngula caballina, & vngula asinina dicta, à figura, & forma folij: ideo Pata equina etiam vocata, quia folia latè patent; vel Pata equina idest planta equina. [Nenupharum terrestre, & Populago similiter appellatur, propter eamdem rationem, nam folia quamdam similitudinem habent cum folijs Nymphææ, siue Nenupharis, vel Populaginis, idest Calthæ palustris, vel cum folijs arboris Populi albæ: [Farfarella cognominatur à loco natali, nempe à fluuio Syriæ eiusdem nominis, vbi in ripis, est frequens. [Filius ante patrem dicitur, quia vere folijs nondum egressis repentè floret. Radix pestilentialis vocatur, eò quia pestilentibus febribus, malignisque publicè crassantibus plurimùm commendatur.

Tussilago maior Matth. Cast. Petasites maior, & vulgaris Bauh. Petasites Costi genus, Galerita Trag. Fuch. Ang. Tur. Clus. hist. Tab. Ger. Cæs. Lugd. Lac. Ad. Lon. Cord. hist. Ges. hor. Lob. cui an Personata, & Persolata Plinij. Petasites flore punicante, Thal. mas, Cam. [Petasites etymum, lege Petasites minor. Galerita

rita dicitur à forma folij,nam folium Galeri modo est amplum,& Galeri vice propter amplitudinem,Solis æstum à capite arcere potest;quapropter Persolata etiam vocatur, nam folium pro vmbella potest inseruire. Personata appellatur, quasi larua, cum folio eius laruæ vice vti possumus; hinc laruatum dicimus personatum.

Tussilago montana minima, Lob, Tussilago alpina rotundifolia glabra, Bauh. Tussilago alpina secunda Clus. pan. an Asarina,Matth. Clus. hist, vel Hedera saxatilis, Bauh.

Tussilago alpina, siue montana Dalech. lege Cacalia secunda, vel Cacalia glabro folio.

Tussilago alpina prima flore candido Clus. hist. Tussilago alpina prima flore aperto Eidem, Tussilago alpina prima desc.2. ico. Clus. pan. Tussilago altera alpina Clusij Lugd. Tussilago alpina rotundifolia canescens Bauh.

Tussilago alpina maxima, est Cacalia.

Tussilago altera Plinij quibusdam est Horminum hortense Sclarea dictum,

Tussilago altera Matth, lege Caltha palustris flore simplici.

De Typha. Synonyma, & Etymum.

Typha palustris maior, Bauh. Typha Matth. Ama. Tur. Lon. Cast. Ger. Fuch. Lac. Cord. in Diosc. Lob. Tab. Typha aquatica Trag. Lugd. Typha palustris Ruel. Cæs. aquatica, Cestrum, & Sceptrum morionis, Dod. Iuncus asper Dod. Lugd. Papyri species Dod. gal. Vlua, Ang. Calamus aquaticus Plinij, Trag. Græcis τύφης, Italis Tifa. Bononiensibus Mazza sorda, & Pauiera.

Typha dicitur propter florum effigiem turbinatam,qui Typhonis venti se se gyrantis turbinē,aut Gigantis staturā minacē.Typhon enim erat vnus ex Gigātibus Titani, & terræ filius. [Vel Typha vocatur,quia nascatur in locis palustribus,humidis,& vliginosis,nam Græcis τῖφος est palus,& vliginosus locus, & tunc sine ypsilon scribitur. Cestrum,& Sceptrum forsan vocatur eò quia repræsentat genus teli Persico bello inuenti, vel quod Sceptra Regum, & clauas argenteas, vel aureas,quæ ante primos magistratus gestantur, Mazzas vulgò dictas perpolitus caulis lanosa floccorum densitate summitate fastigiatus æmuletur. Ideo Bononiensibus vocatur Mazza sorda, nam si terræ allidatur, vel ad saxum durumuè aliud corpus comminuatur,strepitum nullum edit, nec sonitum, ideo Surda dicta,quæ non auditur: vel quòd eius lanugo auribus illapsa surditatem efficiat. Aliorum nominum etyma lege suo loco.

Typha media, Clus. pan. Typha palustris claua gracili Bauh.

Typha minor Lob. ico. Ad. Lugd. minima Clus. pan. Typha minor, siue Typhula, Tab. Typha palustris minor Bauh.

Typha Diosc. Ang. lege Linum pratense Ges.

Typha cerealis, lege Triticum typhinum.

Typha cerealis, & Typha Theophrasti Portæ, lege Secale.

Typhonion nonnullis,est Dracontea, sed inter nomina peregrina recensetur,

De Vaccaria

V

De Vaccaria. Synonyma, & Etymum.



Accaria rubra maior, & minor Lugd. Vaccaria Dod. Ger. Gef. hor. Glaftum Ang. Glafto fimilis inter Segetes, Cæf. Ifatis fylueftris Vaccaria dicta, Lob. Ad. Lugd. Condurdum Plinij quibufdam. Lychnis fegetum rubra folijs Perfoliatæ Bauh. Lychnis nonnullis, & Perfoliata rubra Gef. hor. Myagrum Vaccaria quorundam Tab. Thamecnemon, Cord. hift. Italis Vaccaria roffa.

Vaccaria dicitur eò quia à Vaccis libenter depafcatur. Condurdum cognominatur, quafi Condylodum fortè quia in caule, & ramis nodos, & tubera in digitorum iuncturis, & curuaturis extantia repræfentat: nam Græcis κόνδυλος eft iunctura in brachio, & humero, vel tuber, & nodus in eorum iuncturis extans. [Thamecnemon appellatur, propter denfitatem ramulorum in planta exiftentium, ad fimilitudinem rotæ tibiarum, & in gyrum ad modum rotæ difpofitorum. Græcis enim θάμνοι vocantur ramuli denfi arbori adnafcentes, feu adfruticantes, & κνῆμαι dicuntur tibiæ in rota à fimilitudine tibiæ in animantibus. Aliorum nominum etyma, lege fuo loco.

Vaccaria Tab. lege Turrita vulgatior.

Vaccinia nigra, & rubra, lege Myrtillus Matth. & Myrtillus exiguus.

Vaccinia paluftria, Dod. Lob. Ad. Acinaria paluftris Gef. hor. Erica fexta baccifera, Lugd. Oxycoccum Cord. hift. Cam. Eyft. Cluf. pan. Thal. Serpyllum acinarium Gef. col. Vitis Idæa paluftris Bauh. Vitis Idæa tertia in paluftribus, Cluf. hift. Samolus Plinij, Alijs. Nominum etyma, lege fuo loco: nempe Myrtillus Matth.

Vaccinium, ideft Baccinium, à Baccis nuncupatum, femen eft Liguftri, vt dicemus in fecunda parte Phytol.

Vaccinium Plinij Lugd. arbor eft, de qua in fecunda parte Phytol.

Vaccinium Seruij eft Viola nigra, fiue martia purpurea, & fimiliter Hyacinthum Vaccinium quoque nonnulli appellant.

Vagina eft membrana, in qua fublatet herba, & vocatur vagina, vti in qua latet conditus gladius.

Valde bona, & Tota bona nonnullis, eft Lapathum vnctuofum, Alijs verò eft Libanotidis fpecies.

Valentina, aliquibus dicitur Artemifia, fed inter voces nothas reponitur.

De Valeriana. Synonyma, & Etymum.

Valeriana hortenfis. Phu folio Olufatri Diofcorid. Valeriana maior Ad. Cam. Ang. Lob. Eyft. Valeriana vera, feu Nardus agreftis, & Agria nardus Tragi. Valeriana optima, Cæf. hortenfis Dod. Ger. Phu magnum, Matth. Lac. Lugd. Fuch. Tur. Lon. Phu maius Matth. Cord. hift. Phu Ponticum Tab. Carpefium, Caft. Theriacaria nonnullis. Herba benedicta Dod. Herba Martorella Syluatico. Amantilla Alijs φοῦ, καὶ νάρδος ἀγρία Græcis. Italis Valeriana maggiore, & Fù maggiore.

Valeriana dicitur à valore, vel à valendo, quoniam multi fit valoris in medicina, & à multis quibus valet facultatibus nomen fortita eft. [Phu verò à Græcis appellatur, nam imitantur Arabes, quibus dicitur Pu. Vel φεῦ ab interiectione φεῦ abominan-

minantis, siue Phy admirantis, & abhorrentis; olet enim radix felinum quid, non tamen sine grato odore Nardi, vt placet C. Hofman. [Nardus agrestis dicta, & à Græcis νάρδος ἀγρία, eò quod radices odore, & viribus Nardum æmulantur, & energia Nardo simili est insignita herba. Carpesium cognominatur, similiter ab odore radicis, nam apud Græcos καρπήσιον est festuca tenuis surculis cinnamomi similis odore. Theriacaria nominatur eò quia Theriacam ingreditur. Herba Martorella dicta, quòd ea Martes animal quadrupes, Martorello vulgò, delectetur. Amantilla dicta, quasi Potentilla ob eximias virtutes quas possidet.

Valeriana syluestris, Lob. Cam, prima Clus. hist. Ad. Dod. Eyst. Valeriana syluestris maior, Bauh. Valeriana vulgaris Cord. in Diosc. Trag. Lac. Valeriana maior, Tab. Lugd. Dod. gal. Thal. Valeriana maior syluestris Ger. Valeriana altera Cæs. Phu paruum Matth. Lac. Cast. Phu similitudine Elaphobosci Dioscoridi. Phu Dioscoridis Brunf. Col. vulgare Fuch. Tur. Tab. Phu maius commune Ges. hor.

Valeriana syluestris maior montana, Bauh. Valeriana montana, & tertia Tab. Valeriana tertia Tragi.

Valeriana Græca Dod. Ger. Tab. Valeriana peregrina Ad. Lob. Cam. Valeriana cærulea, Bauh. Phu græcum Dod. gal. peregrinum Ges. hor. Pseudoualeriana. Alijs, nam præter foliorum similitudinem, nil cum Valeriana commune habet.

Valeriana Indica Clus. hist. Valeriana peregrina purpurea, albauè Bauh. Valeriana peregrina Ocimi folio, Col.

Valeriana annua, seu æstiua, Clus. hist. Valeriana folijs Calcitrapæ Bauh.

Valeriana minor syluestris, Lob. Lugd. minima Dod. syluestris siue palustris minor, Cam. Valeriana palustris, minor Bauh. minor pratensis, vel aquatica Io. Bauh. Valeriana minor, siue palustris Thal. Ger. minor, Ad. Valeriana exigua, vel quarta Tragi. Phu paruum Dod. gal. Minus Ges. hor. Tab. Lon. Minimum, Matth. Cast. Lugd. Cam. ep.

Valeriana syluestris alpina prima latifolia, Clus. hist. Valeriana alpina altera Bauh. Phu saxatile, seu petræum Ges. hor.

Valeriana syluestris alpina secunda saxatilis, Clus. hist. Valeriana alpina Nardo Celticæ similis Bauh.

Valeriana montana inodora, Bauh. Valeriana inodora altera Cæs. Valeriana annua ex Ilua, Cam.

Valeriana rubra, Dod. Cam. Eyst. Tab Ger. Bauh. Valeriana inodora tertia Cæs. Limonium Monspeliensium Ges. hor. Ocymastrum valerianthos, Ad. Lob. Phu peregrinum. Cam. ep. Polemonij altera species, Dod. gal. Ges. hor. Alij Narcissum Virgilij, & Columellæ dicunt. Alij Behen rubrum, alij Struthium, alij Condurdum Plinij esse censent.

Valeriana campestris maior, lege Album olus.

Valeriana syluestris folijs tenuissimè diuisis, Phu minimum, Lob. Ad. Lugd.

Vale-

Valerianella altera tenuifolia, semine scabiosæ stellato Col. Valerianella semine stellato Bauh. Valeriana petræa Ger. Phu minus petræum Tab.

Valuula, pro siliqua vsurpatur apud Columellam.

Valuuli sunt leguminum folliculi, & præsertim Fabarum, quasi valiuoli, quia grana vallo excutiantur.

Vascula in plantis, seminum dicuntur inuolucra, & conceptacula, quæ veluti paruulæ capsulæ ea includunt, & quodammodo vasis effigiem repræsentant, ideo vascula dixerunt, idest parua vasa. Non desunt, quæ nonnunquam curuentur in cornicula; sunt quæ scutulatam referunt imaginem, quædam lenticularem figuram sibi vendicarunt.

Vannanas, seu Ficus Indica in Sumatra, lege in secunda parte Phytologiæ.

Vbollina arbor in Libya nascens, de qua in secunda parte Phytolog.

Vchna alba Auicennæ, lege Athanasia leucanthemos.

Vedriolo, lege Vitriolo.

Veelgutta Dod. lege Apium montanum folio ampliore.

Vefaba, parua faba est apud aliquos, quia veminuit.

Vehinastrum Geranium, herba Gruis Iunius in nomencl. fortè quia nascatur in locis per quæ currus vehitur, & erit Geranium hematodes.

Vella Galeni, lege Nasturtium aquaticum supinum.

Venæ sunt, quæ in plantarum folijs apparent ramulos, & humorem habentes, ita dictæ, eò quod viæ sint, atque riui quibus vniuersæ plantæ partes irrigantur.

Venerea herba, lege Acorus, siue Acorum, ita dicta cum semper in aquis crescat, & sit planta odorata.

Veneris labrum, lege Dipsacus satiuus Fullonum.

Veneris pecten, lege Scandix.

Veneris supercilium est Myriophyllon.

Venucula, vuæ genus est, apud Columellam, vt dicemus suo loco in secunda parte Phytologiæ.

Venusta herba nonnullis appellatur Antirrhinum.

Vepres sunt aculeati frutices, qui tenaciter prætereuntium vestibus adhærent, vnde nomen accepisse videntur, quod vehementer prehendant, & Rubi omnes hoc nomine decorantur.

Veratrum, lege Helleborus, & Veratrum nigrum, lege Helleborus niger; dictum Veratrum, vt nonnulli volunt, quasi verè atrum est enim radice nigra.

Veratrum Anticyrense nonnullis, est Sesamoides magnum, vnde Veratrum Sesamaceum dictum.

Verbascula nonnullis dicitur Primula Veris, siue herba Paralysis.

De Verbasco. Synonyma, & Etymum.

Verbascum primum, Matth. Cord. in Diosc. Lugd. Cæs. Verbascum mas, & Candela regia Lob. Candelaria, & Lucernalis Alijs. Verbascum mas latifolium luteum Bauh. Verbascum mas, Ad. Tab. Ang. Cast. Verbascum latius Dod. latifolium mas Eyst. Verbascum, aut Phlomos vulgaris mas, Lob. Thapsus barbatus Ger. Officinis Tapsus barbatus, & Tassus barbassus. Thryalis aliquibus. Verbascum leucophyllon C. Schuuenckfelt. Græcis φλόμος. Bonon. Tasso Barbassò.

Verbascum dicitur, quasi herbascum, quia vt plurimum nascatur in locis herbidis, vel Verbascum, quasi Barbascum, quoniam illi folia pilosa insunt. Candela Regia appellatur, quod caulibus adipe, seuo, vel pingui aliquo liquore illitis, nonnulli pro candelis vtantur, ideò Candelaria etiam nominata. Regia verò dicta

niam inter cæteras herbas ad ellychnia aptas proceritate excellat. Phlomos cognominatur à verbo græco φλέγω vro, quasi φλόγος flamma, quòd eius folijs, & caulibus in lucernis pro ellychnijs vterentur, cum sit pilosa herba, & Lucernalis propterea appellata. Thryallis etiam dicta, nam Græcis θρυαλλὶς est ellychnium. Thapsus, & Tassus barbatus vocatur, vel quia in Tapso insula frequentissimè oriatur, vel quia toxicis aduersetur: barbatus verò à densa lanugine in folijs, & in tota planta existente.

Verbascum secundum Matth. Cast. Lugd. Lac. Verbascum mas angustioribus folijs floribus pallidis Bauh. Verbascum syluestre maius Lon.

Verbascum maximum album fœmina flore subpallido, Lob. ico. Verbascum fœmina luteo flore, Dod. gal, Lugd. Verbascum luteum, Tab. Verbascum fœmina flore luteo magno Bauh. Verbascum lychnite minus Ger. Verbascum alterum flore aureo, Cæs. Verbascum album mas, Ang. Verbascum nigrum Fuch. Lon. Verbascum, siue Candela Regia Tragi.

Verbascum candidum mas, Fuch. Tur. Dod. gal. Ges. hor. Verbascum fœmina flore albo Bauh. Verbascum tertium flore candido, Ces. Verbascum syluestre, Trag. Verbascum angustius Dod. Verbascum flore albo, Tab. Thapsus barbatus flore albo, Ger. Thapsus barbatus maximus odoratus Septentrionalium, Ad. fœmina flore albo, Lob. ico.

Verbascum Lychnite Matth. Tab. Lac. Ger. Verbascum album fœmina, albo flore, Dod. gal. Lugd. Verbascum lychnites flore albo paruo, Bauh. Verbascum quartum Cæs. Eyst. Verbascum candidum fœmina Fuch. Ges. hor. Verbascum fœmina, Ad. Lugd. Lob. ob. Phlomos Lychnitis, Lugd. Phlomos mas alter, Lob. ico.

Verbascum intubaceum, Tab. Verbascum laciniatum, Lugd. Verbascum nigrum folio Papaueris corniculati, Bauh. Cam. Verbascum purpureum Erucæ folium, Ad. Verbascum aliud Matth. Verbascum syluestre saluiflorum laciniatum Lob. ob.

Vrbascum tertium, Matth. Cast. Lac. Lugd. Verbascum nigrum latifolium, Tab. Verbascum nigrum flore ex luteo purpurascēte, Bauh. nigrum flore paruo luteo apicibus purpureis Io. Bauh. Verbascum nigrum saluifolium purpureo flore, Ad. Lob. Verbascum nigrum, Dod. Tab. Trag. Lob. ico. Ger. Verbascum syluestre Fuchsij Tur. Ger. hor. Syluestre minus. Lon. Blattaria Plinij, seu Verbascum nigrum Eyst.

Verbascum humile Creticum fruticosum auriculatum & Brassicę folio, lege Arcturus Creticus.

Verbascum syluestre Saluifolium fruticosum lignosum, Verbascum syluestre Matth. Lac. Lugdun. Cast. Ang. Ges. hor. Clul. hisp. & hist. Verbascum syluestre folijs Saluiæ, Cam. Verbascum latis Saluiæ folijs, Bauh. Verbascum syluestre alterum, Dod. Verbascum saluifolium fruticosum luteo flore Lob. Verbascum quartum, Lob. ico.

Verbascum angustis Saluiæ folijs, Syluestre saluitenuifolium, lege Angarathi.
Verbascum syluestre saluifolium exoticum, Lob. Lugd. Verbascum subrotundo Saluiæ folio, Bauh. Verbascum Cistioides, Alijs.

Verba-

Verbascum Lychnites Æthiopicum, lege Æthiopis Matth.
Verbascum digitale, lege Digitalis rubra.
Verbascum montanum, & coronarium, lege Lychnis coronaria.
Verbasculum pratense odoratum, & dodecantheon, lege Alisma pratorum Col.
Verbasculum pratense, vel syluaticum inodorum, lege Primula Veris altera Matth.
Verbasculum syluarum maius, lege Primula syluarum.
Verbasculum alpinum, lege Primula Veris flore rubro.
Verbasculum cyanoides, lege Cyanus maior Matthioli.
Verbasculum minimum Lugd. est Iacobea subrotundo minus laciniato folio, Bauh.
Verbasculum quorundam Lugd. lege Elatine Dioscoridis.
Verbasculum proliferum, est Primula Veris gemino flore.
Verbasculum Tragi, est Cyanus maior Matthioli.
Verbasculum Constantinopolitanum, Carchichec Turcarum Iacobi Cornuti.

De Verbena, Synonyma, & Etymum.

Verbena communis, & Sacra recta Lob. Ad. Verbena, siue Verbenaca Guil. pap. Verbena Ges. hor Lon. recta Trag. Verbena mascula Brunf. Verbena communis cæruleo flore Bauh. Verbenaca Matth. Cast. Lac. vulgaris Lugd. Verbenaca fœmina Cæs. Cam. Verbenaca supina, & fœmina Fuch. Cord. in Dioscor. Herba sacra Ang. Tur. Sagmina, & Sagminalis aliquibus dicta. Herba sanguinalis Alijs, & Columbaris Hermolao Barbaro. Hierobotane mas Brunf. Peristereon Alijs. Græcis ἱεραβοτανη siue περιστερῶνα, & ἀριστερεῶνα apud Pausaniam. Italis Verbena, Herba bona, Berbena, & Berbenaca, Herba di S. Giouanni, & Verminacola Cast.

Verbena dicitur, à verrendis aris, hac Iouis mensa verritur, domus purgantur, lustranturque. Vel dicta quasi Herbena idest Herba bona, nam inter herbas D. Io. Festo collectas, apud Italos, connumeratur. [Herba Sacra vocata, quia ea in Sacris Antiqui vtebantur, vel in expiationibus suspensa, & alligata vtilis sit, & ad amuleta commendetur. Hinc Hierabotane appellata, nam Græcis βότανη est herba ἱερος verò sacer: idest Herba sacra: idcirco Sagmina vocantur Verbenæ, apud Festum, idest herbæ puræ, & sacræ, quia propè templa ex loco scilicet sacro secabantur: vnde Sagmen dicitur, quasi sacrum germen, cum ad multos etiam Sacrorum vsus converterentur. [Peristereon verò idest Columbaris, quòd iuxta Columbaria in sterquilinijs lubens proueniat, nam περίστερα Græcis est Columba. Aristereona dicta, nam vim habet adeo exsiccantem, vt vulnera glutinet, apud Græcos enim ἄρος est vulnus plaga ῥέω est fluo, & ῥέος est fluxus, fluxio, & propter hanc rationem herba sanguinalis appellata.

Verbena supina Clus. hist. Verbena tenuifolia, Bauh. Verbenaca supina Dod. Tab. Clus. hisp. Lugd. Sacra Verbena Hispanica minor, Lob.
Verbena nodiflora, Bauh. Verbenaca nodiflora Imperato.
Verbena fœmina Tragi, est Erysimum vulgare.
Verbena recta Dioscoridis, lege Trixago Apula.
Verbena supina Tragi, & Verbenaca recta Cord. in Diosc. lege Bidens folio tripartito, quia folia vt plurimum in tres partes diuiduntur.
Verbesina, Forbesina, lege Bidens folio tripartito. Dicitur Forbesina, quia folia forficum instar diuisa cernuntur.
Verdemarcum, Cæs. lege Thalietrum maius flauum staminibus luteis.
Verengena, lege Solanum pomiferum fructu oblongo.

Vere-

Veretrum, Lugd. sunt excrementa quercus, vt dicemus in secunda parte, Phytologiæ. Capite de Quercu.

Veriquercus, lege Quercus in secunda parte Phytologiæ.

Vermicularis, lege Aizoon minus fœmina.

Vermicularis insipida Thal. lege Sedum minus.

Vermiculata montana, lege Polygonum montanum.

Vermicularia arborescens, lege Sedum minus fruticosum.

Vermiculatus frutex, lege Sedum minus fruticosum.

Vermiculi pensiles, apud nonnullos dicitur Phyllitis, siue Lingua ceruina, nam à tergo pensiles, quasi vermiculos tenues ostendit.

Vernella Cæsalp. est Triticum trimestre, siue Martium.

Vernilago apud aliquos, dicitur Carlina acaulis gummifera, siue Chamæleon albus gummi, vt mastix ferens.

Vernix Latinis, Vernigo, Vernix liquidus lacryma est arboris, quia verno tempore fluere soleat, vt dicemus in secunda parte Phytol.

De Veronica. Synonyma, & Etymum.

Veronica vulgaris supina, Clus. hist. Veronica mas serpens Dod. Veronica vera, & maior, Ad. Veronica Tab. vera, & maior Lob. ico. Cam. Ger. Veronica mas supina, & vulgatissima, Bauh. vulgatior folio rotundiore Io. Bauh. mas Lou. Thal. Fuch. Lugd. Veronica vulgò dicta Gef. hor. Veronica maior Septentrionalium, Lob. Veronica humicaulis, & supina, Col. Auricula muris tertia, Cæs. Betonica Pauli Dod. gal. Teucrium Tragi. Italis Veronica.

Veronica vocatur in Germanorum Officinis, est enim vox Germanica. Apud recentiores herba est celebratissima; Græcis, & Latinis Scriptoribus fortè incognita, est enim vocabulum à Vettònica fortè deriuatum. Aliorum nominum etyma, lege suo loco.

Veronica recta mas, Lob. vulgaris recta Clus. hist. Veronica mas Matth. Lugd. Ang. Cast. Veronica mas erecta Bauh. Veronica assurgens Dod.

Veronica erectior latifolia, Clus. hist. Veronica spicata latifolia, Bauh. Veronica prima, vel maior latifolia, Clus. pan.

Veronica spicata cærulea, Cam. Veronica recta vulgaris maior, Clus. hist. Veronica spicata angustifolia, Bauh. Veronica recta prima, & secunda Tab. assurgens Ger. Veronica recta herbariorum, Lob. Lugd. Auricula muris quarta Cef.

Veronica spicata minor Bauh. Veronica recta minor Clus. pan. Tab. Veronica recta minima Lugd. Clus. hist. Lob. Gen

Veronica pratensis, Dod. Veronica fœmina Dod. gal. Lugd. Thal. Veronica pratensis serpillifolia, Bauh. Veronica minor serpillifolia, Lob. Ad. eronica minor fœmina flore candido, Tab. Betonica Pauli Tur. Gef. hor. quorundam, Cam. Eufragia, & Eufragia nobilis Brunf. Auricula muris prima in pratis, Cæs. Teucrium alterum Trag.

Veronica alpina serpillifolia, Ponæ Veronica alpina frutescens Bauh. Veronica tertia fruticans, Clus. pan, & hist.

Vero-

Veronica fœmina, Matth. lege Elatine Dioscoridis.

Veronica petræa semperuirens Ponæ. Chamædrys alpina saxatilis Bauh. Teucrium tertium Clus. pan. sextum pumilum Clus. hist.

Veronica supina facie Teucrij pratensis, Lob. ico. Chamędrys spuria maior angustifolia Bauh. Chamædrys vulgaris mas Tur. Fuch. Lugd. Chamedrys syluestris, Dod. Chamędrys altera Trag. Pseudochamędrys Ges. hor. Teucrium primum Matth. Lugd. secundum Tab. Teucrij quarti species tertia, Clus. hist. Hicrobotane fœmina, Lugd. Dod. gal. Auricula muris quinta, Cæs.

Veronica tetragona montana recta minima, Col. Chamędrys spuria latifolia minima, Bauh.

Verrucaria Ges. lege Chondrilla verrucaria folijs intubaceis viridibus.

Verrucaria Lugd. lege Heliotropium maius.

Vertebræ, partes sunt crassiores nodis conglobatæ, in quas internodiorum extrema coeunt, sæpiusque alterum alteri pyxidatim cohæret, aut insertum alteri subit, aut insolubili nexu committitur.

Vertex, fastigium, cacumen, id esse constabit, quod longissimo à radice distat interuallo.

Verticillum, est circinatus, florum, vel foliorum ambitus, qui coliculos, aut ramulos herbarum coronat. Verticillum dicitur ab instrumenti muliebris similitudine dictum, quod fuso vertendi gratia solitum est adhiberi.

Verticillum Apuleij, est Ranunculus bulbosus.

Vertipedium, apud Apuleium dicitur Verbena, seu Verbenaca.

Veruecina, lege Acetosa lanceolata.

Verzin lignum vulgò appellatum, lege Arbor Brasilia in secunda parte Phytol.

Vesicaria vulgaris, lege Halicacabum, siue Alkakengi.

Vesicaria nigra repens, & peregrina, siue Halicacabum repens, lege Halicacabum peregrinum.

Vesicula, & Vesiculæ in herbis quibusdam dicuntur folliculi, quibus semen includitur.

Vetonica, lege Betonica, & cum apud omnes cognita sit hæc herba ob plures, & insignes virtutes; ideo cum aliquem in ciuitate esse notum indicare volumus: Italico, nempe Bononiensi prouerbio, dicimus. E più conosciuto, che non è la Betonica.

Vetonica coronaria, siue altilis, lege Caryophyllus domesticus, siue altilis.

Vguetal cortex, est arboris Tal nomine, vt dicemus in secunda parte Phytol.

Vhebebasou arbor excelsissima in India, de qua in secunda parte Phytol.

Vibones, Britannicæ herbæ flores, qui deuorati ante tonitrua à fulminibus securos reddere existimantur. Plinius; sed quid?

Viburna rosarum, sunt virgæ rosarum apud Authores nonnullos, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Viburnum Matth. est arbor, de qua in secunda parte Phytol.

Viburnum Gallorum, lege Clematitis syluestris latifolia.

De Vicia, Synonyma, & Etymum.

Vicia satiua vulgaris semine nigro, Bauh. Vicia Anguil. Lonic. Vicia, Græcorum Aphace, Cord. in Diosc. Eruum Brunfels. Orobus satiuus, & Vicia maior, & prima Tragi. Græcis *Βικίον*. Ital is Veccia.

Vicia dicitur, quasi Vincia à vinciendo, nam capreolos habet, vt vitis, & proximas plantas vincit, & ligat, vt adhæreat. Vel à vitiando dicta, quia vitiat agros, cum

sit agro-

fit agrorum vitium, nam sponte crescit inter segetes, & suis clauiculis segetibus se se implicat, & emaciat. Vel Vicia vocata, quòd vix ad triplicem perueniat fructum, cum alia legumina prouentum fertilem habeant. Græcis vocatur Bicion propter eandem rationem, & quoniam Vicia in panificijs sumpta, illa colore nigerrimo inficit, ideo Latinis nuncupatur Panis bicius, vulgò Pan biso, eò quòd Vicia sit illi admixta.

Vicia syluestris Lonic. Vicia sepium folio rotundiore acuto Bauh. Vicia Dod. Lob. Cæs. Ad. Clus. hist. Aphaca Matth. Ges. hor. Ang. Cast. Aphace Fuchs. Orobus. syluestris, siue Vicia maior syluestris, & secunda Tragi.

Vicia vulgaris acutiore folio, semine paruo nigro, Bauh. Vicia Matthioli Lac. Cast Aphaca vera, Lugd.

Vicia syluestris secunda, Clus. hist. Vicia syluestris spicata Bauh. Vicia syluestris spicato flore, Clus. pan.

Vicia syluestris flore albo, Clus. pan. & hist. Vicia syluestris hirsuta incana, Bauh. Viciola, Aracus minimus Alijs.
Vicia segetum cum siliquis plurimis hirsutis, lege Aracus altera.
Vicia maxima dumetorum, lege Osmunda Latinorum.
Vicia multiflora, lege Galega syluestris Dodonæi.
Vicia lutea folijs Conuoluuli minoris, lege Aphaca.
Vicia Africana, lege Abrus, siue Phaseolus ruber.
Vicia sesamacea, lege Ornithopodiò affinis hirsuta.
Viciastrum, aut Viciola, est Vicia syluestris, siue Aracus.
Victorialis herba, & rotunda, lege Gladiolus nostras.
Victorialis longa, lege Allium montanum latifolium maculatum.
Victoriola nonnullis, dicitur Bislingua, siue Hypoglossum.
Vimen dicitur omne virgultum lentum, ac flexile ad ligandum aptum, à vinciendo, quasi vincimen appellatum.
Vinacei, granula illa lignosa sunt, quæ in vuarum acinis nascuntur, & quæ pressis vuis cum folliculo abijciuntur, Vinaceæ, & Vinacea dicuntur, a vino, vt dicemus in secunda parte Phyt.
Vinca peruinca, lege Clematis daphnoides, ita appellata, quia in modum funiculi se se porrigens, & vicina quæquè vinciens, nam obuia omnia vincit.
Vincetoxicum primum, Ces. lege Gentiana folijs hirundinariæ.
Vincetoxicum alterum, Cæs. lege Gentiana cruciata.
Vincetoxicum vulgi, lege Asclepias, siue Hirundinaria, ab alijs Antipharmacum appellatur. Hederalis Ruellio dicta, nam vna species reperitur, quæ more Hederæ perticas in proximo consistentes multiplicatis voluminibus conscendit, & suis cauliculis procerioribus, apprehendit.
Vincetoxicum flore nigro, lege Asclepias nigro flore.
Vincetoxicum Indicum Gerar. est Asclepias ex Virginea Bauh.
Vinciboscum, lege Periclymenum Matthioli.
Vincus, & Frugiperda, lege Salix perticalis, & viminalis in secunda parte Phytol.
Vingum apud Ægyptios, est Rapum Americanum folijs Bryoniæ.
Vinosa herba, siue Vinacea Ruta Gallis rusticis pueris Minone dicta. Io. Bauh. Nondum vidimus.
Vinum, & eius variæ species, lege Vitis in secunda parte Phytol.

Viola

Viola alba Theophrasti, lege Leucoium bulbosum primum.

De Viola Martia. Synonyma, & Etymum.

Viola Martia odorata nigra, seu purpurea, Trag. Viola martia purpurea, Tab præcox purpurea Lob. Viola martia purpurea flore simplici odoro, Bauh. Viola purpurea Matth. Ad. Cast. Lac. Cæs. Lugd. Viola satiua Brunf. Viola nigra, Cord. in Dios. Clus. hist. Ges. hor. Dod. Ger. Viola loripes Corol. Hermol. Viola sessilis, & clauda vulgò. Græcis ἴον πορφυροῦν, & ἴον μέλαν, καὶ μελάνιον. Italis Viola di Marzo, Viola Zoppa, & Mammola.

Viola dicitur Latinis propter odorem vini, quem spirat, eius flos, vt Isidorus refert. ἴον Græcis, nam cum Io puellam adamatam Iuppiter in Vaccam conuertisset, terra florem hunc pabulo eius produxerit, qui propter ipsam factus, ab ipsa nomen accepit: hinc Latini Vitulam detracta T. litera Viulam dixeruut. [Vel Viola dicta, quasi vix olida, idest suaue olens, cum suauem, & iucundum, nec vehementem, siue nimium spirat odorem. [Vel Viola à violando, quòd violetur, & conculcetur, & proteratur transeuntium pedibus, cum vbiq. passim nascatur. [Vel quia Hermolao referente, Nymphæ quædam Ioniæ florem eum Ioui primum munere dederint. πορφυροῦν vocatur, ideſt Viola purpurea à floris colore, nam πορφύρα est purpura, genus Conchæ marinæ. μέλαν, & μελάνιον nigram violam significat à florum colore nigricantis purpuræ, siquidem apud Græcos μέλας, est niger, ater. [Martia appellatur eò quia Martio mense floret. Viola loripes dicta, quoniam habet pediculum in modum lori tortum, ideò Viola Zoppa. Italis nuncupata.

Viola Martia inodora syluestris, Bauh. Viola purpurea syluestris, siue canina, Trag. Viola canina Lon. Tab. syluestris Ger. desc. Viola martia syluestris Thal. Martia canina Eyst. Viola syluestris, Brunf. Ang. inodora, Dod. Violæ nigræ syluestris species Ges. hor. Viola canina cærulea inodora syluestris serotina, Lob. ico.

Viola martia candida Trag. alba Bauh, Tab. Eyst. Viola martia alba hortensis, & campestris odora Lob. ico. Viola alba Brunf. candida, Dod. Cæs. flore albo Ger. Viola syluestris albo flore, Ges. hor.

Viola martia multiplici flore, Bauh. Viola flore multiplici Dod. flore pleno, Cast. Cam. Viola nigra flore pleno Dod. gal. Viola purpurea, & alba multiplex Tab. Ger. Eyst. Viola cærulea floribus numerosis folijs constantibus, Cæs.

Viola arborescens, Matth. Tab. Cast. vel potius recta, Cam. Viola elatior, Clus. hist. Viola erecta flore cæruleo, & albo Eyst. Viola fruticosa, Ges. hor. Viola martia arborescens purpurea, Bauh. Mater violarum Dalech. Lugd.

Viola assurgens tricolor, Dod. Ger. Viola martia surrectis cauliculis, Lob. Viola tricolor erecta, an Iouis flos Theophrasti, Bauh. Violæ purpureæ varietas, Ad. [Tricolor dicitur ob triplicem colorem in flore existentem.

Viola tricolor hortensis repens, an φλὸξ, καὶ φλόγιον Theophrasti Bauh. Viola flammea, seu tricolor maior, Lugd. Viola tricolor, Dod. Clus. Ger. Viola Trinitatis prima Tab. Violæ nigræ persimilis, Flos Trinitatis vel Heptachrum Ges. hor. ideſt flos septem coloribus insignitus, nam Græcis ἑπτὰ est septem, χρόα verò est color.

lor. Iacea maior. siue Viola tricolor, Cast. Iacea siue Flos Trinitatis Matth. Herba Trinitatis Brunf. Lon. Fuch. Satiua Trag. Viola matronalis multicolor Schuuencfelt. Viola Sarrana apud Columellam, Viola Albeset nonnullis.

Viola montana tricolor odoratissima, Bauh. Viola montana tertia, siue tricolor, Clus. pan. & hist. Viola flammea maior violaceo colore mixta, Eyst.

Viola tricolor petræa, Ger. Viola flammea minor, Lugd. Viola bicolor aruensis, Viola syluestris Lob. ico. Viola Trinitatis minor petræa, Tab. Violæ nigræ similis aruensis minor Ges. hor. Herba Trinitatis syluestris Tragi. Iacea minor, Cast. Iacea altera Matth.

Viola Martia arborescens, lutea Tab. Viola montana lutea grandiflora, Cam. & Bauh. Viola flammea maior pallido colore mixta, Eyst. Viola flammea lutea Lugd. Violæ nigræ persimilis montana lutea, Ges. hor. Violæ montanæ tertiæ aliud genus, Clus. pan. & hist. [Flammea dicitur à luteo colore, quem flammeum appellarunt Veteres.

Viola syluestris longifolia, Tab. Viola montana lutea folijs non crenatis Bauh. Viola Martia lutea Ger. desc.

Viola lutea, Lob. ico. Cæs. Cast. Viola montana floribus luteis Lob. obs. Viola alpina rotundifolia lutea, Bauh. Viola Martia lutea inodora alpina, Cam. Viola montana prima Clus. pan. & hist. Viola luteola minore flore Ges. hor.

Viola montana secunda Clus. pan. & hist. Viola alpina purpurea exiguis folijs Bauh. an Viola Martia folio minore, & solidiore Ges. de Lunar.

Viola alpina folio in plures partes dissecto, Bauh. an Viola montana laciniato folio, Clus. hist.

Viola agrestis Tragi, lege Saponaria.
Viola aquatilis, lege Millefolium aquaticum, seu Viola aquatica.
Viola autumnalis, lege Gentiana palustris angustifolia.
Viola barbata latifolia, lege Armeria altera.
Viola barbata angustifolia, lege Armeria palustris, vbi legendum Armeria syluestris.
Viola Calathiana, lege Calathiana verna Dalechampij.
Viola Calathiana; Plinij, lege Digitalis lutea flore amplo.
Viola Canina, lege Viola Martia inodora syluestris.
Viola Damascena, lege Hesperis hortensis.
Viola Dentaria, lege Dentaria minor Matthioli.
Viola Dentaria altera, lege Alabastrites altera.
Viola Equina nonnullorum, est Gentianella alpina.
Viola flammea, lege Viola tricolor hortensis repens.
Viola humida, aut palustris, lege Pinguicula.
Viola latifolia, lege Bolbonach.
Viola lutea, lege Leucoium luteum vulgare.
Viola lutea syluestris, lege Myagrum alterum.
Viola lutea petræa, Viola muraria, & Viola saxatilis Cheirella dicta, lege Leucoium luteum syluestre angustifolium.
Viola Lunaria, & Lunaris, eiusque species, lege Bolbonach.

Viola

VIOLA, SIVE HESPERIS SINGVLARIS

Flore eleganti.



Viola matronalis alba, & domestica, lege Leucoium album.
Viola matronalis purpurea, lege Leucoium purpureum.
Viola matronalis, lege Hesperis hortensis: dicta Matronalis, nam Matronæ ea delectantur. Hic autem in gratiam Lectoris in antecedenti pag. damus iconem Violæ quam matronalem poterimus appellare, ob florum pulchritudinem, elegantiam, colorumq. varietatem; quam plantam primum obseruaui Bononiæ in Horto D. Iacobi Zanoni Stirpium studiosissimi, sub nomine Violæ Creticæ, è radice enim crassa, & lignosa plures fibræ emergunt, & multi caules exoriuntur singulares, ramosi, folia breuia, parua subuiridia nullo laciniarum vestigio incisa; ex foliorum ramis erumpunt ramuli, in quibus flores forma ad Leucoium accedentes quadrifolij parui, itaut huius flos integer vix Violæ vulgaris foliolum adæquet, odoris suauissimi, colore, nunc purpureo, nunc cæruleo alias confusis cum parùm albedine maculis viridibus variato. Semen in siliquis paruis longis strictissimis continetur, oblongum, rufum. Floret Iunio, Iulio, & Augusto, deinde quo tata est anno perit. Sed de hac planta diffusiùs in secundo Tomo partis primæ Phytologiæ in Tractatu differentiarum.
Viola Mariana, lege Medium Matth.
Viola mortuorum, lege Clematis daphnoides minor.
Viola Parthica, Persica, & Peregrina, Hermol. est Iasminum album.
Viola pentagonia, lege Auicularia.
Viola Peruuiana, Tab. lege Admirabilis Peruuiana.
Viola petræa lutea, lege Leucoium luteum.
Viola Theophrasti, lege Leucoium bulbosum.
Viola Tusculana, à nonnullis Herba Paralysis nuncupatur.
Violaria, siue Mater Violarum, est Viola martia, & dicitur, de planta, & folijs absq; floribus, vulgò Madre di Viole.
Viorna vulgi, lege Clematis syluestris latifolia.
Viperaria, & Viperina, lege Scorzonera Hispanica. Alijs verò dicitur Echium.
Virga est, quæ ex radicibus, aut caudicis lateribus exit: à nonnullis virgæ appellatæ sunt soboles: aliquando pro cauliculo vsurpatur. Virga nuncupata à virtute, quòd vim in se multam habeat, cùm maximè sit succi prægnans.

De Virga aurea. Synonyma, & Etymum.

Virga aurea Matth. Lon. Dod. Lugd. Cast. Ger. Eyst. Virga aurea maior angustifolia, Cam. Virga aurea folijs non serratis, Cam. ep. Virga aurea angustifolia minus serrata, Bauh. Virga aurea Villanouani, Ad. Lob. Virga aurea Broccembergensis, Thal. Virgæ aureæ alterum genus, Cæs. Leucographis Plinij Ang. Symphytum petræum tertium, Tab. Herba scripta Anguil. Italis Virga aurea.
Virga aurea dicitur à forma, & colore floris luteo, siue aureo; & quia folia aliquando maculata obseruantur, idcirco Leucographis Plinij Aliquibus nominatur, & Herba scripta.

Virga aurea angustifolia serrata, Bauh. Virga aurea Ges. hor. Consolida aurea Tab. Consolida Sarracenica Thal. Eyst. Herba Doria Ger. ico. Solidago Ang. Solidago Sarracenica Fuch. Lon. Lob. Trag. Dod. Ad. Lugd. Serrifolia Cordi. Herba fortis C. Scuuencfelt. [Herbę Doriæ Etymum, lege supra Herba Doria. Solidago dicitur à solidandis vulneribus, idest claudendis, siue coniungendis vulnerum labris. Sarracenica dicta eò quia Sarraceni hac herba vtuntur ad vulnera felici cum successu, ideò Herba fortis etiam appellata.

Virga

Virga aurea altera Serrato folio, Lob. Virga aurea altera Lugd. Virga aurea latifolia serrata, Bauh. Virga aurea minor laciniatis folijs, Cam. Virga aurea margine crenato Dod. Virga aurea vulgò dicta, Cæs. serratis folijs, Tab. Virga aurea Cam. ep. Thal. an Consolida Sarracenica maior, Lugd.

Virga aurea maior, vel Doria, lege Herba Doria.

Virga regia, Cæs. lege Digitalis rubra.

Virga regia maior flore pallido, Cæs. est Digitalis secunda Dod. alba Lob. Lugd. Eyst. Digitalis alba folio aspero Bauh. Ephemeri altera species maior candida Col.

Virga Ianalis, lege Rhamnus in secunda parte Phyt.

Virga pastoris maior, lege Dipsacus satiuus alter.

Virga pastoris minor. lege Dipsacus minor.

Virga sanguinea, frutex est, vt dicemus in secunda parte Phytol.

Virginalis, est Artemisia Parthenis dicta. Alijs verò est Matricaria.

Virgultum surculus est, qui terræ comittitur, vt in plantam insurgat: à quibusdam Plantalia, ab alijs semina, nonnulli etiam palmites vocant: ab aliquibus verò malleolares virgæ nuncupantur. Propriè autem virgultum appellatur, quia ex virga tollitur.

Visa, semen ex Bengala, Lathyridis grano simile, Acostæ Clusij. Lathyridi affinis, Bauh. sed quid?

Viscago, Cæs. lege Sesamoides magnum Salmanticum.

Viscaria, Tab. lege Lychnis viscosa purpurea latifolia leuis.

Viscis, à nonnullis, appellatur materia illa viscosa in vesiculis Vlmi contenta.

Viscum arborum, & artificiale, quo aues capiuntur, lege Viscum in secunda parte Phytologiæ.

Viscum corylinum, quercinum, tiliaceum, sunt in vsu in Officinis, de quibus in secunte Phytologiæ.

Vismalua vulgò est Althæa, siue Bismalua.

Visnaga Matth. lege Gingidium.

Visula, vitis genus apud Columellam, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Visumarus, vt tradit Marcellus scriptor antiquus Trifolium pratense nominatur.

Vitalba, Dod. lege Clematis syluestris latifolia, dicta Vitis alba, non modò quòd vitem referat satiuam, verùm etiam quòd florem producat album.

Vitalis, à nonnullis Semperuiuum appellatur, siue Aizoum, quia diu vitam conseruat, & tam æstate quam hyeme viret, ideo Vitalis dictus.

Viticula non solum dicitur de germine vitis, sed de surculis aliarum plantarum, quæ flexiles in longum se protendunt, reptantes longè latèque vagantur, & vicinos frutices intricant, vt ijs perinde, quasi pedaminibus abutantur, vel scandentia suis irretiunt clauiculis, quibus quasi digitis hærent; aliquando flagella nominantur, quia figuram flagelli repræsentant.

Viticella, est Balsamina cucumerina.

Vitifolia, lege Staphisagria.

Vitæ saluia, lege Ruta muraria, siue muralis.

Vitex, est arbor, de qua in secunda parte Phytologiæ.

Vitis alba, & nigra Matth. lege Bryonia alba, & nigra.

Vitis syluestris Matthioli, lege Amara dulcis.

Vitis nigra Fuch. lege Clematitis syluestris latifolia.

Vitis nigra syluestris Ges. lege Bryonia nigra.

Vitis Septentrionalium, lege Lupulus Matthioli.

Vitis

Vitis Idæa tertia Clusij pan. & hist. 4. Tab. est arbor, de qua in secunda parte Phyt.
Vitis Alexandrina, à nonnullis Vitis Idæa appellatur.
Vitis sylucstris caustica, est Clematis altera vrens.
Vitis Canadensis trifolia Bauh. est Hedera trifolia Canadensis Iac. Cornuti. Dicitur Vitis, quia more Vitis acinos producit, & eget adminiculo, sicuti Hedera, ideo tali nomine decorata.
Vitis Canadensis quinquefolia, Hedera quinquefolia Canadensis Iacobi Cornuti.
Vitis lanigera, à nonnullis dicitur Gossypium, quia folia Viti quodammodo similia producat.
Vitis Septentrionalium, est Lupus Salictarius.
Vitis præcia Plinij, lege Grossularia, siue Ribes in secunda parte Phyt.
Vitis vinifera, de ea erit sermo in secunda parte Phytol.
Vitis insana, & trifera, lege Vitis vinifera in secunda parte Phyt. ita nuncupata, quia semper in hac vite vuæ aliæ maturescunt, aliæ turgescunt, & aliæ florent, vt dicemus suo loco.
Viticella, Cæs. est Clematis, siue flammula repens.
Vitraria, Vitrago, Vitriola, & Vitricaria, lege Parietaria Officinarum.
Vitriolo, siue Vedriolo apud Rusticos Bononienses, est illa herba, quæ apud Latinos dicitur Aphaca, siue Vicla lutea folijs Conuoluuli minoris, ita nuncupata fortè, quia semina lucida, & splendida instar vitri apparent, quoad superficiem tantùm, non quia sint diaphana.
Vitrum herba, est Alkali; eò quia Vitrarijs materiam vitri subministrat. Vitrum herba Alijs, est Glastum. Vitruuius, Vitrum herba quam Græci Isatim vocant. Isatis quam Infectores herbam Vitrum dicunt, secundum alios. Vitrum nominant hanc herbam quoniam cum Vitrum materia sit translucida, & cum herba, apud Infectores omnibus coloribus addatur, vt pellucidi reddantur, hinc fit, vt Vitrum nominetur.
Viuiradix est planta, quę cum radice seritur, quasi viuam habens radicem, & hyeme sub terra viuit.
Viurna vulgi, arbor est, vt dicemus in secunda parte Phyt.
Vlceraria, apud Apuleium, est Marrubium album.
Vlex Plinij est Genistæ spinosæ species, de qua in secunda parte Phytol.

De Vlmaria. Synonyma, & Etymum.

Vlmaria Clus. pan. & hist. Cam. Ges. cat. Lugd. Tab. Barba Capræ floribus compactis, Bauh. Barba Capri Dod. gal. Ges. Barba Caprina prima Lon. Barbula caprina prior Trag. Barbicapra, Ad. Lob. Argentilla maior, Thal. Medesusium Cord. hist. Potentilla prima, Ang. Regina prati Dod. Ger. Italis Olmaria.
Vlmaria dicitur à foliorum forma, nempe à folijs Vlmo similibus Barbæ caprinæ etymum, lege supra Barba capræ, nam barbam Hirci, vel Capræ vocarunt, propter ramulos florum fœtura racemosa amictos in prælongas, quasi comantes barbulas effigiatas, aruncos, spirillosque caprarum imitantes candore niueo. Argentillæ etymum, lege Argentilla, quia folium quodammodo simile folio Argentinæ, siue Anserinæ producat excepto colore argenteo. Medesusium vocatur, nam à Germanis Medisus appellatur, est enim vox Germanica. Potentilla cognominatur ab eximijs viribus quibus prædita est. Reginæ prati etymum, lege supra Barba Capræ.
Vlmus arbor, & eius species, de ijs erit sermo in secunda parte Phyt. vbi quid sit Vlmi liquor, qui continetur in folliculis Vlmi, explicabitur.

Vlopho-

Vlophon, apud nonnullos est Chamæleon albus, idest cuncta necans, & sanos occidens, nam Græcis ὅλος dicitur integer, sanus, perfectus, & φόνω occido, interficio, propter grauitatem odoris, vel vt Nicander tradit exitiale totum. Dioscorides verò l. 6. c. 21. est Ixia, idest Viscus nascens in radicibus Chamæleonis albi.
Vlpicum Allium genus Allij grandius, præcipuè Africæ celebratum, lege Allium Cyprium.
Vlticaria herba, à nonnullis Solanum somniferum appellatur.
Vlua Ang. lege Typha palustris maior.
Vlua palustris, lege Alga marina, Lob.
Vmbella, est floris seminisuè pedamentum, in plures digestum longiores pediculos, qui simul ex fastigio eodem orti, in latius continuò radiantur singulique, vel semen, vel florem sustinent in orbem circumactum ita nuncupatum à similitudine vmbellæ, seu galeri, quo mulieres vultum vindicant à Sole.
Vmbilicus est media pars floris, vnde stylus, & stamina emergunt: & in pomis est quòd in eis medium, vel prominet, vel conditur, velut vmbilicus in humano corpore consitus.
Vmbilicus marinus Imperati est Fucus, Vmbilicus marinus dictus.
Vmbilicus marinus Monspel. Lugd. Androsaces, Lob. Cam. ep. Androsace Matthioli, Tab. Ger. Androsaces Chamæconchæ innascens. vel minor Bauh. Fungus marinus alter minimus Cæs.
Vmbilicus Veneris Matthioli, lege Acetabulum.
Vmbilicus Veneris Officinarum, lege Cymbalaria.
Vmbilici Veneris species, lege Aizoon maius.
Vmbilicus terræ, lege Arthanita, siue Cyclaminus.
Vmbilicaris herba, lege Melissa Moluccana.
Vnctuosa C. Schuuenckfelt, est Consolida maior flore albo, fortè ita appellata, eò quia radix succo tenaci, viscido, quasi vnctuoso est prædita.
Vnedo, arbor est, de qua in secunda parte Phyt.
Vnefera, est Centaurium maius, apud Apuleium, sed inter spurias voces recensetur.
Vnguentaria Lutetianorum, est Abrotonum fœmina folijs Ericæ Bauh. Chamæcyparissus Dalechampij Lugd. Santolina tertia Dod. Vnguentariæ etymum, lege supra Abrotonum fœmina.
Vnguentaria radix Apuleio, est Acorus, ob radicem odoratam.
Vngues, & Vnguiculæ in foliatis floribus, Veteres intellexerunt imas foliorum partes, quibus in capite suo cohærent, decoloresque dependent; sicuti vnguis dicitur infima pars folij albida in Rosa, quia figuram vnguis imitatur.
Vnguimiluia, lege Catanance, Cæs.
Vngula caballina, & asinina, lege Tussilago.
Vnifera à nonnullis, Centaurium maius appellatur.
Vnifolium, Dod. lege Monophyllon.
Vnifolium palustre, Ges. lege Hepatica alba.
Vnio, est Cepa capitata, quæ ferè citra ceruicem in singulare caput extuberat, Rustici vnionem appellant, nam est Cepa simplex, quæ pluribus bulbis non coagmentatur, idcirco ab vnitate bulbi nomen habet.
Vniola, nonnullis dicitur Gramen, eò quia trita, & imposita cruenta vulnera glutinat, & vnit.
Volema sunt pyra prægrandia, ita dicta, quòd impleant volam, lege Pyrus in secunda parte Phytol.
Volua, est Pomi medium, in quo ceù loculo latent semina, vt dicemus in 2. p. Phyt.
Volubilis maior, siue Campanula, lege Smilax læuis Matthioli.

Volu-

Volubilis aruensis est Conuoluulus minor.
Volubilis acuta, aspera, vel pungens, lege Smilax aspera.
Volubilis lanuginosa Mesuæi, est Conuoluulus cæruleus hederaceo angulos o folio.
Volubilis media, siue nigra, lege Conuoluulus minor semine triangulo.
Volubilis exoticus, lege Nasturtium Indicum.
Volubilis folijs asperis, est Lupulus Salictarius.
Volubilis marina, Tab. est Scammonij quoddam genus Cæsalp.
Volubilis terrestris Lugd. lege Conuoluulus minimus spicæ folijs.
Volucrum maius Romanis, idem quod Periclymenum.
Voluulus, siue Voluus cæruleus, lege Conuoluulus cæruleus hederaceo folio.
Vrceolaris, & Vrceolaria, lege Parietaria Officinarum.
Vredo, lege Rubigo.
Vrinaria, & Vrinalis, lege Linaria vulgaris, Alijs verò Vrinaria est Dens Leonis Matthioli.

De Vrtica. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Vrtica, genus piscis marini, nomen inde habentis, quòd tactu vredinem excitet, quemadmodum eiusdem nominis herba. Item est herba, de qua in præsenti,

Vrtica prima Matth. Cæs. Lugd. Lac. Cast. Vrtica syluestris, siue Romana Officinarum semine Lini, Ad. Vrtica vrens prior, Dod. Vrtica Ang. legitima Clus. hist. Vrtica prima, quæ in Alexandria Angiar dicitur Alpino. Vrtica vrens pilulas ferens, prima Dioscoridis semine Lini Bauh. Vrtica Romana Fuch. Trag. & vera Tur. Ges. hor. Eyst. Vrtica Romana, vel mascula, Lob. Tab. Cam. Ger. Vrtica syluestris, Dod. gal. Græcis ἀκαλύφη, & κνίδη, apud Nicandrum ἀκαλήφης. Italis Ortica.

Vrtica dicitur ab vrendo, quòd tactu pruritum, & pustulas igni similes in cute excitet: lanugo enim eius rigens, & duriuscula est, quæ aculeorum instar rantùm pungit, cutemque vellicat. [Acalyphe Græcis παρὰ τὸ μὴ ἔχειν καλὴν ἁφὴν, quod iniucundo fit tactu, & pruritum creat. ἁφὴ apud Græcos est tactus, sensus, qui manuum ministerio fit, contrectatio. Lege supra Acalephe. κνίδη vocatur, quasi pruriginosa à κνίζω, vel κνάω pruritum moueo, pruritum excito, pungo, seu vro. [ἀκνηστος verò dicta, idest sine rasura, nam Græcis κνηστὸς est rasus, & alpha ante est priuatiuum, eò quia lanuginem habet pungentem.

Vrtica secunda Matth. Cæs. Cast. Lac. Lugd. Vrtica syluestris maior Ges. hor. syluestris asperior, Lob. Vrtica maior Brunf. Dod. gal. Thal. Fuch. Lon. Tab. Vrtica communis, siue maior, & fœmina Ad. Vrtica Cord. in Diosc. vrens, Ger. vrens altera, Dod. Vrtica vulgaris vrens prima Tragi. Vrtica vrens maxima, Bauh. Vrtica rubra, Tab. quia caulis, & radix aliquando parum rubet.

Vrtica tertia, Matth. Lugd. Trag. Lac. Cast. Vrtica minor, siue Cania Plinij acrior, Ad. Vrtica minor Brunf. Dod. gal. Lon. Tab. syluestris minor Ges. hor. Fuch. Cord. hist. Thal. Ger. Vrtica minor acrior, Lob. Vrtica exigua, Cæs. vrens minima, Dod. Vrtica vrens minor, Bauh. [Cania fortè dicta, eò quia contactu pustulas, & tubercula in cute excitat, vel quia semen producat in pilulis, canistri, vel cistæ formam repræsentantibus. Græcis enim κανίον est Canistrum, Cista, vel Calathus.

Vrtica vrens altera Tragi. Vrtica vrens altera Bauh. Vrtica olygophyllos Lugd. [Oly-

Olygophyllos dicitur à foliorum paucitate, ὀλίγος enim Græcis est paucus.

Vrtica fatua aculeata, Vrtica aculeata folijs serratis Bauh. Cannabis syluestris spuria altera Lob. ico. Cannabis syluestris Tragi, Lugd. spuria Ger. Cannabina alba Tab.

Vrtica aculeata folijs serratis altera Bauh. Vrtica mortua quarta Dod. post. Alyssum aruense album, Tab. Cannabis syluestris spuria tertia, Lob. ico. an Sideritis Cord. Thal.

Vrtica aculeata folijs non serratis, Bauh. Vrtica fatua syluestris altera, Thal. Cannabis spuria facie Vrticæ, Lob. ico. Sideritis altera Matthioli ipsi Lugd.

Vrtica mortua, & Vrtica labeo mas. Vrtica fœtida, lege Galeopsis vulgaris fętens purpurea, Ad.

Vrtica Heraclea, & fętida maxima, lege Galeopsis legitima.

Vrtica fatua, & lactea, lege Lamium alba linea notatum.

Vrtica herculania Plinij nonnullis dicitur Cattaria,

Vrtica iners, idest non mordax, & inoxia, lege Galeopsis.

Vrtica soluta Tab. est Vrtica marina, siuè Phucus marinus, de quibus suo loco.

Vrtichella, lege Acinos, siue Clinopodium vulgare.

Vruncus, quod in infima spica ad culmen stramenti est minus, quàm granum, dicitur .Vruncum, lege supra Frit.

Vsnea officinarum, lege Muscus arboreus.

Vsnea ab Auicenna, & Arabibus dicitur Kali, siuè Alkali.

De Vstilagine. Synonyma, & Etymum.

Vstilago, Trag. Dod. Auenæ. ac Tritici propriè morbus, Lob. Lon. Lugd. cui præsertim Auenæ pestis est. Vstilago Secales Bauh. Vstilago Secalina Tab. Italis Malume; quælibet enim spica combusta, & nigra Vstilago vocatur.

Vstilago dicitur ab vstione, quia spica facilè vstionem patiatur; est enim frugum, pręsertim spicatarum morbus, & vitium, maximè Auenæ, Secales, Hordei, Tritici, & aliarum: spicas, & iubas eius priusquàm perfectè è vaginis suis erumpere queant infestans. Marcescunt hoc vitio spicæ, & atro puluere obsidentur: residet enim in eis humor putrefactus, qui æruginem creat, & frequentiùs in illis frugibus, quę spicam gerunt erectam, & densiorem: hinc enim humor minus potest defluere, ideò in illis, quæ spicam aliquantulum inclinatam habent non accidit.

Vstilago Hordei Bauh. Vstilago hordeacea Tab. Vstilago polystichi, & Vstilago hordei dystichi, Lob. ico.

Vstilago Auenæ Bauh & Lob. ico. Vstilago auenacea, Tab.

Vstilago rustica nonnullorum, est Dictamnum verum, siue Creticum, sed inter nothas appellationes extat.

Vsub arbor, & Vsuc succus splendens Anethi odore, ex America, vt dicemus in secunda parte Phyt.

Vtriculi sunt seminum in frugibus inuolucra, & operimenta, quæ trita, & ex cribro excussa glumæ, siue acus dicuntur.

Vtriculus, lege Furfures.

Vtricaria Io. Bodei à Stapel in Theoph. cui folia, quæ bina habet, vtribus inflatis similia sunt neruosa, cuius descriptionem Lector in II. To. p. 1. Phyt. legere poterit.

Vvinteranus cortex, eius historiam in secunda parte Phytol. examinabimus.
Vvisanch, siue Vincetoxicum Indicum Gerar. Asclepias ex Virginea Bauh.
Vva crispa, crispina, spina, & spinella, lege Grossularia in secunda parte Phytol.
Vva quercina, de ea erit sermo in secunda parte Phytol. Cap. de Quercu.
Vva marina Monspel. lege Polygonum bacciferum maritimum.
Vva herba, lege Botrys.
Vva viperina, lege Capparis Matthioli.
Vva Lupina, Vvlpina, Vrsina, & versa, est Solanum tetraphyllum, siue quadrifolium. Alijs verò est Solanum hortense.
Vva vrsi Galeni, Clus. hisp. & hist. Tab. Lob. Vitis Idæa folijs carnosis, & velut punctatis, siue Idæa radix Dioscoridis Bauh, Vaccinia Vrsi Ger. ἀρκτοστάφυλος Galeno 6. de Comp. med. Vva vrsi dicitur, quia nascatur in syluis vbi degunt vrsi, & propter acinos rotundos Vvis similes.
Vua vrsi Dod. gal. est Grossularia, vt dicemus in secunda parte Phytol.
Vva vinifera, lege Vitis vinifera in secunda parte Phyt.
Vva, fructus vitis, lege Vitis vinifera in secunda parte Phyt.
Vva passa, de ea erit sermo in secunda parte Phyt. Cap. de Vite vinifera.
Vva Taminia Plinij, lege Bryonia alba Dod.
Vulgago, Dod. lege Asarum Matthioli.
Vulneraria herba, Cast. lege Gentiana minima, Ad.
Vulneraria Indica, lege Nicotiana maior.
Vulneraria rustica, Ges. est Anthyllis prior, Dod.
Vulparia, & Vulpicida est Napellus verus.
Vuluaria, lege Atriplex fetida.
Vvula Lauri aliquibus dicitur Bacca lauri, eò quia granum vuæ nigræ repræsentā vt dicemus in secunda parte Phyt. Cap. de Lauro.
Vvularia Tragi, lege Archangelica, Cæs. vbi etymum inuenies.
Vvularia, Tab. lege Bislingua, siue Hippoglossum.
Vzeg Alpini, est Lycium Indicum, vt dicemus in secunda parte Phytol.

Xabra

X



Abra, & Xabrai Rauuolf. planta lactaria, nondum vidimus.

Xagua Ouiedi, fructus pomo similis, de quo in 2. parte Physol.

Xanthium, siue Strumaria, lege Arctium minus, Ab alijs σφαγιτὶς nuncupatur, ideſt iugularis, ad iugulum pertinens, quia morbis gulæ, ideſt ſtrumis medeatur. [Chæradolethron Actio nominatur, ideſt ſtrumarum mors, propter eandem rationem, nam ſtrumas affatim delere pro certo affirmant: ſiquidem Græcis χοιρὰς eſt ſtruma à porcis denominata, in quorum gutture frequenter huiuſmodi tumores reperiuntur, cum χοῖρος ſit porcus, ſus, ὄλεθρος verò pernicies, exitium, mors.

Xeranthemum glabrum, ſiue Stœbe alpina pumila, nuper in Cimone monte Mutinenſis Ditionis reperta, quam herbulam D. Silueſter Bonfiolus Philoſophiæ, & Medicinæ Doctor Bononienſis, dum æſtiuo tempore herbationis cauſa montem illum peragraret primus inuenit, nobiſque tranſmiſit. Vir rei herbariæ ſtudioſiſſimus, Mathematicæ ſcientiæ longè conſultiſsimus, in anatomicis adminiſtrationibus acuratiſsimè exercitatus, & denique ſumma ingenij gloria clarus; cuius herbæ iconem ad viuum delineatam hic adponimus, formam verò in ſecundò Tomo partis primæ Phytologiæ deſcribemus. [Xeranthemum dictum, quia flos exſuccus, & exſiccatus apparet, etiam recens decerptus. Nam Græcis ξηρός, vel ξερὸς exponitur aridus, ſiccus, ἄνθος verò eſt flos.

XERANTHEMVM GLABRVM,

Siue Stœbe alpina pumila petræa.



Xeranthemum Io. Bauh. Iacea incana altera Cyani capitulis folio integro C. Bauh. Stœbe incana altera Lobelio. Ptarmica alia Monſpelij dicta Ger. hor.

Xilo, Indis Monard. est Arbor in Hispania, vt dicemus in secunda parte Phytol.
Xyloaloe arbor medica, lege Agallochum in secunda parte Phytol.
Xylobalsamum, est lignum Balsami, vt dicemus in secunda parte Phytol.
Xylocassia subnigra, est Cassia lignea fusca aromatica, de qua in secunda parte Phyt.
Xylocassia, an sit Pseudocinnamomum Dioscoridis, in secunda par. Phyt. differemus.
Xyloceratia, & Xylocaracta in Officinis, lege Siliqua ceratia in secunda p. Phyt.
Xylon herbaceum, lege Bombax.
Xylon, siuè Gossypium arboreum, lege Gossypium Brasilianum.
Xylocinnamomum, lignum arboris, cuius corticem Cinnamomum vocamus, vt dicemus in secunda parte Phyt.
Xylosteum, frutex est, de quo in secunda parte Phyt.
Xyloceros Græcis, est Fœnum græcum.
Xyloglycon, quam Latini corruptè Siliquam vocant, de ea erit sermo in secunda parte Phytolog.
Xylinum, lini genus candidissimi, & mollissimi nascentis in frutice, & etiam herba cui nomen est Xylon, siue Gossypium.
Xiphion, lege Gladiolus Matth. & Xiphion minus, lege Gladiolus nostras.
Xiphion Tragi, lege Iris pratensis angustifolia.
Xiphion Indicum, nonnullis, est Arundo Indica florida.
Xyphidion, lege Xyris Matthioli.
Xiracost, est Mannæ species, vt dicemus in secunda parte Phyt.
Xiris nonnullis est Acorus adulterinus.

De Xyride, Synonyma, & Etymum.

Xyris Matth. Tur. Lob. Cam. Ger. Cast. Cord. Lac. Xyris Matthioli, & Lob. Lugd. Xyris, siue Iris syluestris Diosc. Xyris, vel Iris agria Theoph. Dod. gal. Ad. Lob. ico. Xeris nonnullis. Gladiolus fœtidus Bauh. Spatula fœtida Trag. cui, & Gladiolus Italicus Lon. Ang. Tab. Fuch. Ges. hor. Cæs. Dod. Sparganium, siue Xiphidion Offic. Spatula fœtida, Ruel. Ama. Cimicum herba nonnullis, à potentia qua Cimices enecat. Græcis ξυρὶς. Italis Spatola fetida, & Ricottaria.
Xyris dicitur, ob similitudinem folij, quasi rasorium cultrum, nam Græcis ξυρὸν est nouacula, hinc herba, quia habet folia ad instar nouaculæ, idest rasorij cultri. Vel potius appellatam esse, quod vtrinq; folium in aciem attenuatum habeat in similitudinem lanceolæ, qua vtuntur Chirurgi, quàm quòd eius sumitas in acumen desinat. Recoctaria, & Ricottaria vocatur, nam folia eius digitis attrita olent Recoctam. [Spatula fœtida appellatur tum ob folij figuram gladium, siue spatam referentis, tum quod grauem exhalet odorem. Aliorum nominum etyma lege suo loco.
Xyris minor, Camer. lege Iris pratensis angustifolia humilior.
Xyris maritima, quam fluctus in littora, cum alijs purgamentis reijciunt, Lugd. Gladiolus fœtidus maritimus.

Yayama

Y



Ayama fructus in India, vt dicemus in secunda parte Phytolog.

Yco Peruanorum, est herba nascens in illis montibus instar Asparagi, quam accendunt in fornacibus ad liquanda metalla fortè Kali species.

Yerua radix, lege Radix Contrayerua.

Yga Yuuera arbores in Brasilia, de quibus in secunda parte Phytologiæ.

De Yuca, Synonyma, & Etymum.

Yuca Peruana Frag. Yuca Gomaræ hist. gen. Lugd. Ioseph Acostæ. Iucca Benzoni par. 4. Ind. Occid. Arachidna Theophrasti, & Aracidna Plinij Quibusdam. Maniel folijs Peoniæ par. 3. Amer. Manihot Theueto Lugd. Lerio desc. Bras. Manihot Indorum, siue Yuca folijs cannabinis, Bauh. Mandioca par. 3. Amer. Mandeochade radix apud Carios par. 7. Amer. Cocushauu, Hariot in Virginea. [Yuca nomen est vernaculum, sicuti, & alia nomina.

Yuca folijs Aloes Bauh. Yucca Gerardo. Yuca noua gloriosè elata, & opinata Lob. ad par. alt. Yuca, siue Aloe Canadana Alijs. Sphæracanthà aliquibus apud Tobiam Aldinum in horto Farnesiano, eò quia folia tali ordine sunt disposita, vt hemisphæricam figuram repræsentent, & cum sint aculeata, ideò sphæracantha appellata.

Yura, Palmæ species in America, de qua in secunda parte Phyt.

Yuuera, est arbor in Brasilia, vt dicemus in secunda parte Phytologiæ.

Zaal

Z



Zaaf apud Ægyptios, & Arabes sunt folia arboris Palmæ, Dachel appellatæ, de qua in secunda parte Phytol.
Zaccara, non est Psyllium, vt nonnulli voluerunt, sed Saccharum, siue Zuccarum, vt dicemus in secunda parte Phyt.
Zaccharapia, Tab. sunt Mala, de quibus in secunda p. Phyt.
Zacintha, lege Chondrilla verrucaria folijs intubaceis viridibus.
Zaccon, Prunus Hiericontica, vt dicemus in 2. p. Phytol.
Zadena, Zadura, vel Zaduar, lege Zedoaria radice longa.
Zagu, arbor Palmam referens de qua in secunda parte Phytologiæ.
Zahara Auicennæ dicitur Anthyllis Lenti similis.
Zambach apud Arabes, Serapione teste, lege Iasminum album.
Zambana in India, est Aloe communis.
Zaphran, & Crocus, vox Arabica.
Zarneb, vel Zarnabum, est Salix Syriaca, de qua in secunda parte Phytologiæ.

De Zarza parilla. Synonyma, & Etymum.

Zarza parilla Matth. Monar. Lugd. Lac. Garz. Zarza, seu Salsaparilla, Castor. Zarzaparilla Peruuiana, Dod. Zarza parilla in Puna Benzon. par. 6. Amer. Salsa parilla Ad. Lob. & par. 6. Ind. Or. Sarsaparilla, Lon. Frag. Cæsalp. Smilax aspera Peruuiana, siue Salsa parilla Bauh. Smilax Peruuiana, Tab. Ger. Smilax aspera in Zazintho Alpino.
Zarza parilla dicitur apud Hispanos à similitudine, quam cum Smilace aspera habet quæ Hispanis Zarza parilla. Zarza siquidem apud Hispanos est Rubus. Parra autem, Matthiolo interprete, est Vitis. Parilla verò est parua vitis, nimirum Viticula, quasi dicas Rubus vitigineus. Smilacis etymum, lege suo loco.
Zatarendi Alpino, est Origano cognata Zatarendi Bauh. sed quid?
Zatte, in nonnullis locis appellantur Melones, in quibus semina adeo tenui cortice teguntur, vt excorticata videantur: idcirco Gymnospermi dicuntur, nam Græcis γυμνὸς est nudus σπέρμα verò, est semen.
Zea monococcos, lege Briza.
Zea vulgò Spelta, Far antiquissimum, Ador posterioribus, & semen Adoreum, Dod. Zea maior, seu dicoccos Lugd. Zea dicoccos, vel maior, Bauh. Zea dicoccos Matth. Zea Ador, Tab. Zea altera, Matt. Lac. Cast. Zea Romanis veteribus Semen, nunc Spelta Dod. gal. Far primum, Cef. Spelta prima, Trag. descr. Secunda eidem ico. Græcis ζεῖα δίκοκκος, quod grana bina iuncta habeat. Nominum etyma, lege supra Briza.
Zea amylea, vel Zeopyrum amyleum, lege Far halicastrum.
Zeben Serapioni, est Lolium, siue Zizania.

De Zedoaria. Synonyma, & Etymum.

Zedoaria radice longa Clus. in coroll. Zedoaria, seu Costus Arabicus, Ang. Zedoaria vulgaris Guil. Zedoaria Arab. Zurumbeth aroma Zinziberi simile Græcis prætermissum, Ama. Zedoaria, & Veterum Arnabi altera species longa radice, Cord. hist. Zedoaria aliquibus, Costi species Diosc. Frag. Zedoaria Officinarum Lob.

Lob. vulgò appellata, Cæf. Zedoaria Officinarum Zerumbeth, siue Zurumbeth, Auicennæ, & Serapionis, Dod. Zedura, vel Zaduar, Gef. cat. Ruel. Fuch. comp. Zaduaria, Zadena, & Zudar; à Iauanenfibus Canior nuncupatur par. 4. Ind. or. Italis Zedoaria. Zarnabum Alijs.

Zedoaria dicitur nomine ab Arabibus defumpto, quibus Geildoar nominatur, & Zerumbeth, idem quod Zedoaria. Cyperi enim Indi funt radices, vt dicemus in fecundo Tomo partis primæ Phyt. quando formam plantæ defcribemus.

Zedoaria, quæ rotunda eft Cluf. in coroll. Zedoaria rotunda, quæ Auicennæ Antora Lon. Zedoaria Arabum Guil. Zedoaria rotunda Bauh. Zedoaria loripes Coftæo in Mefuem. Zerumbet Iauanenfibus Canior, Linfc. par. 4. Zerumbeth, & Zedoaria rotunda, Ang. Fuch. com. Zerumbeth. Serapionis, Lob. Zurumbethum Cord. hift. Zedoaria Loripes dicta.

Zedoaria tuberofa nigricans Bauh. Zadura, & Zedoaria, Caft. Zerumbeth Serapionis Cluf. in Garz. Lob. & Lugd.

Zedoaria Geiduar dicta Bauh. Zedoaria vera Garziæ, Cæf. Geiduar Auicennæ, Garziæ, & Lugd. Geduuar, Cluf. in Exot. auctario. Sambaya Malays, Geiduar Chinenfibus par. 4. Ind. Or.

Zemarum, apud Gloffographum Halyabbatis, eft Triticum, fiue frumentum.

Zeocryton, feu Oryza Germanica, lege Far Clufianum.

Zeopyrum, feu Triticofpelium, lege Hordeum nudum.

Zerumbeth lege Zedoaria rotunda.

Zezulus, lege Zizyphus in fecunda parte Phyt.

Zibeba, de ea erit fermo in fecunda parte Phyt. Capite de Vva paffa.

Zibeling, & Gibelinch, femen eft ex Perfide allatum, fed hodie nobis incognitum, nec huiufmodi, femen amplius ad nos defertur, ideò difficile eft de rebus peregrinis aliquid proferre.

Zimbron, eft Pinus montana, apud Grifones, vt dicemus in fecunda parte Phyt.

Zingi fructus Stella, fiue Anifum Indicum, vt dicemus in fecunda parte Phytol.

Zinæ femen, lege Abfynthium Santonicum.

Zinia Mefue, nonnullis, eft Chamæpitys.

De Zinzibere. Synonyma, & Etymum.

Zinziber, & Gingiber, Herbarijs Zinziber Bauh. Zinziber, Cypero cognata herba Cordo. Zinziber flore albo facie Iridis, Alijs. Græcis γίγγιβερ. ζιγγίβερις Diofc. Italis Zenzero.

Zinziber, ita vocatur omnibus Nationibus ex Indorum vocabulo Zengebil, vel quia Arabibus, apud quos crefcit, vocatur Lengibel, & Zinzibel.

Zinziber fufcum, Lugd. Bauh. Zinziber intus fufcum Cord. hift. Mechln. & Zinziber fufcum Officinis, Ad.

Zinziber caninum Auicennæ, lege Capficum. Alijs verò eft Perficaria.

Zinziberi affinis cortice fquamato, lege Doronicum Arabicum Ponæ.

Zinziberina, nonnullis, vocatur Lepidium, fiue Piperitis.

De

De Zizania. Aequiuoca, Synonyma, & Etymum.

Zizania, in Sacris literis, quidam interpretantur Sectas, & Hæreses. Alij verò eam pro Scandalo accipi scribunt. Est item herba, de qua in præsenti.

Zizania, Zizanium, Sceyle Arabibus, lege Æra, idest Lolium. Zizania, quasi ἰζάνια à verbo græco ἰζω, quod significat sedeo, & pessum eo, quoniam comestum Lolium sedere faciat propter stupiditatem, & virium imbecillitatem.

Zizania apud rusticos Bononienses est illa herba, quæ apud Latinos Aracus, siue Cracca nuncupatur, quoniam suis capreolis, segetes superascendat, debiles reddat, ad terramquè inclinando emaciet, & suffocet.

Zizyphus arbor, & Zizypha fructus, eiusque species in secunda parte Phytol. erunt recensendæ.

Zizyphæ terrestres, lege Cyperus esculentus.

Zoonichon, herba eadem cum Leontopodio apud Dioscoridem.

Zoophtalmos, lege Aizoum, siue Semperuiuum maius.

Zoophyta sunt, quæ nec animalium, nec plantarum, sed tertiam ex vtroque naturam habent, vt dicemus suo loco.

Zopissa nominatur pix à nauibus maritimis derasa, vt dicemus in secunda par. Phyt.

Zopyron, & Zopyrocheron, apud nonnullos est Clinopodium minus, teste Plinio.

Zoster, Zostera, est fructus marinus, ita nuncupatus, idem quod ζώνη idest cingulum, siue baltheus, vt dicemus in secundo Tomo partis primæ Phytol.

Zuccha anguina, est Cucurbita fructu longo.

Zuccha marina, est Cucurbita Indica,

Zurumbet Serapioni, est Salix exotica, de qua in secunda parte Phyt.

Zura Afrorum lingua, Paliurus, & semen Paliuri vocatur, vt dicemus in 2. p. Phyt.

Zuffiniare Clusij, lege Hemerocallis Bizantina.

Zulfichiar Turcico vocabulo, teste Petro à Valle, est Hemerocallis Byzantina, & interpretatur Riccio di Dama, quomodo etiam apud nos vocatur.

Zythum, Græcis ζῦθος. Zytho Antiquorum respondet Beria Germanis Bier vocata, Ægypti inuentum; est enim hordeacea potio, idem testatur Plinius. Ex frugibus, inquit, potus Zythum in Ægypto, Ceria, & Celia in Hispania, Ceruisia, & plura genera in Gallia, alijsque Prouincijs, nominibus quidem alijs, sed ratione eadem, confici tradit, acris gustu, & vini in motem inebrians.

Zygia Aceris arboris genus, rubens, fissili ligno, cortice liuido, & scabro, vt dicemus in secunda parte Phyt.

Zygis, Serpyllum syluestre, non serpens humi, quemadmodum hortense, sed in altitudinem increscens, lege Serpyllum Zygis.

Trinuno Deo, Beatissimæque semper Virgini Mariæ, laus, honor, & gloria, per infinita sæculorum sæcula. Amen.

IN-

INDEX

Latinarum appellationum, & Supplementum.

a ado-

allia-

anaden-

C.

caput

chama-

conso-

cype-

Eben

E.

eruca-

Gla-

H.

f *eam*

herba

holo-

I.

K

L

Lico-

Q

R

Sabda-

S

seris

stoe-

m *tha-*

V

X

Z

FINIS.

INDEX

Italicarum appellationum, & supplementum.

Cardo

INDEX.

Fra-

Lo-

M

N

Nibio,

Q

R

T

Tos-

IL FINE.

INDEX

Græcarum appellationum, & fupplementum.

super

βολ-

πυθ-

FINIS:

Errata Typographica, ſic corrigenda.

Pagina.	*Linea.*		
7	27	humilis	humili
eadem.	32	Phœmix	Phœnix
16	2	Adrianto	Adianto
17	41	horreum	hordeum
24	18	Agr	Ayr
	20	Agri	Ayri
31	31	fiorente	florente
32	2	Alium	Allium
36	8	Tab.	Thal.
58	1	quippiam	quodppiam
62	23	ouum eſt	ouum ex
74	18	multum	multus
82	13	coſta	coſtu
86	15	marinæ	murinæ
89	36	alſamina	Balſamina
101	43	Bltemetæ	Betæ
102	5	à circularis	à circulari
118	penul.	Bhamni	Rhamni
131	23	Canium	Caninum
134	19	propinantur	propinatur
138	19	ec quia	eò quia
	20	ò Bauh	C. Bauh
141	24	Centha	Mentha
166	33	Cithymali	Tithymali
170	penul.	Perforatæ	Perfoliatæ
172	33	Cneororum	Cneorum
173	5	Cerapionis	Serapionis
177	41	Conzelle	Donzelle
180	43	Craſſicæ	Braſſicæ
202	37	quin	quia
	vltima.	morea	Dorea
207	10	Codoneo	Dodonæo
211	37	Series	Seris
215	7	Bononienſio	Bononienſibus
217	24	folis	folijs
238	vlt.	Euſus	Fuſus
251	32	Leſio	Lerio
261	36	Hernia	Hærmia
280	19	υραχιον	ιεράχιον
280	42	Sonichus	Sonchus
281	21	Taucrij	Teucrij
281	26	graon	grano
283	8	Hirundinaria	Hirudinaria
283	vlt.	ailas	alias
286	43	Doloneum	Dodonæum
	penul.	dminum	Horminum
	vlt.	Horob	Lob.
304	14	dicamus	dicemus
334	41	radice	radix
353	26	Entha magre-ſtis.	Mentha a-greſtis.
	6	ilmleſolium	milleſolium
358	3	ſtratioets	ſtratiotes
363	35	ſmilitar	ſimiliter
368	4	ob odore	ab odore
413	44	ſiu	ſiue
417	9	Cacalia Lat.	Cacalia Lac
423	46	Pleos	Phleos
431	vlt.	Plumbago æ-linij.	Plumbago Plinij.
458	35	Rnunculi	Ranunculi
461	4	folo	folio
464	1	Retromarula	Petromarula
487	1	Hominum	Horminum.
495	11	liorum	Aliorum
496	penul.	ἀνθιδωτικον	ἀθιδότικον
512	12	Dioc.	Diolc.
525	38	Olca	Olea
526	2	Ticutæ	Cicutæ
530	21	Tlus	Clus
534	penul.	tornes	tornus
551	19	Luſſilago	Tuſſilago
558	37	eronica	Veronica





